MONUMENTA HISTORICA

SOCIETATIS JESU

NUNC PRIMUM EDITA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

EPISTOLAE

P. HIERONYMI NADAL

SOCIETATIS JESU

TOMUS IV

MATRITI
TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO
via S. Bernardi, 92.
1905

EPISTOLAE

P. HIERONYMI NADAL

SOCIETATIS JESU

AB ANNO 1546 AD 1577

NUNC PRIMUM EDITAE ET ILLUSTRATAE

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

TOMUS QUARTUS

SELECTA NATALIS MONUMENTA

IN EJUS EPISTOLIS COMMEMORATA

MATRITI

TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO

via S. Bernardi, 92.

1905

Cum approbatione superiorum.

PRAEFATIO

Cum in Natalis epistolis, quas triplici volumine collectas pervulgavimus, caeterorum ejusdem auctoris monumentorum frequenter mentio fiat, et intima plerumque inter illas epistolas et haec monumenta connexio intercedat, operae pretium duximus egregii illius viri praecipua scripta, ceu epistolarum optimum complementum, in hoc quarto et ultimo volumine exhibere. De his autem scriptis prius nonnulla generatim attingemus, ut statim de singulis, saltem vero de praecipuis, singillatim disseramus.

Ac primo quidem lectores nostros monere debemus non omnia Natalis scripta a nobis evulganda; multa etenim, quae, sive inter nostra MONUMENTA prodiere, ut *Natalis ephemerides Ratio studiorum, Apologia in exercitia P. Ignatii*, et alia hujusmodi; seu alibi typis mandata sunt, ut *Meditationes in evangelia* et *Scholia in constitutiones,* in hac serie praetermittenda existimavimus.

Praeter haec, multa alia, quae in diversis tabulariis asservantur, scripta posteritati reliquit strenuus ille Ignatii in Societate stabilienda et ordinanda administer Hieronymus Natalis. Nemo enim illo diligentius aut accuratius in rebus primaevae Societatis litteris mandandis laboravit. Qui cum aliunde Ignatio, Lainio et Borgia, primis Societatis moderatoribus, familiariter admodum usus fuerit, ab iisque in Societatis regimine et provinciarum inspectione saepissime adhibitus, totius ordinis instituta, regulas, consuetudines, traditiones, diplomata, jura, collegia, provincias, regiones, historiam, ut qui maxime, perspecta et cognita habuit.

His adde amorem erga Jesu Societatem, quo semper ille flagravit, studiumque indefessum eamdem fovendi et amplificandi, quo per triginta et amplius annos sub quatuor praepositis gene-

ralibus operam strenuam in tota ferme Europa navavit; et fatendum prorsus erit neminem pro dignitate historiam primaevae Societatis scribere aut plene intelligere posse, si Natalis scripta missa fecerit.

Et vero nobis animo volventibus quamplurimas e priscis Societatis traditionibus, quas a majoribus nostris accepimus, eas fere omnes inter Natalis commentaria reperisse gratissimum accidit; inde enim earum traditionum venerandam antiquitatem agnovimus, easque ex ipso institutionum nostrarum fonte, Ignatio, per Natalem nos suscepisse perspeximus.

Et re quidem vera, quae de ratione orandi et meditandi ad normam nostri instituti, de animarum Deo lucrandarum desiderio, de studiis litterarum cum virtutis amore conjungendis, de cunctis operibus nostris *spiritu, corde et practice* praestandis, de caelitibus nobis singulis mensibus in patronos seligendis, deque multis aliis, in domibus probationis per universam Societatem, ad germanum Societatis spiritum hauriendum, socii edocentur, jam ab illo praeclaro religiosae perfectionis magistro, per antiquos illos Patres, qui spiritus primitias et religiosae perfectionis magisterium apud nostrates obtinuerunt, ad nos usque dimanarunt. Venerabilis P. Balthasar Alvarez, B. Petrus Canisius, Franciscus Costerus, Aegidius Gonzalez aliique bene multi vitae spiritualis doctores Hieronymum Natalem magistrum sortiti sunt, idque tum ex prolatis a nobis epistolis, tum ex caeteris Natalis documentis perspicue demonstratur.

Natalis auctoritas, cum de rebus ad Societatis institutum vel ad perfectionem in eadem Societate assequendam sermo est, a primariis scriptoribus tamquam inconcussa et summopere aestimanda frequenter adducitur, prout in operibus Alphonsi Rodericii, Ludovici a Ponte, Nicolai Lancicii, etc., passim videre est. Omnes siquidem illi nostrarum rerum scriptores per Natalis documenta et institutiones mentem sancti conditoris Societatis, utpote per fidissimum interpretem, secure rimari posse arbitrabantur.

Rem igitur gratissimam Societatis historiae cultoribus, praecipue vero ejusdem Societatis alumnis, praestituros existimavi-

mus, si selecta quaedam tanti viri scripta, tum ex codicibus a nobis in primo *Epistolarum Natalis* volumine productis, tum ex novis codicibus, posterius a nobis repertis, et infra recensendis, in hoc quarto volumine ordinate digesta exhibeamus. En igitur monumenta, quae prae caeteris deligenda visa sunt, et ordo in eorumdem editione servatus.

Primo loco novos codices, tum Societatis Jesu, tum in aliis tabulariis delitescentes et ad Natalem quomodocumque spectantes ob oculos lectoris pandemus. Deinde illa monumenta, quae ad varias Societatis provincias aliquo pacto referuntur, evulgabimus. Tertio tandem loco illa scripta reponentur, quae in diversis locis a Natali lucubrata ad communem totius Societatis utilitatem conferre videantur.

I. NATALIS CODICES.—Cum, primum Natalis epistolarum volumen anno 1898 prelo daturi, fontes, unde illas hauriebamus, recenseremus, octodecim solummodo Natalis codices ad nostram notitiam pervenerant, quos quidem ibidem quomodocumque descriptos protulimus. Postea vero, antiquos Societatis codices volventibus nobis, haud spernenda monumentorum ad Natalem spectantium seges sese obtulit, quorum sane aliqua incassum in variis tabulariis saepius quaesiveramus. Haec autem omnia scripta publici juris facere nullatenus expedire rati sumus; eo quod multa in iis vel incompleta, vel saepius iterata, vel nullae pro historia utilitatis esse viderentur; at vero eorum omnium completam recensionem adornare nostri prorsus officii esse arbitrati sumus, ut etiam illa Natalis scripta, quae non divulganda erant, historiae scriptoribus non omnino ignota remanerent. Cum enim nostrae aetatis scriptores plura in suis chronicis attingant, quorum prisci auctores rationem non habendam existimabant, omnium et codicum et lucubrationum Natalis notitiam aliquam praebere haud inutile fore censuimus.

Et vero hodierni historiae cultores, illustrium facinorum et rerum mirabilium narratione minime contenti, humanarum societatum naturam, genesim, et causas; institutionum originem et utilitatem; legum decretorumque fontes, auctores; aliaque hujusmodi pervestigare jure merito conantur. Inde fit ut recentiores

annalium Societatis scriptores, narrationes Orlandini, Sacchini, Juvencii et Cordarae, quamvis veras et accuratas, ut plurimum, revereantur; ad plenam nihilominus historiae Societatis cognitionem insufficientes arbitrentur. De fontibus etenim historiae, ab iisdem lucubratae; de legum nostrarum, constitutionum, regularum origine et auctoribus; de studiorum ordinationibus, seu documentis paedagogicis, quae primi quodammodo lapides extiterunt illius aedifici, quod, sub titulo *Rationis studiorum,* Societatis Jesu ejusque quinti moderatoris Claudii nomen illustravit; de traditionum et consuetudinum nostrarum antiquitate; de indumentorum forma et varietate; de tempore orationi tribuendo, deque ratione meditandi nostro instituto magis accommodata; aliisque similibus, quorum notitia nostrae aetatis homines delectantur, ab illis vel prorsus tacetur, vel jejune admodum disseritur.

Jam vero, cum de hisce fere omnibus Hieronymus Natalis multa quidem in diversis codicibus memoriae prodiderit, quae alibi desiderantur, rem cum primis utilem facturos existimavimus, si omnium illius lucubrationum, in prioribus hujus seriei voluminibus praetermissarum, recensionem hic exhiberemus.

Primo igitur loco Societatis Jesu codices, deinde caeteros, ad Natalem pertinentes, excutimus, inter quos *Codex 56, Collecta per P. Natalem,* primo loco repositus, principem fere locum inter alios obtinet, cujus quidem pretium vel ex indice rerum in ipso voluminis vestibulo scripto facile dignosci poterit. Ibi enim, inter alia, exemplum libri exercitiorum S. Ignatii ex archetypo, curante Natali, transumptum; acta varia ejusdem sancti Parentis; epistola P. Lainii de actis S. Ignatii, etc., a nobis inter *Monumenta Ignatiana,* serie IV, vol. I, edita; aliaque non minoris pretii scripta reperiuntur.

Iis vero, qui nostrarum regularum initia, auctores, editiones investigare cupiant, utile prorsus erit, quae in codicibus 58.°, *Miscell. de regul. S. J.;* 61.°, *Miscell. de Instit., I;* 62.°, *Miscell. de Instit., II;* et 63.°, *Miscell. de Constit.* continentur, evolvere, exempla variarum regularum, tum communium, tum particularium officiorum, a Natali frequentibus emendationibus et addi-

tionibus auctarum, cum exemplis, quae in aliis codicibus reperiuntur, conferendo.

Codex 68, Vatic. 6, inter optimos proculdubio est reponendus; vix enim alibi tot tamque selecta priscae Societatis monumenta in unum volumen collecta reperias. Quod ad tempus attinet, quo hic codex compositus est, ex rebus in eo contentis, vivente Borgia vel paulo post a Natali adornatum fuisse clare perspicitur. Sex et triginta, non minus, opusculis coalescit, in quibus nonnulla a S. Ignatio scripta, multa a P. Lainio, praeposito generali, pro Societatis regimine lucubrata, et haud pauca a tertio ejusdem Societatis moderatore Borgia, pro officiis et muneribus praecipuis rite obeundis composita, reperiuntur. His accedunt actorum primae congregationis generalis exemplum, quo Natalis utebatur; acta S. Ignatii, a Ribadeneira litteris mandata; apologia Natalis pro Societate contra episcopum Caesarinum; multaque alia, partim a nobis edita, partim in hoc volumine edenda, ex quibus quanti hic codex ab historiae studiosis aestimandus sit, facile judicabis. Quae autem subinde per totum volumen Natalis propria manu notavit, illius valorem summopere extollunt, quippe quae nobis revelant nomina auctorum, quorum monumenta ibidem proferuntur, unde facile quis dignoscere valeat quaenam ex hisce lucubrationibus S. Ignatio, quaenam Lainio, quaenam Borgiae, Polanco vel ipsi Patri Natali sint adscribenda. Inter alia vero emicat in hoc volumine Natalis sollicitudo et continuus labor in Societate promovenda, in ejusdem instituti regulis, constitutionibus, diplomatis, annotationibus illustrandis; erga praepositos generales observantia, quibus morem gerere nunquam non enixe studebat, suoque consilio, opera, litteris praesto semper aderat, prout ex hujus codicis annotationibus et ex ejusdem epistolis frequentissime conspicitur.

Jam ad *Cod. Vatic.* 7 veniamus; in cujus laudem illud innuere sufficiat, quod de eo primores Societatis Patres, in secundo generali conventu congregati, decreto 57 statuerunt; scilicet: «Admonitiones P. Natalis ab ipso expurgatae, atque in ordinem redactae, Provincialibus a R. P. Generali tradantur, ut illis pro sola directione, nulla interim obligatione obstricti, utantur.»

Idem, quod ad usum attinet, de *Scholiis* ejusdem auctoris in constitutiones ab eadem congregatione definitum est; unde, quod in *Scholiorum* laudem, eorum egregius editor in praefatione ad Patres Societatis Jesu aiebat, Natalis quoque *Instructionibus* eadem ratione convenit: «quae licet vim legis habere nequeant, tamen valde utilia esse possunt in praxi, tum ad res gerendas, tum ad verum legum nostrarum sensum intimius cognoscendum ex maiorum sententia et traditione... Quid praeclarius dici ac fieri poterat in commendationem horum Scholiorum, quae unanimi Patrum consensione universae Societati traduntur pro directione ac proinde ipsis Praepositorum Generalium Ordinationibus aequiparari videntur? [1].»

Cum igitur et merito et ad praxim utilitate Natalis *Instructiones* ejusdem *Scholiis* a secunda congregatione aequiparentur, operae pretium erit hujus codicis originem et genesim ob oculos lectoris exponere.

Quo tempore P. Natalis provincias Hispaniae et Lusitaniae annis 1553, 1555 et 1561, sub Ignatio et Lainio perlustravit, multas in diversis collegiis instructiones pro domorum et sociorum regimine reliquit, ut in codice *Natal. instr. Lusit.* videri potest. Tot autem ac tam prolixa monita nimis difficilia ad praxim quibusdam visa sunt, prout provinciae Aragoniae moderator An-

---

[1] *Scholia in constitutiones et declarationes S. P. Ignatii, auctore P. Hieronymo Natali e Societate Iesu, nunc primum in lucem edita.* Prati in Etruria. 1883. Editor hujus operis fuit P. Franciscus Altini, S. J., qui in praefatione, pag. VII, confundens *Scholia* cum *Instructionibus*, decretum 57 congregationis secundae, quod est de *Instructionibus*, ille *Scholiis* applicavit, primo verbo decreti mutato; nam ubi decretum ait *Admonitiones P. Natalis* ille legit *Notationes P. Natalis*. Unde apparet codicem *Natalis Instructiones* P. Altino ignotum fuisse. Diversa equidem de uno et altero codice statuit praefata congregatio: de *Instructionibus*, ut expurgarentur et in ordinem ab eorum auctore redigerentur; et ut deinde provincialibus pro directione traderentur: de *Scholiis* autem, in decreto 42, ut a designatis examinata, pro directione adhiberentur. Vide *Epist. P. Nadal*, I, XLV-XLVII. Quod vero tantum pro directione illae instructiones, nulla vi obligandi, provincialibus datae fuerint, nemo mirabitur; nam aliqua ibi nimis fortasse rigida deprehendas, quae quidem lapsu temporis in desuetudinem abierunt; aliqua, quae non in tota Societate, sed alicubi dumtaxat recepta sunt.

tonius Cordeses Lainio, 12 Septembris 1562, litteris referebat, quas in primo volumine, pag. 816 edidimus. Inde factum est ut et congregationis secundae Patribus et praeposito generali contrahendae et ordinandae illae instructiones, aliunde ad directionem tam utiles, visae fuerint. Id praestitit Natalis annis 1566-1577, ut ipse frequenter in epistolis ad Borgiam et Mercurianum datis testatur, et in codicibus Vaticanis 3.° et 5.° perspicue apparet; in quibus reperiuntur instructiones, quas Natalis in provinciis Italiae, Hispaniae, Lusitaniae et Germaniae reliquerat, expunctis multis monitis, quae in rebus peculiaribus singulorum collegiorum versabantur, reliquis expurgatis et in commodiorem ordinem redactis; variis insuper observationibus additis, quas vel regiminis experientia vel congregationum nova decreta auctori suggesserant. Ex hisce duobus codicibus ita emendatis emersit tandem extrema manu donatum volumen instructionum, quod in nostra recensione *Cod. Vatic.* 7 dicitur.

Ex dictis patet discrimen, quod inter *Scholia* et *Instructiones* P. Hieronymi Natalis intercedit. Scholia enim nihil aliud sunt, quam Constitutionum S. Ignatii earumque declarationum commentaria, partim ex intima et frequenti Natalis cum Ignatio de iisdem constitutionibus collatione; partim ex praxi ab eodem Ignatio in earumdem applicatione servata, et a Natali diligenti attentione notata; partim ex apostolicis sanctae sedis diplomatis, et ex sacrae theologiae, canonum et ecclesiasticae disciplinae cognitione, quarum Natalis facultatum fuit peritissimus, desumpta.

Instructiones autem sunt monita, ad praxim quotidianam vitae religiosae in Societate ad ipsius instituti normam perfecte exigendam, pertinentia. Multa, quae in regulis et constitutionibus non attinguntur de vestitu, de ritibus sacris, de officiis accurate exsequendis, de lectionibus ad mensam usurpandis, de colloquiorum argumentis tempore recreationis adhibendis, de cultu corporis, de munditie, de studiis litterarum, de itineribus et peregrinationibus, aliisque rebus ad historiam Societatis haud inutilibus, in hoc codice collecta ad nos transmisit P. Natalis; quae proinde inter praecipua ejusdem scripta in hoc volumine exhi-

benda visa sunt. Ad hoc enim plures nos rationes perpulerunt. Prima quidem quod pauca admodum hujus codicis exempla reperiantur. Secunda, quod ea, quae remanent, non ex ultimo et ab auctore emendato exemplari, sed ex inemendatis et imperfectis descripta fuerint. Tale est, v. g., quod a P. Braunsberger in Canisii epistulis, vol. IV, pagg. 348-349, allegatur, prout infra pagg. 408 et 515 notamus. Tertia, quod nostrae Societatis hominibus gratam hanc editionem fore arbitramur, quibus antiquas consuetudines cum hodiernis componere, et venerandam nostrarum traditionum antiquitatem agnoscere haud equidem displicebit. Quarta, cum *Scholia* Natalis edita fuerint, *Instructiones*, quae a secunda congregatione illis aequiparantur, in tenebris jacere non aequum videbatur. Mentionem illarum facit P. Astrain in *Historia de la Asistencia de España,* vol. II, lib. III, cap. II, n. 8.

Et haec de novorum Natalis codicum recensione dixisse sufficiat. De iis autem, quos in primo volumine descripsimus, nihil aliud animadvertendum superest, nisi magnam monumentorum hujus voluminis partem ex tribus codicibus ibi recensitis depromptam esse: ex codicibus scilicet *Natal. instr. Lusit.;* ex *Natal. instr. Germ.* et ex *Natalis opusculis:* praeterea ex *Cod. Vatic. 7,* ut dictum est. Hi etenim codices inter praecipuos P. Natalis habendi sunt. Hac de causa, quae ex illis non edenda visa fuerunt, a nostris lectoribus aliqua saltem ratione cognosci oportere duximus; ideoque fusiorem illorum notitiam, post novorum codicum recensionem, damus.

Et codicis equidem *Natal. instr. Lusit.* cognitio, praeter alia commoda, illud nostris scriptoribus suppeditabit, ut regularum Societatis originem et progressum melius dignoscere queant. Nam, cum ibi antiquiores regulae a Natali lusitanis et hispanis datae contineantur, ex illarum cum recentioribus exemplis collatione, nostrarum legum historiam aptius contexere poterunt, quod jam luculenter praestitit P. Astrain in opere laudato, volumine II, libro III, capite II.

Nos autem, ex Natalis scriptorum collatione, praesertim vero ex ejusdem epistolis, ephemeridibus et regulis, haec puncta pro

regularum genesi elucidanda collegimus. 1.um Post primas regulas a Rodericio collegio conimbricensi annis 1545-1546 datas [1], Natalis plures regulas concinnavit, annis praecipue 1553-1555 et 1561-1562, cum provincias Societatis sub Ignatio et Lainio inspexit.—2.um Anno 1553, auctoritate eidem a P. Ignatio in litteris patentibus pro «regulis domesticis» in regnis Hispaniarum tradendis collata [2], «visitauit collegia omnia, constitutiones promulgauit ac declarauit in omnibus collegiis: regulas romanas illis collegiis accommodavit [3].»—3.um Nonnullae etiam a S. Francisco Borgia, Hispaniae commissario, additiones iisdem regulis factae fuerunt annis 1554-1561, ut erui videtur ex codice *Natal. instr. Lusit.* [4].—4.um Vindobonae anno 1555 constitutiones et regulae domesticae, in linguam latinam conversae, a Natali nostris traditae sunt [5].—5.um Eodem anno constitutionum excerpta, Vindobonae pro nostrorum regimine concinnata, cum regulis scholasticorum Societatis et officio magistri novitiorum, horum regulas, aliasque pro variis officiis rite adimplendis, in nonnullis Italiae collegiis reliquit P. Natalis, ut ipse in quadam epistola ad S. Ignatium data fatetur [6].—6.um Deinde vero, Lainio clavum Societatis tenente, Natalis in Hispaniam tertio missus, inter facultates in litteris patentibus consignatas, hanc accepit: ut «quasuis etiam regulas et consuetudines iuxta constitutionum sensum ac mentem nostram [ait Lainius], (qua in re interpretationi tuae sit standum accommodare» posset. Mens autem Lainii erat ut curaret Natalis «vniformitatem induci per omnes prouincias [7].»—7.um Paulo post, die scilicet 20 Januarii 1561, Polancus ex Lainii commissione Natalis arbitrio permittebat an regulae, Roma missae, in Hispania et Lusitania promulgandae viderentur [8].—8.um Conimbricensium regulas omnes anno 1561

---

[1] Cf. *Epist. PP. Broëti... et Rodericii,* pagg. 445-449.

[2] *Epist. P. Nadal*, I, 144.

[3] *Natal. ephemer.*, ibid., II, 8. Quandonam scriptae fuerint primae regulae romanae, et quisnam earum auctores extiterint, vide apud ASTRAIN, loc. cit., vol. II, lib. III, cap. II.

[4] Vide infra, pag. 81.

[5] *Epist. P. Nadal*, I, 311, 317.

[6] Ibid., I, 317.

[7] Ibid., I, 362; et II, 67.

[8] Ibid., I, 373.

examinavit Natalis et accommodavit; idemque Ulyssipone et Eborae praestitit [1].—9.um Ex Lusitania in Castellam veniens, documenta, quibus domos lusitanas ordinaverat, collegiis Castellae, Araozio consulto, accommodavit [2].—10.um Cum autem eamdem in collegiis Galliae et Germaniae lustrandis rationem tenuerit, quam in Hispania et Lusitania servaverat, easdem fere regulas omnibus tradidisse videtur; idque sat clare eruitur, tum ex Lainii mandato, de uniformitate procuranda, tum ex epistola a Natali 27 Novembris 1562 Lainio data, in qua exempla regularum, tum typis excusa, tum manu scripta, Roma sibi mitti poscebat, ut omnia Germaniae collegia ad eamdem regularum rationem conformarentur [3].—11.um Lainio e vivis sublato, de regulis Societatis emendandis et contrahendis, eo quod nimis diffusae illae multis viderentur, actum est. Res autem, utpote tanti momenti, sex definitoribus, quos inter Natalis recensetur, commissa fuit: quorum sententia, a tota congregatione approbata, in decretum 57 relata est, quod ita habet: «Regulae generales, quae incipiunt *Summa Sapientia,* integrae conserventur; reliquae vero et examinentur, et, quoad eius fieri poterit, breviores fiant [4].—12.um Tandem, cum Borgia, ex congregationis mandato, regulas concinnaret, Natalis consilio usus est, ut videri potest in epistolis annis 1566-1568 a Borgia ad illum datis [5].

Ex dictis apparet quam in regulis Societatis adornandis ope ram Natalis contulerit. Caeterum, cum hic labor a Borgia absolvi non potuerit, extremam illi manum imposuit Everardus, et anno 1582 Claudius Aquaviva librum regularum Societatis, in collegii romani typographia excusum, pro totius Societatis regimine evulgavit [6].

---

[1] Ibid., I, 495-497, 536, 537; et II, 19.

[2] Ibid., I, 542, 551-552.

[3] Ibid., II, 153. Vide etiam quae infra, pag. 92, dicuntur de regulis iisdem Germaniae ac Portugalliae accommodatis.

[4] Cf. *Instit. Soc. Jesu* (Florentiae, 1892, 1893), II, 206; et ASTRAIN, loc. cit., II, 433.

[5] *Epist. P. Nadal,* III, 52; et ASTRAIN, loc. cit.

[6] Cf. MANAREUM, *De vita et moribus Everardi Mercuriani,* cap. I, § 13; et ASTRAIN, loc. cit., II, 436-438.

Et haec, quae de nostris regulis, ansam praebente codice lusitano, diximus, ex codicis germani etiam studio confirmari possent, cum in eo plura de iisdem regulis inveniantur. De hoc autem codice brevius disserendum erit; maxima etenim instructionum pars, in eo contenta, in hoc volumine proferetur.

Hactenus de codicibus infra describendis. Jam ad monumenta statim evulganda veniamus.

II. MONUMENTA ITALIAE.—Quamvis fere omnia scripta, sub hoc titulo posita, ad universam Societatem spectare videantur, cum Romae litteris mandata fuerint, resque in Urbe potissimum peractas contineant, ea ceu Italiae monumenta consideramus, et simul collecta ante alia exhibemus.

1.° Et primo quidem loco nonnulla ad primam congregationem generalem pertinentia reperies, quibus foeda procella, paucorum ambitione in Societatem suscitata, et trium eximia virtute pollentium virorum prudentia et labore feliciter dissipata, illustrari poterit.

Maximi vero ponderis ad illam tempestatem sedandam fuerunt Natalis scripta, quibus perturbatorum sophismata et machinationes prorsus explosa et eversa fuerunt. Ut autem quae scripsit Natalis melius intelligantur, Bobadillae etiam lucubrationes praemittimus. Nec mirum cuiquam accidere debet nos talia in lucem publicam proferre; nam, ut sapienter monuit Sacchinus [1], has domesticas procellas «vulgare, posteris operae pretium erit, vt Dei patrocinium intelligant, quo assidue ab intestinis externisque oppugnantibus suam hanc Sodalitatem defendit; tum vt ii, qui praesunt, si quid huiusmodi in sua administratione tempus ferat, non modo antiquis et alienis hominum sanctissimorum, contra quos seditiones acerrimae extiterunt, sed etiam domesticis ac recentibus exemplis se consolentur: caeterorum vero, qui moderatorum regimini subiecti sunt, quisque consuescat crucem Domini arcte complexus, in sancta humilitate simplicique obedientia, religiosi viri munus explere, duces suos loco Christi venerari, et eam vitae formam adamare, quam sancti Spiritus ductu com-

[1] *Hist. Soc. Jesu,* part. II, lib. I, n. 73.

plexus est. Hac enim re maxime peccare visi sunt qui auctores fuere turbarum: quod institutum Societatis, boni de caetero homines, et de quibus praeclara multa superioribus voluminibus relata sunt, ac postea referentur, magistrorum inopia, et rerum agendarum occupationibus nunquam intime cognitum, dum alio quodam suo sensu aguntur, in maximum periculum deduxere. Dux fuit Nicolaus Bobadilla, vir acer, salutique publicae multis in prouinciis magnis suis laboribus valde vtilis; solitus tamen e libera potius quadam caritate (sic ipse nominabat) quam ex arcta regularum norma religionem metiri, ac perinde vitam cum temperare suam, tum censere alienam in sacris coetibus temperandam.» Hac prudenti discretione in Bobadillae et Pontii Cogordani gestis judicandis usus est Sacchinus, cujus sententiae suffragantur recentes historiae scriptores, quos inter nominandi sunt P. Boero [1] et P. Astrain [2]. Caeterum, horum et similium monumentorum notitiam historicae veritati prorsus utilem, nostramque in iis evulgandis rationem laudandam, gravissimi viri existimarunt [3].

---

[1] *Vita del servo di Dio P. Nicolò Bobadiglia,* lib. I, § XI.

[2] Loc. cit., II, 12-22.

[3] Inter multa, quae ad hoc confirmandum afferre possemus, testimonia, unum, idque maximi ponderis, allegare sufficiat. Bruxellenses nostrae Societatis hagiographi haec de nostris MONUMENTIS scripserunt: «Pour notre part, nous l'avons constaté une fois de plus: ici encore [in *Monumentis* sc. *Xaverianis*] come chaque fois que les éditeurs des *Monumenta historica Societatis Jesu* ont publié des documents qui relevaient de l'hagiographie, comme du reste dans toute la série, déjà longue, de leurs précieuses publications, toujours ils ont mérité l'éloge d'avoir loyalement travaillé au triomphe de la vérité et pour les intérêts de l'histoire sincère. Ceux-là seuls pourraient trouver à y redire, qui regretteraient de voir les documents authentiques ruiner des opinions dont la seule valeur est d'avoir été acceptées un jour, on ne sait comment, et de s'être propagées désormais sans subir de contrôle. Sans doute, il se peut que la publication des sources originales de notre histoire force parfois à reléguer dans le domaine de la légende certains traits poétiques et touchants auxquels on avait pris jusqu'ici plaisir à s'édifier. Mais la vraie édification est ailleurs; elle est dans la pure et simple vérité. C'est là visiblement l'intime conviction des savants éditeurs des *Monumenta;* c'est là aussi, nous le savons, la conviction des supérieurs majeurs de l'Ordre, qui encouragent de toute façon la grande et courageuse entreprise de nos confrères de Madrid; bien persuadés qu'ils défendront ainsi, mieux que les plus ardents apologistes, l'honneur de la Compagnie de Jésus.» *Analecta Bollandiana,* XIX, 467-468.

2.° *Apologia Societatis contra episcopum Caesarinum.* In ea nobis Natalis pulchrum sui erga Societatem amoris monumentum exhibuit, cujus instituta contra malevolos impugnatores, Romae anno a partu Virginis 1564 insurgentes, sapienter et erudite defendit, singulis adversariorum accusationibus responsa subjiciens. Nullibi hactenus hoc monumentum editum vidimus.

3.° *De professione et choro.* Anno Christi 1572, cum Borgia cardinalem Alexandrinum in Hispanica expeditione comitaretur, Natalis, qui vicarii generalis munere fungebatur, Gregorio XIII hanc apologiam obtulit, qua Societatis instituta, in quibusdam ejusdem constitutionibus sub Pio V, P. M., labefactata, in pristinam integritatem restitui postulabat, quod quidem e voto ei successit, prouti a Sacchino in *Historia Societatis,* parte III, libro VIII, nn. 12-16; et a P. Astrain in opere citato, vol. II, libro II, capite VIII, fuse enarratur.

III. LUSITANIAE MONUMENTA.—Haec monumentorum series ex codice *Natal. instr. Lusit.* omnino desumpta est, de quo longius supra disseruimus, et ex quo ea potissimum seligenda duximus, unde Lusitanae provinciae historia illustrari aliquatenus posset. Illae autem instructiones, quas annis 1553 et 1561 Natalis in illa provincia tradidit, cum postea, ab eodem auctore melius expolitae, in codicem *Instructionum (Cod. Vatic. 7)* relatae fuerint, ibi commodius et accuratius editae, a lectore reperientur.

IV. MONUMENTA GERMANIAE.—Sub hoc titulo omnia ferme Natalis scripta, quae in codice *Natal instr. Germ.* continentur, et plura alia reperiuntur. Ac primum quidem locum obtinent generalia quaedam monita a Natali pro Germania juvanda conscripta. In his autem docet ille germanae gentis assiduus fautor quo pacto principes germani, episcopi praesertim, in fide catholica et erga apostolicam sedem observantia contineri et promoveri posse videantur; qua ratione Societas bonum illius nationis, cujus naturam breviter describit, procurare possit; quomodo admittendorum delectus habendus; qualiter novitiorum numerus augendus; admissi quo pacto sustentandi; quomodo collegia multiplicanda; qua reverentia et observantia principes, praeser-

tim collegiorum fundatores, tractandi; quibus industriis bona opinio Societatis conservanda et fovenda; aliaque, ad studium juvandae Germaniae in Societate adaugendum apta, prosequitur.

In ea vero instructione, quam de ratione cum haereticis conversandi Vindobonae tradidit, illo potissimum collineat, ut, dum socii haereticis prodesse nituntur, in fide ac doctrina orthodoxa detrimentum nullum patiantur; ideo post brevem catholici dogmatis contra haereticos apologiam, animi fortitudinem cum charitate et eorum compassione induendam; eorum libros caute legendos; potentiam minime pertimescendam; cum iisdem spiritu vere christiano, scilicet modeste, fortiter, constanter, patienter agendum; eorum erroribus nihil unquam connivendum; integritatem fidei, dogmatum, traditionum, caeremoniarum ecclesiae, etc. sincerissime conservandam monet. Haec autem egregia instructio, tametsi quo tempore lucubrata fuerit non certo constet, ex epistola tamen Natalis, 6 Julii 1555 data, eo circiter tempore scripta fuisse videtur [1].

Sequuntur ea, quae pro singulis germanicarum provinciarum collegiis a Natali annis 1555, 1562-1564, 1566-1568 ordinata sunt; in quibus multa prorsus, tam de rebus, quam de personis illarum provinciarum, ad historiam utilia reperiuntur. Quae autem ad studiorum rationem attinent, jam a nobis inter *Monumenta Paedagogica* prelo commissa, ab hoc volumine expungenda visa sunt, quorum loca in singulis monumentis hisce punctis (...) indicantur; paginas vero, ubi illa edita fuerunt, singularum instructionum prima annotatio docebit.

Post Germaniae et Flandriae instructiones, codicem *Vatic. 7,* de quo supra sat multa dicta sunt, et selecta quaedam, ex laudatis codicibus deprompta, reponuntur, quae in generali hujus voluminis indice reperientur; neque enim de singulis disserere vacat.

Tandem, ex codice *Natalis opuscula,* excerpta nonnulla exhibere non abs re fore duximus. In hisce enim opusculis primo loco notavit Natalis selecta quaedam S. Ignatii et aliorum viro-

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 311.

rum dicta, ad perfectionem spectantia. Deinde, quae diversis vitae suae temporibus in orationis secessu, caelesti lumine perfusus, clarius intellexit et scripto notavit, in extrema senectute novis curis emendata posteritati reliquit. Tertio loco ibidem collegit lectiones sacras, seu explanationes plurium sacrae scripturae locorum, sanctorumque patrum sententias, a seipso, prout res ferebat, in diversis locis collectas. Cum autem haec omnia edere in nostris MONUMENTIS non expedire censuerimus, aliqua saltem excerpta, quibus et Natalis vita et Societatis historia ditari possint, heic inserere decrevimus.

Ad calcem vero voluminis, ceu totius operis *Supplementum*, monumenta nonnulla, a Patribus Tacchi-Venturi et Tournier Romae et Mediolani nuperrime inventa, et pro eorum benevolentia ad nos perlata, exhibebimus. Quae quidem partim ad Natalis in Hispaniam sub Lainio missionem, partim ad Germaniae sub Borgia inspectionem, partim denique ad primae congregationis generalis praeparationem referuntur. Hanc igitur nacti occasionem, tum laudatis nostrae Societatis Patribus, tum P. Francisco Ehrle, P. Joanni Van Meurs, P. Ottoni Braunsberger, P. Achilli Gerste, P. Francisco M. Gaillard, et aliis, qui in Natalis operum editione nos adjuvarunt, gratias quam maximas agimus.

NOTITIA CODICUM

EX QUIBUS HUJUS VOLUMINIS MONUMENTA DEPROMUNTUR

De nonnullis Hieronymi Natalis codicibus, post primam recensionem repertis, deque monumentis ex iisdem a nobis depromendis, in superiori praefatione satis superque disseruimus. Antequam autem ad eorum descriptionem veniamus, pauca de ordine a nobis servando praemittenda sunt. Ac primo quidem loco exhibendi videntur novi codices, seu ii, qui in tribus praecedentibus epistolarum Natalis voluminibus non recensiti fuerunt. Deinde vero caeteri, quorum pleniorem notitiam proferre operae pretium duximus. Duo autem hic breviter sunt praenotanda. Primum, omnes hos codices chartaceos esse; nec proinde hoc in singulis repetendum. Alterum, perpetuam numerorum seriem, qua praecedentium voluminum codices distinximus, in hoc quarto et ultimo prosequendam. Unde cum tertii tomi recensio in codice 55 desinat, haec a 56 initium ducit.

CODICES SOCIETATIS JESU [1].

Codex 56

Collecta per P. Natalem.—In 4.°, compositus et pergamena coopertus jam a tempore, quo P. Natalis eo utebatur, ut nobis videtur, et ex scriptis in ipsa membrana probabili conjectura erui potest. Haec in dorso, manu P. Jimenez, vel alia simili, scripta habet. «A | Exer.os del original | Quae primi Patres decre | uerunt | modo de orar de N. P. | Acta quaedam P. Ignatii | Pars cronici Societatis | R. P. Laynez ad | P. Salmeronem | Patrum dicta aliquot | Annotaciones sobre los exercicios | De perfectione obedientiae Societatis | De frequentatione Eucharistiae.» Alia manu: «Collecta per | P. Natalem.»

Constat foliis 361 recenter signatis. Fol. 1, in charta minoris dimensionis ipsi agglutinata, exhibet sequentem indicem rerum, ab ignota no-

[1] De his vide quae diximus in *Epist. P. Nadal,* I, XXIV.

bis manu exaratum: «Exemplum exercitiorum B.i Ignatii ex originali.—Determinationes Societatis Jesu.—Forma institutionis Societatis.—Oratio per dies quadraginta B.i Ignatii.—Acta quaedam B. P. Ignatii.—Pars cronici Societatis multorum annorum 1546 ad 1557.—Exemplum epistolae P. Lainii de vita B.i Ignatii.—Dicta aliquot nostrorum Patrum.—Acta B.i Ignatii ex libro P. Lud. Consaluii.—Ordo dandi exercitia.—De obedientia Societatis.—De sacrosanta Eucharistia et eius frequentatione.»

Fol. 2 vacuum. In fol. 3r, Natalis manu: «† Exercitia spiritualia ex exemplari P. N. Ignatii exscripta.» Alia recentiori manu: «Hic titulus scriptus est manu propia [a] P. Natalis.» Fol. 4 documentum continet doctoris Ortizii de cautela in rebus theologiae definiendis observanda, sub hoc titulo: «Documento para todas conversationes y modos de proceder spirituales.» Inc. «Con mucha humildad...» Des. «... ex iuncto de haereticis.» Ad initium, in margine, Natalis manu: «Hoc documentum non fecit P. Ignatius sed doctor Ortisius, magnus theologus et admodum deuinctus Societati, qui a P. Ignatio accepit exercitia.» Eadem annotatio recentiori manu transcripta fuit in superiori ora ejusdem pagellae; sed, ubi Natalis *P. Ignatius* scripsit, recentior manus *S. Ignatius* exaravit; unde eruitur haec scripta fuisse postquam caelitum honores sancto Parenti ab ecclesia decreti fuissent. Foliis 5r-114r exemplar exercitiorum habetur ab Ignatio Nieto exaratum [1], et a P. Natali emendationibus nonnullis castigatum in locis, ubi librarius Ignatii exemplar non bene transcripserat. Praeterea in omnibus fere paginis apparet manus Natalis annotantis in margine, vel in summa ora argumentum, quod ibi tractatur. Singuli quaterniones litteris alphabeti ad calcem signantur. Tituli praeterea in margine, per totum exercitiorum libellum Natalis manu additi sunt. Sequuntur 7 ff. vacua. In fol. 122v, haec Natalis manu inscriptio iterata est: «Exercitia spiritualia ex exemplari P. Ignatii.» Inc. «Annotaciones para tomar alguna inteligentia...» Des. «... por estar en uno con el amor diuino. Amen. τέλος.»

Fol. 123r, Natalis manu haec initio addita est annotatio: «Sequenti scripturae ad illum vsque locum "Congregationis ac conuentus„ praefixit sua manu hunc titulum P. Ignatius: "Determinationes Societatis„.» Alia manu, quae frequenter in antiquis mss. Societatis apparet, et quae catalogum archivi secretioris anno 1716 emendavit, haec altera annotatio

---

a Sic.

---

1 Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 423.

in margine habetur: «Originale est in capsula VII. 1658.» Inc. «Die quarta mensis Maii, quae fuit sanctae crucis...» Des. fol. 126v «... eius congregationis ac conuentus.» Hae autem determinationes sunt eaedem, quas edidit ac descripsit P. Joannes J. de la Torre ad calcem exemplaris Constitutionum Societatis Iesu, Matriti anno 1892 excusi.

Fol. 127v, exordium ducit ab hoc titulo: «La forma que la Compañía tuuo en hazer su oblación y promesa á su criador y Señor...» cui haec Natalis annotatio autographa praefixa est: «Huic scripturae ad illum vsque locum: "Domini nostri Jesu X.i„ praeposuit titulum sua manu P. Ignatius: "1541. Forma de la Compañía y oblatión„.» Paulo inferius, in eadem folii 127v ora, ignota manu: «Originale est in capsula V. 1658.» Editum est hoc monumentum ex originali a P. Joanne J. de la Torre ubi supra. Inc. «En el año del 1541...» Des. fol. 130v «... Domini nostri Jesu Xpi.»

Fol. 131r, incipit Societatis ordinatio, sub hoc titulo seu annotatione, Natalis autographa: «Sequenti scripturae ad illum vsque locum "definiremus ac deliberaremus„ praefixit P. Ignatius hunc titulum sua manu exaratum: "1539. En tres meses el modo de ordenar la Compañía„.» Paulo inferius in ora chartae, manu ignota: «Originale est in capsula VII. 1658.» Hoc autem exemplar originale editum habes post constitutiones a supra laudato Patre de la Torre evulgatas. Incipit: «Proxime elapsa quadragesima...» Des. fol. 136v: «... definiremus et deliberaremus.»

Fol. 137 et 138 pura remanent. A folio autem 139r ad 155v, habetur transsumptum caelestium illustrationum, quas habuit S. Ignatius, dum constitutionibus condendis operam navabat. Titulus, Natalis manu: «Modo de orar del Padre Ignatio [a], copiado de vn quaderno scrito de mano del mesmo P. Ignatio.» Paulo inferius in margine, ignota nobis manu, eadem sc. qua superius similes annotationes positae sunt: «Originale est in capsula IX. 1658.» Editae quoque sunt, quamvis non integre, hae illustrationes, post constitutiones in opere supra laudato. Inc. «... N.ª S.ª † 4.º Martes antes de la misa...» Des. «... al dador de las gracias.» Folia 156-158 pura sunt. In ultima tamen eorum pagella inversa, Natalis propria manu scripsit: «Societas.» Nihil aliud ibi Natalis manu exaratum est.

Fol. 159r-162r continent «Acta quaedam N. P. Ignatii.» ab eodem ac superiora documenta librario exarata, praeter titulum supra dictum,

---

[a] Hic et paulo inferius scripserat prius *P. M. Ignatio,* sed postea ab eodem Natali littera *M.* obliterata est.

quod est Natalis autographum. Inc. «Qui in eius cubiculo laetissimi...» Des. «... benedictus in secula. Amen.» Sunt autem haec acta diversa omnino ab iis, quae P. Consalvius, ipso S. Ignatio dictante, scripsit, et ab iis, quae P. Ribadeneira pro illius vita lucubranda collegit. Edita sunt inter scripta de S. Ignatio in *Monum. Ignat.*, serie IV, vol. I, pag. 471. Folia 162v-170v vacua prorsus remanent.

Fol. 171r hunc praefert titulum a Natale exaratum: «Pars chronici Societatis.» Sequitur chronicon Societatis, transcriptum a P. Didaco Jimenez, ex autographo, quod in 2.° tomo epistolarum P. Natalis editum est. Incipit, fol. 171r: «† Anno Domini 1554. Collegium cordubense fundatur...» Des. fol. 220r «... in eius locum mittitur P. Paschasius.» Notandum 1.° ordine chronologico annos minime vel transcriptos fuisse, vel in codice collocatos, incipitur enim ab annis 1554-1557. Sequitur annus 1546, 1547. Deinde in 4 foliis minoris dimensionis, habetur brevius chronicon rerum Societatis, ab anno 1521 ad 1543. Haec autem pars chronici ab alio librario scripta fuit. Tandem, serie ordinata annorum 1548-1554, a priori amanuensi exarata, clauditur totum chronicon Societatis. Nota 2.°, inter singulorum annorum acta, plura folia vacua relicta fuisse, ubi, siqua acta nova menti succurrerent, reponi commode possent. Nota 3.°, frequentes in toto hoc chronico Natalis emendationes conspici, si illam partem excipias, quae ab anno 1521 ad 1543 excurrit: haec enim non habetur in autographo a nobis edito. Fortassis haec illa pars est, ad quam referuntur illa verba Natalis, t. II, pag. 1, ubi sub initium anni 1546 haec scribebat: «Ad hunc usque annum dictum in apologia ad doctores Parisienses.» Fol. 194v, Natalis manu haec graeca inscriptio habetur: «πρὸς διαλόγους.» qua fortassis scopus Natalis indicatur in hoc chronico conficiendo, nempe, ut eo in dialogis Societatis apologeticis lucubrandis uteretur. Fol. 221 purum remanet.

Fol. 222r-237v, in quaternione soluto habetur apographum, Jimenez manu exaratum, epistolae P. Lainii Patri Salmeroni dictatae, in qua brevis sed accurata narratio continetur actorum Sti. Ignatii, ab expugnatione pampilonensi usque ad confirmationem primam Societatis Jesu, quibus alia facta prius praetermissa et epistolam B. Petri Fabri, quam Ribadeneira *Vitae Sti. Ignatii* inseruit, pro epistolae coronide subtexuit. Incipit, fol. 222r: «Jhus. Copia de vna carta... En quanto me seruirá la memoria...» Des. fol. 236v: «... sedición y rebuelta. De Bolonia, á 16 de Junio 1547. Sieruo en Xpo. Laynez.» Post epistolae titulum haec antiqua archivi signatura addita ab ignota manu fuit: «G. XXXIX. 4.» Edita est haec epistola inter *Monum. Ignat.*, serie IV, t. I, pag. 129. Fol. 237 va-

cuum est, hac sola a tergo nota apposita: «32.» Fol. 238 item purum relictum est.

Fol. 239r-251r, habetur latina versio epistolae praecedentis, cui hic titulus praefixus est: «IHS. EXEMPLUM EPISTO | lae R. P. mtri. Lainis ad R. P. mtrum. | Salmeronem Bononiae, 16 calend. Julii | 1547.» In margine, manu, quae Polanci videtur: «Exemplar hispan. [apud?] [a] Patrem Polancum.» Alia ignota manu in eadem ora: «Dictata Salmeroni est, non missa.» Auctorem hujus latinae versionis ignoramus. Nonnullae emendationes, Natalis manu, reperiuntur, unde apparet illum, sin minus auctorem, at certe censorem hujus versionis fuisse. Emendationes autem praecipuae, ab illo inductae, hae sunt: Fol. 244v, ubi prius erat: «quia stomacho, quo laborabat, erat infestus.» Natal. ita emendavit: «quia stomachi dolor erat ei infestus.» Ibid. prius: «montis Martyrum solemni repetitione.» Natal.: «montis Martyrum deuota repetitione.» Fol. 246r, prius: «scutos nolle mutuare.» Natal.: «coronatos nolle mutare.» Incipit haec versio: «Quantum meminisse potero» Des. «...seditiones excitauit. Bononiae, 16 ca. Julii 1547. Servvs in X.° LAYNES.» Folia 252-259 vacua sunt.

Fol. 260-267, sub hoc titulo autographo Natalis: «Patrum dicta aliquot.» habentur plures sententiae, ad vitam spiritualem spectantes, collectae ex variis Patribus Societatis. Accedunt aliqua dicta sanctorum patrum et doctorum ecclesiae, quae majori ex parte obliterata sunt. Manus Natalis emendantis interdum conspicitur. Initio exstant dicta P. Lainii, sub hoc titulo item autographo Natalis: «Pater noster Laynez.» Sequuntur dicta B. Petri Fabri, quibus hic titulus praefixus fuit: «Ex P. Fabro Maguntiae, cum interrogaretur de instructione pro itinere.» Ita librarius, qui Jimenez fuisse videtur. Natalis autem ita emendavit: «P. Faber Maguntiae...» etc. Fol. 261v habetur locus S. Epiphanii, qui dein obliteratus est, sub hoc titulo: «Epiphanius familiaris Virginis, ut habetur in quadam lectione, quae legitur in festo Praesentationis, secundum breuiarium romanum antiquum, ita dicit: «Maria, Dei genitrix, hebraicas litteras...» Incipiunt haec dicta Patrum his verbis: «In hanc vallem miseriae...» Des. fol. 262r «... cubiculo cordis oraret.» Ibid. «Remedia contra suggestiones Daemonis.» Haec remedia Patris Lainii esse videntur, licet expresse non notatum fuerit a Natali, qui tamen priores sententias et sequentes ad Lainium spectasse in margine notavit, hac

[a] Deesse videtur aliquod verbum, eo quod charta in libri compositione resecta in margine fuit.

nota «Idem.» iterata. Inc. «Si aliquando tentaris...» Des. «...recipient *vel retinebunt.*» Fol. 262v-264r sunt dicta Patris Araozii. Inc. «Si homo se dat...» Des. «... et stomachum frigidum.» Ibid. incipit excerptum: «Ex legenda B. Francisci», ubi sermo est de contemptu dignitatum. Inc. «In vrbe Roma...» Des. «... sanctorum responsa.» Fol. 264v-266v, exstant documenta B. Petri Fabri de privata alicujus reformatione. Natalis manu initio tituli: «Pater Faber.» Inc. «Primum. Supposita ea fide...» Des. «... efficaciter Patrum exemplo.» Prius desinebat paulo inferius: «... frequentius confitendi et comunicandi.» Sed dimidia fere pagina obliterata fuit. Sequuntur, ff. 266v-267v, aliqua loca Sacrae Scripturae et dicta Patrum de cura habenda boni nominis, quibus Natalis praefixit hunc titulum: «D. Madridii.» Sed dein illum delevit, addita ad oram hac, etiam autographa, annotatione: «Et tum ad scripta theologiae adiungi haec possunt.»

Fol. 268r-270v, reperiuntur quaedam documenta, in tres titulos distributa, de ratione tradendi exercitia spiritualia. Primus titulus est: «Quomodo in dandis exercitiis se quis habere debeat, cum exacte dantur [1].» Inc. «Quod ad ordinem attinet, ante omnia fundamentum...» Des. «... famulorum ministerio confici solent.» Secundus titulus: «Directorio de los exercicios de la segunda semana.» Inc. «1. Los que en la primera semana...» Des. «... succintamente puestos.» Tertius titulus: «Directorio cerca de las electiones.» Inc. «Primeramente se deue insistir...» Des. «... per amore di Christo nostro Signore.» Manus est Patris Jimenez; plures tamen habentur emendationes et additiones autographae Natalis. Aliud exemplum horum documentorum exstat in cod. *Natal. instr. Lusit.*, ff. 235r-236v; et ultimi tituli est praeterea tertium exemplum ibid., fol. 233v, 234r.

Fol. 270v-273r, habentur variae sententiae et documenta S. P. Ignatii et B. Petri Fabri, prout constat ex titulis autographis Natalis, qui praeterea ad singula documenta iterat in margine auctoris indicationem sub hisce notis I.us, id est, «Ignatius» φ, id est φαβερ. Manus est Patris Jimenez, si ultimum documentum excipiatur, ab ignoto exaratum. Natalis frequentes emendationes. Fol. 273v-275 vacua remanent.

A fol. 276r ad 306v, continetur apographum exemplum Memorialis P. Ludovici Consalvii, cui hunc titulum propria manu addidit Natalis:

---

[1] In margine, Natalis manu: «I.us» id est «Ignatius» ut alias eadem ratione notatum vidimus. In exemplo codicis *Natal. instr. Lusit.*, ita est titulus: «Quomodo in dandis exerciciis se quis habere debeat cum exacte dantur. Per Prem. Ignatium.»

«Memorial del P. Luis Gonçalez de lo que respondía el P. Ignatio acerca de las cosas de casa, siendo él ministro.» Quinque diversae manus in hoc exemplo conspiciuntur. Prima quidem Natalis, qui multa vel emendavit vel delevit. Reliquae autem quatuor librariorum, qui quatuor hujus monumenti partes exararunt. Quonam vero tempore hoc transumptum factum fuerit, ignoramus. Illud certo nobis ex Natalis testimonio constat, exemplum hoc non omnino cum originali Patris Ludovici Consalvii concordasse antequam ab ipso Natali emendaretur, nec fortasse postea, cum archetypum Ulyssipone, hoc autem transumptum Romae asservaretur, prout ipse Natalis in folio 306v sub finem ita notavit: «Hase de emendar en Lysbona por su original del P. Luis Gonçales. No se emendó. Hase de emendar aquí.» Inc. fol. 276r, post titulum Natalis, de quo supra, hisce verbis: «Memorial de lo que nuestro Padre responde...» Fol. 281v desinit primi librarii scriptura hac sententia: «con circunspección *tamen* [a] de no ofendellos.» Post haec verba remittitur lector ad fol. 304r, his verbis, manu Natalis exaratis: «si ya no tiene, folio abhinc 23.» Et re quidem vera post 23 folia habetur continuatio *Memorialis*, deprompta ex altero apographo alia manu exarato, cujus tria tantum folia ibi habentur, sc. 303, 304 et 305: folii autem 303 scriptura tota obliterata est, eo quod jam illa habentur in exemplari integre ibi exhibito. Folii vero 304r pars superior deleta fuit eadem de causa, post quam sequitur textus: «si ya no tiene mucha experiencia...» usque ad fol. 305v, ubi ita hujus secundi librarii manus explicit: «el Padre vsó de muchos *medios*.» Haec ultima vox est a Natali exarata.—Fol. 282r, incipit tertii librarii scriptura: «muchos medios y quasi fuerças para que dixesse...—A 16 de hebrero.» Desinit haec manus fol. 290v: «... sino leer Juan Gersón puesto en...»—Fol. 291r quarti librarii manus ita exorditur: «en exercitio, y acordarme he...» Desinit fol. 299v hisce verbis: «... se concluyó con mucha edificación de todos.»—Folia 300-302 pura remanent, et postea sequitur fragmentum, de quo paulo superius diximus. Hoc monumentum, ex praestantiori codice depromptum, inter *Monum. Ignat.*, serie IV, t. I, pag. 153, edidimus.

Fol. 307r-314v continent annotationes in exercitia spiritualia. Titulus est hujusmodi: «† Jesús. Annotaçiones sobre los exerçiçios.» Sequitur manu P. Natalis: «que tenían en Éuora.» Manus diversa a praecedentibus, nec nobis nota. Post titulum, nullibi alias Natalis manus in hoc opusculo apparet. Inc. fol. 308r: «Para dar exercicios. 1. Puédense mostrar las

---

[a] Haec particula addita est manu Natalis.

primeras anotaciones...» Des. fol. 314v: «... de uiuir, y ua discurriendo. Laus Deo.» Fol. 315v hanc tantum Natalis notam praefert: «Varia.» Quisnam harum annotationum auctor extiterit, non constat. Illud tamen ex ipsius auctoris testimonio erui posse videtur, saepius eum, et aliquando sub P. Ignatii disciplina, exercitia spiritualia aliis tradidisse, haec autem documenta seu breue directorium, tum ex S. Ignatii documentis, tum ex ipsa experientia deprompsisse; ait enim, fol. 314r: «en el darlos guarde la orden dellos, que importa mucho: y á mí, cuando los daua, me fue assí encomendado de nuestro Padre, porque de otra manera hará muchos errores...» Hoc exemplum Eborae asservatum fuisse innuere videntur illa verba Natalis «que tenían en Éuora»; vel saltem ex illo transcriptum fuisse. Monita rerum minimarum, quae erga eos, qui exercentur, servanda sunt, in hoc directorio reperiuntur.

Fol. 316-323 continent tractatum de oratione pro iis, qui in Societate vitam degunt. Fol. 316r tantum hunc habet titulum: «De la oración.» Alter titulus Natalis manu, in fol. 317r: «De la oratión specialmente para los de la Compañía.» Scriptura est tota Patris Jimenez: emendationes et additiones plures a Natali exaratae reperiuntur. Agit primo de schola orationis, quae sunt exercitia spiritualia: de animi dispositione pro oratione fructuose habenda: de fructu ex illa eliciendo secundum proprium Societatis institutum: de partibus orationis, sc. de mentis ad Deum erectione, de gratiarum actione, de petitione et obsecratione. De perseverantia in oratione. De materia orationis mentalis per tres vias vitae spiritualis, ubi proponitur catalogus rerum, in quibus meditatio cum fructu exerceri poterit. Tandem varia monita et documenta utilia traduntur ad perfectionem propriam Societatis secura via assequendam per orationis exercitium. Nonnulla hic reperiuntur ex iis, quae habentur in *Cod. Vatic. 6,* fol. 404, quae hic fusius tractantur. Inc. «Sigue la Compañía y abraça...» Des. «... en todos los ministerios etiam exteriores.» Fol. 324-330 vacua remanent. In ultimo hujus quaternionis folio, quod est 331, Natalis manu: «conseruanda.»

Fol. 332r-345v, habetur collectio documentorum de virtute obedientiae, quam Societas profitetur. Titulus, Natalis manu initio positus: «De perfectione obedientiae Societatis.» In ora superiori ejusdem paginae manu ipsius haec nota conspicitur: «R. 2. rursum.» Haec omnia, quae ad obedientiam spectant, sunt a Jimenez exarata et a Natali frequenter emendata. Non est tractatus ordinate scriptus, sed documentorum hinc inde excerptorum congeries. Prius enim de perfecta obedientia, opere, voluntate et intellectu praestanda: dein de obedientia caeca. Sequuntur

signa seu characteres inobedientis, ad modum canonum dispositi. Inc. «Obedientiae ratio...» Des. «...quam quae solam uoluntatem.» Fol. 338, 339, habentur 20 modi, quibus impeditur vel minuitur virtus obedientiae. Singulis hisce modis auctoritates Sacrae Scripturae vel SS. Patrum subjiciuntur. Inc. «Est eorum, qui, etsi obediunt...» Des. «...obedientiae bonum perdamus.» Fol. 340r-345v, habetur exemplum epistolae Sti. Ignatii ad sodales Lusitaniae, de virtute obedientiae, a Jimenez exaratum et a P. Natali emendatum; quae tamen emendationes in exempla typis data minime inductae fuerunt. Initio epistolae haec propria manu Natalis annotaverat: «Non est emendata.» Postquam autem ab ipso emendatum fuit hoc apographum, ipse Natalis, particula *non* obliterata, caetera reliquit. En emendationes ex ipso autographo Natalis transumptae: fol. 340r: «en ninguna otra *virtud moral* me da deseo Dios N. S.... [a] — «podemos sufrir que nos hagan uentaja *en qualquier cosa, y specialmente* en ayunos y vigilias...»

Fol. 340v: «ni al contrario *se ha de pensar ser* la persona menos prudente, *ni* dexar *por ello* de obedescerle *en todo*, pues representa...» — «Ny *se ha de pensar* ser falto de bondad...»

Fol. 342r. Illa verba «en cuanto la deuota uoluntad puede inclinar el entendimiento», deleta sunt, et statim ita prosequitur: «Porque aunque este no tenga la libertad que tiene la uoluntad, *todavía por la voluntad y por sí, con la virtud de la obediencia y gracia del Señor, puede y deue todo obediente inclinarse y sentir todo lo que el superior siente, donde no se viesse peccado;* y es cierto pues la obediencia...»

Fol. 344v: «El segundo medio, que seays promptos *(supuesta primeramente la abnegatión del iudizio yceguedad en la obedientia y assenso al che se ordena, non buscando razones)* á buscar siempre razones para defender...»

Fol. 345r: «...y haziendo oración *no hos quietássedes y* os paresciesse en el diuino acatamiento...» — «... que no lo podáys hazer *á lo menos para quitar la tentatión;* pero si en esto queréys proceder sin sospecha del amor y juyzio proprio, deuéys estar en *ánimo de,* antes y después de hauer representado, contentaros más y tener por mejor quanto el superior ordenare...»

Fol. 346r vacuum est. In fol. 346v-349r, sub hoc titulo autographo Natalis «Del modo de proceder de la Compañía.», habentur 43 puncta,

[a] Quae italicis typis excuduntur, sunt correctiones autographae P. Natalis. Textum epistolae, si haec cum illo componere lubeat, reperies in *Cartas de S. Ignacio,* III, 184 et seqq.

numeris distincta, quibus characteres quidam seu virtutes, spiritum vel medullam instituti Societatis constituentes, proponuntur. Auctorem hujus opusculi ipsum Natalem extitisse non dubitamus, tum quia tacetur ibi nomen auctoris, quod tantum in alienis lucubrationibus ut plurimum Natalis exprimere solet; tum quia, et res ibi scriptae, et stilus et forma loquendi, Natalis ingenium ejusque intimam constitutionum Societatis cognitionem aperte revelant. Caeterum haec eadem dicta, hae vere aureae sententiae, passim in exhortationibus aliisque Natalis scriptis reperiuntur. Manus est Patris Jimenez. Emendationes nonnullae ipsius auctoris manu factae habentur. Inc. «1. Aunque el modo de viuir de la Compañía...» Des. «...de las cosas espirituales y de todas común, etc.» Hoc monumentum, ex alio codice depromptum, edidit P. Astrain in *Historia... de la asistencia de España,* I, 197. Fol. 349v purum remanet.

Fol. 350r-359r, habetur enchiridion quoddam argumentorum, ex sacris litteris et ex patribus et doctoribus ecclesiae depromptum, pro frequenti usu eucharistiae persuadendo, cum quadam pia adhortatione ad sacram dominici corporis communionem. Titulus duplex initio positus habetur: prior, qui certe non ad hunc tractatum refertur, Natalis manu exaratus, ita habet: «De obedientia.» Alter, ab ignoto appositus, est hujusmodi: «De eucharistia.» Manus, diversae ab iis, quae per totum hunc codicem conspiciuntur, sunt duorum librariorum, qui in suo quisque quaternione varia de uno eodemque argumento conscripsit. Pater vero Natalis ea simul collegit, ad calcem totius codicis; nihil enim aliud postea, praeter duo folia vacua, in hoc libro reperitur.

Hujus codicis brevis descriptio habetur in *Monum. Ignat.,* Ser. IV, t. I, pag. 19.

Codex 57

De rebus cong. gen. I-VII.—In f.°, compositus recenter, et membrana a tergo coopertus, cui haec inscriptio apposita: «DE REBUS | CON. GEN. | A I AD VII» Constat pagg. 1-532 sign., quibus aliqua interdum folia non signata inserta sunt; et ff. 533-560 ex parte tantum sign. Continet varia documenta archetypa, ut plurimum ad septem priores congregationes pertinentia. Unum dumtaxat ad P. Natalem spectans in hoc codice, fol. 9, reperimus, sc. puncta decem ab ipso proponenda in prima congregatione generali. Manus est librarii; annotatio autem haec, Natalis autographa, in summa priori pagina habetur, quae quidem ad duo tantum priora puncta refertur: «Quod vesperae non introducan-

tur, nisi consulto generali.» Polanci etiam variae annotationes reperiuntur in hoc folio 9. Inc. «Proponenda in congregatione generali prima.— P.º Cum constitutiones dicant...» Des. «...mentio in constitutionibus.» Initium codicis est, fol. 1 non sign. «Proposita congregationibus...» Sequitur index rerum, et fol. 1 sign. «Memorial para la congregación...» quod quidem memoriale propositum fuit a S. Francisco Borgia. Des. totus cod. «...encomendando-o ao P. Gouuea.—Francisco Vieira S. J.»

Codex 58

Miscell. de regul. S. J.—In 4.º, a P. Boero, cujus cura compositus est, hac a tergo inscriptione notatus: «Miscellanea | De Regulis S. J.» Est collectio variorum codicum antiquorum simul assutorum. Ipsius P. Boero manu haec in 1.º fol. inscriptio posita est: «Miscellanea | intorno alle Constituzioni.— | Sono scritte al tempo del S. P.» In 2.º fol., recentius addito, index opusculorum, seu codicum, in hoc volumine collectorum, fratris Araujo manu exaratus est.

Continet 25 codices, tot numeris distinctos in chartulis ad oram primi folii cujusque opusculi appositis. Folia, si pauca demas, non signantur. En index codicum, cui brevem singulorum notitiam addemus.

1. «Extracta ad verbum ex examine et libro constitutionum.»—Constat 24 ff. scriptis et 25.º puro. Continet excerpta ex examine et ex 2.ª, 4.ª, et 10.ª partibus constitutionum. Manus ignota. Inc. «Nuestra mínima congregaçión...» Des. «...oirlas leer cada mes. Finis. Laus Deo Optimo Maximo.» Est aliud exemplum hujus documenti in codice *Natal. instr. Lusit.*, ff. 130-168, quod cum hoc concordat, exceptis aliquibus variantibus parvi momenti.

2. «Declarationes constitutionum et *avisos* (hispanice)» 66 foliis scriptis et 4 vacuis ad calcem, coalescit. Manus ignota. Continet declarationes constitutionum, quas praecedunt quaedam monita de ipsis constitutionibus. Inc. «Ihs. Proemio de las declarationes y auisos sobre las constitutiones.—Siendo el fin de las constitutiones...» Des. «...con los otros que se ha hablado.»

3. «De orationis exercitio in Societate (hispanice).» 6 foliis scriptis et 2 puris constat. Non sunt eadem monita, de quibus in *Cod. Vatic. 6*, ad finem diximus, sed alia plenius et uberius de ratione orandi, instituto Societatis congrua, disserentia. Est apographum a Jimenez exaratum, cujus exemplum originale, Natalis manu scriptum, asservatur inter mss. S. J. Inc. «Jhus. Sigue la Compañía...» Des. «...ministerios etiam exteriores.»

4. «Modo que se debe tener tratando con los superiores y otros. 1555. Cartapacio del P. Luys Perpiñán.» 2 foliis scriptis et 2 vacuis coalescit. Manus ignota. Sunt regulae modestiae antiquiores, quarum alterum exemplum habetur in *Cod. Vatic. 6,* opusc. 3.° Desumptum est ex quodam libello P. Ludovici Perpiniani, ut habetur ex hac inscriptione in fol. 4v posita: «Lo que se trasladó de vn cartapazio del Pre. Luys Perpiñán.» Inc. «La cabeça queda...» Des. eodem folio verso: «...uino y caldo y no otra cosa.» In fol. 2r hic titulus habetur: «Auiso como an de caminar los de la Compañía entre ellos y entre personas de fuera, que hizo nuestro Padre Ignatio en el año de 1555.» Hoc secundum documentum ab eodem librario, qui prius scripsit, est exaratum. Inc. «Porque la exterior modestia...» Des. «...cada uno como le parescerá.»

5. «Haec dicta sunt a R. P. Natali, mense Marzo 1567. Coloniae.» 8 foliis scriptis constat. Sunt excerpta ex adhortationibus, anno 1567, mense Martio, Coloniae a P. Natali habitis. Manus videtur P. Busaei, cum variis emendationibus autographis P. Natalis, qui sub titulum haec addidit propria manu: «Collecta vero sunt a P. Buseo.» Porro hae adhortationes in Societatis instituto versantur, in illis enim disseritur de institutione hujus religionis, de fine, de mediis in genere, de variis mediis in specie, videlicet, de exercitiis spiritualibus, de paupertate, castitate et obedientia. Inc. «Haec dicta sunt a R. P. Natali... De Societatis instituto... Initium Societatis est gratia, bonitas...» Des. «...esse impossibile. Impossibile dicitur.» Desideratur finis horum excerptorum.

6. «Reglas generales. — Scrittura del tiempo del P. Nadal, cum ejusdem correctionibus autographis.» 16 foliis constat, quorum 10 et 16 pura remanent: caetera scripta ab ignoto librario et a Natali frequenter emendata. Titulus: «Reglas generales.» bis habetur sc. in fol. 1r, a librario exaratus, et 1v, a Natali iteratus, cum hac additione: «sacadas de las constitutiones.» Folia 1-9 continent summarium constitutionum, seu regulas summarii cum aliquibus emendationibus autographis Patris Natalis, quae tamen non conservatae sunt in ultima manu hisce regulis imposita. Excipe regulam 53, quae prius ita habebat: «Muestren todos el desseo y cuidado que tienen de obseruar las reglas y acuerdos buenos, y de aquí salga que, acusándose alguna vez todos al superior de su inobseruantia, le rueguen por amor del Señor que les haga obseruar con toda districtión las dichas reglas y buenos recuerdos.» Natalis autem manu ita in margine emendata est: «Algunas vezes entre el año todos rueg[u]en al superior les mande dar penitentias por las faltas de obseruar las reglas, porque este cuydado muestre el que se tiene de aproue-

char en el diuino seruitio.» Inc. «La summa sapientia...» Des. «...al summo pontífice, ni á otro alguno fuera de la Compañía sin licencia y approbaçión del superior.»

Sequitur unum fol. purum, et deinde sub hoc titulo. fere toto Natalis manu scripto: «Añadidas á las reglas communes.» habentur multae regulae ex communibus, partim obliteratae partim emendatae ab ipso P. Natali. Inc. «En el collegio todos, y specialmente los humanistas...» Des. Natalis manu: «...demandando por amor del Señor que rueguen á Dios por ellos.»

7. «Reglas communes á todos los de casa.» Sub hoc titulo posita sunt duo exempla regularum communium, a duobus amanuensibus scripta. Primum, multo longius, 7 folia complet, et plures regulas habet, quae in 2.° desiderantur. Nullibi in hoc primo exemplo apparet manus Natalis. Secundum tribus dumtaxat foliis cum dimidio expeditur, et paucas habet emendationes, quarum aliquae Natalis manu factae videntur. Primum exemplar incipit: «Reglas communes á todos los de casa.—Algunas destas son ordenadas al bien spiritual... Las que se ordenan al bien spiritual son estas.—1. Todos se confesarán con su confesor en el día...» Des. «...leyéndolas él por sí, ó oyéndolas leer.» Alterum exemplar inc. «Reglas communes... Algunas specialmente son ordenadas al bien spiritual... Quanto al primero del bien spiritual y ynterior de los particulares.—1. Cada vno, quando se confessare, después de hecha la [a] señal de la sancta † y la confessión general...» Des. «...y los nouiçios no los ternán sin que lo sepa el ministro.» Utrumque exemplar in tres partes dispescitur. 1.ª continet regulas, quae ad profectum spiritualem singulorum spectant. 2.ª quae ad communem et exteriorem aedificationem faciunt. 3.ª quae ad corporis valetudinem tuendam pertinent.

Post secundum tantum exemplar, habentur illae regulae, quae Natalis cura, ut videtur, communibus additae fuerunt, quarum adversaria supra sub n. 6 habentur. Multa ex istis deinde in ultima regularum selectione conservata sunt, multa expuncta. Hoc exemplar, si paucae additiones vel emendationes, Natalis manu factae, excipiantur, cum adversariis supra dictis concordat. In margine, haec manu Natalis addita sunt ultimae regulae, quae est de regulis cujuslibet officii callendis et de publica accusatione: «Esta puede star en el officio del ministro y del rector, y no se entiende del rector, ministro, ni del maestro de novicios.»

8. «Notanda ac observanda ex libro consultationis, quando P. Na-

---

[a] *el* ms.

dal declarabat constitutiones personis domus et P. Polanco erat secretarius, procurator et thesaurarius.» Foliis 13 scriptis constat, quorum sex priora tantum signata sunt in ora inferiori. Praecedit folium, in quo haec, Natalis manu, inscriptio exarata est: «Antiquae regulae, etc.» Quae quidem inscriptio non bene concordat cum iis, quae in hoc codice continentur; non enim regulae sunt, sed memoriale quoddam rerum particularium, in praxim ad Societatis gubernationem redigendarum. Quae sub hoc numero 8 continentur, partim a P. Natali, partim a P. Polanco, conscripta sunt. Quae a fol. 1r ad 8v reperiuntur, Natalis esse videntur, non tamen ipsius manu, sed librarii, exarata. Reliqua sunt certe P. Polanci. Nam, quae a fol. 8v ad 11v habentur, ipsius manu scripta, reperiuntur in codice *Miscell. de Inst., I,* n. 3; caetera ex apographo hujus codicis desumuntur, nam earum autographum desideratur. In tribus prioribus foliis plura particularia notantur, v. g. de domo probationis in turri rubra *(Torre Rossa)* constituenda: de eleemosynis a P. Polanco procurandis: de hispanis ad Italiam, et de italis et belgis in Hispaniam mittendis: de constitutionibus alibi promulgandis, etc. Fol. 3v, hic titulus positus est: «Resolutiones de la consulta sobre [a] la orden de casa.» Sequuntur 30 resolutiones, tot numeris signatae. Fol. 5r, hic titulus habetur: «Suma de las cosas que pareze tocan á N. P. en quanto fundador.» Sub hoc titulo 12 puncta ponuntur: 1.um «Que se asienten las constitutiones.» 12.um «Dar orden á los libros de humanidad que se han de adereçar y á los de theología y artes, etc.» Fol. 5v, hic titulus adest: «De las que le tocan como prepósito general.» Quindecim puncta sequuntur: 1.um «Hazer guardar las reglas...» 15.um «No sé que se use demandar á los prepósitos prouinciales cuenta de sus officios, ni tampoco de sus conscientias; ni tampoco sé que se use con algunos otros á quienes se cometen cargos de importancia; y es de aduertir qué exemplo se les dará para adelante á los que succederán, si aora no se haze.» Fol. 7v: «De lo que toca á N. P., como á quien es superior en la casa y collegio de Roma, hasta que ponga otro.» 17 puncta notantur: 1.um «Mirar si se alteran las constitutiones...» 17.um «Mirar que no falte lo necessario para la sustentación...» Fol. 8v: «Suma de las cosas que son proprias del officio de secretario, que N. P. ha dado á Polanco.» 1.um «Leer las letras de todas partes...» 17.um «Un libro de los que entran...» Fol. 9r: «Las cosas que son encomendadas al mesmo Polanco, como á thesorero.» 1.um «Tener cuydado de buscar cómo se prouea al vestir...» 7.um «...buscar presta-

---

a *sobra* ms.

do y de qualquier manera.» Fol. 9v: «Las cosas que son encomendadas al mesmo Polanco, como procurador.» 1.um «Procurar ciertas gracias...» 20.um «De las constitutiones del Sto. Sepulchro.» Sequuntur, in foliis 10-12, hi tituli: «Otros officios que se cometten... á Polanco...» — «De lo que ay en casa que proueer.» — «En las cosas temporales.» — «Fuera de Roma.» Sequuntur tituli variorum collegiorum. Des. fol. 13: «...para tres ó quatro ó más.» Ex rebus in hoc memoriali annotatis, illud sub annum 1552 scriptum fuisse videtur, antequam scilicet constitutiones extra Urbem promulgarentur.

9. «Reglas para exercitar los súbditos en la obediencia y otras reglas, ad 1554.» Sub hoc titulo habentur varia monita, de ratione, quam moderatores servare debent erga subditos, et hi erga illos. Habentur praeterea regulae modestiae, non prouti postea emendatae fuerunt, sed prima cura digestae. Inc. «Cada rector, ministro, maestro de noviçios...» Des. «...y supremos, y como superiores.» Inter haec monita habentur quaedam notatu digna, quibus hic titulus praefixus fuit: «Modo de tratar ó negoçiar con qualquiera superior, que hizo nuestro Padre el Deciembre 1554.» Inc. «El que ha de tratar con su superior, traya las cosas digestas...» Des. «...prouecho spiritual de las ánimas. Finis.» Haec instructio, ad linguam italicam conversa, habetur in codice *Miscell. de Inst. I*, n. 6. Ad calcem hujus opusculi est «Distributio... a 1.° die Julii 1576 pro uictu et amictu procuratoris generalis et duorum Sociorum.» Sequuntur aliae expensae, Romae a procuratore faciendae, et tabella scutatorum a singulis provinciis illi solvendorum.

10. «Modo de tratar el superior con los Padres y hermanos.» Sunt quaedam regulae de modo gubernandi, secundum rationem instituti Societatis Jesu. Initio haec, Natalis manu, notata habentur: «R» [Regulae?] «I'» [Ignatius?]. «L» [Lainez?] Sex foliis hae regulae continentur, et a Jimenez exaratae fuerunt et a Natali emendatae, prout una ipsius autographa emendatio indicare videtur; nam aliae, ignota manu exaratae, reperiuntur. Inc. «1. Acuérdese el superior...» Des. «54... lo que le refieren sin gran recato.» Post aliqua folia pura, habetur alterum exemplum earumdem regularum, ab ignoto librario scriptum, post Natalis emendationes, quas quidem librarius adhibuit.

11. «La forma y orden que guardarán los secretarios de la Compañía, mientras se haze el officio del secretario.» Supra, ignota manu, exarata est haec inscriptio: «P. Polanco.» Inc. «1. En los sacrificios y oraciones...» Des. «...la buena expedición.» Tres paginas tantum habet. In 4.a haec adest inscriptio: «De officio secretarii.» Manus esse vi-

detur fratris Joannis Fernandez, qui fuit librarius P. Polanci sub P. Lainio annis 1561-1565. In 1.ª pag. haec in superiori ora annotatio habetur: «P. Polanco.» Non clare patet an haec inscriptio sit autographa Polanci.

12. «Regulae secretarii praepositi generalis.» Sunt regulae eaedem, quas examinavit et recognovit 4.ª congregatio generalis; paucisque mutatis, et, capite IX de annuarum litterarum editione adjecto, approbavit, ut habentur in Instituto Soc. J. [1]» Manus librarii nobis prorsus ignota est. Regula 28 ab altero amanuensi addita fuit postea, ad finem capitis tertii, cum hac annotatione, in margine posita: «Addita anno 87.» Inc. «Cum secretarius minister sit...» Des. «...non infra diminuens »

13. «De officio prouincialis.» Sunt regulae provincialis, prima cura a P. Lainio compositae, teste P. Natali, in *Cod. Vatic. 6,* opusc. 13, fol. 135. Ex hisce regulis depromptae potissimum fuerunt illae breviores, quas S. Franciscus Borgia composuit, ut ait Natalis ibid., fol. 187, et illae, quae tandem approbatae et instituto S. J. insertae fuerunt. Foliis 15 coalescunt, quibus folium unum praecedit, hac Natalis inscriptione notatum: «Exemplum regularum antiquiorum.» Alia manu: «De officio prouincialis.» Hoc exemplum concordare videtur cum illo, quod in *Cod. Vatic. 6* asservatur, tredecim enim capitibus constat, iisdem titulis signatis, et eodem modo inchoatur et desinit. A tergo ultimi folii haec, Natalis manu exarata, inscriptio habetur: «De instructionibus.» Alia manu: «Diuersa inemendata.»—Sequuntur variae instructiones, partim communes cunctis provincialibus, partim particulares pro praeposito provinciali Castellae, relictae in Hispania a P. Natali in visitatione, annis 1561 et 1562 sub P. Lainio habita, ut ex iisdem rebus, quae tractantur aperte liquet. Decem foliis hae instructiones continentur: Inc. «Prouinciales.—Aduierta el prouinçial...» Des.: «...esto hará con los superiores.»

14. «De officio superintendentis collegii.» Sub hoc titulo, in indice posito, quatuor alii tituli in codice reperiuntur, quos hic transcribimus, cum brevi declaratione rei sub titulo positae. 1.us ita habet: «Officium superintendentis collegii sub compendio.» In tribus foliis cum dimidio continet 47 regulas. Inc.: «I. Curet, ut sui quisque officii...» Des.: «47. Si qui sunt tentati vel inquieti, eorum specialem geret curam.» —2.us «Compendium quemadmodum uti suo officio debeat rector collegii, *praesertim vbi superintendens est.*» Haec, quae italicis litteris exhibentur, a Natali propria manu addita sunt. Duabus paginis hoc monu-

---

[1] Cf. *Institutum Societatis Jesu* (Florentiae annis 1892-1893). III, 50.

mentum continetur. Inc.: «1. Cogitet ac speret in Domino...» Des.: «8... ut solus eam debeat agere.»—3.us «Vsus officii ministri.» Septem regulas duabus in paginis habet, prorsus diversas ab iis, quae in Instituto S. J. reperiuntur. Inc.: «I. Minister sciat se esse instrumentum immediatum rectoris...» Des.: «...referendum ad superiorem, id libere poterunt.» —4.us «Vsus officii subministri.» 10 regulas in duabus paginis comprehendit. Inc.: «I. Subminister propterea est...» Des.: «10... dictum in eius officio.» Undecimam regulam addiderat propria manu Natalis, sed postea eam delevit. Hae regulae omnes, sub hisce 4 titulis positae, ab uno librario, nobis quidem ignoto, exaratae, variis a Natali emendationibus castigatae sunt. Ex iis plures ad nostri Instituti regulas cooptatae, licet diverso modo et ordine digestae, fuerunt.

15. «Compendium instructionis pro iis, qui praesunt.» Sunt quaedam monita, superioribus valde utilia ad recte gubernandum. Quatuor foliis continentur sub hoc titulo: «Compendium instructionis, quae iis, qui praesunt, data est de eo quemadmodum se gerere debeant erga patres ac fratres.» Nonnullae emendationes autographae P. Natalis. Manus est ejusdem librarii, qui scripsit monumenta, sub numeris 13 et 14 reposita, quibuscum haec in uno quaternione simul collecta fuerant, antequam in majorem codicem referrentur, et in ultimo hujus quaternionis folio haec, Natalis manu, annotata fuerant: «Regulae et alia τῆς τρίτης.» quod probabiliter de tertia Natalis missione intelligi debet, scilicet, eo tempore hanc instructionem compositam fuisse et una cum regulis etc. asservatam ab ipso P. Natali. Inc. «Gerit Christi personam...» Des. septem versibus, ab ipso P. Natali exaratis et additis ad calcem, quorum haec ultima sunt verba: «...in instructione prouincialium dicitur.»

16. «Regulae superintendentis collegiorum romanorum.» Duo tantum folia hae regulae occupant, tredecim numeris distinctae, et ab ignoto nobis librario scriptae. Inc. «Imprimis superior erit collegii nostri, germanici, seminarii, et domus catechumenorum, sub prouinciali romano et generali.» Des. «...se cum generali acturum.» In sequenti folio haec propria manu scripsit Polancus: «Quando se vbieren de ynbiar algunos fuera y cerca de Roma... ...hallase en lo particular alguna difficultad, la podrá representar.» Quisnam auctor harum regularum extiterit, et quando scriptae fuerint, non constat.

17. «Avisos para el síndaco et para los otros officiales inferiores.» Foliis 16 hic quaternio conflatur, quorum primo haec tantum inscriptio Natalis autographa inest: «Vtilia ex P. et aliis.» Ubi illud animadvertendum est, sub appellatione *Patris* sine addito, Natalem solere desi-

gnare P. Ignatium. Vnde colliges sequentes instructiones ex Sto. Parente Societatis, et ex aliis primis Patribus depromptas fuisse. Fol. 2r hic titulus habetur: «Ihs. Auisos para el síndico.» Sequuntur 12 regulae seu monita, quae incipiunt hoc modo: «1. Las camas y cámaras...» Des. «...referirlo ha al superior.» Fol. 3r-4r, sunt regulae additae officio janitoris. Inc. «Piense y confíe...» Des. «...las escuelas á sus tiempos.» Sequuntur pauca monita pro praefecto ecclesiae, quae obliterata sunt. Fol. 4v-6r, exstant regulae, in Hispania adjectae, probabiliter a P. Natali, illis, quae in officio praefecti ecclesiae habebantur. Titulus: «Añadidas al prefecto de la yglesia de España.» Inc. «En la yglesia no se demande limosna...» Des.: «...lo publique en refectorio.» Fol. 6r-7r: «Añadidas al officio del refectorio.» Inc. «Piense y confíe en Dios...» Des.: «... auisar de ello.» Fol. 7r-10v, traduntur regulae scholasticorum Societatis hispano sermone sub hoc titulo: «Para los estudiantes de la Compañía.» Cum in prioribus hujus quaternionis regulis non appareat manus Natalis, in hisce autem plures ejusdem emendationes conspiciantur, eas ab ipso concinnatas et forte etiam compositas, non abs re suspicari poterimus, praesertim cum aliae frequentes emendationes ipsius Natalis in exemplis latinis reperiantur. Vide dicta in *Cod. Vatic. 6*, opusc. 5.° Inc. «El fin de la doctrina...» Des. «...ayudar á mayor gloria diuina.» Fol. 10v-12r: «Añadidas á las reglas de los sacerdotes.» Sub hoc titulo sunt plures regulae hispano sermone additae aliis, quae alibi reperiuntur in regulis antiquioribus. Inc. «Tengan todos la misma forma...» Fol. 12v: «Añadidas al officio del enfermero.» Inc. «Piense y confíe...» Des. initio sequentis paginae: «...Cosas de la enfermería.» Fol. 13r, Natalis manu positus est hic titulus: «Orden que dexó Nadal en España.» Sub hac inscriptione comprehenduntur omnia, quae sub diversis titulis habentur in foliis 13r-16r. Ea vero sunt hujuscemodi: 1.° Varia de regimine Societatis in illis regionibus, fol. 13r. 2.° «Reglas que se han de añadir al officio del rector», fol. 13v; quae sunt obliterata. 3.° «Reglas para los superiores.» ff. 13v-14r. 4.° Natalis manu, fol. 14r: «La diuisión de la vnión que procuró el P. Francisco. 5.°, fol. 15r, Natalis manu: «Orden de Nadal en Spaña.» Sub hoc titulo iterato sequuntur ea, quae Natalis in Hispania ordinavit. In hac ultima parte disseritur praesertim de admissione sociorum in Societatem. Haec omnia, quae in hisce 16 foliis habentur, ab eodem librario exarata sunt. Quae autem in Hispania ordinata sunt a Natali, ab eodem amanuensi litteris minoribus scripta, hoc pacto incipiunt: «Hágase diligentia que los prouinciales...» Des. «...quando tornen á casa.»

Sub eodem numero 17 positum est memoriale quoddam pro syndico de rebus praecipuis ab ipso observandis. Priusquam hic codex componeretur, hoc memoriale separatum exstabat in 4 foliis, numero 6 signatis. In 1.° fol. r hic titulus inscriptus est: «Memorial del síndico.» In ipso fol. v, et 2.° v, totum memoriale continetur, quod ab ignoto nobis librario exaratum est. Nullibi manus Natalis apparet. Inc. «Del hablar...» Des. «... la obedientia es mandado. Laus Deo.» Sequuntur duo folia pura.

18. «Regulae sacerdotum (diversae formae) et observanda.»—Sub hoc numero posita sunt, ff. 1-18, quatuor transumpta regularum antiquarum pro Societatis sacerdotibus. Singula exempla 4 foliis plus minusve continentur. Animadvertendum porro est, licet in indice quaternionum, initio hujus codicis praefixo, dicantur hae regulae diversae formae, sunt tamen unum idemque exemplum; ita ut primum transumptum sint regulae inemendatae. Tertium, quod aptius in loco secundo inserendum fuisse videtur, sunt eaedem regulae cum nonnullis emendationibus, a P. Polanco propria manu factis. Quartum et quintum, sunt duo exempla transumpta post Polanci emendationes, ut mitterentur ad provincias Baeticae, Castellae et Aragoniae, prout ex ipsis inscriptionibus, utrique exemplo a tergo positis, colligitur. Ad Lusitaniam etiam missum fuisse exemplar emendatum, videri potest in descriptione codicis lusitani, fol. 166v, et seq. Istae «Regulae sacerdotum et confessariorum nostrorum, partim ad proprium ipsorum profectum, partim ad domus et ecclesiae nostrae ordinem, partim etiam ad exterorum aedificationem pertinent.» Secundum hunc titulum in tres partes hae regulae dispescuntur. 1.ª inc. «1.° Quae de uirtute...» Des. «... nostrae uocationis functionibus.» 2.ª inc. «P.° Qui in summo altari...» Des. «... magnitudo aliud postularet.» 3.ª inc. «Quibus ex obedientia...» Des. «... libentissime obtemperaturum.»

Inter 3.um et 4.um exemplum duo folia inserta sunt, quorum 1.um continet aliquas animadversiones in regulas sacerdotum, et 2.um exhibet item nonnulla observanda in regulis communibus. Hae omnes animadversiones sunt a P. Polanco, propria manu, scriptae. Earum autem, in ultima regularum emendatione, si non omnium, at certe plurium, ratio habita est.

19. «Regulae praefecti studiorum in universitatibus.» Ita titulus in indice positus; sed non sat accurate; nam titulus codicis haec habet: «Regulae praefecti studiorum, qui in vniuersitatibus erit etiam cancellarius.» Sunt igitur hae regulae prefectuum studiorum, sive in collegiis, sive in universitatibus, quae quidem 28 numerantur, et in duo capita distributae

sunt, ff. 1 et 2, quorum 1.um de examine, 2.um de scholarum progressu disserit. Manus est librarii nobis ignoti; nec Natalis nec Polanci manus ibi apparet. Si autem hae regulae cum iis componantur, quae in novissimis *Instituti Soc. J.* editionibus in *Ratione studiorum* reperiuntur, prorsus diversae ac multo breviores deprehendentur. Discrepant etiam multum ab iis, quae in mss. P. Ledesma et in codice bibliothecae Victorii Emmanuelis Romae asservantur. Inc. «Ad curam suam praefectus...» Des. «... quantum collegii ratio feret.» Sequuntur, ff. 2v-6r, regulae pro scholasticis externis, qui scholas Societatis frequentant, pro scholasticis Societatis, pro correctore et pro praeceptoribus scholarum nostrarum; quae omnes ab eodem amanuensi exaratae, nec ante ultimam revisionem et emendationem regularum nostrorum scholasticorum scriptae fuerunt, utpote quae cum illis, quas in *Instituto S. J.* excusas habemus prorsus concordant. Putamus eas sub P. Everardo exaratas, dum adhuc viveret P. Natalis; has enim inter sua scripta asservasse indicare videtur haec nota in ultimo folio, ejus manu exarata: «Societatis | r» [?] [a]; quae quidem «Societatis regulae.» significare videtur; nisi forte hoc alio modo interpretanda sit: «Societatis.» | «Visa.»

20. «Observanda quotidie ab officialibus domus, et de collegio Sardiniae officiorum distributio.» Sub hoc numero habentur 14 folia ab eodem, ni fallimur, amanuensi exarata, ubi varii catalogi interrogationum, pro reddenda ratione officiorum in collegio Sardiniae, tum quotidie superiori, tum visitatoribus proprio tempore. Deinde habentur nomina eorum, qui in illo collegio versabantur, dum haec scriberentur, rectore et ministro demptis. Inc. «Minister reddat quotidie, antequam eat cubitum, rationem rectori: 1. De impositis poenis...» Des. «... que le cabe alguno officio destos.»

21. «Officium ministri.» Sunt antiquae regulae ministri, a P. Polanco, teste Natali, compositae, et variis, ut videre est, ab ipso Polanco emendationibus castigatae. Octo folia, librarii manu scripta, replent, et in octo capita distributae sunt, quorum primum servanda a ministro erga superiorem continet; 2.um erga collegium universim; 3.um erga officiales; 4.um erga domesticos in rebus spiritualibus; 5.um erga eosdem in cura corporum; 6.um erga domum et res temporales; 7.um erga externos; 8.um exhibet quae ad omnia praedicta juvant. Inc. «In primis curet mentem superioris intelligere...» Des. «... in re desint officio suo.» In ult. fol. v,

---

a Non sat clare discerni valet an *r* vel *v* scribere voluerit hic Natalis. Alias, ubi literam *r* scribit, notam huic valde similem effingere solet.

Natalis manu: «M.º Polanco.» Hae porro regulae multum contractae et mutatae fuerunt in ultima illarum recognitione.

22. «Officio del procurador general. Algunos conceptos y las respuestas que N. Padre me ordenó hiciesse á estos puntos (1564) 18-20 Julio.» Sub hoc titulo, in 19 foliis, duo exempla habentur interrogationum et responsionum, quae, antequam ultima regulis procuratoris manus admoveretur, viam ad illas perficiendas sternere possent. Interrogationes propositae fuerunt a Patre generali Lainio, ut liquet ex annotatione anni et mensis, initio 1.ⁱ folii posita, quae ita habet: «18 Julii, 1564.» Responsiones autem a quonam datae fuerint, non constat. Is autem, vel S. Franciscus Borgia, qui tunc Romae versabatur, vel P. Franciscus Petrarca, vel forte P. Polancus, secretarius Societatis, esse potuit. Inc. f. 2: «Acerca del officio del procurador.—1. Si ha de ser officio specie distincto...» Des. fol. 4. «... el uso religioso de otras órdenes.» Fol. 5r, hic titulus positus est: «Algunos puntos acerca del officio de procurador.» Supra, in extrema ora chartae: «1.º de hen.º 1565.—Dados á N. Padre. 2. de hen.º» Inc. «Parece hauer gran necessidad...» Des. «... cossa importante. Así lo ordenó N. Padre se hiziesse.» Sequitur unum folium vacuum, et postea aliquot regulae sub hoc titulo: «Añadidas al officio del procurador.» Fol. 10 item vacuum est. In fol. 11r et 12 habentur monita quaedam, sub hoc titulo: «Cómo se ha de auer el superior con el procurador.» Eodem fol. v: «Cómo se ha de auer el superior con los consultores.» Fol. 13 et 14 pura remanent. In ff. 15r-19 est alterum transsumptum quaestionum et responsionum, quae superius habentur. Haec monumenta a diversis librariis sunt exarata. Manus autem Polanci vel Natalis ibi non apparent. In fol. 19v. iteratur titulus initio positus.

23. «Reglas del procurador de la casa.» Quatuor sequentia folia continent apographum antiquarum regularum procuratoris domus, cum nonnullis emendationibus autographis Patris Natalis. Plura ex hisce regulis recentioribus inserta sunt, plura addita vel in diversam formam redacta. Inc. «El officio del procurador se puede conoscer...» Des. «... dispensero y comprador.»

24. «Annotationes et declarationes regularum aliquot, tempore P. Hoffaei factae, usque ad annum 1588.» Duo in hoc titulo animadvertenda: primum, non solum tempore P. Hoffaei, sed ab ipso P. Hoffaeo, propria manu, exaratas fuisse has annotationes. Secundum, non solum ad annum usque 1588 eas pertingere, verum ad annum usque 1597, ut in variis responsis ibi annotatis, quae quidem ad annos 1590, 1595, 1596 et 1597 spectant, facile apparet. Sunt autem annotationes

responsionum a praepositis generalibus vel visitatoribus datarum ad dubia, sive ab ipso Hoffaeo, sive ab aliis proposita, quae 14 folia occupant. In fol. 1v haec a P. Hoffaeo inscriptio posita est: «In hoc scripto nihil Hoffaeus ex suo posuit: omnia sunt Patrum, etc.» Paulo inferius alia, nobis quidem ignota, manu: «Adnotationes in aliquot regulas.» ¦ «XVII.» In fol. 2r, quod n. 1 signatum est, incipiunt annotationes ab hoc titulo: «Annotationes et declarationes regularum aliquot collectae ex responsis RR. PP. NN. generalium et probatis ordinationibus quorundam Patrum visitatorum.—De regulis summarii.—Ad quartam regulam.—Cum approbatione...» Fol. 7r incipiunt annotationes in regulas communes. Des. fol. 14r: «... impressa pro sch[ol]asticis.—Paulus Hoffaeus collegit.» Fol. 14v incipiunt annotationes in regulas provincialis, quae unam tantum pagellam implent; verum obliteratae sunt ab ipso, ut videtur, collectore P. Hoffaeo.

Hisce annotationibus aliae in 14 foliis sequentibus subjiciuntur, ab ignota nobis manu exaratae, quae quidem saltem ad annum 1590 perveniunt. Sunt autem de regulis summarii, de communibus, de regulis provincialis, de regulis praepositi domus professae, rectoris, magistri novitiorum, modestiae, ministri, consultorum, admonitoris, de formula scribendi, de regulis praefecti rerum spiritualium, praefecti ecclesiae, de catalogo missarum et orationum. Sequuntur, fol. 15, variae regulae seu monita pro recta coadjutorum temporalium institutione. Fol. 16 vacuum. In fol. 17r, haec habetur inscriptio antiqua: «Regulae pro officio promi et janitoris.» Paulo inferius: «† Officio del despensiero.» Ad calcem paginae: «p. 6. n. 9.» Fol. 18r-20r, sunt regulae antiquae dispensatoris, multo longiores quam illae, quae Instituto postea insertae sunt. Inc. «In due cose consiste...» Des. «... aiutarà il credentiero. Laus Deo.» Fol. 21r-25r habentur antiquae regulae janitoris, prolixiores etiam iis, quas habemus in Instituto. Inc. «Jhs. Officio del portero. - Si dirà come debba hauersi verso di se, verso quelli di casa, verso quelli di fuora, verso della stessa portaria...» Des. «... o il sotto ministro.» Fol. 26v hanc praefert inscriptionem: «† Regole del portiero.» Fol. 27r: «Officio del hospedero.» Sub hoc titulo paucae in una pagella regulae habentur, pro eo, cui cura hospitum commissa est. Diversorum librariorum scripturae in variis hisce regulis et annotationibus conspiciuntur; nec in toto hoc numero Natalis aut Polanci manus apparent, si ultimae regulae excipiantur, in quibus pauca P. Natalis emendavit.

25. «Antiquae consuetudines Societatis. Ex P. Mirone.» Paulo fusius hic titulus in fol. 1.° habetur in hunc modum: «Antiquae consue-

tudines Societatis, ex P. Mirone, qui fuit assistens Lusitaniae sub B. Borgia, et vixit sub S. Ignatio. Hic titulus P. Sotwelli manu exaratus videtur. In summa pagella ibidem haec antiquior inscriptio habetur: «† Aliquae obseruationes P. Mironis de Societatis consuetudinibus.» Fol. 2r, hic titulus inscriptus est: «Ex ritibus et traditionibus Societatis Jesu, per P. Mironem collectis, quaedam excerpta ad proprium commodum et memoriam.» Ex hac autem inscriptione colligitur non esse istas Mironis annotationes, sed tantum excerpta quaedam. A quonam haec excerpta exarata fuerint, non audemus definire. Quinque foliis continentur, in quibus octo quaterniones a P. Mirone conscripti in compendium rediguntur. Ex hisce 5 foliis, unus solutus inter caetera quatuor insertus est, in quo pressius contrahuntur ea, quae in primis Mironis quaternionibus habentur. Inc. fol. 1r: «ff.° 3.° Litaniae cum ex obedientia...» Des. fol. 5.°r: «... benedicat Deus trinus et unus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen.» Sequuntur duo folia pura, quibus explicit totus codex.

Hujus codicis breviorem descriptionem dedimus in *Monum. Paedag.*, pag. 14, n. II.

Codex 59

De rebus cong. gen. I-V. — Solidum vol. in f.°, cura Patris Boero compositum, et hac supra dorsi pergamenam inscriptione distinctum: «DE REBUS | CONG. GEN. | I. II. III. IV. V.» Continet multos quaterniones, et codices variarum dimensionum, praecipue vero in folio, in quibus reperiuntur, tum catalogi Patrum, qui prioribus congregationibus generalibus interfuerunt, tum documenta, partim autographa, partim apographa, ad supra dictas congregationes spectantia. Foliis 1-674 recenter signatis coalescit. Frequenter tamen antiqua singulorum codicum signatura apparet. Inc. fol. 1: «In electione B. P. Nostri Ignatii...» Des. fol. 670: «... Dios lo remedie todo como conuiene para su gloria y bien vniuersal de su iglesia.» Ad calcem codicis additus est quaternio solutus, 4 foliis constans, de rebus 5.ae congregationis, cuius initium, fol. 671, est ita: «Quaedam excerpta ex congregatis...» Des. fol. 674: «... fiat congregatio generalis more solito.»

Codex 60

De rat. stud. 1583-1613.—In f.°, pergamena in dorso coopertus, et recenter compositus, cui haec a tergo inscriptio: «DOCUMENTA | DE | ratione studiorum | 1583-1613.» Foliis 1-585 signatis et scriptis,

si pauca demantur, coalescit, quibus ad calcem accedunt alia 5 folia scripta, non autem signata, et duo prorsus vacua. Duo item folia initio, non signata, agglutinata paucis abhinc annis fuerunt, in quibus est index rerum, quae in hoc codice continentur.

Ea porro sunt sequentia: Fol. 1r-23v, est tractatus de ratione studiorum Societatis Jesu, sub hoc titulo, ab ignota manu exarato: «De studiis Societatis.» Huic titulo hic alter, diversa manu, adjectus est: «P. Hieronymi Natalis.» Sequitur scriptura autographa Patris Natalis in hunc modum: «Circa studii generalis dispositionem et ordinem animaduertenda haec sunt capita rerum:» Sequuntur folia 23, in f.°, autographa Patris Natalis. Inc. «Aliam rationem in eis esse praeceptorum, aliam scholasticorum. Scholasticorum, aliam nostrorum, aliam externorum...» Des. fol. 23v: «... legitimo aliquo impedimento fuisse impeditum.»

Hic Natalis tractatus, cum caeteris ad studia spectantibus, editus est in *Monum. Paedag.*, pag. 89 et seqq. Fol. 24-29 vacua sunt, hac tantum inscriptione a tergo ultimi folii a Natali posita: «Videnda τὸ πρῶτον.—De vniuersitate studii generalis.» Alia manu: «Studior. P. Natalis.»

Fol. 30, 31, habetur exemplum archetypum sententiae P. Salmeronis, de studiis Societatis Jesu, ad Patrem generalem, Neapoli, kalendis Septembris 1583 datae. Inc. «Litteris ad XVI kalend. Augusti...» Des. «... bonum et commodum spectent. Neapoli...» etc. Edita fuit in recensione Patrum S. J. parisiensium *Études,* t. III, pag. 557 et a P. Palmieri, in tractatu *De Deo creante et elevante,* pag. 781.

Fol. 32, autographae litterae P. Ledesmae ad P. Natalem assistentem de ratione habenda in quaestionibus probandis et in docendo, sine die, nec anno datae. Inc. «1. Vt fiat mediocris...» Des. «... Parrae, Ledesmae, Benedicti, etc. V. R. indignus in X.° seruus, Ledesma.» In *Monum. Paedag.*, pag. 570, hoc monumentum protulimus.

Fol. 33, 34, est sententia autographa P. Ledesmae, ad Patrem generalem data, de necessitate statuendi quasnam propositiones defendere professores Societatis prohibeantur, et de ratione, qua id statuendum videtur. Quo tempore id ille scripserit, non constat. Inc. «Dominus Jesus dignetur...» Des. «... efficatiusque remedium.» Ejusdem Ledesmae manu: «Judicium alterius N. in omnibus idem uidetur, quemadmodum superius scriptum est. Laus Deo...» etc.

Et haec sunt, quae ad nos proprie spectant. Caetera, quae in hoc codice continentur, sunt, ut plurimum, archetypa vel autographa documenta, ad rationem studiorum pertinentia, tempore P. Claudii Aquaevivae a praecipuis Societatis doctoribus scripta et Romam missa. Ultimum

documentum est synopsis difficultatum seu dubiorum de studiis, a diversis provinciis propositorum. Des. «... Prov. Galliae ibid. in 3.° uellet aliquem auctorem a prandio.»

Mentionem hujus codicis fecimus in *Monum. Paedag.*, pag. 14, n. III.

Codex 61

Miscell. de Inst., I.—Volumen in f.°, compositum recenter ex 24 parvis codicibus, tot numeris distinctis, et hac in dorsi membrana inscriptione signatum: «Miscellan. | De Instit. S. I. | I.» Foliis 282 coalescit, quae partim signata, partim non signata sunt, prout codices, quibus constat, signati vel non signati fuerant. In fol. 1, recenter addito, habetur index rerum, 24 titulis constans, quorum tantum 8.us et 9.us ad P. Natalem spectant.

Num. 1. Sub hoc titulo «Información summaria de la Compañía de JESVS.» reperitur brevis explicatio instituti Societatis Jesu, hispano sermone conscripta, sex foliis constans, cum notitia provinciarum et collegiorum, fructusque ex Societatis opera collecti. Ex iis, quae tamquam proxime gesta narrantur, hoc documentum versus annum 1562 scriptum fuisse videtur. Inc. «La religión de la Compañía de JESVS fué approbada...» Des. «...conuersatión de otros no les dañen.» Manus nobis est ignota.

Num. 2. «Instructio peregrinantium.» Unico tantum folio continetur. Auctorem hujus instructionis fuisse Patrem Victoriam constat ex hac Natalis autographa inscriptione initio addita: «Hanc instructionem P. Victoria Viennae [scripsit].» Manus nobis ignota. Inc. «1. Modestia uestra nota sit...» Des. «...aliqua persona fide digna.»

Num. 3. Est autographum Polanci, sub hoc titulo: «Summa de las cosas que son proprias del officio de secretario que N. P. ha dado á Polanco.» Duplici tantum folio coalescit. Quo tempore scriptum fuerit, dicemus ubi illud edemus suo loco. Inc. «P.° Leer las letras...» Des. «...todos molestia hablándole.»

Num. 4. Quatuor foliis constat. Est totum hoc documentum autographum P. Polanci. Titulus est: «Constitutiones que se guardan en los collegios de la Compañía.» Inc. «Quien ha de star en collegios...» Des. «...y no á culpa ninguna.» In *Monum. Paedag.*, pag. 78, illud evulgavimus.

Num. 5. Tribus foliis scriptis, quarto partim scripto et quinto puro, reperitur sub hoc numero responsio domini Didaci ad quatuor capita, eidem a S. Ignatio proposita, quibus ipsi injungebatur, ut in sacro facien-

do non tantum temporis impenderet, ne eucharisticum sacramentum frequentius quam semel in hebdomada ministraret, ne intra sacrum concionaretur, cum in templo Stae. Marthae sacram hostiam litaret, ne tandem ullam ex Stae. Marthae alumnis incarcerari, inscio Ignatio, juberet. Quo tempore scriptum fuerit hoc documentum, non constat. Inc. «Don Diego seréis contento...» Des. «...glorificado por siempre in secula seculorum. Amen.»

Num. 6. Duplici folio, quorum tantum prius est scriptum, habetur instructio de ratione conversandi, sive verbo, seu scripto, cum superioribus. Est versio italica illius instructionis, quae hispanico sermone habetur in codice *Miscell. de regul. S. J.*, numero 9, ff. 5 et 6 (olim 179 et 180). Ibi asseritur auctorem hujus documenti fuisse S. Ignatium, qui mense Decembri 1554 illud composuit. Manus est librarii; ad Patrem autem Polancum hoc documentum spectasse indicare videtur haec nota, a Natali propria manu in quarta pagina exarata: «Polanco.» Forte versio italica, quae hic exhibetur, ab eo concinnata fuit. Titulus est: «Del modo di trattare o negotiare con superiore, etc.» Inc. «Colui ch' ha di trattare...» Des. «...profitto spirituale delle anime.» Ad calcem 2.ae paginae: «Di Messina.»

Num. 7. Habetur in duplici folio, quorum 2.um vacuum est, catalogus, errata quaedam continens primae editionis constitutionum, Romae anno 1558 factae, quae quidem errata, ut ibi asseritur, «iam emendata in posterioribus» fuerunt. Inc. «Errata, ubi non respondent...» Des. «...ponatur N. expungendo M.» In 2.° folio a tergo haec inscriptio habetur: «Loca correcta in declarationibus, ubi non respondent earum litterae, vel numeri citati, locis et numeris constitutionum, in romana editione anni 1558.» Manus ignota. Quae vero ultimam inscriptionem posuit saepius in mss. Societatis Jesu apparet, et nitide quidem scribit.

Sub eodem numero, foliis tribus habentur: «Concordantiae in examen», Hoffaei manu exaratae. In ultimo folio a tergo, manu ipsius Hoffaei: «Concordantiae Patris Hoffaei in capita aliquot examinis.» Alia manu ignota, (illa sc. quae frequenter et nitide scribens apparet in mss. S. J.): «instar concordantiarum in Biblia.»

Num. 8. Sub hoc numero est apographum, vel forte archetypum, annotationum Patris Natalis in examen. Dixi «forte archetypum»; eo quod frequentes emendationes manu auctoris factae in hoc exemplo conspiciantur. Scriptum vero fuit ab uno eodemque librario in 45 foliis non signatis. Singuli autem quaterniones ad calcem primi cujusque folii, Natalis manu, signati sunt. Titulus est hujusmodi: «In examen annota-

tiones.» Inc. «"Haec minima Congregatio,,.—Congregationem necessum fuit prius dicere...» Des. «...et quidem de partibus Societatis satis dictum est.»

Hae autem in examen annotationes multo longiores et ditiores sunt illis scholiis ipsius Natalis, de quibus in vol. I, pag. XLV-XLVII, diximus. Quonam autem tempore has annotationes Natalis scripserit, non constat. Fortassis Ulyssiponae, anno 1553, quando, ut ipse ait, incoepit examen publice explanare, declarando ea, quae declaranda videbantur. Vide *Epist. P. Nadal,* t. I, epist. 54, n. 9. Nonnulla facta Sancti Ignatii, ad historiam prorsus utilia, in hisce annotationibus, a Natali enarrantur.

Num. 9. Decem sub hoc numero folia scripta reperiuntur, ubi inchoantur annotationes P. Natalis in constitutiones et regulas Societatis. Manus est librarii ignoti, et ab eo, qui priora scripsit, distincto. In sex prioribus foliis disserit Natalis de religione generatim et de variis, quae in Ecclesia floruerunt, religionibus. In quatuor ultimis de instituto Societatis Jesu. Quod ad substantiam attinet, eadem fere hic, quae in exhortationibus, quas passim de instituto Societatis Jesu, diversis in locis habuit Natalis, reperiuntur. Incipit sine titulo in hunc modum: «In constitutiones et regulas Societatis breuiter annotaturo mihi, Christo Jesu duce, qui factus est nobis sapientia a Deo, illud primum occurrit dicendum, religio quid sit.» Des. «Aliorum tamen ordinum spirituales proprietates non nouimus: illas enim soli illi norunt, qui accipiunt.» Sequuntur sex folia vacua, in quorum ultimo, a tergo haec, Natalis manu, annotata reperiuntur: «In constitutiones et in censuram τὴν παρισινῶν, vbi Societatis chronicon, καὶ τὰ ἄλλα [a] ad 1545. Inemendata et imperfecta.» Alia manu: «Adnotationes in constitutiones et regulas. P. Natalis.» In margine, ignota item manu: «exhortationes.»

Num. 10. Est palimpsestus, Patris Polanci manu scriptus, ubi in quinque foliis, multis emendationibus et lituris castigatae, reperiuntur quaedam regulae commissarii, in quatuor capita distributae, ab iis, quas Natalis scripsit prorsus diversae. Singula folia singula capita continent; sed, inverso foliorum ordine errore compositoris hujus codicis, tertium et quartum capita ante primum et secundum posita sunt. Caput 1.um est de ratione, qua commissarius procedere debeat «quod attinet ad finem vltimum, ad quem tendit Societas.» Inc. «In primis in seipso...» Des. «...eiusdem finis rationem habeat.» Caput 2.um «Quomodo se habeat erga praepositum generalem.» Inc. «Quo pluribus praesit...» Des.

---

a Haec tria verba graeca ab ipso, ut videtur, P. Natali sunt obliterata

«...antequam eam exequatur.» Caput 3.um «Quomodo se habeat erga prouinciales.» Inc. «Si prouinciales eligere potest...» Des. «...aliquem excipiendum existimet.» Caput 4.um «Quomodo se habeat erga praepositos domorum» etc. Inc. «Quamuis tam praepositi...» Des. «...debeat communicare.»

Quae ad praepositum generalem spectant, etiam autographa Polanci, sub duplici titulo habentur, in unico folio, et quatuor foliis, quae regulas commissarii continent, inserta sunt. In priori pagella hic titulus positus est: «De his, quae vel perspecta esse vel inquiri oportet, quod ad eos attinet, de quibus dubitare quis possit, an ad officium generalis sint idonei.» Sub hoc titulo viginti quatuor puncta, tot numeris signata, reperiuntur, quibus ii uti valeant, qui in congregatione generali praepositum generalem electuri sunt. Ex hoc monumento Patris Polanci desumptum est illud, quod insertum fuit a prima congregatione generali inter decreta ante electionem, ordine tamen rerum, et verbis, interdum mutatis. Inc. «1.° Quid de eius spiritu...» Des. «...bene meritus de Societate habeatur.»

In eodem folio verso hic titulus positus est: «Quae partes in generali praeposito esse debeant.» Sequuntur 11 paragraphi, in quibus Polancus compendiose scripsit ea, quae de eodem argumento habentur in capite 2.° nonae partis constitutionum. Inc. «1. In primis sit cum Deo maxime coniunctus...» Des. «...et diu tales perspecti.»

Hactenus, quae ad nos spectant. Caetera in hoc codice reposita ad tempora posteriora pertinent; ideoque a nobis hic praetermittenda sunt. Clauditur totus codex variis documentis, ad rationem scribendi litteras annuas attinentibus. Ultima verba ita habent: «...ad quae ipsi respiciendum sit.»

Breviorem hujus codicis descriptionem dedimus in *Monum. Paedag.*, pag. 17, n. XI.

Codex 62

Miscell. de Inst., II.—In 4.°, ex multis parvis codicibus non ejusdem omnino dimensionis, simul colligatis, curante P. Boero, coagmentatus, et membrana a tergo coopertus, in qua haec inscriptio posita est: «Miscellan. | De Instit. S. J. | II.»

Constat foliis 400, non signatis, paucis demptis, quae antiquam parvi codicis signaturam retinent. Singulis codicibus chartulae, numeris 1-21 signatae, ad oram primi cujusque folii adglutinatae sunt, quibus facile varia documenta reperiri valeant. Index codicum in toto volumine col-

lectorum in primo folio, recenter adjecto, positus est. Cum maxima pars documentorum, quae in hoc codice habentur, ad tempora Natali posteriora spectent, pauca solum de prioribus, ad initia Societatis pertinentibus, hic dicenda erunt.

Primum documentum, duplici folio, sunt regulae antiquissimae modestiae, in latinum sermonem ex hispanico translatae, de quibus dicimus in descriptionibus codicum, *Miscell. regul. S. J.*, n. 4, et *Vatic. 6*, ff. 23, 24. Manus germanici librarii videtur. Titulus est hujusmodi: «Modus, qui tenendus est agendo cum superioribus, vel etiam cum aliis.» Inc. «Caput vt sit firmum.» Des. «... quemadmodum vellint [a].» Sequitur in fol. 3.° aliud exemplum regularum modestiae, non pro religiosis Societatis, sed pro alumnis convictus, latino sermone adornatum, in quo apparent variae Natalis emendationes, et haec nota, ab ipso Natali initio addita: «P. Theodorici.»; qua forte indicare voluit auctorem hujus versionis fuisse P. Theodoricum Canisium, vel etiam ad illum, utpote collegii dilingani rectorem, haec documenta pertinuisse. Manus diversa a priori, sed germanica, videtur; unde suspicari licet pro aliquo Germaniae collegio, forte pro dilingano, esse has regulas compositas ad normam earum, quas pro Societate scripsit S. Ignatius. Titulus est: «Regulae modestiae.» Inc. «Quomodo se debeant gerere collegiales *vbi* [b] in publicum *prodeunt* generatim breuibus uerbis *exponi* potest, uidelicet, ut in illis *singularis* modestia appareat, humilitas, *honestas, ac verecundia* [ut] christianum *ac pium decet puerum, vnde etiam* bonum exemplum *atque aedificatio* caeteris *praebeatur*. Speciatim uero loquendo, infra scripta obseruare diligenter curent. 1.° Caput leuiter huc atque illuc ne uertant...» Des. «... aedificatio in uerbis et modo loquendi.» Sequitur, in eodem folio a tergo, transumptum regulae 29 summarii constitutionum, pro iisdem alumnis in sensuum et linguae custodia instituendis, secundum spiritum Societatis. Fol. 4, sunt: «Regulae collegialium.» ab eodem librario germano scriptae, qui etiam reliqua, sub n. 1 posita, exaravit. Inc. «Qui numero collegialium adscribitur, in primis monendus...» Des. initio folii 5.i: «... quorum catalogus etiam penes magistrum reseruari debet.» Sequitur ibidem: «De studiis domesticis.» Inc. «Seruabunt in primis silentium...» Des. eodem folio verso: «... ualetudinem suam conseruent.» Ibidem sequuntur 6 regulae: «De modestia in scholis seruan-

---

[a] Prius *vellent*, deinde *e* mutatum in *i*, et duplex *ll* relictum fuit.

[b] Quae litteris italicis excusa sunt, in ms. a Natali vel exarata vel emendata leguntur.

da.» Inc. «Audito primo signo...» Des. «... quam conuenit expectare.» Fol. 6r, hic titulus positus est: «De modestia in templo seruanda.» Septem regulae ibi de hac modestia traduntur. Inc. «Ingrediendo templum defixis oculis...» Des. «... "Amen„ aut quid simile, omnes simul respondeant.» Fol. 6v: «De modestia tempore collationis.» Sub hoc titulo, sunt quatuor regulae tantum. Inc. «Qui habent curam...» Des. «... gratiarum actio sit dicta.» Ibidem hic titulus sequitur: «Mores in mensa seruandi.» Inc. «In refectione ergo corporis curabunt...» Des. fol. 7r «... ne auscultatio lectionis impediatur.» Eodem folio verso: «De ministro mens[a]e.» Sub hoc titulo, quinque tantum regulae habentur, quarum ultima alia manu addita est. Inc. «Qui inseruit, erectis pedibus...» Des. «... in aliam reliquias ciborum.» Sequitur ibidem titulus: «De sermone.» Sequuntur quinque regulae. Inc. «Finita mensa...» Des. fol. 8r: «... praeferendo facile illi cedat.» Ibidem sequitur titulus: «De modestia in lusu.» sub quo quatuor regulae reperiuntur. Inc. «Quum ludus conceditur...» Des. «... rosarium et quid simile.» Fol. 8v, hic titulus quatuor regulis praefigitur: «De modestia in eundo cubitum seruanda.» Inc. «Vesperi, examine ac oratione absoluta, ...» Des. «... aliquid boni cogitent.» Clauduntur hae omnes regulae in hoc folio 8v, quibus alia manu (forte P. Theodorici Canisii) haec addita, ceu coronis omnium, quae praecedunt: «Hae regulae circa principium mensis semel reducantur in memoriam, et cum aliquis eas, vnam vel plures, deprehensus fuit violasse, aget poenitentiam ac dicet: "Mihi iniuncta est haec poena, quia illam regulam, quam lego, hoc vel illo modo transgressus sum„.»

Num. 2. Sub hoc numero, habetur apographum illius documenti, quod in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 18v et 19r, reperitur. Titulus est: «Orden de lo que se ha de leer á la mesa.» Concordat cum illo exemplo, dempta ultima paragrapho, huic Natalis manu addita, quae sic habet: «Los días de fiestas solemnes y apóstoles, se lean [a] dellas.» Sequitur unum folium vacuum.

Num. 3. Quatuordecim foliis constat, in quibus habetur apographum, a Natali frequentibus annotationibus emendatum, instructionis rectorum, quae est in *Cod. Vatic.* 7, pagg. 89-145. Non omnino concordat cum illo, sed aliqua mutata videntur ab ipso P. Natali. Inc. «Si dubitat rector an e uoluntate...» Des. «... uel vnde periculum timetur.» Manus est librarii nobis ignoti.

Num. 4. Sex folia ab eadem manu exarata complectitur, in quorum

---

[a] Obscure exaratum.

primo hic titulus positus est: «Ordo, quem P. Natalis reliquit magistro nouitiorum.» Est eadem instructio, quae in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 4-7, hispano sermone reperitur, latino sermone conversa, et paucis additis paragraphis, quae in codice lusitano desiderantur. In hoc exemplo nullibi apparet Natalis manus. Fol. 4v, hic titulus: «Post renouationem uotorum proderit in sequentibus meditari.» Inc. «1. Agnoscendum unde me uocauerit Christus...» Des. in eadem pagella: «... animarum salutem.» Fol. 5r, est «Instructio pro his, qui sunt in prima probatione.» Inc. «Erunt soli. Visentur tamen aliquando a magistro...» Des. in eadem pagella: «... consilio, hortatu et gratia.» Fol. 5v-6v, habentur interrogationes «Pro accipienda notitia conscientiae et confessione generali.» Est documentum simile illius, quod habetur in *Cod. Vatic.* 7, pagg. 291-303. Inc. «Quandiu est quod Societatem ingressus...» Des. «... aequalem uel minorem quam antea. Laus Deo.» Sequuntur duo folia pura.

Num. 5. Octo foliis coalescit, in quibus est transumptum alterum illius documenti, quod in codice *Natal. instr. Lusit.*, secunda parte, ff. 120v-128v, reperitur. Sunt, scilicet, monita Patris Rodericii pro peregrinis [1]. Fol. 1r, tantum hic titulus positus est: «† Auisos de peregrinos.» In foliis 2-8, sunt monita, quae cum exemplo supra dicto concordant, excepta tantum illa paragrapho, quae, fol. 122v codicis lusitani, ita incipit: «A las preguntas que le hizieren...» Des. «... ordenase el superior.»; quae quidem paragraphus in hoc exemplo desideratur. Manus nobis ignota usque ad fol. 6v, ubi incipit manus Patris Jimenez ab illis verbis: «Quando se sintiere con tristeza» et pergit usque ad finem. Inc. «El fin de la peregrinación...» Des. «... delante la magestad diuina. Laus aeterna Deo, gloria sit et honos.»

Num. 6. In hoc numero habentur duplici folio quaedam regulae magistri novitiorum, ignoti auctoris, cum nonnullis emendationibus, Polanci manu factis; quae, sicut et reliqua in hoc numero de novitiis collecta, cum ad nos non spectent, praetermittenda existimamus.

Num. 7. Est alterum exemplum illarum regularum, quas officio consultoris additas vidimus in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 2, cum quo, si pauca excipiantur, concordat. Inc. «Vt consultores magna...» Des. «... habet admonitorem generalis.» Et hic quidem explicit pars hujus codicis, quae ad P. Natalem aliqua ratione spectare videtur.

---

[1] De hisce monitis vide dicta in *P. Rodericii Monumenta*, pagg. 448, 449.

Codex 63

Miscell. de constit.—In 4.°, ex variis parvis codicibus conflatus, et hac a tergo, Patris Boero manu, inscriptione notatus: «Miscellanea de constitutionibus.» Quae autem in hoc volumine contineantur, ipse Pater, supra laudatus, in primo folio hisce verbis, propria manu, annotavit: «Miscellanea | intorno alle constituzioni. | Sono abbozzi e copie di varie parti | delle costituzioni, scritti al tempo | del S.ʳ Padre.» Et reapse sub S. Ignatio plura ex iis, quae in hoc volumine continentur, scripta fuisse, vel ex ipsis autographis Sancti Parentis emendationibus et additionibus, quae in primis opusculis reperiuntur, clare perspicitur. Exemplum examinis, ad breviorem formam redacti, et in multis locis discrepantis ab illo, quod typis excusum fuit, exhibet plures emendationes autographas Sti. Ignatii. Frequenter etiam Polanci manus apparet in variis excerptis rerum ab omnibus ex constitutionibus servandarum. Ex hisce autem excerptis deinde regulae summarii et communes, multis emendatis vel immutatis, prodierunt. Unde magni faciendum est hoc volumen, ab iis praesertim, qui de historia et genesi nostrarum regularum scripturi sunt. Folia, ut plurimum, non signantur; pauci excipiendi sunt quaterniones, qui antiquam signaturam retinent, quam habebant priusquam cum aliis consuerentur.

Quod autem ad Patrem Natalem spectat, circa finem codicis habentur adversaria nonnullarum exhortationum, de instituto Societatis Jesu, ipsius Natalis manu scripta et frequentibus emendationibus castigata. Non autem completum nec ordinatum exemplar talium exhortationum hic reperitur, sed varii quaterniones sine ordine collecti. Primus quaternio numerum 5 praefert; secundus, 10.um; tertius 8.um; quartus 7.um; quintus 9.um; sextus 6.um. Quaterniones 1-4 desiderantur.

In quaternione 5.° et in parte 6.^{i} in 26 foliis continetur adhortatio 5.^{a} Patris Natalis, cujus initium desideratur, eo quod non asservetur 4.us quaternio, ubi incipere debuit. Sermo in ea est de duplici fine Societatis, de salute, scilicet, et perfectione propria et proximorum impense procuranda. Quo pacto salus proximorum et perfectio per sacramentorum poenitentiae et eucharistiae procuranda sit; qua ratione per exercitia spiritualia excolendi et ad electionem status vitae disponendi sint proximi, fuse pertractatur. Inc. «Videte vt audiamus et illi nos dedamus...» Des. «... aderit vobis Xpus. Jesus, qui est et finis et instituti et vocationis nostrae auctor et gubernator. Ipsi gloria in secula. Amen.»

In sequenti folio incipit: «Exhortatio 6.», quae, praeter quinque

ultima folia sexti quaternionis, implet totos quaterniones 7, 8, 9, et fere totum 10; 66 folia scilicet plena et a Natali exarata. In hac longa adhortatione explicantur illa verba formulae instituti Societatis, in quibus varia ministeria, a sociis obeunda, recensentur. De multiplici verbi Dei ministerio ac de ratione praesertim concionandi in Societate tenenda, de modo instituendi bonos concionatores sapienter et erudite quidem disserit Natalis, pluraque commemorat ad historiam Societatis utilia. Inc. «Vidistis, fratres, quemadmodum Societas in examine finem explicet...» Des. «... mouendas, dirigendas, atque gubernandas ad maiorem Dei omnipotentis gloriam. Amen.»

Septimae exhortationis tres tantum pagellae, quarum tertia obliterata fuit, habentur in fine decimi quaternionis. De subordinatione mediorum, ad finem Societatis adipiscendum, tractare incipit hisce verbis: «De fine Societatis audistis, fratres, et de mediis et via, quae ad illum nos ducit...» Des. «... ad summum illum finem referri debeant.» De his adhortationibus illud animadvertendum est, et argumenta in illis digesta, et ordinem in eorum tractatione servatum reperiri fere in excerptis a P. Busaeo scriptis, quae in codice *Miscell. de regul. S. J.*, n. 5, continentur.

Post Natalis exhortationes, sequuntur quatuor folia nitide ab ignoto librario exarata et a P. Polanco notis in margine a secundo folio aucta, ubi catalogus exstat negotiorum tractandorum, pro fine Societatis efficacius ubique attingendum. Aliquo pacto ad P. Natalem hoc documentum spectasse, in ejus autographa annotatione ad calcem ultimi folii posita, indicatur, quae ita habet: «Tractanda ad finem Societatis.» Quo tempore scriptum sit hoc documentum, ex rebus in ipso contentis forte erui poterit. Inc. «In primis, quae pertinent ad conuersionem infidelium...» Des. «...in missarum sacrificiis eos iuuarent.»

Huic documento aliud etiam, Natalis manu notatum, succedit, decem foliis constans, cui titulus: «Reglas de los collegios.» Natalis haec titulo addidit: «quanto á las letras.» Et in quinto folio recto haec ipsius manu exarata sunt: «Reglas quanto á las costumbres.» Est apographum illius documenti, quod in cod. *Natal. instr. Lusit.*, fol. 106 2.ae ser., reperitur. Hic tamen aliqua mutata, et plura perperam scripta habentur. Variantes alicujus momenti suo loco notantur. Insuper in cod. Lusit. prius ponuntur regulae ad mores pertinentes; hic vero, primo loco habentur ea, quae ad litteras spectant. Inc. «En los collegios que la Compañía toma á su assumpto sólo de leer humanidad...» Des. «...del timor todos nos podemos mucho aiudar.»

Post regulas classium inferiorum, sequitur apographum monitorum

pro peregrinis, sub hoc titulo: «Avisos de peregrinos.» Natalis manu: «Son de Portugal.» Concordat cum exemplo, quod est in codice *Natal. instr. Lusit.*, paucis demptis, quae hic omissa sunt. Inc. «El fin de la peregrinación...» Des. «...la merced que recibe del Señor en la tomar uolontariamente.» De his monitis cf. *P. Rodericii Monumenta,* pag. 448 et 849, ubi ex codice *P. Simon. Rodrig. Prim. Ordin. e Reg. in Portogallo* a nobis edita sunt.

Inter alia, reperitur in hoc codice exemplum alterum incompletum, hispanico sermone, excerptorum ex constitutionibus, quae in cod. *Natal. instr. Lusit.*, fol. 130 2.ae ser., habentur integra. Post haec excerpta, sequitur exemplum antiquum, latino sermone, examinis et declarationum cum nonnullis Natalis et Polanci emendationibus autographis. Aliae deinde factae sunt emendationes in congregationibus primis generalibus.

Deinde sequuntur bina exempla antiqua earum rerum ex constitutionibus excerptarum, quas scholastici, professi et coadjutores observare debent, et sunt (ni fallimur) eadem, quae in *Cod. Vatic. 6,* foliis 30-43, reperiuntur.

Ad calcem voluminis habetur apographum canonum 2.ae congregationis generalis et Formulae acceptandorum collegiorum, a P. Laynez compositae, de qua fit mentio in canone 5.° congregationis secundae. Hanc autem formulam editam habes apud nostra *Monum. Paedag.*, pag. 49.

Hujus codicis breviorem notitiam habes in iisdem *Monum. Paedag.*, pag. 15, n. IV.

CODICES VATICANI

Codex 64

Cod. Vatic. I.—Vol. 0,m210 × 0,m145; corio nigro compositum. Nihil exterius scriptum habet. Interius in folio soluto: «Constitutiones S. J. earumque declarationes».—Accedunt acta in congregatione generali a die 3 Julii 1558. Inc. «Conversinus electus...» Des. «... quadernillo.»

In hoc codice haec habentur: 1.° Sententia absolutionis Ignatii et sociorum, 18 9.bris 38.— 2.° Bulla Julii III, 12 Kal. Aug. 1550. – 3.° Rodulphi, cardinalis de Carpi, litterae, quibus fidem facit de litteris apost. Pauli III «Cum inter», die 3 Jun. 1545 datis. – 4.° Litterae apost. Pauli III ad eligendos coadiutores, qui possint ad sacros ordines promoveri, anno 1546. – 5.° Fides data a Jacobo Giner, vicario generali valentini archiepiscopi, quod Andreas de Oviedo exhibuisset sibi quasdam litte-

ras card. Durantis, quarum tenor refertur: «Vniversis... communiri.» Romae, 4 Nonas Jan. 1547 datae eae litterae. Inc. «Jacobus Giner...» Des. «... Notarius et scriba.» — 6.° Pauli III bulla «Licet debitum», 15 Kal. Nov. 1549. — 7.° Othonis card. August. litterae, 22 9.bris 1552 datae, quibus fidem facit de litteris apostol. a Jul. III, die 22 Oct. 1552 datis, «Sacrae religionis.» — 8.° Tria folia mutila cum scriptura ignotae manus, quae forsan est Natalis, ait P. Gaillard. — 9.° Othonis, card. Aug., Romae, 30 7bris 1561, litterae, quibus fidem facit de litteris apost. «Exponi nobis», a Pio PP. IV, 19 Aug. 1561 datis. Inc. «Otho Truchses...» Des. «... rogatis... apostolicae nots.» — 10.° Variae facultates, vivae vocis oraculo obtentae (10/12 Mart. 1561) pro Germania Sup. et Flandria.— 11.° Jacobus Lainius, generalis Societatis, fidem facit de quadam concessione facta Nostris in Bohemia. Inc. «Jacob. Lainez...» Des. «... Romae, 3 Augusti 1558.» — 12.° Idem, 11 Aug. 1558, fidem facit de variis facultatibus Nostris et Canisio nominatim concessis. — 13.° Idem Lainius alias facultates, a sede apostolica Societati concessas, commemorat.— 14.° «Examen Cap. 1.°» Sequuntur alia 7 capita, paucis notis in margine illustrata. 42 paginae.— 15.° «Declarationes in Examen.» Variae notae in margine. — 16.° «Constitutiones S. J.» Variae notae, signa, manus variae, variae paragraphi obliteratae.— 17.° Vivae vocis oracula; 5 Nov. 40; 12 Oct. 42; 1 Sept. 47 (obliteratum); 12 Maji 50. In margine tertii vivae vocis oraculi, tria verba Natalis.— 18.° Varia puncta Constitutionum agitantur. Dubia. Inc. «1.° Informar que...» Des. «... reglas della.» — 19.° «Estas cosas respondió N. P. Ignatio, á los 17 de Hebrero del 55.» — «Agit de habitu Societati non usurpando, de choro, de peregrinationibus.» - 20.° «Documentos para todas conversationes y modos spirituales de proceder. Tractatus de prudentia, qua in rebus sacrae theologiae procedendum. Inc. «Con mucha humildad...» Des. «... de haereticis.» — 21.° Variae Ignatii sententiae. Inc. «Mas amare á uno...» Des. «... te mandaran.» — 22.° Tres modi perfectionis in obedientia. Inc. «Tre sorte di...» Des. «... al particulare.» — 23.° Epist. S. Ignatii sine diei notatione. De ratione quadam non probanda, obedientiae exercendae. Inc. «La suma gracia... Vna vuestra recebí...» Des. «... cumplamos. De Roma...» — 24.° Sancti Ignatii ordinatio, speciatim de obedientia. Inc. «Ogni rettore...» Des. «... di bisognio.» — 25.° «IHS. S. Ignatius.» Sententia et monita spiritualia de obedientia, humilitate, charitate, etc. Inc. «Jamás contradezir...» Des. «... variabile» Suntne fortassis illa, quae Frusius paucis distichis contraxit? Videatur *Thesaurus spiritualis Societatis Jesu*, (Bilbai, 1887) pag. 655.— 26.° «Jesus. Annotationi del P. M. Igna-

tio, per negociare e conversare in Domino. Inc. «Nel negociare con tutti...» Des. «... vera in publico.» — 27.° Para dar ejercicios. P. Ig.» Duodecim consilia seu regulae brevissimae. Inc. «1.° Puédense mostrar...» Des. «... de mente.» — 28.° «IHS. Proemio de las declarationes y avisos sobre las Constitutiones.» Inc. «Siendo el fin...» Des. «... y infinita.» — 29.° Declarationes in Prooemium et Partes Constitutionum. Signa seu notae, numeri, correctiones, liturae in Constitutionum exemplar: notae in margine: 64 paginae: duplex textus: variae manus. Inc. «A Suele ser conueniente...» Des. «... se ha hablado.» — 30.° Formula votorum simplicium, quae professi emittunt post professionem, cum Natalis nota in margine. Inc. «Ego N. professus...» Des. «... mense et anno.» — 31.° Flavius Ursinus, episcopus muranus, fidem facit de litteris apostolicis Pii IV «Etsi ex debito...», 30 7.bris 1561 datis. Inc. «Flavius Ursinus...» Des. «... apostolicae notarius.» — 32.° Pii PP. IV litterae «Exuberans et indefessus...», 15 Jun. 1563 datae. — 33.° «IHS. 1.° Quae a Rmo. inquisitore cardinale Alexandrino concessa sunt, 30 Jan. 1559.» Inc. «Concedimus praeposito...» Des. «... retinere possit.» 2.° Item. Die veneris sancto 1559. 3.° Item. Die Pentecostes 1559. 4.° Item. Die 2.a Martii 1560. 5.° Item. Die 20 Maii 1560. 6.° Facultates concessae a summo pontifice die 21 Jan. 1561. a) Ex litteris Ingolstadium missis; b) Patri Canisio; c) pro Germania. Inc. «Ut possint absoluere...» Des. «... Reliqua vide in fine.» — 34.° IHS. Acta in Congregatione gen. Soc. nostrae post electionem praepositi. Inc. «In primis actum est...» Des. «... x.a Septembris praedicta.» Sub finem decreti 99.i haec veniunt: «Et demum 10 7.bris 1558, cum conuenissent Patres in plena congregatione, decreuerunt probatum esse hoc exemplum Examinis, Constitutionum et Declarationum, ex autographo Patris Ignatii exscriptum, et cum eo collatum, cum additionibus et emendationibus, quae sunt in margine, auctoritate congregationis factis. In quorum fidem... Mag. Joannes de Polanco, etc. — 35.° Facultas doctorandi scholares Soc. J. ac etiam collegii germanici in artibus ac theologia, quodque sic doctorati aut graduati utantur priuilegiis. Inc. «Motu proprio etc. Attendentes...» Des. «... anno primo.» — 36.° Facultas praedicandi primis Patribus Societatis Jesu conceditur Romae 18 7bris 1539. Inc. «In nomine Sanctae...» Des. «... testibus.» — 37.° «IHS. Copia della supplicatione concessa a miss. Jo. Coduri dal papa, e sottoscrita da sua mano.» Inc. «Paulo III.°...Padre santo...» Des. «... supplicatum.» — 38.° De Ynigo para M.e Symon, 1 9.bre 1542. — 39.° Facultas Polanco et Sociis concessa, 17 Novembris 1561. Inc. «Materdì, a 17 de...» Des. «... fiamengo.» — 40.° Hippolitus cardinalis ferrariensis, 2 Jun. 61. Pii IV

decretum, quo Pauli IV decretum de triennio generalatus, abrogatur. Inc. «Hippolitus...» Des. «... ferrariensis sigillum.» — 41.° Michaël Ghislerius, cardinalis Alexandrinus, Jul. 1564, fidem facit de facultate absoluendi a quavis censura, Patri generali concessa. Inc. «Michaël...» Des. «... Alexandrinus sigillum.» — 42.° «Jesus. Maria. De actis in Congregatione generali ante electionem generalis». Multae Natalis notae in margine. Inc. «Cum jam conuenire...» Des. «... sub censuris.»—43.° Pius IV imperatori Maximiliano, 28 Nov. 1564. Inc. «Charissime... ad aures nostras...» Des. «... studio.» — 44.° Sub finem codicis, in decem paginis, habentur variae facultates, aliquibus alumnis S. J. concessae.

Hujus codicis pretium ex his, quae ad calcem decreti 99.[i] scripta sunt, colligi potest: «Et demum 10 7.[bris] 1558, cum conuenissent Patres in plena congregatione, decreuerunt probatum esse hoc exemplum Examinis, Constitutionum et Declarationum, ex autographo Patris Ignatii exscriptum, et cum eo collatum, cum additionibus et emendationibus, quae sunt in margine, auctoritate congregationis factis. In quorum fidem... Mag. Joannes de Polanco, etc...»

Brevis notitia hujus codicis a nobis data est in *Monum. Ignat., Epist.*, I, 55, «Cod. 56.»

Codex 65

Cod. Vatic. 3.—Antequam ad hujus codicis descriptionem veniamus, pauca praemittenda sunt de quatuor codicibus, quae reapse non sunt nisi unus idemque codex. Tales sunt *Codices Vaticani 3, 5 et 7;* et *Codex 7,* Instructiones P. Hier. Natalis, de quo jam in *Notitia codicum,* t. I, pagg. XXX-XXXII aliquid attigimus. Tunc quidem, cum hi tres codices nobis ignoti essent, tantum de volumine ibi descripto, quod penes Societatem est, mentionem facere potuimus. Nunc autem distinctius et enucleatius de singulis disseremus. Primo igitur dicendum de codicibus 3.° et 5.°, qui nihil aliud sunt, quam adversaria codicis 7, in quo fere eadem nitide et emendate habentur; deinde ad 7.[um] gradum faciemus.

Prior tempore est codex 5, cui P. Natalis propria manu hunc titulum graece apposuit in prima pagina: «προτότυπον.» In hoc exemplo multa emendavit, auxit, obliteravit ipse P. Natalis, et, jam emendatum, librario exscribendum tradidit. Hoc autem transumptum est *Codex Vatic. 3,* qui continet non solum ea, quae in priori reperiuntur, sed etiam quatuordecim alios titulos, qui in 5.° desiderantur. Praeter emendationes in codice 5.° factas, in hoc multa alia emendavit, mutavit, auxit vel minuit ipse Natalis, et, sic castigatum, tandem nitide et accurate transcribi cu-

ravit; et hoc tertium exemplum est *Codex Vatic. 7*, in quo pauca admodum, eaque brevissima, propria manu emendavit ipse auctor. Aliquae tamen additiones, licet paucae, majoris momenti, ipsius Natalis cura per amanuensem diversum ab illo, qui totum codicem transcripsit, accesserunt. Alterum exemplum nitide exaratum, sed non extrema manu a Natali donatum, quod a *Cod. Vatic. 7* in multis discrepat, in *Epist. P. Nadal*, I, XXX a nobis descriptum est.

His, de 4 codicibus supradictis, generatim praelibatis, ad singulorum descriptionem veniamus.

Cod. Vatic. 3. - Vol. in 4.°, colligatum et pergamena opertum membrana, quae ex antiquo missali deprompta fuisse videtur, ex liturgicis precibus, litteris gothicis in ipsa exaratis. Hanc in dorso antiquam inscriptionem habet: «Instructiones R. P. Natalis.» In ipso dorso hae signaturae antiquae: «C | 3715 | G | Br. G. 95.» Recenter stilo lapideo caerulei coloris numero 3 signatum est. Priora 4 folia non sunt signata. In eorum 1.°r, haec a Natali scripta fuerunt: «[Quaenam] sint hic collecta et quam habeant auctoritatem — — pauca esse addita [per con]g[re]gationem generalem [di]cenda in praefatione. [I]ndex est iungendus — — loco epitomes esse posset. Animaduertatur vt [propri]ae admonitiones prouincialium [et] rectorum scribantur [rur]sum; nam — — — sunt prouincia — — — danda — — — retineantur admo — — — — — vbi iam res [pertrac]tata est per genera[lem] congregationem.» - Quae uncinis claudimus, desiderantur in ms., eo quod charta consumpta ex parte fuerit. Sequuntur tria folia vacua.

A fol. 5, incipit scriptura, quae continetur foliis 1-324, ex ordine signatis. Sequuntur ff. 27 vacua, quorum duo priora numeris 325 et 326 distincta sunt. Tandem 6 folia in fine habentur, non signata, quorum priora quatuor, indicem rerum ordine alphabetico digestum continent. Duo ultima pura remanent.

Totus codex a duobus vel tribus librariis descriptus fuit, et a P. Natali frequentibus emendationibus castigatus. Plura propria manu addidit, multa etiam obliteravit. Ex hisce autem emendationibus emersit tandem codex 7, uti supra dictum est.

Continet omnia, quae in cod. 7 reperiuntur, et insuper pauca alia, quae in illum minime transferenda ipse auctor existimavit. In his recensendum est antiquissimum exemplum regularum modestiae Societatis Jesu, ubi eae, quales primo e calamo S. Ignatii prodiere, teste Natali, transcribuntur. In margine etenim folii 83r, ubi hae regulae, incipiunt, haec propria manu scripsit Natalis: «Videntur esse regulae P. Ignatii

antiquae.» Et paulo inferius, eadem manu: «Non est exscribendum.» Ideoque a librario non in codicem 7 translatae sunt.

Expuncta item sunt in cod. 7, quae foliis 135r-140v codicis 3 continentur sub hoc titulo: «Ordo quem P. Natalis reliquit magistro nouitiorum.» Notandum tamen quod ipse Natalis in margine fol. 135r, admonet: «Ex iis, quae expuncta sunt, referantur aliqua in titulum de novitiis.»

Deleta etiam sunt, quae a fol. 143v ad 146r habebantur sub hoc titulo: «Pro accipienda notitia conscientiae et confessione generali.» Tamen alia hisce similia habentur, sed alio ordine, inferius, ff. 276v-277v, quae in cod. 7, pagg. 541-544, reperiuntur. Vide sis indicem rerum illius codicis.

Hujus codicis brevior notitia data et in nostris *Monum. Paedag.*, pag. 18, n. II.

Codex 66

Cod. Vatic. 4.—Vol. in folio, recenter compositum ex paucis foliis, quae *Codici Vatic. 2,* inserta erant, soluta tamen, et non aliis assuta, prouti in *Epist. P. Nadal,* I, XLIII, n. 6), notavimus. Constat 11 foliis, recenter stilo lapideo signatis. Continet ea, quae in loco nuper citato dicta sunt, et ad S. Patris Ignatii exercitia spiritualia spectant.

Codex 67

Cod. Vatic. 5.—Vol. in 4.°, crassiori charta compositum, et hac in dorso inscriptione notatum: «R[egulae] | siue Instru- | ctiones an- | tiquae, MS. | P. Nat. | 67. | Br. | E» Et inferius in charta dorso agglutinata: «C | 3714» Recentius stilo coloris caerulei: «5» In prima operculi facie haec iterum inscriptio posita est antiqua manu: «P. Natalis | Instructiones | E | Primae curae | inemendatae, etc. | 24 [a] | 25.»

1.um fol. purum remanet. In 2.° fol. r haec, Natalis autographa, habentur: «προτότυπον. 4.ones [i. e. quaterniones] inemendati. | 0 . 9. 4.es inemendati.» Novem, scilicet, quaternionibus hunc codicem coagmentari, ait, qui non emendati omnino erant, sed quaedam adversaria seu palimpsesti. Et re quidem vera novem quaterniones simul assutos et colligatos, numeris tamen 1-9 distinctos, hoc volumen continet. In eodem 2.° fol. r, haec, ab ipso Natali exarata, reperiuntur: «Quae his continentur, et aliis quaternionibus 3.ae meae peregrinationis, fuerunt permissa iudicio omnium prouincialium et bonae partis rectorum; et ex eorum iudicio

---

a Obliteratus et hic numerus.

edita: ita tamen v[t], quod vsus prouincialibus indicar[et] [a] dificile, eo supersederent; et tamen significarent generali praeposito [b] suas dificultates, ex consilio consultorum.» Alia manu: «Ista est manus P.is Natalis.» Fol. 3 purum est. Post haec tria folia non signata, sequuntur paginae 142 Natalis manu signatae, et fere omnes scriptae. Paginae paucae, sc. in fine aliquorum quaternionum vacuae remanserunt. Item, inter paginas 87 et 88, duo folia non signata inserta fuerunt, quorum tres priores paginae Natalis manu scriptae sunt.

Quae in hoc codice continentur, sunt adversaria bonae partis *Codicis Vatic. 7,* in quo, ut supra dictum est [1], haec eadem et plura alia reperiuntur nitide et emendatius scripta. Hic autem plurium librariorum manus et quamplurimae emendationes et additiones Natalis autographae conspiciuntur. Quaenam vero in codice 5.° reperiantur, ex ipsius indice facile perspicere licebit. Ideoque illum cum paginarum annotatione hic conscribendum existimamus: est autem istiusmodi: «De Professis [pag.] 1.— De coadiutoribus temporalibus. 1.— De promotione ad sacerdotium. 2.— De munditia. De nouitiis. 3.— De visitationibus externorum. 12.— De externis domo recipiendis. 14.— De syndicis. 16.— De procuratore sanitatis. 17.— De coadiutoribus temporalibus. De dispensatore. [obliteratum totum]. 18.— De confessariis. 20.— De literis 28.— De modo loquendi. 31.— De conuersatione. 33.— De communione et missae celebratione, applicatione et auditione. 34.— De generali ordine collegii. 41.— De ratione instituti. 43. De cubiculis. De vestitu. 44.— De aedificiis. 46.— De studiis et de scholis. 48.— De scholasticis approbatis. De oratione [2]. 51.— De exhortationibus. 62.— De recreationibus. 64.— De iter agentibus. 67.— De viaticis. 68.— De sociis assignandis. De infirmis. 70. De interpretatione aliquarum regularum. 73.— De janitore. De excitatore et obseruatore. 78.— De probationibus. De tonis. 80.— De peregrinationibus. De hospitalibus. 81.— De exercitiis spiritualibus. 83.— De tentationibus. 87.— De eleemosynis. 90.— De beneficiis ecclesiasticis. De litibus forensibus. 91.— De negotiis. 92.— De lectione in mensa. De ordine culinae. 94.— De refectorio. 95.— De uotis. 100.— De concionatoribus. 103.— De subordinatis superiorum. 104.— De superintendente. De

[a] Charta paululum discissa, duae ultimae litterae desiderantur. — [b] Hoc verbum ex parte obliteratum est, ita tamen ut legi valeat.

[1] Vide dicta superius, *Codex 65.*

[2] Ea, quae hic sub hoc titulo traduntur, in *Cod. Vatic. 7,* in duos titulos distribuuntur sc. «De modo reddendi rationem conscientiae» et «De oratione».

appellatione inter nos. 106.—De ieiuniis. 108.—De obedientia. 110.—De paupertate. De nostris, qui recens accedunt ad collegia. 111.—De admittendis ad Societatem. 112.—De iis, quae ad templum spectant. 120.—De doctrina christiana. 125.—De spiritualibus ministeriis, quae extra templum nostrum. 126.—De silentio. 128.—De uniformitate seruanda. 130.—De medico. 132.—De jentaculo. De bonorum distributione. 133.—De necessitatibus collegiorum. De mutuo. 135.—De pulsu campanae. De missionibus. 136.—De dimittendis a Societate, et de iis, qui iniussi abeunt. 139.»

Pag. 143 non sign. et vacua manet. Sequuntur 10 ff. non sign., in quibus est index rerum, ordine alphabetico a Natali exaratum. Postea unum fol. purum, quo clauditur hic codex. Desiderantur in illo undecim priores instructiones, quae habentur in cod. 7, *Epist. P. Nadal*, I, pag. XXX, XXXI, sc. illae, quae sunt in ff. 1-137v; et quae in ff. 176, 199-201, scilicet *de ope ferenda consanguineis et de mortificatione et poenitentiis*. Caetera hic inveniuntur, licet non eodem ordine posita, nam hi 9 quaterniones ita in codicem 7 redacti sunt, ut primo loco ponantur ea, quae in 6.° quaternione habentur. Dein caeteri quaterniones hoc ordine transcripti sunt: 3.us, 7.us, 1.us, 4.us, 9.us, 8.us, 5.us et 2.us. Quae autem in singulis quaternionibus exstant, eodem ordine transumpta fuere, quo in ipsis reperiuntur.

Codex 68

Cod. Vatic. 6.—Volumen in 4.°, membrana compositum tempore P. Natalis [1], cui haec in dorso supra membranam inscriptio posita est. «C. | N.° 68. | A... | Varia ad Soci.tem pertinentia | E [?][a] catalogus adest [2] | Acta P. Ignatii | ex P. Ribad.a | Collecta a P. Natali.» In charta dorso agglutinata: «6 | C | 3713.»

Est collectio plurium libellorum in unum volumen, cura P. Natalis confecta, ut ex indice, ipsius Natalis manu exarato, et ex frequentibus ipsius annotationibus, per totum volumen additis, colligere licet. Diversa hujus codicis opuscula a variis amanuensibus transcripta sunt. In titulis autem pluribus apparet manus Natalis, auctores singulorum scriptorum

---

[a] Initium hujus versus pene deletum est.

---

[1] Vide infra, «4.um Opusculum» ad calcem, pag. 44.

[2] Catalogus, scilicet, rerum in hoc codice scriptarum.

indicantis, prout in eorumdem descriptione inferius dicemus. Quae quidem indicatio, quantumvis brevissima, utilis admodum est, utpote quae nobis aperit quinam fuerint auctores variorum scriptorum in hoc volumine contentorum. Constat 406 foliis, recenter stilo lapideo signatis. Antiquitus nonnulli tantum quaterniones signati fuerunt.

In 1.° fol. «Mélanges ¦ N.° 68 ¦ a.» Fol. 2.um vacuum. In folio 3.° index rerum invenitur; 4.um purum manet. Alia duo insuper foliola 5 et 6 oblonga, soluta, ibidem inseruntur, ubi aliud exemplum indicis rerum, Natalis manu exaratum, reperitur.

Jam ad singulorum opusculorum descriptionem veniamus.

1.um Opusculum, ff. 7r-12v, hunc praefert titulum: «Consultata de rebus Germaniae, et decisa a P. praeposito in congregatione particulari.» Nullibi in hoc opusculo apparet Natalis manus. Anno 1558 vel 1559 scriptum videtur, non multo post primam congregationem generalem. Inter alia, haec de rebus Germaniae ibi consultantur: an instituenda sit domus probationis in provincia Germaniae: an expediat aliquos germanos, qui Romae aderant, mittere in provincias Hispaniae: «cum theologiae studia bene procedant Ingolstadii, expediatne nostros, qui Romae philosophiae studia absoluerint, Ingolstadium mitti ad theologiam discendam:» «quid agendum de Petro Schorichio, si se gubernandum traderet prouinciali, uel rectori viennensi:» «quid respondendum Jonae, si vrgeat negotium ut a voto absoluatur:» «promulgentur constitutiones et regulae in collegiis, postquam typis excusae fuerint: mittantur conclusa in congregatione generali», etc. Incipit: «Quomodo satisfaciendum sit professoribus...» Des. «P. Victoria curam habeat collegii pragensis.» In fol. 12v haec habentur: «Consultata quaedam de rebus Flandriae, et decisa a praeposito generali in congregatione priuata.» Eadem manu ac eodem tempore et loco ac praecedentia haec scripta videntur, sc. Romae sub primam congregationem generalem. Inc.: «1.° P. Euerhardus Mercurianus praepositus provincialis inferioris Germaniae electus est.» Des.: « ... 12.° Res disponere studeant Tornaci ad collegium futurum.» —Fol. 13 vacuum est.

2.um Opusc., ff. 14r-20r, hoc titulo insignitur: «Estas son las cosas de que vn escolar de la Compañía desea ser informado, según lò que parece á nuestro Padre *Ignatio*.» Hoc ultimum verbum Natalis manu additum est. Caetera ab ignoto amanuensi exarata. Continet 16 quaestiones a quodam Societatis scholastico Patri Ignatio propositas, ff. 14r-15r., quibus statim subjiciuntur responsiones ab ipso Ignatio datae, 14r-20r, prout ex titulo ipsis praefixo eruitur, qui ita habet: «Lo que se sie-

gue [a] se pone por las márgines. En las dos márgines se siegue vna breue satisfación tira*da* [b] de entre muchas cosas que el mesmo escolar oió á nuestro R.do Padre.» Incipit: «A la prima parte... se satishaze con mirar que el fin...» Des. fol. 20r « ... circunstancias de las cosas, mas que no estas dichas.» In fol. 20v, sub hoc titulo: «Breue instruttione [c] per quelli che sono mandati della Compagnia», habetur instructio quaedam ignoti auctoris, pro iis, qui ad sacras expeditiones mittuntur, prout ex dimidiato folio, alia manu scripto, et ibi agglutinato, apparet, fol. 21, in quo haec a tergo habentur: «Ihs. † Breue instructión para las missiones de la Compañía.» Porro haec instructio, quae tribus partibus coalescit, incompleta prorsus remanet, eo quod secundi folii dimidia pars abscisa fuerit. Incipit: «Tre risguardi deue hauer chi è mandato in questa Comp.a...» Des. «... non vi essendo gli altri impedimenti, etc.» Fol. 22 vacuum est.

3.um Opusc., ff. 23r-24v, habet hunc titulum: « † Jesús. Modo que se deue tener tratando con los superiores y otros.» Patris Nadal manu: «existimo esse Patris Ignatii.» Manus alia a praecedentibus. Sunt aliqua obliterata. Incipit: «La cabeça, queda. En hablar ó escreuir...» Des. fol. 20v: «... se podrá llamar «Maestro» ó «Doctor tal»; y con nuestro Padre cada vno como le paresçerá.»—Fol. 21 purum relictum est. Continet antiquas regulas modestiae, nondum emendatas, quibus varia documenta de modo recte conversandi cum aliis accedunt. Eorum auctorem fuisse S. Ignatium ex ipso contextu et ex Patris Natalis annotatione supra dicta satis perspicue patet. Fol. 25 totum purum est.

4.um Opusc., ff. 26r-29v, hunc praefert titulum: « † Jhus. Officium examinatoris.» Super hunc titulum hanc Natalis annotationem sua manu adjecit: «annotaui tantum.» Prius scripserat «accommoda—»; sed statim digito delevit hoc verbum nondum perfectum et scripsit «annotaui tũ [d].» Caetera ab amanuense exarata fuerunt, quorum alia Natalis emendavit, alia obliteravit. Continet regulas, ab examinatoribus eorum, qui in Societatem admitti postulant, servandas, in sex capita distributas. «Caput 1.um, de quibusdam, quae ad bene obeundum munus suum examinatori sunt necessaria. Inc. «Studeat recte intelligere...» Des. «... et literas apostolicas.» Cap. 2.um, quae sunt ei praestanda cum iis [e], qui admitti petunt, antequam in primae probationis domo admittantur. Inc. «Eos, qui in Societatem...» Des. « confitendum ei fuerit.»

---

[a] Sic, pro *sigue.* — [b] Librarius scripserat *tira,* sed Natalis addidit sillabam *da.* — [c] Ms. *instruttioni.* — [d] id est, *tantum.* — [e] *suis* ms.

Hoc deletum est. Non deleta des. « ... ad gloriam Dei est institutum.» Cap. 3.um, quid cum admissis ad primae probationis domum agere debeat, ante examinationem. Inc. «Cum statuerit superior...» Des. « ... magis accedere.» Cap. 4.um, de examine ipso, et ejus modo. Inc. «Secundo uel tertio die...» Des. « .... perfunctus fuerit.» Cap. 5.um, de aliis, antequam ad 2.^{am} probationem admittantur, obeundis. Inc. «Curet literas apostolicas...» Des. « ... in commune refectorium.» Cap. [6.um] de his, quae, post ingressum in secundam probationem, examinator curare debet. Inc. «Initio 2.^{ae} probationis...» Des. «...superius dictum est.» Post 6.um caput sequitur «Examen summarium sexto quoque mense... proponendum»; sed totum hoc caput deletum est. Incipit I.^{um} cap.: «Studeat recte intelligere...» Des. ultimum cap. « ... confessorem admonendo, ut superius dictum est.» Examen summarium incipit: «Interrogetur primo quomodo se habeat circa vocationem...» Desinit, non expleto hoc capite, his verbis: « ... nisi superiori aliud.» Notandum in hoc opusculo annotationes, in margine a Natali additas, bis ab ipso exaratas fuisse, primo sc. in margine exteriori; cum autem ab eo, qui librum composuit, chartaeque oram resecuit, ex parte ablatae fuerint, ita ut vix legi possent, illas in ora interiori denuo exaravit. Vnde liquet librum hunc vivente adhuc Natali compactum fuisse. Fol. 29v vacuum est.

5.um Opusc., ff. 30r-43v, hoc titulo in fol. 30r signatur: « † Quaedam regulae, his proponendae secundo die, qui in domo primae probationis sunt admissi.— Quae ex constitutionibus sunt obseruanda his, qui in probationibus versantur. | 27.» Hoc numero 27 bis signatur hoc opusculum, scil. hic et in fol. 44v. In foliis 35-39r, sub hoc titulo: «Constitutiones scholasticis obseruandae.» habentur plura pro scholasticis, ex constitutionibus deprompta, inter quae sunt regulae scholasticorum pleniores et alio ordine ac illae, quae nunc in Societatis Instituto reperiuntur. Ad verbum autem fere recentiores regulae ex illis transumptae fuerunt. Incipit: «Qui cum omnino statuerit uiuere et mori...» Des. fol. 43v. «... relaxatione nimia caueant.» Sequitur formula votorum solemnium ibidem. Fol. 39v et 44 pura remanent, solo num. 27 in fine scripto, ut dictum est. Nullibi apparet Natalis manus. Eaedem regulae reperiuntur in *Cod. Vatic. 3 et 7*, cum frequentibus emendationibus, Natalis manu adjectis.

6.um Opusc., ff. 45r-56v, hoc titulo notatur in fol. 45r: «IHS. † Quae ex constitutionibus communes sunt et ab omnibus de Societate obseruandae, quibus etiam regulae admiscentur; sed ita ut discerni possit quid ad constitutiones, quid ad regulas pertineat.» Hic titulus iteratur initio folii 46. Hoc opusculum, numero 14 in prima et ultima pagina no-

tatum, a variis librariis scriptum fuit. Natalis manus tantum in summa ora folii 46r apparet, ubi auctorem rerum in hoc opusculo digestarum Ignatium fuisse indicat hisce notis «P. I.us», scilicet, «P. Ignatius». Quatuor capitibus constat, quorum hic titulos transumere juvat: «Cap. 1. De instituto et votis substantialibus.» Incipit fol. 46r: «Scopus instituti...» Des. fol 49r «... loco ergo timoris, succedat amor perfectionis et gloriae Dei.» Cap. 2.um De his, quae ad internum profectum spiritus pertinent. Inc. fol. 49r «Omnes rectissimam habeant intentionem...» Des. fol. 51r «... ut in sua imagine studeat uenerari.» Cap. 3.um De his, quae simul ad profectum internum et exteriorem aedificationem et commune bonum ordinantur. Inc. fol. 51v «Ex morbis fructum capere...» Des. fol. 55v «... Moderate quisque et prudenter utatur gratiis sedis apostolicae, per superiorem sibi communicatis, sibique solius auxilii animarum finem syncerissime proponat.» Cap. 4.um De his, quae ad necessitatem corporis pertinent. Inc. fol. 55v: «Vt nimia sollicitudo...» Des. fol. 56r «... prout ab utroque ratio et charitas exigit.» Sequitur fol. 56r et v. «Formula uotorum simplicium, quam illi omnes tenere debent, qui ante professionem uel admissionem in coadiutores se Deo in Societate dedicant.» Porro haec formula nil differt ab ea, quam habemus in Instituto.

7.um Opusc., ff. 57r-72v, numero 15 in prima et ultima pag. notatum, hoc titulo inchoatur: «† Ihs. Quae privatis personis de Societate Jhu. conueniunt ex litteris et concessionibus apostolicis.» A tribus librariis descriptum est, nec ullibi Natalis manus apparet. Continet res in hisce titulis indicatas. Fol. 59v: «Sequentia viuae vocis oraculo conceduntur.» Fol. 60r: «Quae praeposito generali et aliis inferioribus praepositis fere conueniunt, ex litteris et indultis sedis apostolicae.» Fol. 64r: «Sequentia uiuae uocis oraculo conceduntur.» Inc. fol. 57r: «Primo quiuis de Societate professa post solemne paupertatis...» Des. fol. 68v, «... in anno jubilei ad animarum auxilium possit, concessit.» Fol. 69 vacuum est. Sequuntur, fol. 70, aliquae gratiae a P. Lainez, Societatis moderatore, variis concessae anno 1558. Fol. 71 purum remanet. Fol. 72v tantum habet titulum opusculi iteratum.

8.um Opusc., ff. 73r-76v, numero 11 initio et in fine signatum, nil a P. Natali exaratum habet. Titulus initio positus est hujusmodi: «Constitutiones scholasticis obseruandae.» Est transumptum alia manu scriptum earumdem regularum vel constitutionum, quae ad scholasticos, et professos pertinent, et habentur in eodem codice, ff. 35r-39r, et 42. Haec secunda pars, ad professos spectans, tantum ex parte hic transcripta habetur. Fol. 76 purum remanet, excepta inscriptione, quae in 2.a pag. iteratur.

9.um Opusc., ff. 77r-78v, hunc praefert titulum: «Officium praefecti rerum spiritualium erga nostros collegiales.» Huic titulo haec sua manu addidit Natalis: «quo vtetur praefectus orationis, donec aliud mittat P. Natalis.» Praeter haec verba, nil a Natali scriptum hic reperitur. Plura vero a P. Polanco addita sunt iis, quae prius a librario scripta fuerant. Inc.: «Exploret an collegiales...» Des. fol. 78v Polanci manu: «...demum sibi demandatam curam, vt omnes proficiant in rebus spiritualibus meminerit, et eam exerceat; et si quem r» Sic sensu inexpleto desinit haec pars, cui altera sub hoc titulo scribi incoeperat: «Erga externos»; sed etiam haec imperfecta remanet et obliterata, fol. 78v. Sequuntur 3 folia vacua.

10.um Opusc., ff. 82r-90r, initio habet indiculum rerum corrigendarum, sub hoc titulo: «† In officium examinatoris.», ff. 82r-83r. Fol. 83v nil habet. In fol. 84r hic titulus positus est: «Jhus. De officio examinatoris.» Continet regulas ab examinatoribus eorum, qui ad ordines sacros sunt promovendi observandas, in tria capita dispertitas. 1.um de titulo, aetate et tempore examinandorum. 2.um de impedimentis. 3.um de scientia requisita. Inc. «Officium examinatoris...» Des. fol. 30r: «... quas prudens examinator expendet.» Ab ignoto librario totum exaratum est, demptis paucis Polanci emendationibus, et hac Natalis nota, ultimae pagellae apposita: «Regulae.» Duo ultima folia vacua sunt.

11.um Opusc., ff. 93r-123v, hunc habet in fol. 93r titulum: «† Jhus. Acta in *1.a* congregatione generali.» Amanuensis scripserat tantum: «Acta in congregatione generali.» Natalis autem addidit «*1.a*» Ipse Natalis insuper haec in summa hujus paginae ora scripsit: «Sunt in his *47 decreta* [a], quae non continentur in priori editione [1].» Caeterum, nil aliud in hoc opusculo a Natali exaratum apparet. Paucae sunt Polanci et alterius nobis ignoti emendationes. Incipit fol. 94 (1)r «† Jhus. Acta in congregatione generali Societatis Jesu, post electionem praepositi. Incipiendo a 3.a die Julii 1558. Quae in congregatione...» Des. fol. 123 (30)v. Folia, praeter numeros recenter additos, habet 1-30, quibus hoc opusculum antiquitus signabatur; hos autem nos uncinis claudimus. Fol 124 totum vacuum remanet.

12.um Opusc., ff. 125r-134v, hunc praefert titulum in fol. 125r: «Jhus. Officium rectoris.», cui haec sua manu addidit Natalis: «P. N. Laynis.» Nullibi amplius Natalis manus apparet in hoc opusculo. Folia 125, 126, et 133 ab uno librario scripta sunt; ff. 127, 128, 131 et 132 ab altero;

---

[a] Prius *multa* scriptum fuerat, quo deleto, Natalis scripsit *47 decreta*.

---

[1] Vide *Epist. P. Nadal*, III, 346, ubi de priori hac editione sermo est.

ff. vero 129 et 130 Polanci manu exarata videntur. Capita 17 habet, quorum tituli sunt hujusmodi: «De summa oficii rectoris deque ejus fine. Cap. 1.um—De 1.º medio ad finem dictum assequendum, hoc est, de subordinatione, et in primis de ea, quae est erga Deúm. C. 2.um—De subordinatione erga superiores. C. 3.um—De subordinatione inferiorum ad rectorem. C. 4.um—De exemplo rectoris et oratione... C. 5.um—De 2.º medio ad finem consequendum, hoc est, de discretione... et in primis de ea, quae uersatur circa cognitionem instituti. C. 6.um—De ea discretione, quae uersatur circa cognitionem sibi subditorum. C. 7.um—De ea discretione, quae uersatur circa conseruationem et profectum sibi commissorum. C. 8.um—De ea discretione, quae uersatur circa remedia eorum, qui spiritualiter aegrotant. C. 9.um—De ea discretione, quae versatur circa cognitionem potestatis sibi commissae. C. 10.um—De 3.º medio... de diligenti sollicitudine et cura: et in primis de ea, quae curat profectum domesticorum in solidis uirtutibus. C. 11.um—De cura vt conseruentur consilia euangelica, siue uota. C. 12.um—De cura spiritualium exercitiorum, orationis, [etc.] C. 13.um—De cura circa profectum domesticorum in litteris. C. 14.um—De cura ualetudinis domesticorum. C. 15.um—De cura rerum temporalium collegii. C. 16.um—De cura profectus in spiritu et literis externorum. C. 17.um—Inc. «Vt rector juxta Dni. nostri...» Des. fol. 133v: «... in renouatione studiorum. Deo Opt. Max. laus et gloria in secula seculorum: amen.» Fol. 134 vacuum est.

13.um Opusc., ff. 135r-146v, hunc habet titulum initio folii 135: «Jhs. De officio prouincialis.» Sequitur haec additio autographa Natalis: «P. N. Laynis.» Nec aliud Natalis manu scriptum apparet. A variis amanuensibus hae regulae exaratae fuerunt. In 1.ª et ultima pagina numerus 1 cum inscriptione iteratur, ut in praecedentibus opusculis saepius evenit. Tredecim capitibus coalescit: 1.um ad personam provincialis spectat; 2.um ad rationem, qua se gerere debet erga Societatem et in congregationibus generalibus; 3.um qua ratione se habeat erga praepositum generalem; 4.um quomodo erga alia praecipua membra uniuersae Societatis; 5.um quomodo erga suam provinciam, in his, quae perpetua sunt, sc. in ecclesiis, domibus, collegiis admittendis, conservandis, [etc.]; 6.um quomodo erga suam provinciam, quod ad finem Societatis spectat; 7.um quomodo erga praepositos, rectores, [etc.]; 8.um quomodo erga caeteros sibi subditos; 9.um circa bona mobilia; 10.um de admittendis; 11.um de transferendis vel dimittendis; 12.um erga externos; 13.um de consultatione, visitatione, litteris, aliisque mediis ad gubernandum. Inc.: «Quae rectoribus sunt obseruanda...» Des. «... alicui studium ibidem sit conceden-

dum.» Fol. 146 vacuum est. Alterum harum regularum exemplum habetur in codice, *Miscell. de regul.*

14.um Opusc., ff. 147r-151v, hunc habet titulum, fol. 147r: «† Del modo de acceptar collegios para la Compañía.» Natalis manu: «De N. P. M.º Laynez.» In quatuor partes dispescitur, quarum tituli ita habent: [1] «De diuersas maneras de collegios y del número que en cada una pareçe ser necessario.» Ad calcem hujus articuli haec propria manu addidit Natalis, fol. 148v: «Hactenus P. N. Laynez. Quum ageretur de fundatione collegii et vniuersitatis dilinganae, censuit P. N. Laynez non esse tantum numerum in Germania exigendum, et sat fore si pro fundatione vniuersitatis exigerentur reditus ad alendos 60.» Haec Natalis. [2] «Información de los collegios de la Compañía que no tienen schuelas proprias. [3] De los collegios que tienen schuelas proprias, mas no de studio general. [4] De los collegios donde tiene la Compañía assumpto de studio general.» Praeter duas annotationes Natalis, quas transcripsimus, caetera ab ignoto librario sunt scripta. Incipit: «Consideradas las obras...» Des. fol. 151v: «... dignos del grado, y todo gratis.» Folia 152-154 vacua sunt. Editum apud *Monum. Paedag.*, pag. 49.

15.um Opusc., ff. 155r-162r, hoc titulo in fol. 155r notatur: «Regulae pro scholis.» Natalis manu: «Patris nostri Laynis.» Continet res in sequentibus titulis indicatas: fol. 155r: «De moribus et pura conscientia.» De hac re sunt 12 regulae. Fol. 157v: «Quod ad studia attinet.» Sunt 11 regulae. Fol. 160v, ab alio amanuense scripta sunt, quae sequuntur. *Themata* [a] latinarum orationum, quae dominicis diebus a prandio in collegio habebuntur.» Ad 61 themata numerantur. Incipit opusc. «Quoniam a Deo Optimo Max...» Des. fol. 162r. Fol. 162v, Natalis manu: «Regulae.»

16.um Opusc., ff. 163r-184v, hunc praefert titulum: «Jhus. Acta congregationis secundae post electionem.» Nil a Natale scriptum. Continet acta secundae congregationis, a duobus librariis exarata. Incipit, fol. 164r: «Acta congregationis... Die 3.a Julii...» Des. fol. 184v: «...eorundem opportuno tempore dimittantur.» Folia 185 et 186 pura remanent.

17.um Opusc., ff. 187r-193v, hunc exhibet titulum, fol. 187r: «Jhus. Officium prouincialis.» Fol. 188r, iterum: «Jhus. Officium prouincialis.» Natalis manu: «P. N. Francisci.» Continet regulas provincialis, diversas prorsus ab illis Lainii, quas supra, opusc. 13.º descripsimus. 6 capitibus et appendice constant. 1.um cap. est de iis, quae ad finem Societatis

---

a Librarius scripsit *Ordo;* Natalis autem, deleto hoc verbo, supra scripsit *Themata.*

pertinent. 2.um de cura nostrorum in provincia. 3.um De admittendis, transferendis et dimittendis. 4.um de rebus temporalibus. 5.um de iis, quae ad alias provincias spectant. 6.um de iis, quae ad omnia supradicta melius obeunda juvant. Appendix varia monita continet, provincialibus utilia. Inc. fol. 188r: «1. Curet in ecclesiis suae provinciae...» Des. fol. 193v: «... et doctrina nostrorum habentur.» Fol. 194 purum est. Ab ignoto librario scripta sunt omnia. Ex hisce regulis multae exstant in recentiori editione *Instituti Soc. J.*, licet non eodem ordine.

18.um Opusc., ff. 195r-198r, hunc in fol. 195 habet titulum: «Facultates, quae praepositis prouincialibus ordinarie a generali praeposito communicantur.» Manu Natalis: «P. N. Francisci.» Caetera ab eodem librario, qui praecedens opusculum exaravit, sunt scripta. Inc. fol. 195r: «1. Possint admittere ad probationem...» Des. fol. 198r: «... quatenus expedire iudicauerit.» Multa etiam ex hoc opusculo deprompta sunt pro ultima nostrarum regularum lucubratione sub Everardo et Aquaviva, quae potes videre in regulis provincialis.

19.um Opusc., ff. 198r-205r, hunc habet titulum, fol. 198r: «Officium rectoris.» Natalis manu: «P. N. Francisci.» Caetera omnia ab eodem librario scripta sunt. Continet 5 capita: 1.um de iis, quae ad profectum collegialium in spiritu et litteris spectant. 2.um de iis, quae ad curam corporum faciunt. 3.um de admittendis, dimittendis, transferendis, et aliunde venientibus. 4.um de externis. 5.um de communibus. Fol. 203v: «De potestate ordinaria rectoris.» Natalis manu: «P. N. Francisci.» Inc. fol. 198r: «Rectores collegiorum curent...» Des. fol. 205r: «... commissario vel generali praecipiuntur.» Fol. 205v et totum 206 vacua sunt.

20.um Opusc., ff. 207r-210r, hoc titulo incipit: «Jhs. Maria. Ordo domus probationis seu nouitiorum.» Natalis manu: «P. N. Francisci.» Caetera ab uno amanuense exarata sunt. Duo continet: 1.um, ordinem diurnum, in domo probationis servandum, ff. 207r-208r. 2.um, «Aliqua magistro nouitiorum animaduertenda, vt melius suum officium faciat.» ff. 208v-210r. Inc. fol. 207r: «Mane postquam euigilant...» Des. fol. 210r: «1.° cap. decla. examinis, littera F. Laus Deo. τέλος. Fol. 210v purum est.

21.um Opusc., ff. 211r-213v, ab hoc titulo, fol. 211r, exorditur: «Jhs· De officio vicarii.» Natalis manu: «In 2.a congregatione generali.» Caetera ab uno vel altero librario scripta sunt. Incipit fol. 211r: «Vicarius generalis propter mortem praepositi generalis constituendus...» Des. fol. 213v: «antiquissimus ex professis quatuor uotorum.» Folia 214-216 vacua remanent.

22.um Opusc., ff. 217r-222v, hunc praefert titulum fol. 217r, «Jhus. Officium visitatoris.» Natalis manu: «P. N. Francisci.» Caetera ab eodem amanuensi sunt exarata. Tribus partibus constat: 1.a, de iis, quae praecedunt visitationem. 2.a, de ipsa visitatione. 3.a, de iis, quae illam consequuntur. Dein, fol. 222, accedit appendix de visitatore, qui a praeposito generali mittitur. Inc. fol. 218r: «Quaedam praecedunt...» Des. fol. 222v: «et ea de re generalem admoneat.» Folia 223 et 224 pura remanent. Hoc *officium visitatoris* accepit Natalis a Borgia ante diem 12 Decembris 1566, ut constat ex ejusdem Natalis epistola, in tertio epistolarum vol., pag. 346.

23.um Opusc., fol. 225, hunc habet titulum in 1.a pag. «Officium ministri.» Natalis manu: «P. N. Francisci.» Duas tantum pagellas, ab uno amanuense scriptas, continet. Inc. fol. 225r: «Intelligat suum officium esse rectorem iuuare...» Des. fol. 225v: «non poterit iuxta praescriptum rectoris.» Fol. 226 purum est.

24.um Opusc., ff. 227r-231v, est complementum quoddam opusculorum 17.i, 18.i et 19.i; utpote quod exhibet indices rerum in illis exstantium, et aliquas additiones, pro officio provincialis rectius exsequendo. Titulus 1.us, fol. 227r est: «Jhus. Index officii prouincialis.» Fol. 228v: «Index officii rectoris.» Fol. 230r: «Interrogatorium prouintialis dum uisitat... superioribus et aliis... proponendum.» Fol. 230v: «Interrogatorium commune...» Fol. 231r: «Pro scholasticis.» Fol. 231v: «Interrogatorium secretum.» Incipit fol. 227r: «P.° Quomodo in ecclesiis...» Des. fol. 231v: «... sub eodem etiam secreto dicat.» In fol. 232 tantum haec a tergo inscriptio habetur: «Pro Patre Natali.» Nil Natalis manu scriptum. Sequitur in ff. 233r et 234v: «Decretum Rdi. Patris nostri generalis praepositi Francisci Borgiae in mense Novembri 1565, ubi habentur „Opiniones sustinendae a nostrisque docendae ut uerae ac tenendae“. Inc.: «Nil defendatur uel doceatur, quod aduersetur...» Des. «... non solum admonemus, sed etiam statuimus.»

25.um Opusc., ff. 235r-241r, in fol. 235r haec Natalis nota habetur: «Non edidit N[atalis], sed annotauit P. N. O.» Titulus, in fol. 236r positus, ita habet: «Documenta quaedam confessariis domesticorum obseruanda.» Hunc titulum ab amanuense, qui totum opusculum exaravit, scriptum, ita propria manu emendavit Natalis: «Documenta, quae a confessariis domesticorum observari poterunt.» Et continuo haec ipse Pater addidit: «Existimo esse P. Polanci.» In quinque partes dividitur: 1.a «De his, quae ad personam confessarii pertinent.» 2.a «De iuuando poenitente in examinatione conscientiae.» 3.a «De poenitente iuuando circa dolorem

de peccatis.» 4.ª «Quomodo in ipso actu confessionis se habeat cum poenitente.» 5.ª «Quomodo ad emendationem et profectum spiritualem iuuet poenitentem.» Plura propria manu emendavit, auxit et obliteravit Natalis. Inc. fol. 236r: «Praeter ea, quae in *Directorio* notantur, quae intelligenda, et memoria retinenda, et cum oportet exercenda sunt, quaedam, quae peculiariter [a] erga domesticos uidentur utilia fore, hic attingentur.» Des. fol. 241r: «aperit quapropter illa[m] petebat facultatem...» Vltima verba sunt a Natali adjecta. Fol. 242 tantum habet hoc verbum: «Son:» quod esse videtur initium cujusdam annotationis P. Natalis, quam quidem inchoatam reliquit.

26.um Opusc., fol. 243r et v, sunt «Regulae bibliothecae.», nulla Natalis annotatione donatae. Inc. fol. 243r: «Bibliothecam aliquam hoc tempore...» Des. in altera pag.: «...ne retineant. Laus Deo Opt. Max.» Fol. 244 tantum habet opusculi titulum, in altera pagina iteratum. Hoc opusculum numero 10 initio et in fine olim signatum fuerat.

27.um Opusc., ff. 245r-250v, hunc habet titulum, fol. 245r: «Ordo studiorum.» Numero 16 initio et in fine signatur. Continet ordinem in studiis, tum theologiae, tum philosophiae, tum rhetoricae et aliarum classium inferiorum singulis diebus et hebdomadibus servandum. Omnia ab uno eodemque amanuense scripta sunt. Manus tamen Polanci in quadam annotatione ad marginem primae pagellae apparet, et in ultima haec annotatio, Natalis manu scripta, habetur, in qua de studiis ordinandis ipsi cum P. Ledesma tractandum innuit hisce verbis: «agendum cum Ledesma [1].» Incipit fol. 245r «Theologi.—Praeuideant lectiones: cum uero...» Des. fol. 249v: «...Expositio almanach aut tabularum. 4.—Prospectiua. 3.—De horologiis. 2.» In fol. 250v repetitur titulus opusculi. Fol. 251 vacuum remanet.

28.um Opusc., ff. 252r-255v, hoc titulo in fol. 252r inchoatur: «Jhus· De modo stabiliendi cordis, et cum affectu et spirituali fructu uacandi orationi uocali, his, qui quod orant intelligunt, accommodato.» Varia tradit documenta et industrias ad attentionem mentis in oratione comparandam, sub hisce titulis: «De praeparatione.—De eadem praeparatione redacta ad formulam orationis.—De attentione in ipso decursu psalmodiae.—De his, quae iuuant ad hanc attentionem. —De affectibus psalmo-

---

[a] Prius *peculiari modo*, scriptum fuerat. Natalis emendavit ut supra.

[1] P. Ledesma scripsit «Rationem studiorum», quam cum aliis primorum Societatis Patrum scriptis ad studia pertinentibus typis excusimus in *Monum. Paedag.*, pag. 141 et seqq.

rum.—De instauratione. – De eadem instauratione redacta ad formulam orationis.» Nullibi apparet manus Natalis. In ima ora pagellae primae haec, Beati Canisii manu, ni fallimur, inscriptio posita est, et dein obliterata: «se rimetti al collegio ro[mano].» Inc. fol 252r: «Oratio, quae non solum uoce...» Des. fol. 255v: «.... Deus in secula seculorum. Amen. Deo gratias.» Folia 256 et 257 pura relicta sunt.

29.um Opusc., ff. 258r-260v, continet indicem meditationum Sti. Francisci Borgiae, sub hoc titulo a P. Natali exarato initio folii 258r: «P. Francisci index meditationum.» Alia manu: «Jhs. M.» Scriptio nitida et ab uno amanuense exarata. Inc. fol. 258r: «1.° Dar gracias al Señor...» Des. fol. 259v: «... amén y mill vezes amén.» Sequitur series quaedam interrogationum et responsionum, quibus axiomata seu principia de perfectione assequenda stabiliuntur. Alia manu, quae germanica videtur, scriptae sunt hae interrogationes et responsa. Inc. fol. 260r.: «Int. Quae est vera sapientia? Resp. Per contemptum mundi tendere ad regna caelestia.» Des. fol. 260v: «... orans vt redeat, cauens ne amittat.» Fol. 261 vacuum est.

30.um Opusc., ff. 262r-274v, hanc habet inscriptionem, Natalis manu exaratam, in fol. 263r: «Apologia ad ea, quae apud cardinalem Vitellum obiecit Patribus romanis episcopus Caesarinus anno 1564.» Praecedit folium solutum 262, ubi ab alio amanuense scriptus est index objectionum seu accusationum Patribus romanis incussarum. Incipit index hisce verbis: «Circa confessionem. De praestatione iuramenti...» Des. in altera pag.: «... De modo examinis praesbiterorum.» Apologia incipit fol. 263r: «Quod hactenus experti sumus...» Des. fol. 274v: «... intelligimus nostram examinum rationem.» Sequuntur 4 folia pura. In fol. 279v. haec graeca inscriptio Natalis manu exarata habetur: πέρ' αδελφότητο. Fol. 280 vacuum remanet. Hoc monumentum infra, inter *Monumenta Italiae*, editum reperies.

31.um Opusc., ff. 281r-322v, continet annotationes P. Hieronymi Natalis in varia diplomata pontificum romanorum pro Societate Jesu et in acta et decreta 1.ae congregationis generalis. Manus amanuensis ejusdem in omnibus hisce annotationibus conspicitur, quae ab auctore P. Natali frequentibus emendationibus et additionibus sunt expolitae. En tituli rerum in hoc opusculo collectarum: Fol. 281r: «Annotationes in diploma confirmationis Julii III.» Fol. 285v.: «Annotationes in breue Pauli III, quod habet Rodolphi cardinalis praefationem.» Fol. 286v: «In breue coadiutorum.» Fol. 287r: «In testimonium cardinalis Durantis de viuae uocis, etc.» Fol. 287v: «In diploma gratiarum Pauli III anni 1549.»

Inc. fol. 881r: «*1. In uiam mandatorum*) et consiliorum uideretur addendum...» Des. fol. 292r: «... in domibus sustentari possint.» Fol. 292v, vacuum est. Fol. 293r: «In acta congregationis primae priora annotationes proponendae in proxima congregatione, ante generalis electionem, si quid fortassis Patribus emendandum uidebitur.» Natalis manu: «sunt nonnulla emendata in secunda generali congregatione. Dicetur tamen pro 3.ª, si quid praeterea occurrat.» Sequuntur annotationes, ff. 293r-296v, quae omnes, linea ducta, sunt obliteratae. Inc. «Quod ediderit canones ante congregationem vicarius...» Des.: «... ad illam dumtaxat electionem attinere.» Fol. 296v: «In acta posteriora primae congregationis generalis.» Inc. «Duplicem uideo editionem horum actorum: altera est, quam ego accepi a P. Polanco, et multis communicaui in mea uisitatione penultima [a]. Alia est in cuius exemplum incidi obiter; neque enim credere poteram alia esse decreta uel editionem quam meam; hanc intelligo aliis communicasse eundem Patrem. 2.ª haec editio continet 146 decreta, illa mea 100 tantum [1]. Ego in meam editionem annotabo primum: dein dicam de alia, quod occurret.» Des. fol. 307v: «... 92. *Petendum uideri*). Non est postulatum hactenus.» Fol. 308r: «Annotationes in 2.ªᵐ editionem decretorum.» Inc. ibid. «Quadragesimum primum decretum... initium differt a quinto...» Des. fol. 309r: «... expunctum illud, scilicet, otra theología no contraria á esta.»

Fol. 309r: «Annotationes in regulas.» Natalis manu in ora superiori hujus pagellae: «Annotationes in regulas nil est quod examinentur ante editionem regularum N. P. Francisci.» Sequitur amanuensis manu ibid.: «Et primum in eas, quas scimus confirmatas a P. Layne. Eae sunt: Quae ex constitutionibus et examine sunt desumptae, quarum est initium „Summa sapientia." Regulae communes, sacerdotum, editui, praefecti ecclesiae. Officium prouincialis, et rectoris, quod etiam officium ipse composuit, siue ex aliis collegit. In primas regulas nil est annotandum vel mutandum; sunt enim illae ad verbum desumptae ex 3. parte constit. et examine.»—«In regulas communes.»—Huic titulo, in eadem pagella posito, addidit Natalis propria manu: «P. N. Laynis»; regulas sc. communes, quibus Natalis suas annotationes apposuit, a P. Lainez collectas et ordinatas fuisse. Inc. ibid.: *1. Nihil erit*) nisi vbi in itinere externo confiteretur...» Des. fol. 310v: «... ab eo accepta facultate.» Ibid. hic

---

[a] Amanuensis scripsit *postrema;* Natalis propria manu emendavit ut supra.

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 346.

titulus scriptus est ab amanuense: «In regulas sacerdotum» Natalis manu sequitur: «P. N. Laynis.» Inc. ibid.: «*1. Illud attente)* Adde: „et deuote".» Des. fol. 312v: «*10. Habeant autem purificatoria quatuor cruces...)* ... ad finem huius regulae dicantur. —Hactenus in libellum regularum impressum Viennae, quibus addendae sunt et examinandae emendationes, quae factae sunt in Hispania postrema visitatione; eas habeo ego in meis scriptis: habet etiam P. Carrillus in suo officiorum libello: habebunt etiam prouinciales hispanienses.»

Fol. 312v: «In officium rectoris *P. N. Laynis* annotationes.» Verba *P. N. Laynis* sunt autographa Natalis. Caetera ab eodem amanuense exarata. Inc. ibid.: «*1. Vt ii, qui, etc.)* Amplior est ratio finis...» Des. fol. 321v: «*69. Videat cui facultati).* Hoc primum de externis et scholasticis intelligi potest: reliquae hujus regulae partes tantum ad nostros haec explicanda.»

Fol. 322r hic titulus positus est: «In officium consultorum annotationes.» Inc. ibid.: «*Cum aliis...*» Des. ibid.: «... rectoris consultor.» Nil Natalis manu scriptum est.

Ibid: «In modum accipiendi collegia editum a P. Layne». Inc. ibid.: «*1. De la charidad...*» Des. fol. eod. verso: «*4. Sus cursos de artes.)* Hoc est, tres.» Fol. 323 vacuum manet.

32.um Opusc., ff. 324r-332v, hunc praefert titulum, a Natali scriptum: «Annotationes communes collecte ex vsu visitationum.» Caetera Patris Jimenez manu scripta videntur; multis tamen a Natali additionibus ditata, et emendationibus castigata sunt. Inc. fol. 324r: «Antequam dentur alicui uota...» Des. fol. 332v Natalis manu: «... quibus magnus fructus alioqui sperari posset.»

33.um Opusc., ff. 333r-337r, hunc habet titulum, fol. 333r: «Multus est consuetudinum utilium et traditionum usus in Societate, ut in Ecclesia Dei est, *et* [a] in omnibus institutis religiosis. —De traditionibus *Societatis* [b].» Inc. ibid.: «Traditio Societatis dici potest...» Des. fol. 337r: «... apud principes gratiosos.» In fol. 334v hic alter titulus positus est: «De consuetudinibus.» Natalis manu: «Societatis vniuersalibus.» Manus in toto hoc opusc. videtur Patris Jimenez; sunt insuper additiones et emendationes P. Natalis. Fol. 337v vacuum est.

34.um Opusc., ff. 338r-344r, habet hunc titulum fol. 338r: «Jhus. Respuestas de nuestro Padre general *M.º Laynez* á diuersas preguntas

---

[a] Haec particula addita est a Natali. —[b] *Societatis,* a Natali additum est.

de Spaña.» Quae litteris italicis scripta vides, sunt autographae Natalis additiones. Caetera ab amanuense exarata sunt. Inc. fol. 338r: «Interr.º Graue uidetur post emissionem uotorum...» Des. fol. 344r: «... capellanía de la misma renta.» Fol. 344v vacuum est. In fol. 345v haec tantum inscriptio, Natalis autographa, posita est: «Reglas.» Ex ipso opusculi contextu has responsiones scriptas fuisse non multo post primam congregationem generalem et ante S. Francisci de Borja discessum ex Hispania, sc. ab anno 1558 ad 1561, perpicue apparet.

35.um Opusc., ff. 346r-354r. hunc habet titulum, a Natali exaratum in fol. 346r: «De obedientia, ex doctrina diui Benedicti et diui Bernardi.» Ipsius Natalis manu in superiori ora ejusdem pagellae: «Está en el collegio de Coimbra en vna tabla.» Ex hac annotatione erui videtur haec documenta, non a Natali excerpta et ordinata fuisse, sed ex quadam tabula collegii conimbricensis, ubi descripta fuerant, transumpta. Omnia ab eodem amanuensi, et nitide quidem, transcripta sunt. Auctoritates sacrae scripturae et sanctorum Patrum in marginibus citantur. Titulus, in fol. 347r positus, est hujusmodi: «Quaedam notabilia de sanctissima obedientiae virtute, in regula sancti Patris Benedicti contenta.» Varia quaedam documenta ex divo Bernardo inseruntur, inter quae in ff. 352r-353r, habentur «duodecim gradus superbiae.» quorum quidem octavus et nonus omittuntur. Inc. fol. 347r: «Primus humilitatis gradus est obedientia sine mora...» Des. fol. 354r: «... operantur maleuolus, magniloquus, facinorosus.» Fol. 354v-357v vacua sunt.

36.um Opusc., ff. 358-389, hunc praefert titulum, Natalis manu exaratum in fol. 358r. «Patris Petri Ribadeneyra de actis P. N. Ignatii. Hoc monumentum a nobis editum et descriptum habes apud *Monum. Ignat., Scripta de S. Ignat.*, I, 337 et seqq.

Appendix. Extant ad calcem hujus codicis 4 documenta soluta, quorum 1.um est folium in f.º, n. 390 signatum, cujus titulus est hujusmodi: «† Jesus amor meus cru[cifixus] est.—7. Regulae Patris nostri Domini Ignatii R.di.» Manus ignota. Sunt septem sententiae S. Ignatii, quas P. Andreas Frusius 7 distichis comprehendit, ut passim in variis editionibus *Thesauri spir. Societatis Jesu* videre est [1]. Incipit: «P.º Nunquam contradicas cuiquam...» Des.: «... cumque cubitum ibis, hisce perlectis recita[bis] [a] semel „Miserere" et „Ave Maria."» Sequuntur duae sententiae divorum Hieronymi et Bernardi. Folia 391 et 392 pura sunt. Postea extat

[a] Charta nonnihil detrita.

[1] Cf. *Thesaurus spiritualis Societatis Jesu* (Bilbai, 1887), pag. 655.

folium in 4.° plicatum et solutum, ubi haec, Natalis manu, sunt exarata: «† y para aquello podrá dar iurisdicción á su confessor», quae quidem annotatio ab ipso Natali obliterata videtur. Sequitur ibidem ipse P. Natalis: «※ esset respondendum denuo his dificultatibus. Et omnibus quidem posset nunc responderi.» Nullibi nobis reperire licuit illud signum ※, ad quod haec annotatio referenda est; unde ignoramus de quibusnam difficultatibus sermo sit.

2.um documentum, ff. 394r-398r, sunt additiones authographae Natalis ad annotationes «in diploma confirmationis Iulii 3.ii », quae habentur in opusculo hujusce codicis 31.° Inc. fol. 394r: «Post solemne votum...» Des. fol. 398r: «... 6. part. const. et decla.um c. 2.°»

3.um documentum, ff. 398v-399r, sunt additiones etiam autographae Natalis ad annotationes «in bullam Pauli 3.ii 1549.» De quibus supra, opusc. 31.—Inc. fol. 398v: «et alias, prout personae...» Des. fol. 399r: «... in ministeriis Societatem.» ff. 399v-403v pura remanent.

4.um documentum, ff. 404r-407v, totum autographum Natalis, inscribitur, fol. 404r: «Orden de oratión.» In eadem pagella transversim scripsit idem: «exscribenda; verum cum delectu.» Initio ejusdem paginae:. «℟. 2.» Fol. 404v vacuum est. Initio folii 405r haec altera inscriptio posita est ab eodem auctore: «Instructión que dió el P. Nadal la primera vez que visitó Spaña.» Inc. ibid.: «Aduiértase el modo que tiene...» Des. fol. 407v: «... Societati suae. Benedictus Deus.» Quae in hoc vere aureo documento de oratione nobis reliquit P. Natalis, paucis pagellis nobis exhibent medullam doctrinae ad rationem orandi Societati magis congruam spectantis. Hanc autem doctrinam ex Ignatii magisterio illum deprompsisse videtur, ex iis, quae alibi passim ipse P. Natalis de oratione ad nostrum institutum consentanea tradit.

Hujus codicis brevem notitiam dedimus apud nostra *Monum. Paedag.*, pag. 19, n. III.

Codex 69

Cod. Vatic. 7.—Vol. in 4.°, charta crassiore compactum, et totum ab eodem amanuensi exaratum, sc. ab eodem qui *Natalis opuscula* (Cod. 8, tom. I *Epist. P. Nadal*) transcripsit. A tergo hanc habet inscriptionem, ex parte jam obliteratam: «Instructiones et | ordinationes diuersae | pro variis officis | sub P. Lainez | P. Borgia | P. Euerardo. | Antiquae alibi | positae | H. | N.° 69 | A...» Recentius, stilo caeruleo, «7» in ipso dorso additum, quo numero inter codices, recenter in archivo Vaticano inventos, signatur. Priora 16 ff. non sunt signata. In fol. 1.° haec inscriptio,

Natalis autographa, habetur: «Exemplum instructionum.» Alia manu recentiori, probabiliter quo tempore archivus Vaticanus in Galliam a Napoleone translatus fuit, haec signatura apposita in eodem 1.° folio: «Mélanges. | N.° 69. | a | » Iterum ibid: «N.° 69 | a.» Sequuntur tria folia pura. In 5.° haec a tergo notata sunt: «Quae in hoc volumine continentur, sunt perantiqua et parum deseruiunt.» Folia 6r-10r indicem rerum exhibent. Folia 10v-16 pura sunt. Sequuntur paginae 1-672 signatae et scriptae, demptis pagg. 601-608 et 659-672, quae nil scriptum habent. Quaterniones primi numeris ad calcem 1.ae paginae, Natalis manu signantur. Haec autem annotatio desinit in quaternione 14. Natalis manus frequenter in toto volumine conspicitur, nam emendationes multae ab ipso auctore factae sunt. Aliquae autem longiores ab amanuense aliquo nitide exaratae fuerunt. Descriptus est hic codex apud nostra *Monum. Paedag.*, pag. 19, n. IV. Quoniam autem integre proprio loco a nobis edendus est, haec generatim dixisse sufficiat. Vide hujus codicis genesim in Praefatione hujus voluminis, et supra, pagg. 37-39.

Codex 70

Index armarii, sive secretioris archivi.—Inter codices archivi Vaticani, qui ante Societatis extinctionem, in ipsius Societatis tabulario romano asservabantur, recensendus est *Index armarii, sive secretioris archivii*, cujus hic descriptionem exhibemus. Est vol. in fol. minori, crassiori charta colligatum, quae temporis lapsu ex parte detrita est. Hanc in dorso inscriptionem habet: «Index | Armarii | ann. 16[58] | Q. | 132.» In priori facie operculi: «Index Armarii sive secretioris | Archivii | 1658. | $\frac{5}{5}$ | Fin de la suite suppl.re | n.° 6. F.F. | A | (4.)»

Constat 120 circiter ff. non sign. In 1.° fol. haec habentur: «† Index Armarii A, in quo asseruantur P.° – Autographa S. P. N. Ignatii et primorum Patrum Societatis Jesv. – 2.° Literae selectae principum ad S. P. N. Ignatium et alios praepositos generales.—3.° Manuscripta uaria de vita S. P. N. Ignatii et initiis Societatis. Confectus anno 1658.» Alia manu antiqua: «Multa desunt. Vide catalogum recentiorem et confectum anno 1716 [1].»—Fol. 1°v. «Armarii A Pars prima, in qua asseruantur autographa S. P. N. Ignatii et primorum Patrum Societatis Jesv. Capsula

[1] In tabulario romano «Archivio di Stato»—«Fondo Gesuitico» exstat volumen in folio, foliis 507 constans, cui titulus: «Syllabus scripturarum archivi superioris, in sex partes distributus. Pars prima pro Societate universa et pro assistentia Italiae. 1700.» Hic catalogus in multis discrepat ab *Indice*, qui in archivo Vaticano asservatur.

num.° 1. Testimoniales de decem primis Patribus vniuersitatis parisiensis, etc.»

In 2.° fol. incipit index documentorum armarii A, in tres partes distributus, quarum prima 15 capsularum documenta recenset, ita ut singula folia singulas capsulas complectantur. In hac 1.ª parte ponuntur autographa S. Ignatii, aliorumque antiquiorum Societatis Patrum, ut supra dictum est. Secunda pars, exordium ducit a capsula 16.ª et desinit in 26.ª Continet epistolas principum. Tertia pars continet ea, quae in capsulis 27.ª–41.ª includebantur. Varia complectitur de vita S. Ignatii et initiis Societatis. Sequitur index armarii B, in 33 capsulas distributi, ubi romanorum pontificum et sacrarum congregationum varia documenta recensentur. Nota, indicem capsulae 33, quae est ultima, ante indicem capsulae 32 positum fuisse. Primum totius indicis documentum est: «Vniuersitatis parisiensis [testimoniales] quod Mag. Ignatius de Loyola gradu magisterii rite sit insignitus. 14 Mart. 1534.» Ultimum caps. 33.ªᶜ armarii B est: «Decretum impressum supra missionibus Patrum Soc. Jesu, 15 Oct. 1649.» Sequuntur 40 ff. vacua.

CODICES IN PRIMO VOLUMINE DESCRIPTI

QUI IN PRAESENTI ADHIBENTUR

CODEX 2.—*P. Natalis ephemerides.*—Descriptus in t. I, pag. XXIV.

CODEX 5. - *Hieronymi Natalis instructiones et monita pro collegiis Hispaniae et Lusitaniae.*—Descriptus in t. I, pag. XXVII. Uberiorem statim hujus codicis descriptionem dabimus.

CODEX 6.—*Instructiones et monita pro collegiis Germaniae, Poloniae, Belgii et Galliae.*—Descriptus in t. I, pag. XXIX. Plenius autem infra describetur.

CODEX 7.—*Hieronymi Natalis instructiones.* — Descriptus in t. I, pag. XXX.

CODEX 8.—*P. Natalis opuscula.* - Descriptus in t. I, pag. XXXII.

CODEX 9.—*P. Natalis meditationes et dialogi.*—Descriptus in t. I, pag. XXXIII.

CODEX 10.—*P. N. Hieronymi Natalis Concordia Euangelica.*—Descriptus in t. I, pag. XXXVII.

CODEX 11.—*Miscellanea.*—Descriptus in t. I, pag. XXXVII.

CODEX 12.—*Cod. Vatic. 2.*—Descriptus in t. I, pag. XL.

CODEX 13.—*Hieronymi Natalis scholia in constitutiones et declarationes.*—Descriptus in t. I, pag. XLV.

CODEX 14.—*Collectanea de Instituto. Vol. I et VIII.*—Descriptus in t. I, pag. XLVII.

CODEX 16.—*Examina Patrum ac fratrum Societatis Jesu a P. Natali collecta.* — Descriptus in t. I, pag. XLVIII.

CODEX 17.—*Ratio vocationis Societatis Jesu.— Orationis observationes.*—Descriptus in t. I, pag. XLIX.

CODEX 18.—*Patris Natalis exhortationes.*—Descriptus in t. I, pag. L.

CODEX 25.- *Vita Patris Cornelii Wischaven.*—Descriptus in t. I, pag. LX.

Codex 5

UBERIOR HUJUS CODICIS DESCRIPTIO

Hieronymi Natalis instructiones et monita pro collegiis Hispaniae et Lusitaniae.—Cur a nobis fusius hic codex exponendus esse videatur, dictum est in hujus voluminis praefatione. Suppositis igitur iis, quae de hoc codice in tomo primo, pagg. XXVII-XXIX, diximus, jam ad singula in eodem contenta descendamus.

PRIMA PARS CODICIS

Ac primo quidem loco, ff. 1r-2v, habentur monita pro consultoribus provincialis et rectoris. Haec et alia hujus codicis monita relicta fuerunt a Natali in Lusitania anno 1561, ut ex codicis titulo eruitur. Collatione autem hujus monumenti cum regulis consultorum instituta, has regulas ex illis monitis, ordine interdum mutato, desumptas fuisse comperimus, ut ex sequenti nonnullarum compositione ob oculos legentis clarius patebit.

NATALIS INSTRUCTIO	REGULAE CONSULTORUM
1. Imprimis sinceram intentionem in consultationibus, et a perturbatione liberam habere studeat, ac peculiari uinculo charitatis et obedientiae uniri cum superiore et reliquis eidem subditis huiusmodi unionis formam se praebere curet.	3. In consultationibus sinceram intentionem habeant et a perturbatione liberam, ut fideliter et debita cum modestia, charitatis et obedientiae memores, sententiam dicant.
2. Amet uniuersale bonum Societatis et prouinciae uel collegii, et orationem praemittat (praecipue cum de rebus seriis agendum est)	2. Sint amatores boni communis, illudque in omnibus consultationibus prae oculis habeant; atque, ut divinae inspirationi dent locum

consultationi, ut donum impetret discretionis, ad sententiam dicendam, et libertatis ab omni affectu inordinato, qui rectitudinem indicii in alterutram partem inflectere posset.

3. Cum aliquid in medium proponitur, de quo sit deliberandum, curet, ut rem bene intelligat, antequam de ea sententiam dicat, nec sit praeceps in dicendo quod sentit, nisi motum rationis in alterutram partem in se sentiat, quam et explicare debebit, ubi opus est.

4. Cum tempore indigere sibi uidebitur ad deliberandum, significet superiori, etc.

et saniora sint eorum consilia, in suo sensu non nimis abundent.

5. Rem, de qua consultatur, bene intelligant, nec sint in dicendo praecipites; sed, negotio secum considerato et oratione praemissa, praecipue cum de rebus agitur difficilibus, sententiam suam aperiant. Quod si quid ex tempore discutiendum proponeretur, et id sibi maturius considerandum iudicarent, Superiori significabunt.

Ex hac collatione sat clare eruitur, regulas consultorum, quas nunc habemus, jam, quod ad substantiam, compositas fuisse ante annum 1561, quo illas Natalis in Lusitaniam induxit. An autem vivente Ignatio jam eae haberentur, nobis non constat. Ac primo quidem 10 tantum regulae pro consultoribus scriptae fuerant; postea vero sex aliae adjectae fuerunt sub hoc titulo, ibid., fol. 2r, posito: «Ad officium consultorum addantur haec: 11. Vt consultores magna obseruantia secrete teneant, quae cum ipsis secrete tractantur...» etc. Ignota manus, quae magnam hujus codicis partem exaravit. Inc. «In primis sincera...» Des. «... habent admonitorem generalis.»

Fol. 3r-4r, continentur nonnulla monita pro superioribus Societatis, sub hoc titulo: «Como se a dauer con los consultores el superior.» Ex hisce monitis varia deprompta fuerunt in conficiendis regulis praepositi provincialis, praepositi domus professae et rectoris, in his, quae ad rationem agendi cum consultoribus spectant. Inc. «Téngales en toda obediençia...» Des. «... entre sí los consultores.»

Fol. 4r-6r, sub hoc titulo: «Orden que el P. Mtro. Nadal dexó al P. Gonçalo Áluarez, maestro de nouicios en Coimbra.» Similis esse videtur, quod ad substantiam attinet, illi ordini pro novitiis a S. Francisco Borgia adornato, de quo diximus in descriptione *Codicis Vatic. 6*, ff. 207-210. Ibi autem latino sermone; hic autem hispanice scriptus reperitur. Inc. «En despertándosse leuántensse...» Des. «... del ministro ni

sotoministro.» Accedunt pauca monita P. Natalis eidem P. Gundisalvo Alvarez proposita, quae in rebus particularibus illius tirocinii potissimum versantur, fol. 6r et v.

Fol. 6v-9r, exstat instructio pro examinatore eorum, qui ad Societatem adscribi postulant. Titulus est hujusmodi: «Instructión para el examinador.» Discrepat hoc documentum ab eo, quod in *Cod. Vatic. 6,* ff. 26-29 habetur, tum in lingua, hic enim hispanice, ibi autem latine scriptum est; tum in rebus ipsis et in ordine tractationis. Inc. «El examinador, para bien hazer su officio, a de tener tres exámenes. El primero es sumario...». Des. «se contiene en el 4.° capítulo del examen.» Sequitur haec annotatio: «A diante as 52 folhas uão cousas que pertenecem a este officio de examinador.» Manus eadem ac supra.

Fol. 9v-12r, sub hoc titulo: «Orden de oraçión.» non solum P. Natalis varia monita de tempore, modo, loco etc., quibus orationi vacare debent socii, sed etiam de corporis afflictatione ab ipsis exercenda, et de oratione vocali, pro benedictione mensae usurpanda, utilia documenta ibidem tradit. Nec tamen haec monita cum illis confundenda sunt, quae habentur in *Cod. Vatic. 6,* fol. 404; neque cum aliis in cod. *Collecta per P. Natalem,* ff. 316-323, contentis; neque tandem cum iis, quae in cod. *Miscell. de regul. S. J.,* sub n. 3 exhibentur; ab illis etenim prorsus discrepant, nec tam ex professo ut in illis de oratione disseritur, sed practica quaedam ad illam spectantia brevi sermone attinguntur. Manus eadem ac in superioribus. Inc. «Del orden de oraçion de los nouicios ya se ha dicho...» Des. «... ayudarles in Domino.»

Fol. 12r, hic titulus: «Auisos para os irmãos que por causa de suas infirmidades forem mandados por obediencia a quĩta para se recrearem.» satis superque argumentum declarat decem monitorum, quibus praefixus fuit. Scopus horum documentorum erat, ut ita corporis valetudini provideretur, ut spiritus infirmorum detrimentum minime caperet. Fol. 12v purum relictum fuit. Inc. «Estem a obediençia...» Des. «...exerçiçios de sãos.»

Fol. 13r-15r, «Ordem sobre os liuros prohibidos.» Sub hoc titulo habetur apographum decreti cardinalis Alexandrini, quo facultas conceditur praeposito Societatis Jesu expurgandi et adhibendi ad usum scholarum ejusdem Societatis quosdam libros prohibitos ibidem recensitos. Inc. «Nos, frater Michaël Ghislerius...» Des. «... prouidentia papae quarti. Anno quarto.» De eodem argumento plura monita ibi addita sunt, et de ratione utendi facultate supra memorata. Manus eadem ac supra.

Fol. 15v-16r, est apographum catalogi P. Natalis de rebus in recrea-

tione a sociis pertractandis. De eodem vide quae in editione *Codicis Vatic. 7*, ad pagg. 211-215 ejusdem codicis, dicemus. Hoc autem transumptum cum archetypo, paucis demptis, concordat.

Fol. 16v-18v, «Orden del refectorio y seruicio dél.» Hoc titulo designata veniunt quaedam documenta practica et valde minuta de ratione adornandi triclinium, de ordine in ministerio mensarum ad prandium servando, de vasis ad potum adhibendis, eorumque materia, etc. Manus eadem. Utile esse poterit hoc documentum iis, qui de antiquis consuetudinibus et de rebus domesticis dissererę voluerint. Inc. «Senhalesse una tabla...» Des. «... se muden cada semana.»

Fol. 18v-19r, catalogus exhibetur lectionum ad mensam usurpandarum, hispano sermone sub hoc titulo: «Orden de lo que se ha de leer en la mesa.» Non omnino cum novo catalogo, in *Instituto Societatis Jesu*, sub regulis praefecti lectionis ad mensam excuso, concordat; plures enim exhibet auctores, qui in novo catalogo expuncti sunt, et e contrario pauci aliquot hic desiderantur, qui ad recentiorem catalogum additi sunt [1]. Continet insuper monita nonnulla de ratione expurgandi quosdam tractatus, priusquam ad publicam lectionem adhibeantur. Ita e. g. in historia ecclesiastica Nicephori emendandos admonet quosdam errores in 1.° et 2.° libro in iis, «quae attinent ad graecorum errores et apocrypha quaedam de cognatione virginis Mariae, et aliis, si recte commemini.» Ita Natalis in hac instructione, quae, ut superiores, ab eodem librario exarata fuit. Inc. «Al principio de la lectión...» Des. «... algún libro en romançe.»

Fol. 20r-20v, adest declaratio quaedam illius ordinationis, qua praecipiebatur ne alumni, in nostris studiis litteris operam navantes, ad Societatem cooptarentur, hoc titulo praemisso: «Como se ha dentender a regra de não receber estudantes de nossos estudos.» Solus titulus lusitanico sermone, caetera hispanice scripta sunt: Manus ut supra. Inc. «Quanto á la regla...» Des. «... instituiçión del rey.»

Fol. 21r-22r, habetur hispanice conscriptus catalogus rerum, in quibus versari poterit meditatio quotidiana, sub hoc titulo: «Podrá ser la materia de la meditación ordinaria la que se sigue.» Idem latino sermone in *Cod. Vatic. 7*, pag. 560, reperitur. Inc. «Todos los misterios...» Des. «... gouernador dellas.»

Fol. 22v-23v, sunt, hispano item sermone, regulae praefecti valetudinis, quae hunc titulum praeferunt: «Reglas para el procurador de la sa-

---

[1] Cf. *Institutum Societatis Jesu* (Florentiae, 1892, 1893), III, 144.

nidad.» Hae quidem regulae, quod ad substantiam attinet, eaedem prorsus sunt ac illae, quae pressius contractae et accuratius perpolitae, in corpus Instituti S. J. redactae sunt. Hic enim quinque solum regulis eadem reperies, quae fusius in longioribus 10 regulis olim continebantur. Inc. «El procurador de la sanidad...» Des. «... cada quatro meses.»

Fol. 24r-25r, reperitur «Memoria de las gracias que nuestro muy santo Padre Pio IV concedió á instancia de la sereníssima reina de Boemia.», hispanice ab eodem amanuensi scripta. Inc. «Qualquier persona...» Des. «... desta conçessión.»

Fol. 25v-26r, instructio quaedam latino sermone exhibetur, cui titulus: «Post datam rationem suae conscientiae, haec commendentur capita nostris.» Inc. «Primum gratias habere...» Des. «... animarum salutem et perfectionem.»

Fol. 26v-27r, habetur transumptum nonnullarum ex regulis communibus, quae mutatae et ad formam recentiorem redactae fuerunt. Titulus est: «La moderación que se ha dado en Portugal en las reglas comunes.» Inc. «En el 1.º capítulo se ha quitado la regla 14...» Des. «... cum simplicitate et humilitate X.º domino seruire.» Documentum utile iis, qui de regularum nostrarum historia scribere debeant. Manus eadem, quae supra.

Fol. 27v-28v, de casibus reservatis in Societate, duo sunt documenta: 1.um Catalogus casuum in Societate reservatorum, sub hoc titulo: «Casus reseruati, quorum absolutio reseruata est superiori domus uel collegii, et ab alio, nisi de eius expressa licentia, absolui nequeunt» Inc. «Quaeuis peccata...» Des. «... sua peccata manifestaturi.» 2.um est «Resoluçión de nuestro P. Nadal, çerca de los casos reseruados hecha en Alqualá, á 26 de Hebrero de 1561.» Inc. «En estos casos...» Des. «... le dé otro confesor.»

Fol. 29r, «Ordem que se mandou do escreuer das cartas, en quanto o Padre geral estaa em França.» Quo tempore P. Lainius Parisiis, pro congressu Poissiaco degebat, aliquae pro litterarum commercio ab eodem praescripta sunt, quae hic tribus paragraphis continentur. Inc. «Que las quadrimestres...» Des. «... hasta que otra orden se les dé.»

Fol. 29v, pauca de re liturgica habentur, sub hoc titulo: «Ordem da missa.» In his, ne diceretur ps. „Judica me" in sacro; ut „Kirie" a solo sacerdote dicatur; ut calix in elevatione palla coopertus extollatur, etc. Inc. «Não se dira „Iudica"...» Des. «... el euangelio del domingo.»

Fol. 30r, «Liçença que o Car.l deu para o seu rol dos liuros prohibidos.» Haec facultas primo a P. Ludovico Consalvio, die 30 Januarii 1561; dein a P. Gundisalvo Vaz, 16 Maji et 19 Octobris ejusdem anni, com-

memoratur. Ex apogr. ab eodem amanuensi exarato. Inc. «Pedem os P.es...» Des. «... Outubro de 1561. Luis Glz.» Fol. 30v purum est.

Fol. 31r, «Tria puncta ex scholiis in 2 caput examinis.» Sermo est de impedimentis admissionis in Societatem. Inc. «*Habitum sumpsisse...*» Des. «... uellet in Domino.»

Fol. 31v-32v, variae formulae antiquae litterarum patentium pro iis, qui mittebantur, sive ad ministeria, sive ad peregrinationes, continentur. Inter has reperitur exemplum apographum litterarum, quae Patri Petro Perpiniano, dum Romam mitteretur, et earum quae Patri Bustamantio, in Baeticam misso, a P. Natali commissario generali datae fuerunt. Inc. «Porque he costume...» Des. «... religiosos pobres. Dada en Coimbra, etc.»

Fol. 33r-37v, sub hoc titulo: «Del modo de aceptar collegios para la Compañía.» habetur apographum coaevum, hispanico item sermone, illius *Formulae acceptandorum collegiorum,* a P. Lainio scriptae, et cujus exempla alia ad calcem codicis *Miscell. de Constit.,* et in *Cod. Vatic. 6,* fol. 147-154, reperiuntur. Inc. «Consideradas las obras...» Des. «... y todo gratis.»

Fol. 38r-40v, exhibentur variae formulae apographae pro fundationibus collegiorum. Titulus praefixus est hujusmodi: «Fórmulas de fundaçiones de collegios de la Compañía que el P. Nadal mandoo de Alcalá, antes que se partiesse para Francia, de 1562.» Manus eadem. Inc. «In Dei nomine...» Des. «... perpetua y inuiolablemente.»

Fol. 41r-42v, «Copia de lo que trató el P. Hierónimo Nadal con el conde de Monterrey acerca de su collegio, de que se podrá seruir para el modo de tratar acerca de las fundaciones de collegios y en lo demás que conuenga.» Inc. «Su Señoría de consenso...» Des. «... seruidores in Domino.»

Fol. 43r-44r, haec, latino sermone, et ab eodem librario scripta, habentur: «Ad rationem et consuetudinem annuam collegii romani, proponantur Patribus ac fratribus mortificationes deligendae [a]», etc. Sequitur catalogus afflictationum. Inc. «Exercitia spiritualia.» Des. «... comitant etiam scholasticis.» Idem habes in *Cod. Vatic. 7,* pag. 204.

Fol. 44v-45r, recensentur ministeria et opera, quibus extra templum Societatis, proximis prodesse possunt socii. Inc. «Ministerios spirituales con el próximo, fuera de nuestra yglesia. Ir á confessar enfermos...» Des. «... de toda perdición.»

---

[a] Ms. *diligendae.*

Fol. 45v-46r, sunt quaedam regulae, hispano sermone scriptae, sub hoc titulo: «Añadidas al offiçio del procurador.» Inc. «El procurador en su officio...» Des. «... testimonio de un consultor.»

Fol. 46v-47r, «Concessión de algunas gracias echa al Padre general.» Inc. «Jacobus Laynez, uicarius generalis Societatis Jesu, charissimis...» Des. «... aedificationem proximorum. Fuerunt obtenta haec sub pontificatu Pauli P. 4.i» Eadem manus.

Fol. 47v-51r, plura habentur monita de «Modo de tratar el superior con los Padres y hermanos.» Est transumptum coaevum archetypi, a Natali emendati, quod habetur in codice *Miscell. de regul. S. J.*, n. 10, quocum fere concordat, excepto uno vel altero verbo, a librario omisso. In eodem codice aliud transumptum ipsius documenti reperitur. Inc. «Acuérdesse el superior...» Des. «... refieren, sin gran recato.» Eadem manus.

Fol. 52r-54r, «Reglas añadidas al officio del examinador.» Hic habentur ea, quae fol. 9r, commemorantur de examine, et complementum esse videntur eorum, quae ibi tractantur. Tria etenim ibi examina recensentur, quorum duo priora tantummodo exponuntur. Hic autem de tertio examine sermo fit, scilicet de eo, quod sexto quoque mense in novitiatu peragitur. Inc. «Hecho este segundo examen...» Des. «... de su aprouechamiento, etc.»

Fol. 54v-57v, de eodem examinatoris officio a P. Natali haec instructio confecta fuit, non autem eodem ordine ac superior, quae, ff. 6v et 52r, habetur; licet documenta, utpote ex constitutionibus potissimum deducta, quod ad substantiam, conveniant. Titulus est: «El officio del examinador que mandó el P. Nadal de Salamanca o anno de 1562.» Inc. «Diráse primeiramente de lo que toca al examinador...» Des. «... en manos del superior.» Eadem manus.

Fol. 58r-59r, exstat catalogus emendationum in Biblia Vatabli inductarum, sub hoc titulo: «Catalogo [a] de las emmiendas de la biblia de Vatablo que mandou o P. Nadal de Salamanca, o anno de 1562.» Inc. «En la biblia...» Des. «... in notulis marginalibus.» Eadem manus.

Fol. 59v-62v, instructio pro triclinio, sub hoc titulo: «Orden del refectorio y seruicio de él.» Est secundum transumptum ejusdem instructionis, quae in hoc eodem codice superius, ff. 16-18, posita est, ab eodem librario exaratum. Huic autem exemplo accedit catalogus ciborum, qui ad prandium et coenam apponi solebant, secundum consuetu-

---

[a] Ms. *catalago*.

dines receptas et P. Natalis ordinationes. Inc. «Señálese vna tabla...» Des. «... se mude cada semana.»

Fol. 63r, testimonium apographum P. Polanci facultatis concessae P. Natali a cardinali Alexandrino pro libris prohibitis legendis ab iis sociis, cum quibus praepositus generalis talem facultatem communicandam censeret. Datum fuit die 23 Martii 1560. Inc. «Para el Padre doctor Torres em Lisboa.—El Padre maestro Nadal...» Des. «Por comissión de nuestro Padre prepósito. Juan de Polanco.»

Fol. 63v, «Pontos que o P. Mestre Nadál me deu em Euora.» Sunt capita quaedam, seu principia perfectionis religiosae, ad hispanam linguam conversa, quae quidem inter alias instructiones P. Natalis latino sermone in *Cod. Vatic. 7* reperiuntur; non tamen omnia, sed tantum 17 priora principia, hic habentur. Notandum porro est ex hac instructione Natalis desumpta fuisse quaedam aurea documenta, quae a Ven. P. Ludovico de la Puente Ven. Patri Balthassari Alvarez in ejus vita attribuuntur, quae videre poteris inter monumenta ex codicibus Vaticanis infra proferenda. Vide *Cod. Vatic. 3*, fol. 101v et seq.; et *Cod. Vatic. 7*, pag. 565 et seq., ubi «Omnia ex spiritu Dei, ex corde, et practice, cogitare, audire, et loqui» docet P. Natalis; et ex ipso probabiliter haec deprompsit P. Balt. Alvarez. Hoc autem fragmentum illius instructionis Patri Gundisalvo Vaz traditum fuisse Evorae existimamus, cui praecipua pro regimine provinciae lusitanae documenta P. Natalis consignavit. Inc. «Hazer todas las cosas á maior gloria de Dios.» Des. «... ser superior de la charidad.»

Fol. 64r-67r, continetur transumptum coaevum attestationis factae a P. Lainio de choro et de perpetuitate praepositi generalis, sub mortem Pauli IV. Hoc exemplum transcriptum existimamus ex P. Natalis scholiis, ubi, ut proprio loco diximus, (tom. I. *Notitia codicum,* pag. XLV, XLVI) habetur aliud transumptum ipsius documenti. Inc. «Anno Domini 1559...» Des. «... apostolicae notarius.» Manus eadem.

Fol. 67r-68r, traditur instructio de tempore et ritu renovationis votorum, sub hoc titulo: «Ordem de renouação de votos.» Tantum titulus lusitano sermone scriptus est; caetera hispanice. Inc. «Los professos et coadiutores...» Des. «... costumbre de la iglesia.» Manus eadem.

Fol. 68v-72r, habetur versio hispanica regularum seu instructionum, a Natali in *Cod. Vatic. 7*, pag. 150 et seq., insertarum; quae ibi latino sermone reperiuntur. Titulus est: «Officio del superintendente del collegio sub compendio.» Inc. «Procure que cada vno...» Des. «... specialem gerat curam.»

Fol. 72r-72v, «Compendium, quemadmodum uti suo officio debeat rector collegii.» Est compendium quoddam regularum rectoris, in iis praesertim, quae illius rationem agendi cum ministro et superintendente respiciunt. Prima tantum paragraphus hispano sermone scripta est: caetera latino. Inc. «Piensse y confíe en Dios...» Dês. «... solus eam debeat agere.»

Fol. 72v-73r, «Vsus officii ministri.» Sub hoc titulo habentur quaedam excerpta ex ejus regulis, in iis praecipue, quae ad ejus subordinationem ad superintendentem et rectorem, et quae ad ejus supra caeteros auctoritatem spectant. Haec autem monita reperiuntur etiam in *Cod. Vatic.* 7, fol. 169. Inc. «Minister sciat se esse instrumentum...» Des. «... etiam ipse ordinet.»

Fol. 73r-74r, «Vsus oficii subministri.» Est idem, quod in *Cod. Vatic.* 7, fol. 172, exhibetur. Inc. «Subminister propterea est...» Des. «... et Deo nostro.»

Fol. 74v-81r, continentur lusitano sermone excerpta ex constitutionibus, seu summarium earum constitutionum, quae ab omnibus in Societate observandae sunt. Titulus est hujusmodi: «Algumas cousas tiradas das constituções, as quais todos deuẽ gardar.» Quae quidem regulae eaedem prorsus sunt, quae anno 1568 Neapoli apud Iosephum Cachium latina lingua excusae fuerunt. Duo tamen parvi momenti discrimina inter utrumque exemplum reperiuntur: 1.um, quod in exemplo latino regulae non numeris distinguuntur; in exemplo autem lusitano 55 numeris tot paragraphi signantur. 2.um, quod saepius ex una regula seu paragrapho exempli lusitani plures in latino exemplo conficiuntur, separationibus, quas *alineas* vocant, multiplicatis, sententia vero integre eadem relicta. Ex hisce regulis antiquioribus, deinde, jussu tertiae congregationis generalis, aliae confectae sunt, ordine commodiori ipsis regulis distributis, paucis expunctis, pluribus in breviorem formam redactis. Expunctae quidem fuerunt: 19.a, de catechismo addiscendo; 55.a, de rebus exterioribus conservandis; etc.; eo quod de iis in aliis regulis, vel communibus, vel particularibus, suo loco disseritur. Inc. «1. A summa sabedoria...» Des. «... e charidade os obrigua.»

Fol. 81r-87v, continetur exemplum apographum, lusitano sermone, regularum communium, quae anno 1561 in Lusitania a Natali relictae sunt [1]. Inc. «Regras comuas a todos os de casa, das quais humas são ordenadas para o bem spiritual e interior dos particulares de casa; outras

[1] Vide *Epist. P. Nadal,* I, XXVIII.

iunto com isto para a edificação exterior, assi de casa como de fora e bem comum; outras para o cuidado necessario do corpo, o qual serue ao bem interior e exterior.» Sub hoc titulo 65 regulae reperiuntur [1], quarum 15 ad bonum spirituale, 34 ad ordinem exteriorem, 16 ad curam corporis referuntur. 1.ª pars inc. «1. Todos se confessarão...» Des. «15. Na abstinenza da sexta feira se guarde o costume da Companhia quando nam ouier outro jejum naquella semana.» — 2.ª pars inc. «1. Nenhum entrará nem sairá...» Des. «34... missas, pregações e negocios fora de casa.» — 3.ª pars inc. «1. Sentiendosse algum enfermo...» Des. «16. Todos tenhão as regras... ou lendo-as, ou ouuindo-as. Laus Deo. Hae autem regulae communes multo longiores sunt et plures numero iis, quae anno 1568 Neapoli apud Iosephum Cachium editae fuerunt; hae namque ad 40 (breves ut plurimum) regulas reductae sunt, et in duas tantum partes dispescuntur, quarum prior est de iis, «quae ad priuatum cuiusque bonum spectant». Hae autem solum 6 numerantur. Posterior pars de iis, «quae ad commune bonum pertinent» disserit; et 7-40 recensentur. Inter multa, quae in hac editione expuncta fuerunt, reperitur haec regula, 7.ª primae partis: «O que lee á mesa, oferecendosse-lhe alguma cosa boa do que lee, a poderá declarar aos outros; sómente tenha conta com a modestia e humildade.» Item, «13. Nenhum sacerdote ne leiguo exhortará nem mouerá algum outro da Companhia a se fazer professo, ou sacerdote, ou estudante.»

Postea vero, sub Everardo Mercuriano, alia accuratior et plenior editio facta est, in qua nec prolixitas priorum regularum, nec nimia brevitas alterius editionis, sed medium quoddam servatum fuit, et ad numerum 48 regulae communes redactae fuerunt, additis nonnullis, quae in editione anni 1568 desiderabantur.

Fol. 88r-94v, est transumptum regularum communium, quae anno 1561 in collegio romano servabantur, et forte jam a tempore S. Ignatii, anno scilicet 1553, Roma in Lusitaniam missae sunt [2]. Sexaginta numerantur, quarum plures longae admodum sunt, et de rebus valde minutis. In exemplo autem lusitano, de quo hic est sermo, plura menda a libra-

[1] Si hae regulae cum sequentibus comparantur, et numero plures, et provinciae lusitanae aptatae fuisse conspiciuntur. Cum autem anno 1553 P. Natalis ex P. Polanco regulas in Lusitania receperit, auxerit, et illi provinciae accommodaverit, suspicamur utrumque exemplum potius ad annum 1553 quam ad 1561 pertinere; quamvis forte aliqua emendata hoc anno, et inter monumenta lusitana ex Natali collecta, in unum codicem coagmentata fuerint. Cf. *Epist. P. Nadal*, I, 186, 317.

[2] Vide *Epist. P. Nadal*, I, 186, 317.

rio inducta sunt, quae tamen facile emendari valent. Titulus: «Regulae comunes collegii romani.» Inc. «1.ª Omnes quotidie sacrificio... Des. «... 60. Legant singuli singulis mensibus has regulas... Jesu Christi honorem et gloriam cedat. Amen.—Communium finis. Laus Deo.»

Fol. 94v-101v, habetur alterum transumptum earumdem regularum, quas supra, ff. 74-81, recensuimus; quod, paucis demptis, prorsus concordat cum exemplo Neapoli anno 1568 typis excuso. Ac primo quidem titulus ita in codice lusitano scribitur: «Summa eius partis constitutionum, quae ad particularia Societatis pertinet.» Exemplum vero neapolitanum ita habet: «Quaedam ex constitutionibus excerpta, quae ab omnibus obseruari debent.» Inc. «Summa sapientia...» Des. «... charitasque praescribit.»

Fol. 102r-108v, sub hoc titulo: «Regulae omnibus iis communes, qui domi agunt.», exhibetur transumptum latino sermone earumdem regularum communium, quas in hoc ipso codice vidimus, ff. 81r-87v. Utriusque exempli collatione instituta, easdem prorsus et numero et substantia regulas illos continere deprehendimus. Ultimarum tamen regularum numeri non concordant, eo quod duae earum, quae ad curam corporis spectant, scilicet 9.ª et 10.ª, exempli lusitani, sub uno numero in latino exemplo collectae fuerunt. Inde factum est, in hoc tantum 15 regulas haberi, dum in illo 16 numerantur. Inc. «Harum aliquae ad spiritualem...» Des. «... uel auditis refricetur.—Laus Deo.»

Fol. 109r-112v, habetur versio hispanica illius instructionis, quam P. Natalis composuit de ratione loquendi de rebus theologicis, cujus transumptum, ab auctore recognitum, exstat in *Cod. Vatic.* 7, pag. 221 et seqq. Haec autem versio et exemplum latinum typis excusa sunt in nostris *Monum. Paedag.*, pagg. 123 et 676.

Fol. 112v-116v, ponitur catalogus rerum ex constitutionibus et regulis observandarum. Titulus ita habet: «Las cosas que por las reglas y constituciones somos obligados á hazer ordinariamente cada dia á ciertas horas, y cada mes, y cada 4 meses, cada medio año, y cada añño y cada dos añños.» Unicuique rei subjicitur allegatio locorum constitutionum seu regularum, ubi illa continetur. Inc. «Cada día. Mientras comen...» Des. «... uotos solemnes solamente en la 5.ª parte, cap. 2.º, § 2.º. Laus Deo.»

Fol. 117r 125r, continetur memoriale rerum, quas P. Natalis commendavit in collegii conimbricensis perlustratione, anno 1561. Titulus est: «Lo que dixo el P. M. Nadal en el collegio de Coimbra.» Non solum res alicujus momenti, ut templi fabrica, translatio collegii inferioris

ad superius, discrimen inter universitatem et collegium regium, etc.; sed minutissima plura etiam commendantur de ordine domestico, de sacris ritibus in templo adhibendis, de scholis, de templo, de officinis fratrum adjutorum etc., ex quibus ea tantum, quae ad historiam aliquid lucis afferre possint, excerpenda existimavimus. Ea vero in hoc volumine inter monumenta Lusitaniae reperientur. Inc. «1. La iglesia se haga del modo que se ha hablado, en el residuo del quarto nueuo...» Des. «89. Los nouicios se confiessen y comulguen entre semana... recogidos por otro quarto de hora.—Confessores: M.º Mirón, Miguel de Sousa, Manuel Áluarez, Gonçalo Áluarez, Ruy Vicente, Pero Diaz, Vascogonçelos, Antonio Soárez, Joán de Noüais, Cabrera, Varea, Pero Gómez: pero estos [scil. tres ultimos, quos una clavi seu uncinis claudit] ocúpenlos poco.»

Fol. 125v-134v, continetur: «Respuesta de las dudas que perguntoo el P. Miguel de Sosa.» Sub hoc titulo, 45 responsiones ad dubia praedicta, tot numeris distinctae, habentur, quibus alia plura, numeris non signata, succedunt. Sermo est de rebus particularibus ad regimen Societatis spectantibus, inter quas utilia plura traduntur de jejuniis et abstinentiis, adolescentibus concedendis, de sociis sacro exercitiorum recessu excolendis, de cautela servanda in studiis tironibus concedendis, de votis novitiorum, de duratione novitiatus, de facultatum renuntiatione, de vestitu sociorum, de ratione servanda in novitiorum dimissione, etc. Inc. «1. Los officiales de casa...» Des. «... De las limosnas se aga como se determinó ya.»

Fol. 135r-138r, sub hoc titulo: «Orden del collegio de Coimbra general.», in 37 paragraphis signatis ordo temporis et exercitiorum, tum ad studia, tum ad spiritum, spectantium, statuitur. Editum est hoc monumentum apud *Monum. Paedag.* inter alia id genus, pag. 637. Inc. «Dende pascoa...» Des. «... penitencias en los errores.»

Fol. 138v-141r, instructio quaedam de oratione ponitur sub hoc titulo: «Orden de oraçión.» Quoniam in variis codicibus varii de oratione tractatus P. Natalis reperiuntur, non abs re fore existimamus hic animadvertere hanc instructionem prorsus ab illis differre, quae sunt in *Cod. Vatic. 6*, fol. 404, et ab illa, quae in cod. *Collecta per Natalem*, ff. 316-323, continetur. Ibi enim ratio orationis, quae magis accommodata est instituto Societatis, et fructus ex illa eliciendi fusius explicantur. In hac autem potius de ordine domestico, quod ad orationem attinet, sermo est, tum locum, ubi ea peragenda, tum tempus ipsi impendendum et alia ad praxim accommodata brevius proponuntur. Accedunt aliqua de corporis afflictationibus, et de benedictione et gratiarum actione ante

et post prandium, etc. Inc. «1. Del orden de oración de los nouicios ya se ha dicho...» Des. «... 22. Los confessores de los hermanos... ayudarles in Domino.»

Fol. 141r-143r, habetur solutio variarum difficultatum de rebus ad disciplinam et ordinem domesticum fere spectantibus. Titulus est: «Algunas cosas que se determinaron [a] en Coimbra.» Inc. «Que parecía difficultoso predicar abaxo y arriba...» Des. «De las limosnas se haga como se determinó ya.»

Fol. 143v-147v, continentur 17 paragraphi, tot numeris signatae, ubi plura, etiam minutissima quaedam, de disciplina domestica in eodem collegio conimbricensi observanda, a P. Natali statuuntur. Inc. «Para maior quietud y libertad...» Des. «... se cobrirá luego de tierra.»

Fol. 148r-154r, varia de studiis, pro eodem collegio conimbricensi, a P. Natali tradita habentur. Edita reperies in *Monum. Paedag.*, pagg. 667 et 672. Inc. fol. 148r: «Para los studios de humanidad y rhetórica de Coimbra.» «Oratio se limpie...» Des. fol. 149v: «... pondrá los que le pareçiere.» Ibid. «De las artes.» Inc. «Al principio del curso...» Des. fol. 153r: «... abundancia de maestros.» Ibid. «Sobre lo que trató el P. Nadal con Cypriano sobre los studios.» Inc. «Al Compendium de la rhetórica de Cypriano...» Des. fol. 153v: «... con el P. Cypriano.» Ibid. «La manera de uerse las composiciones públicas.» Inc. «Los diálogos, comedias...» Des. fol. 154r «... en esta uida y en la otra.—Laus Deo.»

Fol. 154v-165r, continentur decreta provincialibus Hispaniae a P. Natali, anno 1561 et 1562 tradita, sub hoc titulo: «Resoluciones del P. Mtro. Nadal que se dieron á los prouinçiales.» Plura ad historiam utilia in hisce decretis continentur, quarum aliqua suo loco, inter Natalis documenta, proferentur. Inc. «Al prouincial de Aragón.—Los que no tienen...» Des. «... dar raçón [b] á N. Padre general.»

Fol. 165v-166r, «Officio de admonitor.» Sub hoc titulo habetur transumptum antiquarum regularum admonitoris, septem tantum paragraphis seu regulis coalescens. In *Cod. Vatic.* 7, exstat alterum exemplum harum regularum. Inc. «Este officio se da al comisario, prouinciales...» Des. «... y del comissario al general.»

Fol. 166v-170r, continetur regularum antiquarum pro sacerdotibus Societatis transumptum, quod cum illis fere concordat, quae in cod. *Miscell. de regul. S. J.*, n. 18, habentur. In tres partes hae regulae dispescuntur. 1.ª est de iis, quae ad propriam conseruationem et profectum»

---

[a] *determinaran* ms. —[b] *raçión* ms.

spectant. 2.ª de iis, quae «ad ordinem domus et ecclesiae pertinent» 3.ª de iis, «quae ad exterorum aedificationem praestant.» Prima pars. inc. «Quae de virtute et aedificatione...» Des. «... nostrae vocationi functionibus.» 2.ª inc. «Qui in summo altari...» Des. «... magnitudo aliud postularet.» 3.ª inc. «Quibus ex obedientia hoc audiendi confessiones...» Des. «... libentissime ei obtemperaturum.»

Fol. 170v-174r, habetur transumptum regularum praefecti ecclesiae antiquarum, quibus hic titulus praefigitur: «Regulae praefecti [a] ecclesiae.» In tres partes distributae sunt. 1.ª continet ea, quae servare debet «erga domesticos.» 2.ª ea, quae «erga populum.» 3.ª ea, quae «erga ecclesiam.» Prima inc. «Curet ut aedituus...» Des. fol. 171v: «... rerum ad id necessariarum.» 2.ª inc. ibid. «Diligentiam adhibeat...» Des. fol. 172v: «... assuetis exhibendis vacent.» 3.ª ibid. inc. «Studeat ut sanctissimum...» Des. fol. 174r: «... ipsius sacrarii januis.—Lavs Deo.» Ex hisce regulis depromptae sunt illae, quae in *Instituto S. J.* habentur, partitione in 3 partes suppressa et nonnullis regulis demptis, aliis mutatis. Aliquae tamen iisdem fere verbis conservatae sunt, ut ex sequenti aliquarum collatione apparet.

REGULAE ANTIQUAE	REGULAE RECENTIORES
[1] Curet ut aedituus eiusque coadiutor et socii [b] regulas suas, quas ipse scriptas habebit, calleant [c] et obseruent; et ubi illi suo officio deerunt, ipse suppleat, eos denique admoneat. Vbi tamen animaduerterit aliqua indigere poenitentia, uel ad eiusmodi munus obeundum idoneos eos non esse, id superiori significabit.	1. Curet, ut aedituus Regulas suas observet, quas Praefectus ipse apud se etiam habeat.
[3] Praebeat illis catalogum singulis diebus sabbati, quo dies festi ac ieiuniorum proximae hebdomadae contineantur, ut eum in refectorio coram caeteris recitent.	2. Praebeat illi catalogum singulis diebus sabbati, quo dies festi ac ieiuniorum proximae hebdomadae contineantur, ut eum in refectorio recitet in coena diei dominicae sequentis.
[7] Scribet etiam diebus sabbati, quo quisque ordine rem diui-	3. Singulis diebus sabbati, vesperi, in sacristia scripto proponat

a *perfecti* ms. — b *socios* ms. — c *caleant* ms.

nam facturus sit, et ad quem finem dirigi debeant, si id aliquo a superiori iniungatur, cuius generatim uoluntatem et intelligentiam exequetur. quemadmodum quotidie Sacra sint facienda sequenti hebdomada, et quo ordine rem divinam in altari summo facturi sint, qui ad hoc fuerint designati.

Fol. 174v-175v, «De los enigmas.» Sub hoc titulo habetur brevis declaratio cuiusdam exercitii litterarii, quod in propositione unius enigmatis sermone ligato alumnis collegii et in solutione ipsius solemni apparatu versabatur. Inc. «Que se diga á los que hazen...» Des. «... trayguan allí cosa que sea digna de la spectación.» Has leges inter alia documenta antiquiora de studiis Societatis, in *Monum. Paedag.*, pag. 682, reperies.

Fol. 176r, est transumptum facultatis dispensandi in foro conscientiae circa aetatem eorum, qui ad ordines promovendi viderentur; et ut missam in templis Societatis audientes extra diem paschatis, minime tenerentur sacrum audire in suis paroeciis. Inc. «Ego Jacobus Laynez, vicarius gen...» Des. «... 18 die Februarii 1558. Romae in aedibus Societatis Jesv.

Fol. 176v-182v, «Orden de la casa de san Roque.» In hac instructione, primo quaedam particularia de ordine domestico attinguntur. Ubi illud notandum est, quod frequenter in Natalis instructionibus animaduertitur, normam sc. et regulam pro aliis domibus et collegiis ordinandis, ex romana domo et collegio desumi; ait enim P. Natalis haec inter alia: «Cómpresse luego una campana como la de Roma de la casa, con la qual se esperten los hermanos á la mañana, y se dé señal de todas cosas como en Roma.» Deinde habetur status domus sancti Rochi, quem typis iam excusum habes in *Epist. P. Nadal,* I, 699, 700. Et tandem aliae ipsius Natalis pro illa domo ordinationes exhibentur. Inc. «En el uerano se leuantan...» Des. «... no se debeliten ni escandalicen por esto.

Fol. 183r-184r, «Ordem dos nouiços da casa de são Roque de Lixboa.» Est ordo quotidianus, lusitanice scriptus, a novitiis Societatis servari solitus, jam ab initiis Societatis. Similis est illius, qui a S. Francisco de Borja compositus traditur in *Cod. Vatic. 6,* ff. 207-210. Inc. «Aleuantão-se ás 4 com os mais irmãos...» Des. «... occupaçõis de casa lugar.» Sequuntur ibid., fol. 184r, aliquae difficultates de rebus a Natali in Lusitania ordinatis. Inc. «No officio do examinador...» Des. «... no pr.º capitolo do exame.» Hic desinit scriptura primi librarii, qui haec 184 ff. exaravit.

Fol. 185r-187r, «De officio consultoris prouincialis et rectoris.» Es transumptum regularum antiquarum consultorum, quarum alterum exemplum habetur in hoc codice, ff. 1r-2v, quocum omnino concordat, alia vero manu exaratum est. Inc. «Imprimis sinceram intentionem...»

Des. fol. 186r: «... ac meminisse oportebit.» Dein ibid. hic titulus habetur: «Ad officium consultoris addantur haec.» Inc. «Vt consultores magna obseruantia secreta teneant...» Des. «... habet admonitorem generalis.» Diversa manu haec scripta sunt. Est autem scriptura eiusdem temporis.

Fol. 187v-190r, habentur responsiones quaedam, a P. Natali Conimbricae anno 1561 datae, sub hoc titulo: «Respuestas del P. Mtro. Nadal en Coimbra.» Manus alia, sed ejusdem temporis. Praeter librarii manum, altera interdum apparet, quae nonnullis responsionibus inter ipsos versus addidit interrogationes, quibus illae respondent. Aliquae ex hisce responsionibus reperiuntur in instructione «De nouitiis, iis praesertim, qui habitant in collegiis uel domibus professorum.» *Cod. Vatic. 3 et 7.* Inc. «Esteuan León quando no haga...» In margine alia manu: «cessat.» Des. «... cuenta de su conciencia.»

Fol. 190v-192r, est transumptum catalogi casuum reservatorum P. Lainii, lingua latina exaratum, cum declaratione P. Natalis hispanico sermone. Titulus: «Casus, quorum absolutio reseruata est superiori domus vel collegii; et ab alio nisi de eius expressa licentia absolui nequeant.» Inc. «Quaeuis peccata mortalia...» Des. «... sua peccata manifestaturi.»

Fol. 191r, «Resolutión de nuestro P. Nadal cerca de los casos reseruados, hecha en Euora, á 26 de Setiembre 1561.» Inc. «En estos casos reseruados se ha de aduertir...» Des. fol. 192: «... para que le dé otro confesor.» Aliud transumptum habes in *Cod. Vatic.* 7, pagg. 254-270, cum declaratione Patris Natalis, latine scripta, quae Compluti data est, 26 Febr. 1561.

Fol. 192v-198v, «Extracto d' algumas respostas que o P. Nadal deu a algumas perguntas que o P. Gonçalo Vaz lhe fez em Lixboa, anno 1561.» Sub hoc titulo sequuntur 59 paragraphi, numeris signatae, et ab alio amanuensi exaratae. Hispanico sermone tota haec instructio, praeter titulum, scripta fuit. Multa hic reperiuntur ex instructionibus, quae in *Cod. Vatic. 3 et 7* habentur. Nullam autem vim obligandi remansisse antiquis regulis, exceptis iis, quae in nova editione conservarentur, patet ex Natalis declaratione, fol. 195v, n. 27, posita, ubi haec scripta sunt: «Las reglas impressas y últimas que uenieron de Roma, con la moderatión del P. Nadal, se guardarán y las otras siruirán de auisos, sin obligatión con juizio del superior si le parecier.» Folia hujus documenti, ex frequenti usu attrita et maculata, praesertim in inferiori parte, reperiuntur. Unde hoc exemplo usos fuisse moderatores suspicari licet. Inc. «Las cartas que uinieren...» Des. «... antes de la 1.ª missa.»

Fol. 198v-212v, habentur excerpta ex iis, quae Natalis Ulyssipone servanda proposuit. Titulus est hujusmodi: «Extracto de lo que dixo el P. Nadal em Lixboa.» Manus eadem, quae in praecedenti documento. Post titulum, sequuntur 104 monita tot numeris signata, de rebus ad gubernationem spectantibus, ex quibus plura etiam in *Cod. Vatic. 3 et 7* reperiuntur. In margine ab eodem librario, qui totum documentum scripsit, notata sunt compendia rerum, in singulis paragraphis contentarum. Fol. 204v purum relictum est. Inc. «Los rectores aduiertan...» Des. «... después le podrán dar cuenta.» Notandum est in tota hac longa instructione observari vestigia frequentissimae manuum attrectationis, unde credendum est hoc exemplari usos fuisse moderatores lusitanos, ut etiam in superiori documento animadvertimus.

Fol. 213r-214v, «Extracto sacado de algunos auisos que el P. Gonçalo Vaz tomó de pláticas familiares con el P. Nadal, os quaes uio o P. Nadal e aprouou.» Haec octo ultima verba addita fuerunt post scriptionem documenti, ut ex ipsa scriptione erui videtur, quae est in toto hoc documento ejusdem manus, quae praecedentem scripsit. Compendia paragraphorum habentur in margine, ut supra. Decem et octo paragraphi, numeris signatae, recensentur; ubi de rebus domesticis fere est sermo. Inc. «1. Não se fale por mandes nem mando...» Des. «... ponhasse por escrito ás portas das latrinas.»

Fol. 215 vacuum est.

Fol. 216r-219r, «Respostas d' algumas cartas pera o P. Gonçalo Vaz, do P. Nadal, recebidas a 4 de Março de 1562.» Eadem manu ac praecedentia documenta, a fol. scilicet 191, hae responsiones Patris Natalis transcriptae sunt. Eas editas habes in *Epist. P. Nadal I*, 627-632. Inc. «Que se use dos liuros prohibidos...» Des. «... escreuer hos consultores a elle *soli* [a].» Fol. 219v vacuum est.

Fol. 220r-222r, «Instructión para el comissario.» Haec instructio multo brevior est illa, quam postea ipse P. Natalis confecit, anno 1562, pro P. Oliverio Manareo. Propria et accommodata est commissariis Hispaniae et Lusitaniae. In ea recensentur facultates, quae commissario conveniunt, et officia ab ipso praestanda, litterae ab ipso ad generalem, et ad ipsum a provincialibus et aliis sibi subordinatis conscribendae, etc. Inc. «El officio del comissario consiste en tener superintendencia...» Des. «... Escriua al general cada mes.» Manus eadem hic redit, quae initia hujus codicis scripsit.

---

[a] Hoc verbum confuse exaratum est.

Fol. 222v-224v, eadem manu, qua superius documentum, scriptum est hoc, cui titulus: «Orden de la casa de san Roque.» Temporis partitio, et alia, ad ordinem domesticum spectantia, hic continentur. Inc. «En el verano se leuantan dende pascoa hasta la fim de Setiembre á las qua tro.» Des. «El orden de comer ya lo ha dado el P. Nadal.» Fol. 225 vacuum remanet.

Fol 226r-228v, sub hoc titulo: «Extracto da la instructión particular.» habentur excerpta instructionis particularis, a P. Natali superioribus et confessariis traditae. Manus eadem, quae supra in hoc codice fol. 198 et sequentibus plura scripsit, cum compendiis in margine, ut supra. Inc. «Traten con suauidad los superiores...» Des. «... licentia de recebir con informatión.» Fol. 229 est vaçuum.

Fol. 230r-234r, habetur aliud exemplum, sed incompletum, earum annotationum in exercitia spiritualia, quas habemus integras in cod. *Collecta per P. Natalem,* ff. 307r-314v. Manus utriusque exempli diversa est, quantumvis ejusdem fere temporis utraque videatur, sc. temporis Patris Natalis, cujus scriptura apparet in 1.° folio exempli codicis *Collecta per P. Natalem.* Illud praeterea inter utrumque exemplum discrimen interest, quod paragraphi in cod. *Collecta per P. Natalem* numeris signantur 1-12, et 1-18; in hoc autem exemplo tales numeri omittuntur. Duo tantum folia circiter desiderantur in hoc exemplo, quod incipit a paragrapho 3.ª ab illis verbis «[en]trar en religión, porque mejor es dezirles...» Des. ut aliud exemplum. «... de biuir y uaya [a] discurriendo.» Vide dicta ad cod. *Collecta per P. Natalem,* ff. 307r-314v!

Fol. 235r-236v, est etiam alterum exemplum illorum documentorum, quae in cod. *Collecta per P. Natalem,* ff. 268r-270v, tribus titulis distributa, continentur. Titulus primus est idem, scilicet: «Quomodo in dandis exercitiis se quis habere debeat, cum exacte dantur. Per Patrem Ignatium [b].» Manus est diversa ab illa, quae conspicitur in codice *Collecta per P. Natalem;* sed eadem, quae documentum praecedens hujus codicis exaravit, ubi etiam de exercitiis est sermo. Discrimina autem plura inter utrumque transumptum intercedunt. 1.° In illo codice adsunt plures additiones autographae Patris Natalis, quae hic desiderantur. 2.° In illo paragraphi numeris signantur ab amanuensi Jimenez, scilicet j-vj, j-iiij, et j-iiij; nam in singulis titulis incipit nova series numerorum. In hoc autem codice, alia est paragraphorum divisio, nec numeris

---

[a] Alt. exempl. *ua.* —[b] Haec tria verba desiderantur in cod. *Collecta per P. Natalem;* sed Natalis supplevit ea propria manu notans «I.us» id est, «Ignatius».

signantur paragraphi. 3.° In illo, post ea, quae hic habentur tum latino tum hispanico sermone, sequuntur alia de exercitiis documenta, italica lingua, quae quidem hic non habentur. 4.° In illo, non tantum in primo titulo, notatur auctor horum documentorum, scilicet Ignatius, et quidem manu Natalis; sed eadem manu iteratur nota I.us ad marginem trium titulorum hujus documenti, unde nobis constat totum deberi ipsi auctori libelli exercitiorum. An autem pars italice scripta, quae vix dimidiam occupat pagellam, fol. 270r, etiam tribuenda sit S. Ignatio, licet ibi non annotetur, cum eadem manu et continua sequatur tractatio, affirmative respondendum credimus, eo quod initio ultimi tituli, illa nota «I.us» a Natali apposita fuerit, prouti nuper dictum est.

Ex his colliges magni aestimandas esse has annotationes, et inter sancti institutoris Societatis scripta recensendas; licet enim ab alio exarata fuerint, substantia documentorum Ignatio est adcensenda. Primus igitur titulus inc. «Quod ad ordinem attinet, ante omnia fundamentum proponatur...» Des. «famulorum ministerio confici solent.» Secundus titulus est: «Directorio de los exercicios de la segunda semana.» Inc. «Los que en la prima semana no mostrassen...» Des. «... los punctos en escrito succintamente puestos.» Tertius titulus: «Directorio acerca de las electiones.» Inc. «Primeramente se deue insistir que éntre en las electiones...» Des. «... ó modo de uiuir, y assí uaya discurriendo.» Nota tertium hunc titulum, et documenta sub ipso contenta, esse omnino eadem, quae in hoc codice, ff. 233v-234r, eadem manu scripta habentur. Unde hujus monumenti triplex exstat exemplum, quorum duo in hoc codice, et tertium in cod. *Collecta per P. Natalem,* loco citato. Folia 237-239, vacua sunt.

Fol. 240r-241v, De rebus particularibus prouinciae Portugaliae, quae a praeposito generali in priuata congregatione fuerunt constituta. Plura capita ibi commemorantur, a generali praeposito constituta, de conditionibus regii collegii conimbricensis, de visitatione et reformatione, quam rex meditabatur, de examinatorum electione, de Societatis iurisdictione tuenda, de statutis universitatis, de eborensi academia admittenda, etc. Manus est eadem, quae praecedentia documenta de exercitiis scripsit. Inc. «Imprimis 13 die Augusti actum fuit de conditionibus...» Des. «... quando se pudiere cómmodamente.»

Fol. 242r-247v, «Determinaciones de los studios de Ébora, que el Padre nuestro Nadal dió.» Ea edita habes inter caetera, de studiis Societatis, in *Monum. Paedag.*, pag. 684. Manus eadem, quae superiora scripsit, a fol. 230. Inc. «Basta seis años para uno se hazer doctor...»

Des. ... para el año que viene auía de hazer dormitorio de arriba. De 1561.»

Fol. 247v-254r, «Auisos de diuersas cosas útiles para el gouierno.» Sub hac inscriptione habentur multa monita deprompta ex iis, quae in *Cod. Vatic. 3 et 7* continentur. Imo pauca hic reperientur, quae ibi desiderentur. Ibi autem in quaedam capita seu titulos distributa et ordinata exhibentur; hic autem promiscue et sine ordine scripta sunt, ab eodem librario, qui superiora exaravit. Inc. «Vt Romam et ad suum prouincialem scribatur...» Des. «... y á ningún otro se llame él.»

Fol. 254r-268r, «Lo que dixo el P. Nadal en Lisboa.» Multa ab eodem, nuper memorato, librario exarata hic habentur, tum particularia domus vel provinciae, tum generalia ex iisdem monitis, quae in *Cod. Vatic. 7* habentur. Inc. «Los rectores aduiertan cómo se haze...» Des. «... les impidan en estas occupaciones.»

Fol. 268v-273r, «Reposta de algumas duuidas que o P. Gonçalo Vaaz tratou com o P. Nadal em Lisboa, no anno de 1561.» De rebus particularibus et de personis quibusdam sunt hae responsiones. Accedunt plura generalia, quae in *Cod. Vatic. 7*, inter instructiones P. Natalis recensentur. Inc. «El procurador desta prouincia esté en esta casa...» Des. «... y assí no lo tendrán por estraño.» Eadem manus, quae in superioribus.

Fol. 273v-277r, «Respuestas de algunas cosas que Gonçalo Vaaz a sacado de prácticas familiares del P. M. Nadal.» Sequuntur responsiones variae, variis temporibus et in diversis domibus a P. Natali datae, et ab eodem amanuense, qui superiora scripsit, translata. Plura ex hisce responsis habentur in superioribus instructionibus, sed non eodem ordine. In margine singularum responsionum notatur an communis vel particularis sit illa, et etiam domus et personae, ad quas spectant. Inc. «Que o Padre doutor, sendo prepósito desta casa de S. Roque...» Des. fol. 276r: «... o poderse nada negociar.» Ibid. habetur hic titulus: «Em Euora.», et sequuntur responsa eidem Patri data in illa domo. Inc. «El Padre prometió al cardenal de no embiar al P. Cornelio á la India...» Des. fol. 277: «... la yglesia se abra un poco antes de la primera missa.»

Fol. 277r, «Ordem do liuro dos uotos, que ha d'auer em cada casa e collegio.» Inc. «Em cada casa...» Des. «... dia, mes e anno.» Idem amanuensis ac supra.

Fol. 277r-279r, habetur alterum transumptum antiquum, ab eodemque librario exaratum, ipsius documenti, quod in hoc codice, ff. 240r-241v, reperitur: «De rebus particularibus prouinciae Portugaliae, quae a praeposito generali in priuata congregatione fuerunt constituta.» Non

tamen utrumque exemplum par est; nam illud, quod a folio 240r habetur, continet declarationes hispanico sermone priorum decretorum. Ultima vero desiderantur, ita ut ab illis verbis: «Actum est de professis...», quae in 2.º exemplo reperiuntur, ibi omittantur. In hoc autem 2.º exemplo desiderantur declarationes hispanicae, sed documentum latino sermone integrum datur. Inc. «Imprimis 13 die Augusti...» Des. pars, quae exstat in 1.º exemplo «... de contractibus et affeites quid tenendum.» Pars quae deest in 1.º exemplo inc. «Actum est de professis in prouincia Portugaliae.» Des. «... Pro coadiutori temporali. – Simon Gonçalez. – Matheo Nogueira Ferreiro.»

Fol. 279v-284v, reperitur transumptum, eadem manu ac superiora exaratum, instructionis relictae Patri Gundisalvo Vaz a P. Natali anno 1561. Titulus est huiusmodi: «Instructión para el prouincial.» Haec autem instructio, utpote quae provinciali recens electo destinabatur, plura monita de ratione gubernandi, et multa particularia de rebus et personis provinciae Lusitaniae, ad historiam illius provinciae utilia continet. Inc. «Luego después de yo ydo, partirse ha para Lisbona...» Des. «... que sirua de secretario.»

Fol. 285r, «El modo que han de obseruar los superiores, quando en confessión solamente saben alguna falta y peccado ó peligro desto de alguno de sus súbditos, uiendo claramente que le es necessario mudarle ó del lugar ó del officio que tiene.» Sub hoc titulo exhibetur solutio difficultatis propositae, in qua et sigillo et bono subditi prospicere docet P. Natalis. Inc. «Primeramente proponga al súbdito...» Des. «... por la tal causa haze la tal mudança.»

Fol. 285v-286r, «Instructio Patrum, qui audiunt nostrorum confessiones.» Sub hoc titulo brevis continetur instructio de ratione promovendi socios ad perfectionem per confessionem accuratam venialium et defectuum, quae illi adversantur. Similis est, quod ad substantiam attinet, illi instructioni, quae est in *Cod. Vatic.* 7, pagg. 270-275. Manus eadem, quae in praecedentibus documentis. Inc. «Quanto á las confessiones, no es menester dezir...» Des. «... al superior y le pidáis confessor.»

Fol. 286r-287v, «Instructio Patrum, qui audiunt confessiones nostrorum, ubi praesertim difficultas aliqua obueniret.» Est eadem fere, quae in *Cod. Vatic.* 7, pagg. 275-282 habetur, ab eodem librario transcripta, qui praecedentia exaravit. Inc. «Vt confessariis reddant rationem, si qui sint difficiliores...» Des. «... periculum habere peccati grauioris.»

Fol. 287v-289r, «Orden del collegio de Éuora general.» Est idem

ordo, qui supra, ff. 135v-138r, habetur pro collegio conimbricensi, paucis demptis, illius collegii propriis, v. g. quae sub numeris 34 et 37 habentur. Deinde aliud discrimen est, quod ibi numeris singulae paragraphi signantur, hic autem minime. Inc. «Dende pascua hasta el principio...» Des. «... y al fin de la Compañía.» Eadem manus.

Fol. 289r-290r, «Ordem dos nouiços do collegio d' Euora.» Sequitur eadem manus. Haec autem instructio est fere eadem, quam Natalis dedit pro domo Sti. Rochi Ulyssipone, paucis mutatis et collegio eborensi accommodatis. Inc. «Des pola manham quando se aleuantam...» Des. «... quando não fazem calmas como agora.»

Fol. 290r-291v, «Respostas do P. Nadal a Euora.» Plura et minuta quaedam de rebus domesticis, de novitiis, de scholasticis, de infirmis, de litteris scribendis, etc., sub eo titulo continentur. Manus eadem. Inc. «Os extratos no se lean...» Des. «... e isto dizel-o ao cardeal.»

Fol. 291v, «As regras da horta poderão ser:» Sub hoc titulo traduntur 5 regulae, numeris signatae, de rebus in horto observandis. Inc. «Que a horta este cerrada.» Des. «... como conuem aos nossos.» Accedunt pauca de aliis rebus domesticis, sine alio titulo. Inc. «Veja-se que as bordas dos calices...» Des. «... Volfgango não se pergunte.»

Fol. 291v-293r, «Ordem dos estudos.» Est instructio de studiis in collegio eborensi ordinandis. Manus eadem ac supra. Inc. «Lentes de theologia os mesmos.» Des. «... das horas de N. S.ra em meditação, etc.»

Fol. 293r-293v, «Do confessar.» Sub hoc titulo, non solum aliqua de confessionibus ordinantur, sed etiam plura de variis rebus, ad domesticam disciplinam spectantibus, adduntur, pro eodem collegio eborensi. Inc. «Em nenhuma maneira se deixem...» Des. «... se pretenda e se lhe mandará.» Eadem manus ac supra.

Fol. 294r, «Ordem de la yglesia de Euora.» Sequitur memoriale rerum collegii eborensis, quod ad templum attinet, ab eodem librario exaratum. Inc. «Procúrese con el cardenal con toda diligencia que haga otra yglesia, como Su Alteza tiene prometido...» Des. «... fructo en los estudiantes, según que se ha dicho arriba.»

Fol. 294v, et 295 totum, vacua sunt, hac tantum inscriptione in fol. 295r, posita: «Indice á carta 236.» ubi, scilicet, notatur indicem secundae partis hujus codicis reperiri ad folium supra dictum, uti reapse habetur. In hoc fol. 295 incipit 2.ª pars codicis *Natal. instr. Lusit.*, quae novam seriem numerorum 1-240, antiquitus appositorum, exhibet.

SECUNDA PARS CODICIS

Foliis 1r-9r, habetur transumptum antiquum summarii constitutionum hispanico sermone, in quo eaedem regulae, quae sunt in lusitano exemplo, ff. 74v-81r hujus codicis, reperiuntur; non vero omnino concordant; nam, ut alias minoris momenti varietates omittamus, inter regulas 10.am et 11.am exempli lusitani et latini, typis excusi, in hoc exemplo ponuntur, ea, quae sub numeris 17 et 27 lusitani exempli continentur. Harum regularum origo, probabili conjectura, ex prima constitutionum et regularum in Castella promulgatione repeti potest [1]. Inc. «La suma sapientia...» Des. «... por lo que la charidad y razón obliga.» Hoc quidem exemplum aliquas habet emendationes, ab ignota nobis manu exaratas.

Fol. 9r-13v, «Reglas comunes á todos los de casa.» Cum illis, quae latino sermone in priori hujus codicis parte, ff. 102r-108v, habentur, minime concordant; sed potius cum illis, quae in cod. *Miscell. de regul. S. J.*, n. 7, secundo loco habentur, quibuscum etiam aliquod discrimen reperitur: v. g. post ultimam illius regulam, quae desinit: «... sin que lo sepa el ministro» in hoc exemplo haec addita est regula: «En el collegio todos, especialmente los humanistas, hablen latín comúnmente.» Quod de origine regularum summarii nuper diximus, etiam de hisce communibus dicendum videtur. Inc. «Algunas specialmente son ordenadas al bien spiritual... Cada vno, quando se confessare...» Des. «... hablen latín comúnmente.»

Fol. 14r-18v, «Añadidas á las reglas comunes.» Hae regulae, sicut nuper descriptae, ante annum 1561 in Lusitania et Hispania vigebant, et de ipsis P. Natalis jussit ne deinde vim obligandi haberent, quando breviores, typis editae, in Lusitaniam ab ipso sunt inductae. Inc. «Téngase silentio en todas las mesas, lectiones, disputas...» Des. «... y demandarán por amor del Señor que todos ruegen á Dios por él. Jesús.»—Sequitur ibidem alia manu: «Añadidas por el P. Francisco á las comunes.—El que uiene á consultar sobre alguna cosa al supperior, en secreto ó en público, diga primero se a consultado la tal cosa con otro supperior, ministro, ó confesor, y declare lo que fué respondido.» Hae autem additiones, a S. Francisco Borgia regulis hispanicis inductae, probabiliter ad annos 1554-1561, quando munere commissarii fungebatur, spectant. Vide dicta in prooemio de regularum Societatis Jesu genesi.

---

[1] Vide *Epist. P. Nadal*, I, 247.

Fol. 19r-21r, «Officio del rector.» et ff. 21v-28v, «Añadidas al officio del rector.» Duas partes complectitur hoc monumentum: 1.ª continet 37 regulas, numeris signatas; 2.ª constat 38-127 regulis, signatis item et prioribus adjectis. Sunt hae regulae prorsus diversae, tum ab iis, quas in *Cod. Vatic. 6,* ff. 125-134, habemus, quas P. Lainius composuit; tum etiam ab iis, quas in eodem *Cod. Vatic. 6,* ff. 198-205, a S. Francisco Borgia adornatas vidimus; tum denique ab iis, quas nunc in corpore Instituti S. J. habemus. Sunt enim congeries quaedam inordinata multarum rerum, quibus providere debet rector, quarum plura inter P. Natalis instructiones, *Cod. Vatic. 7,* reperiuntur. In stilo autem et in quibusdam vocabulis in hisce regulis usurpatis, aliunde Natali sat familiaribus, haud leve indicium inesse videtur illas ab ipso P. Natali conscriptas, et Lusitaniae ac Hispaniae provinciis, annis probabiliter 1553 et 1554, relictas fuisse. 1.ª pars inc. «1. El rector primeramente ha de sostentar en el Señor nuestro todo el collegio...» Des. «... 37. Sea sofridor de trabaio.» Sequitur ibidem, scilicet fol. 20v, catalogus officialium, quibus indiget rector, sub hoc titulo: «Los officyales, de quyen tyene necessidad el rector, son...» Des. «Magister accentuum. Magister tonorum et contionum.» 2.ª pars inc. «38. Dirásse la bendiçión de la mesa...» Des. «... extrema infirmidad alguna uez.»

Fol. 29r-39r, «Officio del ministro.» Longas hasce regulas, et ad minutissima quaeque descendentes, cum praecedentibus eodem tempore et ab eodem P. Natali lusitanis traditas fuisse, ex iisdem indiciis paulo superius memoratis, arbitramur. In decem partes dispescuntur: 1.ª «Acerca del superior.» Inc. «1. Acordándosse que es instrumento...» Des. «... mirará de darle recuerdo.» 2.ª «cerca de los officiales.» Inc. «Primera, teniendo en scripto...» Des. «... en priuado ó en público.» 3.ª «cerca del entrar y partirse de casa de los particulares.» Inc. «No pareciendo al superior...» Des. «... cerca del despedir.» 4.ª «de los particulares, para el provecho spiritual dellos.» Inc. «1. Deve tener mucho cuydado...» Des. «... le será ordenado.» 5.ª «de los particulares, quanto al bien dellos corporal.» Inc. «Primeramente, terná cuydado como sepa de la indisposición...» Des. «... semejantes necessidades.» 6.ª de «las cosas movibles de casa.» Inc. «Quanto á las cosas del comer.» Des. «... por lo dellos.» 7.ª «cerca la casa material.» Inc. «Sy alguna cosa...» Des. «... referirlo al superior.» 8.ª «quanto al bien vniuersal en casa y fuera de casa.» Inc. «Tenga cura que todos...» Des. «... se deve hazer.» 9.ª «del modo de hazer bien su officio, ó de las ayudas que poderá aver para satisfazer á él.» Inc. «La ayuda de Dios...» Des. «... comunicado con el superior.»

10.ª «del officio suyo acerca de los procuradores. Inc. «Quanto á la costumbre...» Des. «... limosnas y despensas.

Fol. 39r-40v, continentur regulae aliae viginti, regulis ministri adjectae sub hoc titulo: «Añadidas al officio del ministro.» Ab eodem Natali, et eodem tempore confectas fuisse has regulas existimamus. Inc. «Piense y confíe en Dios N. S...» Des. «... los officiales que ha de regir.

Fol. 41r-44r, «De magistro nouitiorum, qui est confessor.» Sunt antiquae et breviores quaedam regulae magistri novitiorum, ex quibus paucae ad récentiores relatae sunt, v. g. 2.ª, quae ita habet: «Rem esse magni momenti sibi commissam intelligat, et ad quam serio debeat se accingere, quandoquidem iuuentus spes religionum est, et ex prima eorum instructione pendet maiori ex parte eorumdem profectus», quae quidem inter recentes 1.ª est. Item 6.ª, quae ita habet: «Versatum esse oportebit in lectione librorum spiritualium vt deceptiones, quae in spirituali uia accidunt, non tantum experimento, sed et lectione intelligat...» etc. Manus diversa ab iis, quae superiora scripserunt. In tres partes dividuntur: 1.ª est de fine officii et de materia subjecta. Inc. «1. Finis est ut in Societate admissi...» Des. «... dedignetur ei subesse.» 2.ª «De officio eius circa conseruandos et promouendos eos, qui domi sunt.» Inc. «1. Doceat quomodo debeant integre et diligenter... confiteri...» Des. «... venientes eis comunicare curet.» 3.ª «... quomodo bene faciat officium suum.» Inc. «1. Cum intendat conseruare et in spiritualibus promouere...» Des. «... de ipsius officio sunt hic scripta.»

Fol. 44r-44v, «Considerationes de los gozos de la benauenturança.» Sub hoc titulo habentur 12 considerationes de variis causis gaudii, quae sunt in paradiso. Manus ignota nobis, licet vehementer suspicemur an forte sit Sti. Francisci Borgiae, cum ejus enim scriptura aliquam similitudinem habet. Inc. «Ver los benauenturados las miserias deste mundo acabadas.» Des. «... gozándose más incomparablemente de la felicidad del mesmo Dios que de la suya propria.»

Fol. 45r-48r, «Reglas del sacerdote que tiene el cuydado de la iglesia.» Sunt fere eaedem regulae hispano sermone, quae supra in prima hujus codicis parte, ff. 170v-174r, latine habentur, ordine subinde mutato. Hae autem antiquiores regulae ab iis, quae in corpore Instituti S. J. habentur, multum differunt, et longiores certe sunt. Manus diversa a praecedentibus hujus codicis. Inc. «Él a de tener el asumpto vniuersal...» Post breve exordium, in 4 partes dividuntur hae regulae. 1.ª, sub hoc titulo: «Acerca el sacristán y ministros de la iglesia.» quatuor continet regulas. Inc. «Él a de instruirlos...» Des. «... para que prouea lo que con-

uiene.» 2.ª pars, sub hoc titulo: «Acerca de los sacerdotes de casa.» sex tantum regulas habet. Inc. «Ayude con su exemplo...» Des. «... las reglas que á ellos tocan.» 3.ª pars, sub hoc titulo: «Acerca del pueblo.» decem regulas habet. Inc. «Vea que no falten confessores...» Des. «... para sentarse en otra parte.» 4.ª pars «Acerca de la iglesia.» Sub hoc titulo, octo regulae ponuntur. Inc. «A él toca que la iglesia y sacristía...» Des. «... al superior para que lo prouea.» Deinde ponitur duplex appendix, sub duplici titulo, quorum primus est hujusmodi: «Estas que se siguen son añadidas en Roma.» Sequuntur duo tantum regulae. Inc. «Quanto al número de las missas...» Des. «... no se dirá aquella missa.» 2.ª appendix hoc titulo notatur: «Añadidas al prefecto de la iglesia de la Compañía en Hespañia.» Sequuntur 17 regulae additae. Inc. «En la iglesia no se demande limosna...» Des. «... Dirá cada sábado al sacristán las fiestas y ayunos que avrá en la semana siguiente, para que lo publique en el refectorio.» Vide dicta in praefatione de regulis Societatis Jesu.

Fol. 48v-53r, continentur antiquae regulae aeditui, multo longiores iis, quas nunc habemus in Instituto S. J. Titulus est: «Reglas para el sacristán.» In 4 partes dividuntur. 1.ª «Acerca de sí.» Haec pars 6 regulis constat. Inc. «Sea no solamente modesto...» Des. «... intención en lo que abrá de hazer.» 2.ª «Acerca de los de casa.» Septem regulas habet. Inc. «Quanto al sacerdote que tiene la cura...» Des. «... avisando quatro ó cinco días antes.» 3.ª «Acerca de los de fuera.» 8 regulas continet. Inc. «Esfuércese de tener buena gracia...» Des. «según la calidad de la limosna.» 4.ª «Acerca de la iglesia.» Sequuntur viginti regulae. Inc. «Abra las puertas della...» Des. «... avnque estuviesen cerca.» Postea habetur appendix, in qua 19 aliae regulae adduntur praecedentibus, sub hoc titulo: «Añadidas al sacristán.» Inc. «Piense y confíe en Dios...» Des. «... en el Señor siempre estar bien occupado.» Omnes aeditui regulae, exceptis 6 ultimis, et partim 13.ª appendicis, sunt ab eodem amanuense exaratae. A folio 53r incipit alia manus ignota, et eadem esse videtur, quae in folio 18v, ad calcem, notavit regulas illas jussu P. Francisci additas fuisse. In hac autem additione, ut in ipsis regulis, Natalis stilus et prolixitas conspicitur, unde cum prioribus ad Lusitaniam ab ipso perlatas credimus.

Fol. 53v, eadem manus, quae in fol. 44 scripserat: «Considerationes de los gozos de la benauenturanza.» hic scripsit: «Considerationes de patientia.» Sequuntur 7 puncta consideranda. Inc. «Considerar que cada vno ha de padescer...» Des. «... y amar la cruz de Christo.»

Fol. 54r-55v, «Reglas de sacerdotes.» Est exemplum hispanicum

regularum sacerdotum antiquarum, de quibus supra, foliis 166v-170r, disseruimus. Multa in his desiderantur, tum ex regulis, quae nunc vigent, tum etiam ex illis plenioribus. Alia vicissim continentur minus opportuna et nimis particularia, quae deinde expuncta fuerunt, v. g. illa, quae in adventu cujusvis praelati sacerdotibus hisce verbis injungebantur: «Veniendo algún perlado á casa, el primer sacerdote que lo sepa, le haga compañía hasta tanto que el superior le diga que se uaya...» etc. Manus in hisce regulis eadem redit, quae paulo superius, ff. 45-52, regulas praefecti ecclesiae et aeditui exaravit. Inc. «Las fiestas, por atender en la iglesia á las confessiones...» Des. «... que el pueblo ruegue [a] por ellos en general.»

Fol. 55r-55v, habentur aliae regulae prioribus additae, et ab eodem librario, qui illas scripsit, exaratae. Omnes fere hae regulae, licet emendatae, et aptius dispositae, in ultima editione servatae fuerunt. Inc. «Tengan todos la misma forma de absoluer. Des. «... la mesma casa adonde van.»

Fol. 57r-60r, «Reglas del procurador del collegio.» Sub hoc titulo reperitur exemplum antiquum, ab eodem amanuensi, qui priora scripsit, exaratum, regularum earumdem, quae in codice *Miscell. de regul. S. J.*, n. 23, habentur, mutata prima parte, quae hic est de bonis collegii, ibi autem de eleemosynis comparandis; nam domus professae facultates stabiles, sicut collegia, possidere nequeunt. Alia insuper addita sunt in his regulis, ut collegiis accommodarentur. Desumptae tamen ex illis videntur; nam emendationes, quas in illas propria manu Natalis induxit, hic prorsus retinentur. Inc. «El officio del procurador se puede conocer...» Des. «... según lo ordenare el superior.» Fol. 60v vacuum est.

Fol. 61r-64v, sunt regulae infirmarii antiquae, multo longiores recentioribus, quae in *Instituto S. J.* habentur. Titulus est: «Officio del enfermero.» Tribus partibus constant hae regulae. Prima disserit de iis, quae servanda sunt ab infirmario erga infirmos. Inc. «tenga cuidado de animarlos...» Des. «... que an de ser enterrados.» Secunda de cura habenda eorum, qui bene valent. Inc. «Como acerqua de aquelles... Des. «... al ministro para que proueia.» Tertia versatur circa rationem, qua officium suum infirmarius servare debet. Inc. «Procure de tener charidad... Des. «... en una tabla ó carta.» Sequuntur paucae regulae, additae sub hoc titulo: «Añadidas al officio del enfermero.» Inc. «Piense y confíe en Dios...» Des. «... cosas de la enfermaría.» Manus diversa a praecedenti-

[a] Ms., *ruego*.

bus. Plura ex hisce regulis in recentioribus reperiuntur. Eodem tempore ac priores regulae lusitanis datae videntur.

Fol. 65r-70r, «Offitio del portero.» Hae antiquae janitoris regulae, ut illae, quas nuper descripsimus, in Lusitaniam a Natali inductae videntur, et eadem prolixitate ac illae, in 3 partes distribuuntur. Prima est «Acerca de sí.» Inc. «Sea cauto en tratar...» Des. «... pueda leer cada uno.» Secunda: «Acerca de los de casa.» Inc. «Tenga una lista...» Des. «... avisado el ministro.» Tertia: «Acerca de los de fuera.» Inc. «Sea diligente en yr á la puerta...» Des. «... terná cuidado dello.» Quarta: «Acerca de la portería.» Inc. «Siempre tenga la puerta cerrada...» Des. «... ó al sotoministro.» Sequuntur sex aliae regulae, additae sub hoc titulo: «Añadidas al officio del portero.» Inc. «Piense y confíe en Dios...» Des. «... cerrar las scuelas á sus tiempos.» Tribus diversis manibus scriptae sunt hae regulae, quarum una in superioribus conspicitur.

Fol. 71r, «Officio del gardaropa de lana.» Sub hoc titulo paucae regulae, ejusdem temporis et formae ac superiores, habentur, ab alio librario exaratae. Inc. «Piense y confíe en Dios...» Des. fol. 71v «... las calças enteiras.»

Fol. 71v-72r, «Officio del gardaropa de lino.» Inc. «Piense y confíe en Dios...» Des. «... que prouea sobreso.» Eadem manus, quae superiores officii custodis vestium regulas scripsit.» Eodem tempore ac illae lusitanis traditae videntur. Fol. 72v vacuum remanet.

Fol. 73r, «Officio del comprador.» Inc. «Sea diligente...» Des. «... presto se pueda.» Manus eadem, quae folia 45-52 et 54-60 scripsit, quae etiam addita in fol. 73v officio emptoris exaravit. Additiones inc. «Piense y confíe...» Des. «... ni se curará de nueuas.» Ejusdem temporis ac superiores hae regulae videntur.

Fol. 74r, «Copia delle indulgenze concesse.» Sub hoc titulo, manu a superioribus diversa, habetur catalogus indulgentiarum, quibus haec annotatio ab eodem amanuense scripta subjicitur: «Supradictas indulgentias concessit sanctissimus D. N. pro rosariis per me oblatis. Ita attestor ego Otho, cardinalis augustanus.» Inc. «Ogni uolta che la persona...» Des. «... quante lo dirà. Ita concedimus. M.» Fol. 74v purum remanet.

Fol. 75r-79v, habentur longissimae regulae praefecti triclinii, ejusdem temporis et formae ac praecedentes, cum additione consueta ad calcem. Titulus est. «Officio del refitorero.» Duabus partibus cōstant: primae hic titulus positus est: «Quanto á las cosas del refitorio.» Inc. «1. Attienda á tener limpio...» Des. «... tomar refectión.» Secundae par-

tis titulus est: «Quanto al seruicio en el comer.» Inc. «1. Apareje las mesas... Des. «... á Dios en sus pobres.» Additiones inc. «Piense y confíe en Dios...» Des. «... auisar dello.»

Fol. 80r: «Officio del expertador.» Inc. «1. Piense y confíe en Dios...» Des. «... el vicerector.» A fol. 75 hucusque, eadem manus, diversa a superioribus, apparet. Ejusdem temporis et rationis ac superiores hae regulae videntur.

Fol. 81r-82v, habentur ordinationes antiquae, de tempore, quo scribere debebant superiores collegiorum Lusitaniae ad generalem, provincialem et commissarium. Manus eadem redit, quae folia 230-294 primae partis hujus codicis scripsit. Inc. «Ordem de escreuer ao Padre geral...» Des. «... no fim de Abril, Agosto e Dezembro.»

Fol. 83r-84r, «Cozinero.» Sub hoc titulo, habentur antiquae regulae coqui, ab eodem librario scriptae, qui regulas emptoris et alias plures exaravit. Inc. «1. Piense y confíe en Dios... Des. alia manu: «... nuestro Señor le manda.»

Fol. 84r-85v, continentur quaedam monita pro magistris collegiorum Romae, italico sermone scripta, quae probabiliter cum aliis documentis ad lusitanos missa sunt, pro magistrorum directione. Manus a prioribus prorsus diversa. Titulus est hujusmodi: «Auisi per li mastri.» Inc. «1. Faranno al principio delle lettioni il signo della croce...» Des. «... virtù et boni costumi.» Ita desinit regula seu paragraphus 16.ª addita post 15.am, quae prius erat ultima et hisce verbis: «Laus Deo.» claudebatur.

Fol. 87r-90r, «Officio del despensero.» Redeunt, sub hoc titulo, regulae antiquiores, ab eodem librario, qui regulas coqui, emptoris, etc. exaravit, ut superius vidimus. Inc. «En dos cosas consiste... Des. «... como le será ordenado.» Ejusdem temporis ac formae ac superiores regulae hae esse videntur, et a nostris longe diversae. Fol. 90v nil scriptum habet.

Fol. 91r-93v, sub hoc titulo: «Orden de la oración.» duo habentur documenta. Primum est de tempore orationi a singulis sociis tribuendo, secundum eorum gradum. Alterum de ratione orandi, Societati consentanea. Ambo autem a P. Natali confecta et cum Hispaniae ac Lusitaniae sociis communicata fuisse certum videtur. Primum, quod ad substantiam attinet, in multis cum illo exemplo, quod in hujus codicis prima parte, ff. 9 11, descripsimus, concordat. Alterum est apographum documenti autographi ipsius Natalis, quod habetur in *Cod. Vatic. 6*, ff. 404-407. Manus, ignoti librarii, et a prioribus diversa est. Natalis autem scriptura, ni fallimur, ter aut quater in emendationibus conspicitur. Prior pars inci-

pit: «El meditar y orar del scholar...» Des. fol. 92v: «... en ella misma lo demandemos.» Altera pars immediate, sine titulo sequitur: «Aduiértase el modo que tiene...» Des. «... fortitudinem Societati suae. Benedictus Deus.» Fol. 94 purum est.

Fol. 95r-98v, est alterum transumptum ejusdem instructionis ad folium 54 primae partis descriptae, quam P. Natalis Salmanticae tradidit anno 1562, de officio examinatoris et de ratione examinandi Societatis candidatos. Inc. «A este officio toca...» Des. «... en mano del superior.» Manus eadem videtur, quae supra in tractatu de oratione, ff. 91-93. Unde etiam sub P. Natali hoc exemplum probabiliter scriptum fuisse censemus, licet illius manus ibi non appareat; et ex hoc desumptum fuisse prius transumptum, quod est a fol. 54 primae partis.

Fol. 98v, est attestatio facultatis absolvendi et dispensandi in foro interno, a cardinali archiepiscopo Ulyssiponae Patribus Societatis concessae. Inc. «Faculdade que o cardeal...» Des. «... em Almeyrin a 31 de Janeiro de 1565. Dom Martinho Pereyra.»

Fol. 99, sub hoc titulo: «Praefecto de los studios.» habentur novem regulae, seu monita, ab iis, qui studiis praeficiuntur, observanda. Discrepant prorsus ab aliis regulis praefecti studiorum, quae in codicibus *Miscell. de regul. S. J.*, *Rom. stud. I*, et *Cod. Vatic. 7* reperiuntur. Cum autem inter caeteras regulas, in Lusitaniam a Natali inductas, inveniantur, et ab ipso librario, qui regulas infirmarii, ibid., ff. 61-64, exaravit, transumptae fuerint, valde probabiliter eas antiquiores caeteris praefecti studiorum regulis existimamus. Inc. «Sepa por la ordinación...» Des. «... para meior poder seruir á Jesu X.° N. S.»

Fol. 100r-102v, habetur transumptum antiquarum regularum, pro scholasticis Societatis a P. Natali scriptarum. Quod ad substantiam attinet, parum discrepant ab exemplo latino *Cod. Vatic. 3*, fol. 123; in ordine tamen et dispositione, multum ab illis diversae deprehenduntur. Eas inter antiquiora studiorum Societatis documenta evulgavimus apud *Monum. Paedag.*, pag. 650. Inc. «El fin de... la doctrina...» Des. «... se puedan aiudar á major gloria diuina.»

Fol. 103, «Reglas para los nouicios.» Sub hoc titulo, et eadem manu, quae folia 54-60 et alia hujus codicis scripsit, sunt nonnullae regulae, quae deinceps inter regulas magistri novitiorum aptius positae fuerunt. Inc. «Primeramente en el tiempo de sus experiencias y probaciones traerán los mesmos vestidos...» Des. «... como parecerá al superior.»

Fol. 104r, sunt regulae correctoris, lusitano sermone conscriptae.

Titulus est: «Regras do correitor.» Inc. «Não castigue...» Des. «... de bom exemplo.» Ejusdem temporis ac superiores regulae esse videntur.

Fol. 104v-105v, exstat complementum ordinationis illius, quam superius, ff. 81 et 82, vidimus de temporibus, quibus singuli praepositi ad mediatos superiores scriberè debebant. Eadem manus, quae initium hujus ordinationis scripserat, hic redit. Inc. «Ordem de escreuer onde ha tres consultores.» Des. «... no fim de Nouembro.»

Fol. 106r-110v, «Orden de las scuelas de la Compañía, quanto á las costumbres.» Sub hoc titulo habetur antiquum exemplum ordinationis scholarum Societatis, quam videre poteris inter *Monum. Paedag.*, pag. 656. Scriptum est ab eodem librario, qui superius, ff. 75-80, varias regulas exaravit. Inc. «Ninguno scolar se reciba...» Des. «... mucho aiudar y seruir.»

Fol. 111r-115r, ab eodem librario, qui priores de moribus ordinationes exaravit, sequitur ordo scholarum, ad litteras spectans. Titulus est hujusmodi: «Orden de las schuelas de la Compañía quanto á las letras.» Hic ordo editus est in *Monum. Paedag.*, pag. 662. Inc. «En los collegios que la Compañía...» Des. «... y studiantes al rector.»

Fol. 115, est exemplnm antiquarum regularum, ad scholasticos, qui Societatis scholas frequentant, spectantium. Inter nostra *Monum. Paedag.*, pag. 655, hae regulae typis excusae sunt. Inc. «Todos los studiantes oyan missa...» Des. «... hechados con ynominia de la schuela.» Manus eadem, quae in praecedentibus documentis.

Ibidem a tergo, est transumptum jurisjurandi facti in academia coninbricensi anno 1565.

Fol. 116r-117v, «Auisos para los scholares.» Est transumptum monitorum, antiquitus in collegiis Lusitaniae et aliis Societatis, pro bona scholasticorum institutione adhibitorum. Edita sunt haec monita inter *Monum. Paedag.*, pag. 653. Inc. «Sepan los scholares que luego que son...» Des. «... mucho ayudar y seruir.»

Fol. 117v-118r, «Reglas del corrector.» Septem regulae hic transcriptae reperiuntur, quae antiquitus a correctore in Societatis collegiis servabantur. Manus eadem. Publici juris factae sunt in *Monum. Paedag.*, pag. 643. Inc. «1. Castige á los scholares...» Des. «... integridad y buen exemplo.»

Fol. 118, «Del librero.» eodem tempore et ab eodem librario scriptae sunt hae de praefecto bibliothecae regulae, quas habes in *Monum. Paedag.*, pag. 644. Inc. «El que tiene cargo de la libraria...» Des. «... barrerá cada dos días. Laus Deo.»

Fol. 119r-120r, sub hoc titulo: «Para instruir mochachos y otras personas rudas por diuersos medios.» habetur antiqua instructio, quam videre poteris inter *Monum. Paedag.*, pag. 648. Inc. «Como la charidad...» Des. «... diuina y suma bondad.» Manus eadem. At, fol. 120r, alia manus, scilicet ea, quae folia 106-115 exaravit, denuo redit et usque ad folium 125 prosequitur.

Fol. 120v-128v, sunt Patris Rodericii monita pro peregrinis Societatis, quae cum aliis hujus Patris scriptis, in nostro volumine *Epistolae PP. Paschasii, Broët*, etc., pag. 849, edita sunt. Vide dicta ibidem in praefatione, pag. 448.

Fol. 129, est transumptum antiquum facultatis a cardinali infante Portugalliae Patribus Societatis concessae pro legendis et emendandis libris prohibitis. Inc. «Liçença do cardeal pera emendar e usar dos liuros defessos.—O cardeal iffante...» Des. fol. 129v: «... Em Lixboa, a xx de Nouembro de 1564, Baltasar de Fonseca a fez escreuer.» Manus diversa a praecedentibus, sed scriptura ejusdem est temporis.

Fol. 130r - 168v, habentur excerpta ex constitutionibus Societatis Jesu, ab iisdem amanuensibus transcripta, qui varias regulas superius allatas descripserunt. Haec eadem excerpta habentur in cod. *Miscell. de regul. S. J.*, n. 1, et cum his fere concordant. Inc. «Extracto ad verbum del primero capítulo del examen general... Nuestra mínima congregación fué llamada por la sede apostólica...» Des. «Extracto de la 10.ª parte... y ansí sean obligados todos á leerlas ó oyrlas leer cada mes.»

Fol. 168v, «Officium praefecti studiorum, qui in vniuersitatibus dicetur cancellarius.» Sub hoc titulo, tantum quinque priores paragraphi transcriptae sunt ex antiquis regulis praefecti studiorum, quae inter documenta ad studia Societatis spectantia habentur. Caetera desiderantur, eo quod 22 folia sublata fuisse videantur; nam post folium 168 immediate sequitur 191, quo incipit sequens quaternio. Vide dicenda ad finem, ubi de indice codicis sermo erit.

Fol. 191r-193v, habetur exemplum lusitanicum regularum infirmarii, quae superius, ff. 61-64 hujus secundae partis hispanice scriptae repeririuntur. Septem ultimae regulae, exemplo hispanico additae, in lusitano desiderantur.

Fol. 193v-195v, «Offitio delli maestri di Loreto.» Sub hoc titulo, traduntur plures instructiones de ratione docendi, quae, pro collegio lauretano compositae, ad lusitanos probabiliter missae fuerunt, et ab amanuensi italo descriptae videntur, scilicet, ab eo, qui regulas praefecti

studiorum, fol. 168v, scribere incoeperat. Inc. «Perchè Dio benedetto ha mosso...» Des. «... tutte le constitutioni ordinate.»

Fol. 196r-218r, habetur transumptum industriarum P. Polanci, pro fine Societatis melius obtinendo. Titulus est hujusmodi: «Industrias, con que uno de la Compañía de Jesús mejor conseguirá sus fines.» Variae manus in hoc monumento conspiciuntur. Ad finem, Polanci manu, haec scripta habentur: «Estas industrias compuso el P. Polanco.» Inc. «Cómo se han de auer los que attenden...» Des. «... instituto de la Compañía y exercicios, etc., y dar razón de todo. Laus Deo.» Fol. 218v vacuum remanet.

Fol. 228r 230r, est exemplum apographum instructionis Patri Francisco Vieyra ejusque socio datae anno 1554 cum ad indos cum Petro Mascarenhas missus est. Inc. «Aunque, pues nuestro Señor por su bondad...» Des. «... use dello en beneffício de las almas á mayor gloria de su diuina magestad.»

Fol. 230v-231r, habentur capita quaedam epistolae P. Polanci ad provinciam Portugalliae datae de ratione scribendi litteras quadrimestres. Manus est eadem, quae superiorem instructionem descripsit. Inc. «Capítolos de una del P. Polanco por comissión del padre general á la prouincia de Portugal.—Aunque diuersas vezes...» Des. «... para que ayan recaudo.» Sequuntur, ff. 231v-232r, sermone latino, indicationes 14 provinciarum, ad quas epistolae quadrimestres vel annuae mittendae erant. Inc. «Prouinciae, pro quibus literae...» Des. «... uel utraque, ut poterunt.»

Fol. 232v-233r, sub hoc titulo: «Maneyra de dizer missa polla ordem romana, que se fez em tempo de Gonçalo Vaz.» habentur variae regulae, ad liturgiam sacram pertinentes, pro sacro ad normam romanam faciendo. Inc. «A benção se fará de maneira que a mão esquerda...» Des. «... o mais que fica d'ella baixo.» Sequitur idem librarius.

Fol. 234r-235r, «Regimento que se tinha e pareçe deue ter na vndecima classe.» Sub hoc titulo reperitur transumptum regiminis in schola undecima, scilicet infima, servati in collegiis Lusitaniae. Inc. «Logo pola menham...» Des. «escreuel-as aquy. Bendito o Senhor.» Editum est in *Monum. Paedag.*, pag. 670. Fol. 235v vacuum relictum est.

Fol. 236, est index rerum, quae in hac secunda parte codicis reperiuntur. Hic index nobis revelat monumenta ex hoc codice sublata, quae in foliis 169-190, prouti suo loco animadvertimus, olim continebantur. Ea autem ex indice transumpta hic habe: «Quomodo in dandis exerciciis se quis habere debeat. f. 170.—Reglas para exercitar los súbditos en la obediencia y mortificación. f. 175.—Modo que deue tener tractando con

superiores y otros. f. 175.—Institución de cómo los superiores se han de auer con el sottoministro. f. 176.—Reglas de la modestia. f. 177.—Auisos de como han de caminar los de la Compañía. f. 178. —Modo de tratar con el superior. f. 179.—Auisos para con los súbditos. f. 180. — Carta del P. Maestro Ignatio. f. 182.» Post haec sequitur «Oficio del enfermero en portuguez. f. 191» quod suo loco habetur; et post alia scripta, in quibus ordo desideratur, ad calcem hic additur titulus, qui omissus in suo loco fuerat: «Cláusula de la premática de Philippo. f. 173.» Folia 237-240r pura sunt. Fol. 240v, est formula seipsum in triclinio accusandi post officia domestica persoluta. Inc. «Modo de dizir la culpa en el refectorio los que tienen officios cada mes.—Padres e irmãos em Xpo...» Des. «... a Deos noso senhor per mim.» Sequitur unum folium purum, nec signatum, quo totus codex clauditur.

Codex 6

PLENIOR HUJUS CODICIS NOTITIA

Instructiones et monita pro collegiis Germaniae, Poloniae, Belgii et Galliae.—Praeter ea, quae ex hoc codice in hoc volumine exhibemus, haec insuper in eodem continentur.

Fol. 79r-82, excerpta ex prima parte Constitutionum, pro directione eorum, quibus cura examinandi Societatis candidatos demandatur. Manus ignota. Nihil Natalis manu exaratum continet. Titulus est: «Ex prima parte Constitutionum, quae ab examinatore vel rectore sunt consideranda circa admittendos.» Inc. 1.° Rector intelligat num habeat...» Des. fol. 81v: «... cum aliis tyronibus.» Fol. 82 purum est.

Fol. 83r-89v. Sub hoc titulo habentur «Regulae omnibus iis communes, qui domi agunt.» Est transumptum antiquum regularum, quae inter alia documenta habentur in codice *Natal. instr. Lusit.*, a fol. 102 primae partis. Natalis manu, initio primae paginae: «Hae fuerunt accommodata collegiis Portugalliae.» Inc. «Harum aliquae ad spiritualem...» Des. «... auditis refricetur. Finis. Laus Deo.»

Fol. 87r-88r, scilicet, inter duo ultima folia exempli regularum insertum est exemplum archetypum, ut videtur, deliberationis habitae anno 1561 de transferendo artium studio ex collegio viennensi in aliam domum. Manus est nobis ignota. Expenduntur rationes, tum affirmativae, tum negativae. Inc. «1. Liberaretur collegium...» Des. «... nobis esse molesta.» Polanci manu: «Che non si facia mutatione et vadino inanzi con la philosophia.» A tergo, Jimenez manu: «1561. De transferendo artium studio ex collegio vienensi alio.»

Fol. 106r-115r, «Responsa P. Laurentii Magii, prouincialis Austriae, ad dubia quaedam P. Francisci vice prouincialis illi proposita die 3 Nouembris 1568.» Inc. «1. Circa modum absoluendi...» Des. «... nos imitatores profitemur.» Nihil est P. Natalis, nisi haec nota in ultimo folio verso, ejus manu exarata: «puncta.»

Fol. 128r-134r, sunt «Statuta summarie descripta, quae quotidie in ecclesiastico collegio S. Hieronymi circa cultum diuinum obseruantur. Quae certis quibusdam diebus fiunt. Summa statutorum pro habitantibus intra collegium. Admonitio rectoris ad eos, qui extra habitant collegium.» Inc. «In primis solent omnes...» Des. «... superintendat rector, etc: Fol. 134v et 135 pura sunt. Manus ignota. Nil manu Natalis scriptum.

Fol. 136r-137v, habentur «Rationes decreti de Transylvania.» Inc. «Cupiebat congregatio prouincialis Austriae missionem transyluanicam...» Des. «... non in India. Ad maiorem Dei gloriam. Franciscus Antonius, secretarius congregationis prouincialis Austriae.» Manus ignota. Nil Natalis manu exaratum.

Fol. 165r-170v, «Dubia circa rectoris officium.» In 1.° folio tantum titulus habetur. Inc. fol. 166: «Circa primum caput. 1.° Quem vt iuuent...» Des. «... sit in hebdomada.» Manus ignota. Nihil manu Natalis.

Fol. 171r-178r, habentur varia statuta universitatis (cujusnam ignoramus); et primo quidem, fol. 171r, «Juramenta facultatis artisticae.» Inc. «Decanus electus iurat...» Des. fol 171v: «... nisi in his dispensetur.» Fol. 172r, «De promotione baccalaureorum.» Inc. «Primum praesentandi sunt facultati...» Des. fol.. 173v: «... deinde gratiis concluditur.» Ibid. «De promotione magistrorum.» Inc. «Magistrandi primum...» Des. fol. 174v «... in baccalaureatum peraguntur.» Plures annotationes in margine, ignota manu exaratae, reperiuntur. Ad calcem vero annotatio, ab eodem scripta, habetur, ff. 174v, 175r. Fol. 175v et 176, nihil aliud habent quam titulos rerum in documentis nuper dictis contentarum. Fol. 177r, 177v, sunt varia juramenta, scilicet, a doctoribus, baccalaureis et licenciandis praestanda. Inc. «Quod statuta siue statuenda...» Des. «rationabili caussa sit.» Ibid. «Summa statutorum facultatis theologiae.» Rubricis seu titulis 10 constat. Inc. «Rubrica I. Nostrae facultatis...» Des. «... Jurabit vt supra. Vltimum caput est de uesperiis et aula magistrali, quod, quia prolixum est, et praxim continet, in compendium redigi uix potuit.» A tergo ultimi folii: «Juramenta facultatis theologicae.»

Fol. 179r-184r, sunt «Puncta quaedam prouinciam Austriae concer-

nentia.», in quibus varia ad regimen provinciae et plures abusus tollendi in disciplinae domesticae et religiosae observantia attinguuntur. Unica manus in his omnibus cernitur. Non ante annum 1572 haec scripta fuerunt, ut ex iis, quae fol. 182r dicuntur, clare eruitur. Inc. «Quoniam diuini honoris...» Des. «... nec cuiusquam prius conciones ostendunt.» Fol. 184v vacuum est.

Fol. 185r-187r, «Facultates concessae a P. Laurentio Magio prouinciali Austriae Patri Francisco Sunigerio, viceprouintiali in Polonia et Prussia, die 24 Septembris 1568.» Nitide omnia ab unico librario scripta sunt. Inc. «1. Possit admittere ad probationem...» Des. «... expedire iudicauerit.» Folia 187v et 188 vacua sunt.

Fol. 189r-200v, ab uno eodemque amanuensi scripta habentur. «Quae dixit P. Lavrentius Magius, prouincialis Austriae, rectori branspergensi, die 20 Octobris 1568.» Fol. 189 est index rerum, quae communia sunt collegiis Branspergae et Pultoviae, indicando numeros, ne bis eadem scribere opus esset. Deinde, fol. 189v, inc. pars propria prioris collegii hisce verbis: «53. Collationes spirituales...» Des. «... personis numero 19.» Folia 201-204 vacua sunt.

Fol. 205r-219r, «Quae dixit P. Lavrentius, prouincialis Austriae, rectori pultouiensi pro cura collegii, die 24 Sept. 1568.» Inc. «Circa collegium. 1. Legat frequenter constitutiones...» Des. «... raro et caute agendum est.» Manus eadem est, quae praecedens memoriale pro collegio Branspergae scripsit. Folia 219v-221v vacua sunt.

Fol. 222v-227r, «Instructio provincialis Austriae data viceprovinciali Poloniae, die 2 Nouembris 1568.» Unus idemque librarius haec omnia scripsit, diversus a priori. Inc. «1. Quae dicta sunt rectoribus...» Des. «... regulas, publice proponenda.» Fol. 227v vacuum manet.

Fol. 228r-232r, «Quae dixit P. Laurentius Magius, prouincialis, rectori branspergensi die prima Nouembris 1568.» Manus eadem, quae folia 189-219 scripsit. Inc. «Circa curam seminarii. 1. Christophorus a Finibus...» Des. «... aut singulis mensibus.» Fol. 232v vacuum est.

Fol. 233r-249r, «Instructio prouincialis Austriae pro rectore vilnensi, die 19 Augusti 1570.» Unus librarius omnia scripsit. Emendationes et inscriptiones quaedam alia manu factae habentur. Tres in partes dispescitur haec instructio: 1.ª est circa collegium, 2.ª circa bona et fabricam, 3.ª circa scholas. Singulis partibus a tergo ultimi folii Polancus scripsit: «visum» vel «reuista»: Inc. «1. Vt commodius et rectius...» Des.. «... in cantu exerceret.»

Fol. 250r-251v, «Instructio pro viceprouinciali Poloniae. Die 22 De-

cembris 1570.» Manus diversa a prioribus. A tergo ultimi folii, Polanci manu: «Visum.» Inc. «Viceprouincialis in gubernatione...» Des. «... in periculum coniicere.»

Fol. 252r-253v, habetur sententia autographa cujusdam ignoti de rebus in collegio Pultoviae reformandis. Inc. «1574. Jul. De iis, quae ad bonum... officium B. Virginis non recitetur syncopando...» Des. «... omnibus praelucere debent.»

Fol. 254r-257v, sunt «Quae dixit P. Franciscus, prouincialis Poloniae, pro cura collegii futuri claudiopolensis, praefecto residentiae Transyluaniae.» A duobus librariis est exaratum hoc documentum: prior desinit in fol. 254v, alter reliqua scripsit. Folia 256v et 257r vacua sunt. In folio 257v alia manu ignota: «Instructio relicta P. Jacobo Vangrouicensi pro residentia Transyluaniae.» Fol. 258 purum remanet.

Fol. 261r, «Ea, quae congregatio prouincialis Belgiae statuit Romae proponenda in congregatione generali.» Inc. «Quomodo fieri debeant syndicationes...» Des. «... quomodo uti possimus.» A tergo, alia manu: «† Prouincia Flandriae.» «V.»

Fol. 311 et 318, quibus alia documenta interjecta sunt, habetur catalogus dubiorum «Quae proponenda sunt P. Nostro pro vniuersitate artium turnonensi.» In altero folio nil scriptum, praeter breves quasdam indicationes rerum tractandarum. Inc. «1. An possint hic promoueri...» Des. «... quos uocamus consultores. Laus Deo.»

Fol. 312r-317v, est «Memorial de lo que en particular queda encargado al P. Rector.» Nil ad P. Natalem ex his pertinere uidetur. Inc. «Ningún predicador...» Des. «Terná cuydado de la coffradía el P. Jeán Aguirre.» Ad calcem, alia manu: «† Gil Gonz., P. Oliu.º y Notes etc.»

MONUMENTA ITALIAE

1

DE RENOVATIONE VOTORUM SIMPLICIUM

SCHOLASTICORUM SOCIETATIS JESU [1].

Congregatio quaedam religiosa habet scholasticos in collegiis, quae administrat, qui sine voto, quod sint de ea congregatione futuri, in ea collegia non admittantur. Dubitatur num liceat constituere, ut singulis annis scholastici omnes priorem voti obligationem teneantur confirmare, ut et ipsi in suo instituto firmius constent, et securior sit congregatio in suis collegiis non ali eos, qui et Deo fidem non servant, et, qui fortasse, ex eleemosinis docti effecti, mundo vellent servire, non Xpo.

Cum replicaverit saepius foedera et pacta Dominus noster cum israëlitico populo, nec aliud sibi velint oecumenica concilia, et christiani fere omnes davidicum illud omni die dicunt: «Juravi et statui custodire judicia» [2], decretum hoc non potest mihi displicere.

FR. EGIDIUS FOSCARARIUS, Gen. magister sacri pal.

Idem censuit Rdus. D. ROBERTUS ARCHIEPISCOPUS ARMACHANUS et RDUS. D. IACOBUS DE PUTEO [a], decanus rotae,

rogante me HIERONYMO NADAL.

---

[a] *Pucci* ms.; sed nomen decani Rotae erat *Jacobus a Puteo*.

---

[1] Ex apographo, a P. Joanne Van Meurs ex archetypo deprompto, et ad nos transmisso. Quando hoc monumentum scriptum fuerit, non constat. Cum autem a Natali subscriptum fuerit et a Jacobo Puteo, qui eo tempore erat decanus Rotae, et nondum cardinalis creatus fuerat, liquet ante diem 13 Kal. Januarias anni 1551 datum fuisse, eo enim die Jacobus a Puteo cardinalis creatus est. Cf. *Ughellum, Italia sacra,* VII, 653. Sed Natalis in Sicilia versatus fuit ab anno 1548 ad mensem Martium anni 1552, quo Romam, ad professionem nuncupandam, ab Ignatio vocatus est. Unde probabili conjectura suspicari licet anno 1548, vel non multo ante id tempus, hoc monumentum Romae scriptum fuisse. De Jacobo a Puteo (de Pou), Natalis amico, vide quae diximus in *Epist. P. Nadal,* I, 14. [2] Ps. CXVIII, 106.

PATRUM HIERONYMI NATALIS

NICOLAI BOBADILLAE ET ALIORUM MONUMENTA AD PRIMAM GENERALEM CONGREGATIONEM SPECTANTIA

2

VOTUM P. NICOLAI BOBADILLAE

IN ALTERA CONGREGATIONE PATRUM, DE NON ADEUNDO IN HISPANIAM

ROMAE, APRILI-JUNIO, 1557 [1].

ARTICOLI

Propositum [a] fuit [an] esset eundum in Hispanias, ad capitulum generale Societatis habendum [b], et an petenda licentia a D. Papa.

RESPONSIO NEGATIUA

In primis, quod non spero ut pontifex permittat [c]; nam san-

[a] *Prepositum* ms. —[b] *hnũ* ms. —[c] *permictat* ms. hic et alias.

[1] Ex apographo coaevo, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* triplici fol., 69v-71r. Duorum amanuensium manus in hoc monumento conspiciuntur, quorum prior desinit in illis verbis (fol. 70v): «in genere et spetie». Reliqua a secundo librario scripta sunt, qui etiam transcripsit documentum sub n. 6 positum, quod ita incipit: «Verissima informatione...» Quando et qua de causa hoc scriptum a Bobadilla lucubratum fuerit, eruitur ex illis verbis P. Natalis in suis *Ephemeridibus,* editis in *Epist. P. Nadal,* II, pag. 13: «Igitur dictis Patrum sententiis (eramus enim omnes 14), P. Bobadilla et Simon censuerunt nec eundum in Hispaniam, nec ea de re petendam licentiam a summo pontifice.» Cf. ASTRAIN, *Historia de la Compañia de Jesús en la asistencia de España,* tom. II, lib. I, cap. I. Multis haec apographa mendis deturpantur, quae emendare, monito tamen lectore, visum est, relictis iis, quae minoris sunt momenti, ut *ispani* pro *hispani, oportunus* pro *opportunus*» etc.

ctitas [a] sua significauit nobis per protectorem se uelle examinare res nostras: idem et innuit R.mus Traniensis [1].

2, et non permitet, quod suspicabat nosce exploratores, his temporibus maxime, quibus sanctitas sua significauit sua negotia, ut Laynes et Bobadilla [2].

3, quod non permisit hispanos ire ad Hispanias, sed iratus pontifex dixit illis: uultis ne obedire mandato iniquo regis uestri, et addit: «Nolo ut romani despondeant spem pacis uestra absentia.»

4, quod Laynes et ego habemus expresam obedientiam a S. S. ne di[s]cedamus ab Urbe sine sua licentia, nec permisit, ut ego irem ad uisitandum Montem Flasconem, etsi instanter petiit R.us Saracenus [3].

5. Non expedit et ire propter temporis incommoda, scilicet, bellorum pericula, maris et terrae, longa peregrinatio, estas; et timenda esset infirmitas uel captiuitas, absentia collegiorum tam multorum regnorum [b], quam pati non possunt; ut sint absentes profesi in Italia, Galia, et Germania.

6, quod nec scimus [c] uiam, et reditum [d] ignoramus, si bella persistant [e], et dubium si generalis esset in Hispania, si uellet ibi permanere et non Rome, ubi debet esse sedes propria.

7, quod faciemus nos odiosos aliis nationibus, ut ispani trahant omnes nationes ad Hispanias, presertim cum sumus plures, et [f] Italia est locus comunis, nec decet ut caput eat ad pedes.

---

[a] *etas* ms. —[b] Sic; *rectorum?* —[c] *simus* ms. —[d] *reditam* ms. — [e] *prosistant* ms. —[f] *ut* ms.

---

[1] Joannes Bernardinus Scotus (Scotti), O. Theatinorum, tranensis archiepiscopus et cardinalis.

[2] Id est, non permissurum summum pontificem hispanos homines, imminente bello, quod proximo Septembri susceptum fuit ab hispanis contra Paulum IV, transmeare Roma in Hispaniam, ubi, quasi exploratores, res a pontifice contra Philippum gestas revelare poterant. Cf. PETRUM NORES, *Storia della guerra di Paolo IV sommo pontefice contro gli spagnuoli*, in *Archivio storico italiano*, vol. XII, Florentiae 1847; et LINUM MUÑOZ, *Guerra de un año entre el Papa Paulo IV y Felipe II rey de España*, Madrid, 1869.

[3] Saracenus (Saraceni, Sarracino), Joannes Michaël, cardinalis.

8. Hispani escusant se non posse uenire in Italiam, sed quod eamus ad eos, aut [a] differatur. Accipiamus [b] illorum excusationem honestam, et ita diferatur ad aliud tempus magis oportunum.

9. Quum plures rationes sunt ad excusandum [c] nos non posse ire quam ipsi habeant ueniendi ad nos, insuper plures nos habemus dificultates [d] quam ipsi, cedamus ergo tempori.

x, quod timeo, ne arguamur leuitate apud uiros cordatos, his temporibus belicosis et estiuis proficisci in Hispanias, nec est petendum a papa: hec fuit resolutio prime diete.

Postea instarunt, ut commendaremus iterum Deo—[e] est libenter; et ita factum est. Postea congregati concludimus, quod non petat a papa licentiam [f] eundi in Hispanias. 2, nec consulat. 3, quod magister Laynes obiter narret [g] historiam suae sanctitati, et causas [h] quare non fit capitulum. Fecit officium: respondet tunc papa: «Non consulo ut eatis in Hispanias.» 2. «¿Uultis negare [i] fidem?» 3. «Differatur.» [j] Postea iterum instant, ut petamus. Ex consulto fecimus orationes [k] et celebramus sacra. Tunc respondet [l] sic:

xi, quod, salua conscientia, ego non possem sentire amplius esse petendum, quod papa quasi consultus respondit [m], et uideretur [n] nos petere missionem, quod est contra bulas, immo instare.

xij, quod timendum esset ne irritaremus S. S., uel quod suspicaretur malum de nobis, quod absit.

xiij, quod si P. Franciscus [1] non potest uenire, nec [o] permitunt eum uenire, forte, si eligeretur generalis, minus permiteretur uenire Italiam, et tunc periclitarentur omnia colegia gallicana, germanica et italica.

xiiij, quod praesentia papae et protectoris [2] est nobis ualde

---

[a] *ut* ms. —[b] *accepamus* ms. —[c] *exusandum* ms. —[d] *difigultates* ms. —[e] Unum verbum obscure exaratum habetur post verbum *Deo*. —[f] *licentia* ms. —[g] *obiret Naret* ms. —[h] *ias* ms. —[i] *regnare* ms. —[j] *diferetur* ms. —[k] *oratores* ms. —[l] scilicet Bobadilla. —[m] *respondidit* ms. —[n] *videret* ms. —[o] *ne* ms.

---

[1] S. Franciscus Borgia, commissarius generalis Societatis in Hispania.

[2] Rodulphus Pius de Carpi, cardinalis Carpensis, erat Societatis protector.

necesaria, quod est prima congregatio, nec constitutiones sunt factae et sumus pro[fessione] speciale uelut dedicati sedi apostolicae.

xv, quod res sunt grauissimae tractande in hac prima congregatione, non solum pro nobis, sed pro posteris, et adeo necesaria est presentia [a] pape, quod sine scandalo non credo poset fieri in Hispania; nam [b] quid scitis quae sunt proponenda? Iste fuerunt rationes unius sufragii, preter plures aliorum.

Quanto alle bolle apostolice della Compagnia di Jesù, respondo che me pare debiano essere areformate per Paulo papa quarto, tanto per esser dottissimo, quanto n' è gelosissimo della autorità apostolica; et così le nostre bolle confirmate da S. S. hauerano più fermità, masime contra li calumniatori, li quali dicono che alcune delle nostre bolle sianno suretitia et bisognerà sianno raformate, acciò che le bolle concordino con la reformatione, come dapoi largamente se dirà.

Ancora sarà necesario la loro reformatione et confirmatione per anulare il decreto pari[si]ense tanto ingiurioso [c] contra la Compagnia et la sede apostolica.

Quanto alle constitutioni et dechiarationi [d], respondo che sono dentro molte cose buone necesarie, ma che hanno bisogno de reformatione, perchè sono uno laberinto [e] proliso, in modo che nè li [f] superiori nè inferiori mai lo potranno sapere, nè manco intendere; perchè contengono cose, le quale la sede [g] apostolica non li concederà mai, come de sotto si uedrà.

3, perchè hanno cose dificilime de resoluerle; che hauerà asai che fare tutta la congregatione et ancora li R.mi cardinali deputati; perchè sono regole di gouernatione per tutta la posterità della Compagnia, fra le quale diciamo [h] adeso alcune.

Imprimis del tempo del preposito [i] generale, si perpetuo o trienale.

2, del autorità che deue hauere in genere et spetie.

3, della forma della elettione, et depositione sua.

---

[a] *presentiam* ms. —[b] *nan* ms. —[c] *ingiuristo* ms. —[d] *constitutione et dechiaratione* ms. —[e] *laberino* ms. —[f] *nelli* ms. —[g] *seda* ms. —[h] *dicimo* ms. — [i] *proposito* ms. hic et alias.

4, come si ha [a] da comunicare la sua authorità ad altri officiali.

5, delli assistenti del preposito generale, quanti saranno, de quante natione, quanta autorità haueranno quelli che elegeranno o deporanno.

6, de fundatione collegiorum et dispensatione bonorum, et si possunt transmiti.

7, de expellendis professis, quare et quando.

8, de modo emittendi uota in singulis annis inter missarum sollemnia.

9, de uarietate professorum et eorum auctoritate.

x, de illis, qui deserunt bona sua collegiis et aliis piis operibus, qualiter expellendi.

xj, de eadem doctrina Societatis seruanda, et libris imprimendis.

xij, de sufficienti litteratura [b] ad ordinandum in Societate.

xiij, de non defraudanda sede apostolica, ordinando sine beneficio et patrimonio sub titulo Societatis, et postea expellendo.

xiiij, de absolutione uotorum per sedem apostolicam ante professionem.

xv, de capitulis generalibus et prouincialibus, quo tempore debent fieri et quomodo.

xvj, de mittendis ad infideles iudeos, contra uoluntatem illorum, absque scitu et motu proprio papae, ut in 2.ª bulla contra primam intentionem.

xvij, quando constitutiones et bulle concordent [c].

xviij, de forma gubernationis apud Judeos [!] et apud collegia.

xviiij, de forma seruanda in collegiis, ubi fuerint plures professi et rector et officiales.

20, de forma expellendi tam professos quam non professos, et per quos, et qualiter, si poterint appellari ad capitulum generale.

De poenitentiis iniungendis errantibus publice uel secrete.

De forma recipiendi poenitentes, redeuntes ad nos.

---

[a] *sa* ms. —[b] *licteratura* ms. —[c] Sic.

De graduandis in uniuersitatibus nostrae Societatis.

De communicandis gratiis [a] apostolicis, et de usu illarum.

Deo gratias.

3

P. NICOLAI BOBADILLAE

RERUM GERENDARUM MEMORIALE [1]

✝
Jhs.

P.° Dar le bulle a M. Gasparo per il R.mo

2. Darli le polize.

3. Darli la informatione alli R.mi per il papa.

4. Che si guardino non dire che le constitu[tioni] [b] hano authorità, hauendo detto il contrario al papa.

5. Che adesso he sede vacante. Ergo penes fundatores.

6. Che doctores juriste videant de justicia.

7. Quod ipsi allegent suos patronos apud R.mum, non predicationes, et ego meas.

8. Quod, vbi de jure fuerit quod Laynez non sit vicarius, ego pro me volo vt sit, saltem nomine, ad tollendos scandalos et pro charitate.

9. Quod nullus merito poterit scandalizari, quod primi fundatores gubernent, imo scandalizantur, quia non fit.

---

[a] *gratis* ms. —[b] Imperfectum reliquit hoc verb. Bobadilla.

---

[1] Ex autographo, Bobadillae manu exarato, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* unico folio in 4.°, n. 35. Raptim haec scripta sunt, unde aliqua verba imperfecta remanserunt, uti proprio loco notatur. Quod ad tempus attinet, quo haec scripserit Bobadilla, nihil ibi indicatur; sed ex iis, quae de magistro Gaspare, de diplomatibus et schedis eidem tradendis, deque informationibus papae mittendis, etc., ibidem annotantur, et ex forma compendiosa, qua ordo et ratio totius negotii gerendi perstringitur, inter prima Bobadillae de hac re scripta reponendum hoc esse videtur. Forsan mense Julio, quo tempore cardinalis Pius de Carpi jussu pontificis, sociorum dissidia compositurus, intercessit, Bobadilla hoc breve memoriale sibi confecit. Magister autem Gaspar de Doctis, Bobadillae notissimus et cardinali Carpensi, utpote lauretanae domus gubernator, addictus, aliquam partem in hoc negotio gessisse videtur. Cf. sequens monumentum, annot. 1 et 3.

10. Quod, sicut antea per 3 et 4, ita nunc per 4 fundatores.

11. Teneor haec facere, quia video multos errores in hac gubernatione.

12. Est confusio gubernatio [a] per tam [b] multos, et quotidie venient proffesi, et non expedit [c].

4

P. NICOLAUS BOBADILLA

GUBERNATORI LAURETANO (?)

ROMAE, 15 AUGUSTI 1557 [1].

Societatem ab antiquioribus Patribus regendam censet; Lainium, Polancum et Natalem perperam illam administrare contendit.

Jhs.

Mons. gouernator in X.° oss.mo

Gratia et pax Dni. nostri sit semper nobiscum. Amen.

Non saprei io parlare più giustificatamente, che dire: se mi

[a] Ms. *gubernativ.* —[b] Ms. *pr. tan.* —[c] Ms. *expediti.*

[1] Ex apographo coaevo, in codice *De rebus congr. gen. I-V*, duplici fol., n. 59, 60 (22, 23; 144, 145). Haec epistola cum accusationibus eidem subjectis data fuit «gubernatori». Quisnam autem fuerit ille gubernator, non omnino compertum habemus. Romae quidem mense Julio anni 1557 gubernatoris munere fungebatur Salvator Pacini, episcopus clusinus, prout ex Regesto romani archivi (Archivio di Stato), cui titulus: «Mandati Camerali» annorum 1556-1559, per honorabilem tabularii praefectum D. Polidori et P. Petrum Tacchi Venturi accepimus. Sed non probabile videtur Bobadillam ad Urbis gubernatorem detulisse causam, quam summus pontifex cardinali Carpensi, Societatis protectori, commiserat. Fortassis ad gubernatorem Laureti hanc epistolam dare cogitavit, ut ex illis verbis, sub n. 7.° positis, suspicari licet: «io mi scuso con la presente appresso di X.° et di V. Sria., la qual sa che mai gouernarebbe L' oreto insieme col capitolo, nè manco Laynez con tutti li professi.» Cum autem cardinalis Rodulphus Pius de Carpi, non solum Societatis, sed etiam lauretanae domus protector, imo totius provinciae picentinae praefectus esset, haud inverisimile videtur Bobadillam per gubernatorem lauretanum animum cardinalis Carpensis ad prolatam pro Lainio sententiam revocandam adducere procurasse. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 56, ubi cardinalis Carpensis sententia haec fuisse dicitur: «Pater Laynes, conuocatis et primis et aliis Patribus, ad concilium, eorum auditis sententiis, Societatem gubernet.» An autem hanc epistolam cum sequentibus accusationibus reapse dederit Bobadilla gubernatori, sive ro-

tocca di giustitia il gouernare, che mi sia dato; se non, non uoglio questa fatica. Et ancora questo domando con giustitia, in pace et charità, senza strepito. Imperò, sia hoggi o domani, assignarò a V. Sria. il mio dottore.

Quanto alle ragioni mie, mi rimetto al dottore et a V. Sria.; solo dirò grossamente queste mie.

In primis le constitutioni si hanno a fare, o per li primi fundatori, ouero per tutti li professi della Compagnia: fin adesso non son fatte, nè per li primi, nè per li altri; sed sunt in fieri [1]. Ergo non habent autoritatem, et così lo confessamo a S. S.tà

2.° Finchè le constitutioni saranno fatte, bisogna che per le bolle ne gouerniamo, et con la charità et equità, sicut in principio, auanti che fussino le bolle nel proposito che V. Sria. sa dende Venetia [2].

3.° Etiam che le constitutioni fussino fatte et hauessimo autorità, il vicario non ha altra potestà, che conuocare il capitolo generale, non di gouernare.

4.° Quando ben hauessi autorità di gouernare, la giustitia, equità et honestà comanda che si consigliassi et gouernassi più con li primi fundatori che con gli altri, et è più honore di tutta la Compagnia, massime che il gouerno suo è ad tempus insin' al preposito generale.

5.° M.° Laynez è buono, ma lasciarsi gouernare di due figlioli suoi, i quali l' hanno precipitato in tanti errori, come

---

mano, sive lauretano, haud compertum habemus. Illud certo affirmare possumus hoc exemplum ex epistola originali, ipsius Bobadillae manu exarata, transcriptum fuisse a Francisco Antonio Petrarca, prout ipse ad calcem apographi testatur. Vide infra, annot. 2, aliud indicium pro gubernatore lauretano; et monumentum praecedens.

[1] Constitutiones Societatis Jesu, non solum factas, sed etiam promulgatas in Societate fuisse vivente Ignatio, pro certo habemus, et nemo id ignorat. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 130. 186, etc. Haec et alia Bobadillae deliramenta optime a Natali explosa fuerunt. Vide infra, n. 16.

[2] Ex hisce verbis confirmatur suspicio nostra, quod haec epistola inscripta fuerit gubernatori lauretano, Gaspari de Doctis, nam reapse hic egregius vir, dum Ignatius Venetiis anno 1537 versaretur, nascentem Societatem summo amore et benevolentia prosecutus est. Cf. POLANCUM, *Vita Ignatii Loiolae, et rerum Societatis Jesu historia,* I, 56.

uedrà per l' alligata. Certo perde di sua autorità. Volesse Dio che gouernàssino bene; che io per me li lassaria stare.

6.° Yo per me uoglio più andar fuori di Roma a far frutto, che non esser preposito generale in Roma, imperò loro, se non sono ambitiosi, deuono cedere parentibus, massime pro bono pacis, quando non fosse di giustitia, massime pro paruo tempore.

7.° Jo son certo che, se non hauessi rispetto al honor della Compagnia, senza scriuer tanto, hauerei prouisto et fatto quanto hauessi uoluto; ma la charità supple quello che mancano loro; imperò io mi scuso con la presente appresso di X.° et di V. Sria., la qual sa che mai gouernarebbe L'oreto insieme col capitolo, nè manco Laynez con tutti li professi, et V. Sria. sa che senza il R.mo di Carpi [1] bisognaua che mi chiamassino a congregatione, come gli altri. Io domando il gouerno generale et speciale con li tre fundatori, come ha fatto Laynez con tre altri inferiori suoi, se questo sarà di giustitia; se non, hauerò patientia. His vale feliciter. Xiij. Augusti 1557.

In X.° frater.

BOBADILLA.

DISORDINI FATTI IN POCO TEMPO IN QUESTO MALO LORO GOUERNO.

1.° In primis, che dopoi che ueddero, li tre, Laynez, Polanco et Natal, che fu concluso dalla prima congregatione fatta in Roma che non si andasse in Spagna, nè manco si debba [a] crear vicario Laynez, nè doueuamo darli più autorità, nè poteuamo, per esser la minor parte del capitolo, allora li tre si separorno per parecchi giorni, et trattauano tra loro le cose, et non in publico con la congregatione.

2.° Dico che hanno fatto da putti et senza discretione, et non senza passione da instare altra uolta che la congregatione determinasse d' andare in Spagna, hauendo prima concluso di no.

---

[a] Sic pro *doveva.*

---

[1] Id est, quin necessaria foret cardinalis Carpensis auctoritas, qua, jussu pontificis, res Societatis examinatae et compositae sunt.

3.° Più da putti indiscreti et appassionati hanno fatto, che di poi [che] il papa rispose: «Non consulo.» Secondo: «Vultis negare fidem?» 3.° «Differatur»; che ancora instarono con la congregatione di ritornare a domandar al papa ex consulto licentiam per andar in Spagna.

4.° Dico che 'l modo di trattar con dilemma, inclinando a particolari in secreto di andare in Spagna, era da partiali et appassionati.

5.° Dico che non hauer pigliato il consilio delli R.^{mi} cardinali, li quali dissuadeuono a Laynez che non domandasse licentia al papa, ha dato grandissima suspitione che haueuano gran passione, et alcuna sinistra intentione per andare in Spagna.

6. Dico che, dapoi che il papa rispose per il R.^{mo} Pisa [1] che non si andassi in Spagna, procuraua Laynez che si domandassi licentia d' andare a Portugallo, donde dimostraua gran passione et grande indiscretione, procurandolo solo, senza saperlo la congregatione.

7.° Dico che hanno fatto da putti indiscreti et appassionati in non trattar a Pontio [2] con più charità et spirito di lenità, senza tanto rigore, attendendo più a mortificare un membro, che non procurando il bene uniuersale della Compagnia; perchè hauendo dato una poliza al papa et era confirmata, hauesse possuto dare cento contra di noi.

8.° Dico che è stato da putti indiscretissimi hauer ordinato le letanie et discipline per il fatto di Pontio, come se hauessino cascati in mano di alcuno tiranno, perchè il papa uoleua uedere le cose nostre, doue doueuano ringratiare Dio; et metter polize [3] in sacristia, come si faceua in prima per andare in Spagna.

9.° Dico che hanno fatto da putti et senza discretione, hauer publicato questo fatto di Pontio, et in casa, et in collegio, a tutti, et di fuori a parecchi R.^{mi} cardinali, perchè la cosa era oc-

---

[1] Franciscus Pisanus. Cf. Sacchinum, loc. cit., part. II, lib. I, n. 72.

[2] P. Pontius Cogordanus.

[3] Id est schedulas, quas in sacristia, ad preces sociis commendandas, affigebant.

culta et non la sapeua se non il papa et pochi R.mi cardinali et li professi.

10. Dico che hanno fatto da putti appassionati nelle congregationi, non ascoltando benignamente tutti, ma obiurgando con parole et fatti quelli che repugnauano che non si andassi in Spagna, o diceuano altre cose contrarie alla loro opinione.

11. Dico che hanno fatto da putti ambitiosi, andando per le camere procurando sottoscriuere una poliza per confirmare a Laynez vicario, con potestà di preposito generale; ma furno preuisi esser lupi et così fugirno.

12. Dico che hanno fatto da putti partiali, appassionati et indiscreti, non chiamando a consiglio le primi Padri, fondatori della Compagnia, ma disprezzandoli et ingiuriandoli; et tamen li tocca di giustitia, secondo le bolle et ancora la charità et antiquità obligaua ad essere chiamati.

13. Vltimò, dico che peggio hanno fatto, perchè, essendo loro la causa di questo male gouerno, massime non hauendo lassato che li professi ritornassino alli loro collegii et prouincie, come era diterminato, nondimeno publicano che altri fanno disunione, che conturbano la Compagnia, come se loro tre fussẽ [a] tutta la Compagnia.

Io, Francesco Antonio Petrarca, faccio fede di hauer cauato tutto quello che è scritto di sopra, a uerbo ad uerbum, d' una lettera de maestro Bobadilla, scritta di sua mano.

Io, Pietro già d' altro Pietro, da parochia della Marca, faccio fede d' hauer collationato quanto di sopra si contiene con una lettera de maestro Bobadilla, scritta di mano sua.

---

[a] Sic, pro *fossero*.

5

MICHAËLIS GISLERII

CARDINALIS ALEXANDRINI INTERROGATIONES CUM P. BOBADILLAE RESPONSIONIBUS

ROMAE, 7 SEPTEMBRIS 1557 [1].

✝

Die 7 Septembris [a] 1557 examinatus magister Bobadilla.

In primis iurauit se nihil dicturum de his, de quibus interrogatur, aliis sociis aut personis, etc.

2.° Iurauit se dicturum ueritatem de omnibus et singulis interrogationibus, sibi factis per nos, iuxta suam conscientiam, et iurauit per Dei euangelia.

3.° Fuit in primis interrogatus quare petebatur licentia toties a S.mo D. Nro., ut fieret capitulum in Hispania, etc. Respondit quod remittit se causis, quae possint colligi ex processu suo praesentato nobis in scriptis [2]. Deinde addidit, quod semper fuit sibi suspecta illa importuna instantia, maxime procurata per tres de Societate, etiam cum practica.

Item, fuit interrogatus supradictus, an bullae et constitutiones et declarationes indigeant reformatione. Respondit quod

---

[a] Prius *Octobris,* quod obliteratum fuit.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* duplici fol., 62, 63 (25, 147). Ad hoc monumentum intelligendum juvabit ad mentem revocare, quae Natalis in suis *Ephemeridibus,* vol. II, pagg. 56, 57, his verbis enarrat: «Itaque de consilio Patrum adiuit Paulum P. Laynes, quae turbaverint Bobadilla et Pontius, petere a Sanctissimo, pro eius sapientia, vt hanc causam intelligere, et fouere Societatem ac sua clementia recreare [vellet]. Benigne audiuit Paulus, et pollicitus est se Societati non defuturum: nominaret Pater vicarius aliquem cardinalem, per quem ipse de his rebus cognosceret. Eum nobis fore gratissimum (respondit Pater) quem ipsius sanctitas designaret. Est designatus a Paulo alexandrinus. Hic amicissime nobiscum egit... Voluit omnes Patres audire alexandrinus... Auditis omnibus Patribus, non obscure intellectum est nihil aliud cardinalem ex omni actione collegisse, quam prophane ac seditiose egisse duos proceres Bobadillam et Pontium...»

[2] Hoc Bobadillae scriptum, ni fallimur est, quod infra, sub numero sequenti, exhibemus.

quammaxime; quia continent superflua quaedam, quaedam diminuta, quaedam dificillia et intollerabilia, quae sedes apostolica nunquam permittet; et in summa sunt unus labirintus. Et quae uidentur sibi corrigenda et reformanda tam in bullis quam in constitutionibus et declarationibus per quasdam scriptas adnotationes demonstrabit [1]. Ideo oportebit conuocare omnes professos Societatis ad hoc capitulum generale, ut recte posteris prouideatur.

Item, fuit interrogatus supradictus, an essent discordiae in domo sua et inter quos. Respondit quod fuerunt hactenus inter professos, et ex parte sunt nunc de gubernatione et vicariatu: p.°, si Laynez sit vicarius de iure, et an ex beneuolentia, ut inferius dicetur. 2.°, quod gubernatio melius haberet cum primis fundatoribus, quae fuit hactenus per quosdam, qui gubernant vicarium, et illum praecipitant in plures errores, imo totam Societatem, ut, si opus fuerit, ostendemus; nec est honestum ut, sede uacante, filii gubernent patres suos: insuper est etiam causa Pontii, quae domi et foris magnam concitat tragediam, et Societatem diffamauit, etc.

Item, fuit interrogatus praedictus, an sint publicae in Urbe istae discordiae. Respondit quod sic audiuit, et sic credit; primo, quia apud R.mos cardinales et episcopos et alios, tum uerbo, tum scriptis, sunt publicatae istae supra dictae discordiae, culpa et causa illorum trium, qui, ut se iustificarent, haec omnia publicarunt; alii, ut se defenderent, coacti sunt famam propriam defendere, et si opus esset iustitiam petere contra iniustitias sibi illatas, uel usurpando ius illorum, aut iniuste opprimendo, ut inferius dicetur.

Item, fuit interrogatus supradictus, si Pontius iuste conquereretur? Respondit quod sic; nam est publice diffamatus in domo et collegio et per totam Urbem; quia recurrit ad superiorem nostrum Paulum iiij pont. max., et sua S.tas approbauit, quod recte supplicauit. Non ergo debuit propter hoc opprimi, molestari, et diffamari; imo ordinarunt fieri litanias et disciplinas, quasi esset

---

[1] Has vide supra, sub n. 2.

maxima tribulatio id, quod pontifex approbauit; et tamen est maximum beneficium, quod Dominus Deus praestitit nobis, ut hic Romae fiat capitulum generale, et sedes apostolica examinet res nostras et reformet, ut sint maioris auctoritatis. Ego pro me firmiter credo quod, si iuissemus ad Hispaniam, et schisma et scandala fuissent orta non pauca. Agamus ergo Deo gratias.

Item, fuit interrogatus supradictus, si magister Jacobus Laynez sit vicarius de iure. Respondit quod credit quod non; quia doctor eius, uir doctus, hoc affirmat. 2.°, quia bullae non loquuntur de vicario, per quas hactenus fuimus gubernati. 3.°, quia constitutiones sunt in fieri: non sunt factae a tota Societate, uel a fundatoribus; et sic confessi sumus apud S. S.tem Sicut ergo constitutiones non sunt auctoritatis de iure, sic nec vicarius per eas factus. In hoc remitto me scriptis meis, iustitiae, veritati et doctoribus.

Item, fuit interrogatus an ius gubernandi deuoluatur ad primos fundatores, hac sede uacante. Respondit quod sic, et remittit, ut supra, ueritati; et si non crederet, non auderet petere, salua conscientia. Insuper, sicut semper dixit, pro bono pacis et charitatis est contentus, ut magister Jacobus Laynez maneat vicarius, ut fuit hactenus, ex beneuolentia, dummodo gubernet cum aliis primis fundatoribus, et sequatur suffragia maioris partis, et hoc usque ad electionem praepositi generalis, nam gubernare per omnes professos esset magna confusio, maxime tempore capituli generalis, et dubium est quod durabit per aliquot menses, donec fiant constitutiones et alia ante electionem generalis. Insuper honestius est ut gubernet cum primis fundatoribus quam cum aliis, et si indigemus opera eorum, uocabuntur ad consulendum, non tamen ad diffiniendum. Haec facile fient cum iustitia, charitate et ad aedificationem Societatis.

Ego, Jannes de Polanco, exscripsi supradicta ex originali quodam, scripto manu ipsius magistri Bobadilla.

Ego Jacobus Laynez legi ex eodem originali, ut exciperetur a magistro Polanco.

6

P. NICOLAI BOBADILLAE

INFORMATIO CARDINALI ALEXANDRINO PROBABILITER EXHIBITA [1]

Verissima informatione della instanza, che si è fatta per andar in Spagna, et della causa di M. Pontio con alcuni della Compagnia.

Gratia et pax Dñi. Jesu Xpi. sit semper nobiscum. Amen. Dopoi che da diuerse bande arriuorno in Roma alquanti professi della Compagnia di Jesù, chiamati per far capitolo generale in Roma, nel quale si doueua eleggere un preposito [a] generale per gouernarla, et anco se si doueuano uedere et concludere le constitutioni di essa Compagnia, per dipoi presentarle a S. S.tà acciò le approbasse, quelli professi, che di Spagna et Portugallo erano stati chiamati a detto capitolo, mandorno un huomo a posta ad escusarsi che non poteuano uenire, per causa delle guerre. Questo huomo, trouandosi indisposto, gionto che fu in Genoua, ci mandò le lettere de sopradetti Padri professi, acciò sapessimo il contenuto di esse, et come il desiderio loro sarebbe che tutti quelli, che qua in Roma si trouano congregati, andassero in Spagna, per procedere a detta elettione et far il capitolo nostro.

Sopra questo furno congregati alcuni fiandresi, alemani, francesi, italiani, spagnoli, quali erauamo congregati qua in Roma, et fu proposto si era espediente andar in Spagna a far detto capitolo domandando licentia a S. S.tà, e se sarebbe meglio, non potendo quelli di Spagna et Portugallo uenir al presente, differir detta congregatione a migliore et più pacifico tempo.

Fu concluso da tutti, ecetto da tre spagnoli, che, sì per li grandi [b] caldi che già erano, sia per le guerre, sia per li pericoli

[a] *proposito* ms. hic et infra. — [b] *gran* ms.

[1] Ex apographo coaevo, in codice *De rebus congr. gen. I-V*, quadruplici fol., 64r-67r (26-28 bis; 148-150 bis). Manus est ignota. Alterum exemplum hujus monumenti habetur in eodem codice, ff. 74, 75. Discrepantias paucas inter utrumque suo loco notamus. Cf. *Natalis ephemerides*, a nobis editas in *Epist. P. Nadal*, II, 12-16 et 50-59.

del mare, sia perchè questa era la prima congregatione di nostra Compagnia, la qual meritaua esser celebrata nella prima città di christianità, sì per la presentia di S. S.tà, la quale era necessaria, se alcun disordine accadesse, sì etiam per la presentia del R.mo protettor di nostra Compagnia [1], era espediente si differisse in altro tempo più commodo detto capitolo.

Allora quelli tre sopradetti, non acquetandosi, conuocorno altra uolta li professi, che qui ui erano, et fra le altre ragioni, dissero che pareua omnino espediente si andasse in Spagna a celebrar detto capitolo el più presto si poteua, acciò detta Compagnia non restasse sì longo tempo senza generale, et che però si facessero di nouo orationi, se era espediente domandar sopra ciò licentia a sua santità. Tutti furno contenti si facesse orationi sopra ciò, et si fecero per doi o tre giorni; et dapoi ragunati tutti, fu concluso che Mtro. Jacomo Laines [a] parlasse a S. S.tà et gli narrasse tanto l' impedimenti per li quali quei Padri di Spagna et Portugallo non poteuano uenire, quanto il bene che redundaua alla sede apostolica della [partenza] [b] loro in quei paesi; ma che non domandasse lui licentia a S. S.tà di andar, nè manco la consultasse, ma che solum obiter gli narrasse il fatto, et che se lei proprio motu dicesse che andassero, che al' hora pigliaressimo la risposta sua dal diuino oraculo.

Andò detto Mtro. Jacomo a S. S.tà, la quale hauendo inteso il tutto, rispose come lui ci referì: «Non consulo uobis ire in Hispaniam.» 2.° «¿Vultis uos abnegare fidem?» 3.° «Differ[atur] [c] electio capituli, et praepositi, et capitulum [d].» Allora fu determinato da tutti professi, che qui ui erano, che si differisse detto [capitolo] [e], et che ognuno se ritornasse alla sua prouincia.

Essendo ciascuno per partirse, sopragionse quel huomo mandato di Spagna, quale haueamo detto che era rimasto infermo in

---

[a] *Lanes* ms. —[b] assuta est charta, ita ut hujus verbi tantum prima littera legi valeat. —[c] Desiderantur duae ultimae hujus verbi syllabae in ms., ob causam nuper allegatam. —[d] Alt. exempl. habet: *Differatur electio praepositi et capitulum.* —[e] Deest hoc verb. in ms., ex causa superius dicta.

---

[1] Rodulphus Pius de Carpi, cardinalis et episcopus faventinus.

Genoua, et portò noue ragioni et una lettera del nuncio apostolico, nella quale si narraua quanto li nostri fussero necessarii nella Spagna, di maniera che uno delli tre suddetti chiamò noi et altri in secreto, dandoli ragioni et persuasioni per le quali era espediente andar in Spagna. Dopoi, ordita la tela, fece chiamar tutti, et fu concluso dalla maggior parte di essi che altra uolta si andasse a parlar a S. S.[tà], poichè erano tanto disposti d' andar in Spagna, non risguardando nè a pericoli, nè a caldi, nè ad altri inconuenienti; perchè, salua sempre la uerità, tanto sollecitauano questa andata in Spagna, che assai dauano ad intendere che però in Spagna uoleuano andare, acciò che niuno li molestasse che non facessero il preposito generale a lor modo.

Andò detto Mtro. Jacomo a palazzo, et quantunque fusse dissuaso da certi R.[mi] cardinali che sopra ciò non parlasse a S. S.[tà], acciò non la irritasse, in questi tempi tanto sospettosi, nondimeno lui tanto fece, che parlò a S. S.[tà]; la quale gli rispose che raccommandasse l' affare al Spirito santo, perchè era cosa di gran consideratione.

Dipoi doi o tre giorni, ritornando per la risposta, gli fu risposto dal R.[mo] di Pisa [1] che S. S.[tà] non uoleua si andasse in Spagna. Al' hora Mtro. Jacomo, senza saputa però delli professi che qui erano, operò col R.[mo] de Pisa, acciò si domandasse licentia di andare in Portugallo; ma non hebbe effetto, nè manco potè lui parlare al papa, quantunque ogni giorno andasse a palazzo, et il papa lo uedesse, et al' hora fu che M. Pontio [2], uedendo tante instantie et pertinacie di andar in Spagna et dubitando che, se la congregatione et elettion del generale si faceua fora di Roma, potrebbe portar preiudizio a tutta la Compagnia, mandò la polizza [a] a S. S.[tà], acciò non li lassasse andare.

Et cusì fu fatto; perchè S. S.[tà] ordinò a M. Jacomo per li R.[mi] cardinali Trani et Reomano che niuno di tutta la Compagnia andasse fora di Roma, et che fra tre giorni fussero date le

[a] *polisa* ms. hic et infra.

[1] Cardinalis, scilicet, Franciscus Pisanus.
[2] Cogordanus.

bolle et constitutioni et regule noue et uecchie in le mani di detti R.[mi], le quali furno mandate insieme con una polizza per informar S. S.[tà] come le constitutioni con sue dechiarationi erano ancora imperfette, et che però si erano date alli professi, che qua erano, acciò le uedesseno et dicesseno sopra di esse [a] quel tanto gli parrebbe, quando sarebbe unita tutta la congregatione, acciò dopoi di esser ben reuiste et esaminate dalla congregatione, le [b] presentassero a S. S.[tà], acciò le approuasse et confirmasse. Interim, fece domandar licentia a S. S.[tà] detto M. Jacomo de mandar alcuni fuora di Roma; et cosi S. S.[tà] dette facultà al R.[mo] Trani che desse licentia a quelli che a lui parrebbe, et cusì furno mandati doi in Alemagna et altri tre in altre parti [c].

Da quello che è detto, si uede che S. S.[tà] piglia l' assunto di aiutare la nostra Compagnia paternamente; perchè ha inteso dalla cedula di M. Pontio quanto importaua farsi la nostra prima congregatione in Roma, et il fornirsi le constitutioni della nostra Compagnia; del che ne douemo esser obligatissimi a S. S.[tà]

Quanto a M. Pontio, et del modo, et della sua intentione, me rimetto a Dio, et alla uerità, alla dechiaratione che ha fatta sopra la cedula che mandò a S. S.[tà]. L' effetto che seguita di hauer dato M. Pontio la cedula a S. S.[tà] è buono, perchè già si farà la prima nostra congregatione in Roma, doue è la sede apostolica et il protettor della Compagnia, et doue si potranno più commodamente acconciar le nostre cose, et haueranno più fermità, tanto per quelli della Compagnia, quanto per li estranei, perchè non haueranno occasione di mormorare, nè contro delle bolle, nè regule, essendosi fatte, non in un cantone di Spagna, ma nel conspetto della sede apostolica, et da essa approbate.

Quanto al modo rigoroso, col quale è stato trattato M. Pontio dalli tre sopradetti, poichè dette la polizza a S. S.[tà], dicono loro che è stato per mortificarlo; ma mi rimetto alla verità, la quale sa se ciò hanno fatto per mortificarlo [d] o per uendicarse de lui. Ben dirrò che pare lo doueano trattare con più dolcezza et

---

[a] *essi* ms. —[b] *li* ms. —[c] alt. exempl. habet *in altre parti ex professis.* —[d] 14 verba praecedentia desiderantur in hoc exemplo; ideoque ea ex altero depromsimus.

carità, richiedendo cusì la sua natura et lo fraterno amore, oltre che hauendo S. S.tà approbata la sua polizza, et fatto quanto in essa si conteneua, doueuano più presto accarezzarlo, che irritarlo, come hanno fatto; o uero, per il bene di nostra Compagnia, la qual dicano che tanto amano, dissimular con lui, essendo che M. Pontio è molto conosciuto in Roma da grandi et piccoli et tenuto in bon conto et estimatione, del quale era da credere che non uorrebbe lasciarsi conculcare, anzi che più presto darebbe altre polizze a S. S.tà, et che, dal mal trattamento che haueuano [a] fatto a M. Pontio, S. S.tà uenerebbe in suspition nuoua che non uoleuano andar in Spagna per buon fine [1].

Basta che, a danno della Compagnia, quello, che fanno questi tre, si reputa esser fatto da tutta la Compagnia, da quelli che non sanno la cosa come ua, et che il fatto di M. Pontio si reputa esser fatto contra tutta la Compagnia, non essendo fatto se non contra li tre predetti.

Sì che tutto il mancamento, che in questa cosa si può trouare, si debbe attribuire alle imprudentie et indiscrezione [b] et mal gouerno di questi tre, che tutto uogliono far a modo loro, benchè non li accuso di peccato mortale, ma lasso questo iudicio a Dio, et non a tutta la Compagnia, la maggior parte de la

[a] *haueuamo* ms. —[b] *indescritione* ms.

[1] Supposititia et a veritate prorsus aliena haec Bobadillae de Pontio judicia convincuntur ex quodam colloquio cardinalis Tranensis cum P. Pontio habito, et ab eodem Cogordano confirmato, quod Natalis manu exaratum reperitur in codice *De rebus congr. gen. I-V,* unico fol. 188. Cum autem raptim et valde confuse a Natali haec scripta fuerint, excerpta praecipua hic damus, paucis relictis, quae vix aut ne vix quidem legi possunt: «Trana a Pontio. Il demonio non tenta a uoi religiosi di furti et adulterii, se non de cose subtili sotto specie, etc. Bona intentio, sed non secundum scientiam; scilicet: vni entrò far vn bene con vn male: meglio lasciar il bene et humiliarsi...

State quieto et obediente, como tutti gli altri a ogni cosa che vi ordini il vostro superiore, et non parlate con nullo nè dentro nè di fuori, se non con ordine del superiore, et se volete a me parlar 3, 4, 5 volte, di notte et di giorno, venite, sarete il ben venuto. Di dir missa, quando, doue, et ogni cosa, fatte come si vi sarà ordinato. Questo di parte del cardinal Reumano et mia; et altrimente ci corrucciaremmo con voi... Questo detto a Pontio et confirmato da lui.» Hactenus Natalis.

quale, per esser assente, non sa, nè è consentiente a queste lor fantasie, imo nè anche molti professi, et delli primi della Compagnia concordano che tale [a] cose si faccino publicamente, esacerbando [b] li membri della Compagnia, imo mettendo in mala estimatione detta Compagnia; perchè, essendo ricorso M. Pontio a S. S.tà, è ricorso al capo superiore della nostra Compagnia, et, hauendo lei approbata la cedula et auuiso del detto M. Pontio, ognuno si douea star quieto.

Questa è la uera historia narrata, et qui nulla se dice che non si possa prouare et non si possa giurare esser stata di questo modo.

Eadem manu: Informatione de Nicolò Bobadiglia per la Compagnia con M. Jacobo Laines, M. Polanco et M. Natale [c].

7

P. NICOLAI BOBADILLAE

ACCUSATIONES IN LAINIUM, POLANCUM ET NATALEM POST LITTERAS A COGORDANO SUMMO PONTIFICI DATAS [1]

Primieramente, dico che, dopo la prima congregatione particolar, che fecero li professi, che in Roma erano uenuti, per trouarsi al capitolo generale, si mostrorno tutti appassionati questi tre, uedendo che non concordauanno [d] tutti con loro, di andare in Spagna, a creare il preposito generale, ma che uoleuamo si facesse in Roma, et da quel tempo in qua pigliorno quasi urta con quelli che erano contrarii all' loro opinioni.

Secondariamente, dico che questa loro opinione l' hanno tenute tanto pertinacemente et uoluto dare ad intendere al' uni et l' altri, che mai si hanno potuti quietare, seno che S. S. ulti-

---

[a] *tal* ms. —[b] *esarcebando* ms. —[c] Haec inscriptio deest in alt. exempl. —[d] *concordauamo* alt. apogr.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* quatuor foliis 68-71 (29-31 bis; 151-153 bis). Alterum apographum hujus monumenti exstat in eodem codice, duplici folio, 73, 76, inter quae aliud scriptum insertum est. Pauca discrimina inter utrumque exemplum habentur, quae a nobis proprio loco notantur.

mamente mandò prohibitione, non ostante che sua beatitudine auanti li hauesi assai significata sua uolontà, quale era che non andassino in Spagna.

Tertio, dico che fecero (et dopoi che in congregatione si era determinato che niente si mutasse dal modo nel quale era) pratica della intelligentia et autorità del uicario [a], nelle camere, uolendoli dare autorità di preposito generale, et ancora si sforzorno persuader con una dilema a quattro, acciò dessino uoto per andar' in Spagna a far' il capitolo, como il medesimo M.ro Laynes publicamente confessò. Il qual dilemma, si era buono, si doueua proponere in congregatione. Basta che uerbis et factis mostrauanno che tutto il loro intento era di andare in Spagna; et tanta era la loro passione, che alli contradicenti non hanno mai mostrato troppo bono uiso. Lascio molte cose, de quibus non licet loqui.

Quarto, dico che sempre affirmauanno che tutto el gouerno et la elettione ne doueua esser iuxta constitutiones, et che eranno asai publicate, et haueuanno asai autorità sufficiente, non obstante che non sonno state reuiste da tutta la Compagnia, nè aprobate dalla sede apostolica, anzi non si sa nisi ex relatu eorum se sonno quelle che la bona memoria del nostro Padre [b] Ignatio fece, o non; et in questo stetero, sine a tanto che domandò S. S.tà le institutioni; et al' hora con una cedula confessorno che eranno ancora inperfete, et non ancora in piena obseruanza, per non esser riuedute [c] dalla Compagnia nè aprobate da S. S.tà.

Quinto, dico che non hanno fatto conto de li primi fondatori de la Compagnia, nè fanno, perchè fan tutte le cose di lor capo, senza conseglio [d] loro nè saputa, il che non par si dourebe fare, et tanto più quanto che le constitutioni non han uigore, per eser imperfette et non approbate, come è detto [e]; e perhò nostro Laynes non ha più auttorità che qualunque altro delli primi fondatori, non obstante che pro bono pacis se li lassa far l' offitio de uicario.

[a] *delle constitutioni et del vicario* alt. apogr. — [b] *nostro Padre nostro* ms. — [c] *eser riveduti* ms. — [d] *conteglio* ms. — [e] *come detto* ms.

Sexto, dico che, uolendo obseruare le [a] constitutioni in suo rigor, le quali però non hanno [b] chiamato M. Pontio [1] alle congregationi [c], a le quali si chiamauanno li altri, dicendo loro che non è professó del quarto uoto; nè manco hanno in altre parti guardato il [d] rigore, ma più presto hanno fatto di loro capo; perchè molti, che eranno di quatro uoti, non l' hanno chiamati al capitolo generale; di modo che de Italia non ne era se non uno et di Franza un altro, non obstante che la ragione uoleua che, per esser pochi professi di quattro uoti [e] in la nostra Compagnia, si chiamasero tutti, essendo questa la prima congregatione, et in la quale si doueuano riuedere et finir' tutte le constitutioni et ordine di eletione di membri di essa; et de qui nasceua che, sia per esser la maggior parte delli professi spagnoli, sia per farsi in Spagna, come loro pretendeuano [f], ne seguiua chel generale et determinatione de constitutione si sarebono fatte a loro modo, et non si harebbe potutto rimediar a gli affari, essendo stata tutta la congregatione lontana dalla sede apostolica, da la qual cosa fu mosso M. Pontio a scriuer a S. S.tà.

Septimo, dico che, per hauer presentato detta polizza [g] M. Pontio a S. S.tà, lo hanno irritato, et con parole et fatti, in casa et fora di casa; et non è mancato per loro che non sia reputato uno tristo, et tutto questo per hauerli lui fatto proibire che non uadino in Spagna, il che però torna a grande utilità della Compagnia, quantunque loro lo perseguitano [h], come huomo che habi fatto cosa importantissima contra la Compagnia, et come perturbatore del bene uniuersale.

Ottauo, dico che loro tre fanno et diconno ogni cosa, come se fusse tutta la Compagnia, non chiamando nè facendo sapere le cose alli primi professi, che qui ui sonno, imo nè alli primi fondatori, fra le quali è stato il domandar de andare in Portugallo a fare il capitolo generale, poichè S. S.tà li negò si facesse in Spagna.

[a] *li* ms. — [b] *hanno hanno* ms. — [c] *congregatione* ms. — [d] *el* ms. — [e] *vosi* ms. — [f] *protendeuanno* ms. — [g] *policia* ms. hic et infra. — [h] *proseguisano* ms.

[1] Cogordanus.

Nono, dico che la cosa di M. Pontio non la [a] sapeua se non il papa et doi o tre cardinali, a quali haueua ricorso, acciò fosse portata la polizza a S. S.[tà], et loro l' hanno publicata a tutti di casa et del colegio et di fora, di modo che si sa in bona parte per Roma, non ostante che haueseno hauuto conseglio da li primi fondatori et alcuni altri professi de non farlo a sapere, essendo che M. Pontio non era ricorso se non al nostro superiore et locotenente de Xpo. in terra.

Decimo, dico che con certe [b] parole coperte et soffistice uanno coprendo la colpa loro in questo fatto, incolpando altri, quali sonno stati contrarii alle loro uoglie, acciò non andaseno in Spagna, dicendo che hanno far a Pontio quello che ha fatto et che perturbauo la Compagnia, il che è falsissimo.

Vndecimo, dico che fanno molti desordini in uoler loro gouernare, quali sono nociui, et al' anima, e al corpo, come si mostrarà quando serranno esaminati quelli che intendono le cose im particolare.

Duodecimo, dico che è periculo che le cose uadino ogni dì peggiorando, se si lassa il gouerno in mano di costoro, perchè quello che fa l' uffitio di vicario non ha esperienza di gouerno, et si lascia guidar a doi altri, quali ancho ne hanno meno, et procedono con certe pasioni contra di uno et altro; et, se comincianno, non pare possano [c] hauer pacientia che stia in casa, per il che sarebe cosa da remediare, acciò non uenghino più inconuenienti mentre che la congregatione et capitolo se diferisce.

8

PLURA DE EODEM NEGOTIO [1]

Oltra di questo, dico che doue per le tante bolle siamo stati odiati et perseguitati, adeso reformandosi, a tutti serremo gratis-

---

a *lo* ms. —b *certi* ms. —c *et altro (se cominciano) che non pare puossino* alt. apogr.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* duplici fol. 112 (24, 146). Eadem manus haec scripsit, quae alia Bobadillae monumenta, in foliis 68-70 reposita. Cum aliunde illius monumenti hoc complementum esse videatur, simul cum illo cardinali Alexandrino a Bobadilla

simi, et ultimamente spero non si farrano tanti errori, come se sono fatti per il passato, come mostrarò a bocca; che pare proprio l' historia di Hieroboam, il quale pigliando il conseglio de giouèni, et lassando il conseglio de uecchi, fu diuiso il regno d' Israel [a]. 3. Reg. et non po dire nostro Laynes che lo ha fatto seguitando il modo della bona memoria di M. Ignatio, perchè lui li comandaua, et questi dui eranno li esequtori suoi, ma allui li comandanno et consigliano male, come si uede per esperientia nelle indiscretione et instantie importune che hanno fatto per andar in Ispagna et altre pratiche; nè mancho si può escusare che tutto l' ho ha fatto per la carità et necessità di far generale: perchè l' cause di diferirlo et di non andar in Spagna sonno potentissime, come V. S. R.ma uederà per l' aligata; ma la passione et agonia lo cecaua etiam contra tante dissuasioni di alcuni R.mi cardinali. Sed in summa, agamus gratias Deo che tantto frutto sa cauare delli nostri mali. Tutto questo scriuo, perchè tocca al' offitio di V. S. R.ma intender questo negotio, et a me tocca informarla, essendo uno delli primi fondatori di questa Compagnia, et uedendo il gouerno andare in precipitio, se non sarà presto remediato.

De V. S. R.ma et Ill.ma seruitor in Xpo.

NICOLÒ BOBADIGLIA de la Comp.a di Jesù.

In 4.a pagina, Natalis manu: «τὰ τοῦ βοβαδίλλου.»

9

P. NICOLAI BOBADILLAE

IN LAINIUM, NATALEM ET POLANCUM ACCUSATIONES [1]

✠
Ihs. [b] Maria

Pueriliter et stulte egerunt a principio primae congregationis Rome, etc.

---

[a] *Isral* ms. —[b] Bis hoc sacrosanctum nomen scriptum est in autographo.

---

exhibitum fuisse arbitramur. Ideo in hoc loco post illud reponendum visum est.

[1] Ex autographo, a P. Bobadilla exarato, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* unico folio, in 4.° n. 34.

In primis, postquam fuit conclusum quod non erat in Hispanias eundum, nec creandus vicarius, nec danda illi authoritas, quia non poteramus, nec expediebat, illico se separarunt, et secreto res tractabantur per eos absque congregatione, etc.

2. Postea pueriliter, stulte et non sine passione fuit propositum, vt iterum comendaremus Deo et iterum determinaremus, quod iam difinitum fuerat per congregationem.

3. Pueriliter, stulte et non sine perfidia et graui passione post responsionem pape iterum instare, vt peteremus ex consulto licentiam eundi in Hyspanias.

4. Modus tractandi hoc per practicam [a] et dilema erat puerilis, stultus et partialis.

5. Pueriliter, stulte et non sine scandalo fiebat, non acquiescere [b] reuerendissimis cardinalibus disuadentibus, ne peterent ire ad Hyspanias.

6. Pueriliter et stulte egerunt, vt, absque congregatione, procurarent petere ire Portugaliam, quod non poterant, etc.

7. Pueriliter et stulte egerunt, cum Pontium [1] ab officio deposuerunt, et cum rigore tractauerunt, etc.

8. Stulte et pueriliter egerunt, cum flagella et litanias ordinarunt, quasi incidissent in manus tyranni; stultius egerunt, cum non gratias Deo egerunt; et ponere debebant [c] polizam in sacristia [2], sicut cum petebant ire in Hyspanias.

9. Pueriliter et stulte egerunt, cum factum publicauerunt, et domi [d], et foris, et apud collegium absque vlla necessitate.

10. Pueriliter et stulte egerunt, cum non omnes in congregatione benigne audierunt, sed verbis et factis objurgauerunt, quum contra illorum opinionem aliquid proferebant.

11. Pueriliter et stulte egerunt, cum per cubicula creare vicarium Laynez et dare illi authoritatem praepositi generalis petierunt.

---

[a] *praticam* ms. — [b] *aquiescere* ms. — [c] *debabant* ms. — [d] *doni* ms.

---

[1] Cogordanum.

[2] Id est, affigere debebant schedulam, ut gratiae Deo agerentur propter prohibitionem eundi in Hispaniam.

12. Pueriliter et stulte egerunt, cum ad consilium primos Patres fundatores non conuocauerunt, quod [a] justicia, charitas, antiquitas expostulabat.

Vltimum, quod est pessimum, est quia, cum ipsi sint causa istius male gubernationis, tribuunt [b] aliis culpam; et diffamant eos, quod perturbant vnionem et Societatem, quia non cum illis male sentiunt.

10

PP. LAINEZ, POLANCUS ETC.

CARDINALIBUS TRANENSI ET REOMANO

ROMAE, CIRCA DIEM 20 JULII 1557 [1].

Diplomata apostolica, constitutiones et sociorum catalogum, pontificis jussu exhibent.

✝
Jhs.

Ill.mi et R.mi S.ri in X.° obs.mi

Per ubedire simplicemente all' ordine di S. S.tà, significato per VV. SS. R.me, gli mandamo tutte le bolle, et rescritti apostolici, tanto dell' instituto nostro, quanto delle facoltà concesse alla Compagnia nostra per aiuto dell' anime. Si manda etiam la lista delli nomi di quanti ci trouamo al presente in Roma, aggionte le nationi per più chiarezza.

Le constitutioni etiam tutte con sue declarationi, et essame,

---

[a] *q.* ms. — [b] *tribunt* ms.

---

[1] Ex adversariis archetypis, manu Polanci emendatis, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* unico fol., 77 (34, 104, 171). Occasionem hujus monumenti nobis scriptam reliquit P. Natalis, tum in suis *Ephemeridibus, Epist. P. Nadal,* II, 14, 54; tum in *Opusculis,* pagg. 206, 207, ubi haec ait: «Cum auditum esset, propter delationem cuiusdam, dedisse commissionem papam cardinali Reomano et Tranensi, vt vicario Patri Laynez indicerent nomine suo, vt ipsis exhiberet omnia rescripta apostolica et constitutiones, et nomina omnia, quotquot sumus Romae, praeterea ne quis Roma sine licentia S.mi egrederetur, quidam cum antea desolatus fuisset, totum eum diem, qui fuit 18 Julii 1557, et duos aut 3 sequentes dies, tantam sensit consolationem spiritus et gaudium, et sensum Societatis, praesertim vero finis Societatis, et substantiae ipsius instituti, vt non possit sensum exprimere, quem vtcumque lachrymae exprimebant...»

uanno qui nella lingua che furono scritte, con una traductione latina, fatta alquanto in freta, benchè è fidele. Aduertimo però VV. SS. R.[me] che dette constitutioni non sono serrate nè hano l' ultima mano della Compagnia et insin' adesso più presto ci semo gouernati per la formula de nostro instituto contenuta nelle bolle, et per l' obedienza delli superiori, et alcune regole che qui uano in italiano [a]. Aduertimo etiam che si è data commissione alli absenti professi, et alli presenti in Roma, che ogniuno notasse ciò che dubitassi, o li paressi sopra queste constitutioni, et ne la prima plena congregatione, oltra d' eligere preposito generale, ha de conuenire nostra Compagnia per questo effetto d' assetarle d' accordo et comun parere in quello che si giudicherà *secondo l' esperienza* [b] conueniente, et all' hora proponerle a questa santa sedia [c]. De modo che, ciò che comanda S. S.[tà] per adesso, pensauamo far in breue, hauendo imposto l' ultima mano a queste cose con maturo giudicio della congregatione generale. *Pur in tutto sia fatta la voluntà de S. S.[tà], alla quale sempre vbediremo humilmente come* fideli figlioli et serui *suoi* et di questa santa sedia [d].

A tergo: [si presentarono] [e] «le regole et constitutioni, quando l' ordinò così Paulo 4.° 1557.»

---

[a] Prius *in italiano et sopra tutto con la lege interna della charità,* quae deleta sunt ab iis verbis *et sopra.* —[b] Quae italicis litteris damus, sunt autographae Polanci emendationes. —[c] Prius, post haec ita sequebatur: *Così etiam si doueua ragionare d' alcune cose che sono per noi notate nelle lettere apostolice;* quae obliterata sunt. —[d] Prius ita desinebat documentum: *Se pur non pare a S. S.[tà] d' aspettare questo poco de tempo, noi, come ueri et fideli figlioli et serui de sua beatitudine et di questa santa sedia, in tutto obediremo humilmente.* —[e] Primus versus legi nequit, eo quod assuta ibi fuerit charta.

11

P. JACOBUS LAINIUS

PAULO IV ROMANO PONTIFICI

JULIO (?) ANNI 1557 [1].

De personis Societatis examen institui poscit eadem ratione ac de constitutionibus instructum est.

Jhs.

Beatissimo padre.

Hauemo intesso che per due persone de nostri, cioè Mro. Bobadilla et Pontio, sono date a V. S.tà alcune informationi, molto aliene della verità, in quanto noi giudicamo, tanto della persona mia, quanto d' alcuni altri de nostra Compagnia, della quale, fatto io vicario sanza saperlo, sono pur sforzato d' hauer cura. Et così, non mi dando loco de parlar in presentia l' occupationi più de V. S.tà, pensai per questa poliza supplicarla humilmente, com' ha comesso a doi cardinali vedano le cose appertenenti a nostro instituto (dil che noi tutti humilmente ringraciamo V. S.tà, paratissimi d' obedire in ogni cosa), così etiam si degni cometere quelle che tocano alle persone. Perchè, [veden]dosi che noi hauemo manchato de nostro debito, haueremo chara [la] correttione in tutto, secondo il parere de V. S.tà o quelli a chi lo cometterà. Si etiam si trouarà che questi doi nostri, Mro. Bobadilla et Pontio, o vero qualch' altro simile a loro, si ci fusse, hano male informato V. S.tà et perturbano la Compagnia per gli disordinati suoi affecti, speramo che la V. S.tà, come vicario ch' è de X.º N. S., si degnarà prouedere al ben commune de nostra congregatione, dando ordine per se istesso, o cometendo ad altri, che procedano liberamente, come alla gloria d' Iddio et

[1] Ex adversariis autographis P. Polanci, in codice *Instruct. I,* schedula, n. 252. Hoc scriptum paulo post praecedens lucubratum fuisse videtur ex iis, quae in eo de revisione constitutionum et totius instituti Societatis, a Paulo IV per duos cardinales instructa, perhibentur. Unde, cum haec revisio die 18 Junii decreta fuisset, ut ait Natalis in *Opusculis,* circa Julii finem hoc monumentum scriptum fuisse credimus. Cum charta, ubi exaratum fuit, nonnihil injuria temporis detrita fuerit, aliqua, inter uncinos clausa, supplenda fuerunt.

ben comune nostro giudicarano conuenire. Humilimo seruo de V. S.tà, che suoi sancti piedi bascia.

Bassa gli piedi de V. S.tà suo humilimo seruo.

A tergo, alia manu. Totus hic fasciculus est pro historia.

12

P. FULVII ANDROTII

TESTIMONIUM

ROMAE, 11 SEPTEMBRIS 1557 [1].

Respondet electionem P. Lainii in vicarium generalem fuisse legitimam; constitutiones obligare; Societatem non solis decem primis Patribus constare; P. Bobadillae scriptum fuisse irreligiosum, etc.

Is.

Jesu X.i nomine inuocato, in causa proposita ac dubiis a R. P. Nicolao Bobadiglia aeditis, praesuppositis bullis Pauli et Julij III, summorum pontificum, supposita aeditione constitutionum, iuxta formam priuilegiorum per R. Patrem magistrum Ignatium sanctae recordationis, prepositum primum, ac earumdem publicatione per vniuersas domos et collegia Societatis nostrae, acceptationeque etiam omnium, cum professorum, tum aliorum, suppositaque electione magistri Jacobi Lainez, moderni vicarii, cum consensu professorum, tunc Romae commorantium, aliorumque postmodum accedentium, et vniuersali obedientia sibi praestita, ita de iure et conscientia respondendum esse sentio, uidelicet:

Electionem in persona R. P. magistri Jacobi Lainez bene ac legitime factam esse, tam ex juris, quam ex priuilegiorum, dispositione.

Constitutiones iam aeditas, publicatas, acceptatas, ac in viridi obseruantia habitas, secundum formam priuilegiorum et iuris, ualidas, autenticas, omnesque et ligasse et ligare, donec quid aliud vel a summo pontifice statuatur, uel a generali cum congregatione, iuxta formam bullarum.

Vacante praeposito generali, professos omnes quatuor uoto-

[1] Ex autographo (?), in codice *De rebus congr. gen. I-V*, duplici fol. n. 78 (35, 118).

rum, secundum formam priuilegiorum, habere potestatem eligendi sibi praepositum, aut interim vicarium, usquequo fiat congregatio generalis, eidemque Societatis negocia conficiendi curae esse absque aliorum uel consilio uel consensu in rebus gerendis, quas uel sibi placeat, uel constitutiones mandent.

Decem primos fundatores, atque adeo oratores et socios, solos Societatem facere, ridiculum esse puto, sed partem tantum, iuxta priuilegiorum formam et iuris interpretationem.

Scripturas autem ac rationes aeditas a R. P. Dno. Nicolao, presertim illam, quae vernacula lingua scripta est, et incipit: «Non saprei io parlare» etc. [1], immortificatam, arrogantem, scandalosam, (citra iniuriam, aut quemuis calumniandi animum) iudicaui, et nedum professore primo Societatis Jesu, et qui gubernium praetendit, omnibusque tum humilitate, tum modestia ac mansuetudine exemplo esse deberet, sed ne milite quidem, aut viro alioquin immoderato, dignam esse censui; cumque ipse solus gubernandi ius pretendat, reliquis quiescentibus, non sine magna ac uiolenta ambitionis presumptione conscideratis conscinderandis fieri potuisse existimaui. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die xj Settembris M.D.LVIJ.

FULUIUS ANDROTIUS, eiusdem Societatis sacerdos, manu propria.

13

P. HIERONYMI NATALIS

RESPONSIO ACCUSATIONIBUS

P. NICOLAI BOBADILLAE

ROMAE, AUGUSTO (?) 1557 [2].

Adversaria actionis sub n. 15 positae.

Quas causas adducit N. [a], eas colligit e iudicio nostrarum

---

[a] **Autogr. hic et infra, Bobadillam littera N. indicat.**

---

[1] Hoc monumentum editum habes superius, sub numero 4.

[2] Ex autographo, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* fol. 29-33. Sunt autem haec adversaria, quae Natalis propria manu exaravit, ni fallimur, ad respondendum, coram cardinali Carpensi, Societatis protectore, Bobadillae accusationibus in Lainium, Polancum et Natalem incussis. Cf. *Natalis*

cogitationum [1]; non quae ex externis omnibus colligi possint. Longe contrarium conficiunt. Quum vero causae, quae nos et quemuis mouere poterunt, sint et verae et apertae et efficaces, tum nos profiteamur et Deum religiose testemur nihil fuisse nobis animi illius, de quo N. iudicat, censeat D. V. R.ma an illud iudicium ad temeritatem spectet atque ad inobedientiam, et num indicet animum N. auersum a spiritu et vnione Societatis. Nam, quod dicit procuratam esse per 3 abitionem in Hispania[m], intelligi potest ter de profectione in Hispaniam esse congregatos, qui Romae erant, professos. Primis duobus congregationibus, ex 11, 3 boni consuluisse vt in Hispaniam iretur, quemadmodum N. confitetur in suo scripto [2]. Hi igitur 3 cum omnibus hispanis, quum contineat maiorem partem Societatis, iam tunc constabat eam totius Societatis esse mentem, vt proficisceremur in Hispaniam; et tamen 3.° congregatis professis 14 (nam 3 recens aduenerant), omnes, praeterquam 2, pedibus ierunt in eamdem sen tentiam, et tamen nunquam aliter est dictum, definitum inquam, vt res tota integra S.mo D. N. repraesentaretur per vicarium cum humilima obedientia ac indiferentia, vt eo inclinaremus, quo intelligeremus vergere summum pontificem, quem cum videremur ab ea profectione non abhorrere, sed iussisse vt post orationem ad eum rediremus, propterea fuit illa frequens nostra reditio. Tandem, quum per R.mum Pisanum [3] intellexisset Pater vicarius S.mi D. N. mentem esse, vt in Hispaniam ne iremus, nihil ea de

---

ephemerides in *Epist. P. Nadal,* II, 56, ubi occasio hujus scripti et caeterorum, quae sequuntur, hisce verbis explicatur: «itaque vocat in jus Bobadilla Patrem vicarium, effert libellum, nos verbis refutare apertissima omnia, quod difficile non erat.» Quae in his adversariis currente calamo scripsit Natalis, postea melius et emendatius digessit in oratione, quam infra, sub numero 15, reperies. Alia hujus monumenti adversaria habentur in codice *Natal. ephemer.*, ff. 11-22; quae, cum melius et emendatius in sequentibus Natalis scriptis contineantur, hic omittenda duximus.

[1] Saepius equidem Bobadilla sinistras intentiones Lainio et ejus fautoribus tribuit in suis scriptis, superius editis.

[2] Vide supra, monumentum sub n. 6 positum, ubi haec ait Bobadilla: «Fu concluso da tutti, ecetto da tre spagnoli... si differisse in altro tempo.»

[3] Cardinalem, scilicet, Franciscum Pisanum.

re amplius egimus. Sed tamen, quum ab [a] eodem R.mo probaretur vt interrogaremus summum pontificem an in Portugalliam concederet ire, nos id voluit Pater vicarius experiri; sed, quum semel aut iterum ad aulam accederet, nec esset commoditas adeundi summi pontificis, desiit. Pax consecuta deinde, X.i Jesu munere; nunc autem in eadem est sententia vicarius, vt inquirat rursus sententiam S.mi Domini Nostri etiam de Hispania adeunda, hoc solo nomine, quod post illa omnia audierit [b] a S.mo D. N., vt per orationem a Deo peteremus num esset consentaneum ire in Hispaniam ad conuentum generalem peragendum. Itaque in vniuerso hoc negocio nihil aliud quam simplicissime, nihil facere, ac ne velle quidem, nisi, quo intelligeremus animum S.mi D. N. inclinari.

Caeterum quod N. dicit procuratam esse illam profectionem per practicam, sunt quidem ostensae rationes hispanorum Patrum nonnullis professis antequam publice exhiberentur, et N. haec dicit practicam, quod vtile fuit et necessarium, vt ex consuetudine Societatis primariis Patribus literae exhiberentur, ex quorum consilio publicentur.

Mirum non est si N. videantur reformatione indigere bullae et constitutiones, hoc est institutum Societatis, ad quod inuitus et coactus adscitus est per iudicum sententiam, in quo ita vixit, vt necessum sit ipsum timere ne excludatur, si auctoritatem retineant bullae ac constitutiones; et bullis quidem nullus est, non e nobis tantum, sed ne de externis quidem, qui dubitare possit; quum legittime sint auctoritate sacra sanctae apostolicae sedis confirmatae, et ad mores attineant constituendos, non ad factum nec ad ea, quae ex factis pendeant. Constitutiones vero, quamuis eadem prorsus religione [c] non reuereamur, ita tamen recipimus, vt quae legittime sint auctoritate apostolica conscriptae et sua auctoritate donatae; nam facultatem accepit praepositus Societatis generalis, vt, cum consilio Patrum, condere constitutio-

---

[a] Hanc particulam obliteravit Natalis, sed non mutavit casum sequentis pronominis, qui in dativum convertendus fuit, sublata illa particula. — [b] *audirit* autogr. —[c] Prius scripsit Natalis *auctoritate,* sed supra hoc verb. substituit *religione.*

nes posset, eo ipso auctoritate apostolica confirmatae esse censerentur. Has tamen ita edidit, ex consilio Patrum et suffragiis legittimis, vt pedetentim obseruationem accipere iuberet (qui mos est ac ratio introductionis nouarum legum). Simul ita voluit esse editas et auctoritatem habere, vt vltima illis manus non diceretur adhibita, quin ipse, quoad viueret, et Societas [a] post eius obitum, posset aliquid illis adiicere; quod consulte videtur in primis fecisse, si ex rerum euentu et experientia existimauit multa designari posse, quae opportune et possent et deberent constitutiones iuuare. Et hoc quidem est, quod diximus non habere manum vltimam constitutiones, aliud nihil; nam quae editae sunt, quod ad praesentem rerum statum attinet, iis nihil auctoritatis desideramus. Caeterum speramus in X.° Jesu, si quid sit quod nos fugerit, id pro sapientia Sanctissimi D. N. consultissime illustratum iri. Iam, quod nonnulla videantur N. difficilia [b], etc., eodem attinet; nihil enim non est in ipsis difficile illi homini, qui alieno fuit animo iam inde a principio, et ab instituto, et a generali, nec fere vnquam sub obedientia in Societate vixit, et nunc primum ex spiritu quodam libertatis laxae ad eximiam obedientiae rationem adit.

Hic desinunt haec adversaria, ad finem folii 33r.

14

P. HIERONYMI NATALIS

RESPONSIO AD ARGUMENTA QUIBUS P. BOBADILLA CONTENDEBAT SIBI REGIMEN SOCIETATIS DEBERI

ROMAE, AUGUSTO (?) 1557 [1].

Adversaria actionis infra exhibitae.

Ihs.

Causa agitatur cum iustitia et charitate an, mortuo D. P. Igna-

---

a Prius *Societatem;* postea emendatum ut supra. —b Bis hoc verb. scriptum est in autog.

---

1 Ex archetypo, seu potius adversariis incompletis, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* triplici folio, 38r-40r. Manus est librarii cujusdam, cum Natalis emendationibus autographis. Vide dicta in praecedenti monumento, annot. 2.

tio, praeposito Societatis Jesu, gubernatio sit de iure penes primos Patres fundatores, an penes quendam introductum aut nominatum vicarium, usque ad electionem praepositi generalis.

Priusquam ad tuam causam cum iustitia et charitate (vt tu loqueris)[a] accedo, Pr. Bo[badilla] hoc mihi respondeas velim, cur toto hoc tuo scripto, atque adeo omnibus aliis tam multis sermonibus, epistolis, chyrographis de tuae aristocratiae atque adeo monarchatus causa aeditis, tota tua est actio secularis ac prophana? Per iustitiam inquis mihi conuenit ut sim gubernator; volo igitur esse gubernator. Alia omitto, quae omnia plena sunt spiritus mundani, ut ne scintillam quidem religionis praeseferre uideantur, omnia uero contentiones carnalium hominum imitantur; illud solum ago, quod tu nunquam non agis. «Mihi, inquis, conuenit per iustitiam, ut sim gubernator», etc. Hanc rationem si patiamur ad religiosos irrepere, Pr. Bo., uno die interit omne institutum monasticum. Non est contentio ad dignitatem in uero monachismo, Pater, hac tua ratione comparata; sed per humilitatem, per sui cognitionem ac contemptum, ut contra contendat quisque se adeo esse ineptum, adeo malum et nihili hominem, ut nulla non iustitia, sed ne equitate quidem uel ratione possit esse superior. Tu tamen conniteris, et per iustitiam quidem, esse superior Aristarchus. Quidnam, quaeso te, est quod uelis per iustitiam esse gubernator, nisi quod dignum te existimes, illo gradu, alios indignos; quod tu sapientiam obtineas religiosam, alii non item; tu nosti institutum Societatis, alii non nouerint; tu uir sis[b] bonus, uir probus, alii ad tuam probitatem et bonitatem non accedant? Haec sunt, quae tu non solum dicis, sed probare etiam atque euincere contendis per aduocatos, per procuratores, per Bartolos et Jasones. Nonne hoc est seculare ac uanum? Nonne pestis haec est certissima, non Societatis solum, sed religionum omnium? Nonne hoc est omnibus iudiciis, exemplis, animaduersionibus uindicandum? Vide, Pater, quo te tua importuna (ne aliud dicam) persuasione dignitatis praecipitaueris! At clamabis tu tuam te causam agere cum iusti-

---

[a] Haec tria verba Natalis manu addita sunt. —[b] Prius *es;* Natalis emendavit *sit*.

tia et charitate, nos illam praeter meritum, aliter quam tu sentias, interpretari; bullarum autoritate te niti, ex bullis te tua argumenta colligere. Vide uero tu, P. Bobadilla, quam non immerito tecum agamus. Primum quidem nec primis sociis Patris Ignatii dant autoritatem bullae gubernandi Societatem, quod luce erit clarius ubi perorauerim. Quod si illis darent (quod non faciunt) tibi tamen non darent, nec dare possent, homini eo uitae exemplo in Societate, eo ambitu, ut solus e primis contendas esse gubernator, homini praeterea tam seditioso et inquieto, ut solus quietissimam ac tenerrimam Societatem boni consulueris ac prouaueris a Pontio ad eum esse delatam summum pontificem, quem tu tuo et eiusdem Pontii testimonio dixisti et scripsisti destructurum esse Societatem, si posset. Verum haec nihil sint, et te uel solum, uel etiam, si uelis, solitarium proclament bullae omnes esse gubernatorem per iustitiam; adde quod omnes quotquot in Societate uiuimus oremus te atque obsecremus, ut noster esse uelis gubernator, P. Bobadilla; esset tamen mali exempli auide te arripere monarchiam, non recusare, non alios tibi praeferre. Offenderet, nisi te diceres indignum eo munere, te non esse uersatum in Societatis instituto, sed in aliis negotiis, nihil nouisse de instituto. Denique offenderentur omnes, si non confirmares te, nisi coactum, non esse tam graue pondus accepturum. Lederes igitur tu quidem grauiter totam Societatem tuo exemplo, atque adeo omnem religionem monasticam non leuiter offenderes, si, quemadmodum diximus, modestia et humilitate dignitatem non recusares. At uero tu quid facis? Contra ius commune, contra ius bullarum nostrarum, re per totam ciuitatem publicata, per aduocatos, per iureconsultos, per iudices, omnibus et Patribus et [a] fratribus Societatis inuitis, abnuentibus, contradicentibus, acerrime solus contendis esse gubernator per iustitiam. Nonne hoc est monstri simile? Nonne hoc est omni abominatione dignum? Nonne hoc est certissima pernities et desolatio Societatis, si non summa cum seueritate in illud animaduertatur, et tu clames, si Chro. placet, te uerbis opprimi nostris? Non opprimeris verbis

---

[a] Duplex particula *et* a Natali addita est.

nostris [a], Bobadilla, sed tuis factis; tuis; taceo tamen, ne, quae uerissime dicere possem, ac pro zelo Patris Ignatii ac Societatis nostrae, oppido quam pie interpretari aliter quispiam, qui te non nouerit [b], possit. Quamquam ego tecum, Bobadilla, libere sic agere possum, et quidem ita uolui agere, ut superior cum subdito. Scis enim te meum esse subditum iam abhinc triennium, scis meam electionem, cui tu iussu Patris Ignatii praefuisti, scis illa electione me Patrem Ignatium sibi substituisse, qui eius essem siue uicarius, siue commissarius generalis in uniuersam Societatem; in constituendis autem...

Hic explicit haec peroratio ultima tandem manu in documento sub n. 15 posito donata. A tergo folii 3.ii haec, ignota manu exarata, inscriptio posita est: Patris Natalis scripta incorrecta et inemendata.

15

P. HIERONYMI NATALIS

ACTIO IN P. BOBADILLAM, DUM HIC JUS GUBERNANDI SOCIETATEM SIBI ET PRIMIS SOCIIS VINDICARE CONTENDEBAT.

ROMAE, MENSE AUGUSTO VEL SEPTEMBRI 1557 [1].

Ihus.

Causa agitatur cum iusticia et charitate, an, mortuo R. P. Ignatio, praeposito Societatis Jesu, gubernatio sit de iure penes

---

[a] Haec 4 verba Natalis manu addita sunt. —[b] Prius *nouit*, sed Natalis emendavit ut supra.

---

[1] Ex archetypo, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* foliis 50r-58r (135-143). Duo hujus monumenti exempla in eodem codice habentur. Primo loco, ff. 21r-28r (olim 122-128 bis) habetur transumptum coaevum, ab amanuensi Patris Polanci descriptum. Paucae in illo emendationes, ab ipsis amanuensibus, interdum etiam ab ignota nobis manu exaratae, reperiuntur. Secundo loco, ff. 50r-58r (olim 135-143) habetur archetypum, seu potius palimpsestus, ab amanuense descriptus, et a P. Natali frequentibus emendationibus castigatus. Nonnullae etiam P. Polanci manu exaratae reperiuntur. Hoc secundum exemplum nos hic proferimus, additis ex apographo paucis, quae in archetypo desiderantur. Quae autem Natalis manu addita vel emendata sunt, ea italicis litteris notamus.

Hujus documenti lucubratio, quam accurate a Natali sit peracta, ex va-

primos Patres fundatores, an penes quendam introductum, aut nominatum vicarium usque ad electionem praepositi generalis.

Responsio, quod penes primos Patres fundatores sit, de iure ostenditur [a].

—

Dolemus uehementer quod hoc uideamus exemplum in Societate, ut aliquis contendat per iustitiam et iudices esse *illius* gubernator; hunc enim spiritum *nos* imbibimus et deuotionem in X.°, ut potius per humilitatem ac modestiam recusanda sit quaeuis dignitas *ac locus superior;* nam quod proponit Pr. Bo. ad primos fundatores esse delatum ius gubernandi de iure, ad ipsum proprie attinere uidetur, suamque causam facile interpretari possumus illum agere, cum e primis decem Patribus, quos ipse fundatores uocat, sint quinque tantum residui: vnus est Pr. vicarius, aduersus quem agit. Tres alii sua confessione ac subscriptionibus Patrem vicarium recipiunt ac probant: quare solus pro se videtur agere Pr. Bo.: *quod si ita agit, nihil est quod quicquam illi respondeamus; ex bulla enim Pauli III excluditur a quauis dignitate* [1]. *Respondendum tamen arbitror ad eius rationes, ut illi, quod ad nos attinet, satisfieri possit.*

In primis, sicut ante electionem primi praepositi generalis ipsa gubernatio erat penes decem illos consocios fundatores, sic et nunc, sede vacante, erit penes primos fundatores, et ad eos deuoluitur ius gubernandi, etc. [b]

1. Solum Patrem Ignatium agnoscimus fundatorem Socie-

[a] Haec omnia, a principio, desiderantur in archetypo. Sunt autem desumpta ex scriptis Bobadillae. Vide supra monumenta Bobadillae, n. 4, etc. —[b] Haec prima verba *In primis,* etc., sunt Patris Bobadillae, et desiderantur in archetypo, quod incipit a sequenti n. 1.° *Solum,* etc.

riis ipsius palimpsestis de eodem argumento videri potest, in quibus ea, quae primo menti succurrebant, levi calamo exprimebat. Postea accuratius et pacatius eadem ex variis palimpsestis collecta et ordinata in hoc documento nobis scripta reliquit.

[1] Reapse in litteris apostolicis LICET DEBITUM, a Paulo III die 18 Octobris 1549 datis, haec de ambientibus praelaturas habentur: «...alicuius praelationis et dignitatis in eadem Societate, si eam occulta aut manifesta ambitione quaesisse convincetur, capax esse nullatenus possit.» *Instit. Soc. Jesu,* (Florentiae 1892), I, 14.

tatis; nam etiamsi nouem habuerit socios *Pater*, qui cum ipso supplicarint sedi apostolicae, ut confirmaretur Societas, ac fieret religio, tamen hi nouem *per ipsum* a seculo sunt per exercitia spiritualia uocati, per illum hauserunt spiritum religionis appetendae; illius, scilicet, cuius exemplum et specimen praebuerat in se Pater Ignatius antequam ipsos uocaret. Patris Ignatii primario ductu, et nouem illi gubernati sunt, antequam confirmata esset Societas, et post eius confirmationem, *legitima obedientia*. Vnum igitur semper agnouimus Patrem et fundatorem Societatis, per quem huius religionis gratiam primum X.s Iesus in orbem xianum. inuexit. Habuit diuus Franciscus, tum diuus Dominicus, socios, quos primum uocauit, qui etiam simul *cum suis Patribus* pro religionibus suis [a] confirmandis supplicarunt Innocentio III.° et Honorio III.°; nunquam tamen fundatores dicti sunt, sed sanctissimi illi Patres Franciscus et Dominicus.

Sint igitur primi Patres, non fundatores, quos Pr. Bo. fundatores uocat; sed fundatoris socii primi. *Quod si aliud nihil, certe illud satis esset ad hunc locum confirmandum, quod Paulus III in confirmatione exercitiorum institutionem Societatis tribuit Patri Ignatio, non item sociis illis primis* [1]. *Si fuit autem* gubernatio Societatis penes decem, ante electionem primi praepositi generalis, id quidem esse non potuit de iure in Societate nisi per bullam confirmationis primam. Ea confirmat Societatem, facit corpus religionis, nihil tribuit illis decem, nisi qua corpus erant Societatis eo tempore; alioqui periret cum illis Societas; quare si quid conficeretur ex prima ratione, illud esset solum quod redacta esset gubernatio Societatis hoc tempore ad uniuersum corpus Societatis; *non igitur solum* [b] *ad primos professos.*

Quod si fingamus per bullam primam redire gubernationis

---

[a] *suis* deest in apogr. —[b] *solum* deest in apogr.

---

[1] En verba Pauli papae III, ad quae haec referuntur: «debitum etiam respectum ad fructus uberes, quos Ignatius, et ab ipso instituta Societas praefata, in Ecclesia Dei ubique gentium producere non cessant, et ad maximum adiumentum, quod ad id praedicta Exercitia attulerunt, non immerito habentes...» *Instit. Soc. Jesu*, III, 444.

ius ad primos Patres, non inde fit *tamen necessario* ut ad quinque ex illis residuos, nec si per bullam illam ad quinque residuos concluderetur gubernatio, posset hoc tempore illud ius usurpari; nam data *est illa* facultas Societati, *quae fuit sed non est amplius,* hoc est, quae solum ex 60 sociis constare posset. Quare abolitam intelligimus illam bullam cum sua Societate; et *ea solum* ex illa recipere cogimur, quae per 2.um et 3.um diploma confirmata sunt. Nam per haec diplomata constat nostra Societas, quae vna est, non 60 tantum sociorum, sed quae possit quocunque numero recipere quoscumque uocauerit Dominus.

Verum si haec Patri Bo. non satisfaciant, illud spero in X.° satisfaciet, quamuis enim omnia illi demus, et recidat hoc tempore gubernatio ad quinque socios primos Patres, qui in uiuis sunt, tamen quemadmodum attigimus, quatuor alii, praeter ipsum, in hoc sunt vnanimes, ut R. P. noster Laynez vicarius sit et gubernet Societatem; et facile sibi persuadere potest, cum quinque sint Patres, et ex ipsis quatuor idem sentiant, suam se sententiam aduersus ipsos obtinere non posse, et mirum quidem uideri potest, cum totus in hoc sit P. Bo., ut euincat ad primos socios Patris Ignatii ius gubernandi Societatem rediisse, fere omnibus rationibus, praeter hanc primam, illud non attingere, et tantum omnibus locis agere constitutiones non esse ratas, per quas fuit electus vicarius, quasi uero, etiam si nullae essent constitutiones, *foret* in confesso primos Patres obtinere aristocratiam in Societatis republica; *et id* rursum mirum est (cum tot litteras apostolicas habeamus) cur nullam citat ad suam causam conficiendam? *Quis* [a] non dicat illum suo facto confiteri, nullum esse locum in bullis, qui possit eius causae patrocinari? sed ad alia pergamus.

In bullis apostolicis non fit mentio de vicario, nec de eius officio, nec a quibus debet eligi; sed tantum praepositi generalis: ergo vicarius est introductus, aut falso nominatus.

Si hoc argumentum aliquid potest, fiet similiter falso esse introducta et nominata in ecclesia orthodoxa ea, de quibus in sa-

---

[a] *ius* apogr. errore librarii.

cris litteris non fit mentio; quod si dicas omnia illa censeri esse contenta in sacris litteris, quae ex ipsis consequuntur, similiter nos dicimus contineri in bullis nostris et vicarii nomen et electionem, quandoquidem ex authoritate bullarum sunt aeditae constitutiones, per quas legitime est electus et nominatus vicarius; *qui etiam si* non esset electus per constitutiones, ex bullis tamen constat esse authoritatem in Societate, qua autoritate possit vnus recipi et probari, qui gubernet Societatem; is sine ulla controuersia est vicarius *omnium calculis et receptus et approbatus* [a].

Dat sedes apostolica per diplomata confirmationis Societatis nostrae authoritatem praeposito generali, condendi, declarandi, immutandi constitutiones, maiori parte suffragiorum statuendi ius habente. Patres uero, qui ius habeant suffragii, illi sunt, qui possunt sine magno incommodo a praeposito generali conuocari. Constat praeterea ex eisdem bullis, eo ipso quod fuerint aeditae constitutiones, confirmatas censeri apostolica authoritate [1]; at*qui hae* [b] *factae sunt;* edidit enim noster Pater Ignatius constitutiones, accessit maior pars suffragiorum, quare et Societatis et apostolicae sedis authoritate obtinent suum ius constitutiones nostrae; nam, ut a primis Patribus inchoëmus, omnes, praeter te, anno 1540 et 41, dederunt suis suffragiis facultatem, ut constitutiones aederentur ex sententia plurium suffragiorum eorum Patrum, qui ex Italia conuocari possent. Non sunt tamen illis 7 annis factae constitutiones, quadragesimo uero octauo anno, cum iam *ex* uita hac excessissent P. Codurius et P. Faber et in India iampridem esset P. Franciscus Xauier et P. Simon in Portugallia et P. Bobadilla in Germania et residui essent in Italia,

---

[a] *probatus* apogr. —[b] *haec* apogr.

---

[1] In litteris apostolicis INIUNCTUM NOBIS, a Paulo III die 14 Martii 1544 datis, haec reperiuntur: «et tam hactenus factas, quam in posterum faciendas Constitutiones, iuxta locorum et temporum ac rerum qualitatem et varietatem, mutare, alterare seu in totum cassare, et alias de novo condere possint, et valeant, quae, postquam mutatae, alteratae seu de novo conditae fuerint, eo ipso apostolica auctoritate praefata confirmatae censeantur...» Ibid., I, 9.

P. Ignatius cum quatuor reliquis, hi [a] quatuor suis suffragiis et subscriptionibus probarunt constitutiones, tum aeditas, tum aedendas a P. Ignatio; haec uero erat pars maior professorum Societatis eo tempore, qui conuocari possent commode; quare tua *etiam* confessione ratae erunt constitutiones. Adde quod anno 50 illas probarunt alii, qui accesserunt Romam professi, P. Franciscus de Borgia et P. Araozius, praeterea PP. Polancus, Miona, Obiedo, Frussius, Strada [b], qui cum superioribus non solum erant maior pars professorum, sed fere omnes. Adde quod anno 52 illas edicto Patris Ignatii publicauit P. Natalis in prouincia Siciliae, tum in quatuor prouinciis Hispaniarum, in prouincia Germaniae, in Italiae prouincia idem fecit P. Natalis, eadem authoritate, anno 53, 54 et 55. Praeterea sunt constitutiones promulgatae in prouincia Brasiliae et Indiae, et in his quidem omnibus prouinciis receptae sunt ac probatae primum, postmodum promulgatae; sola est inter omnes prouincias Societatis Gallia, in qua non sunt promulgatae; sed tamen, qui ex illa prouincia solus habebat *ius* suffragii, P. Paschasius, illas suo *calculo* atque subscriptione iam probauerat. Tota igitur Societas probauit ac recepit constitutiones atque pro autenticis habet.

Ad haec, de his constitutionibus fit mentio in bulla Pauli III, Julii III, et aliis litteris apostolicis, vbi, videlicet, multa conceduntur, iuxta has constitutiones, agenda et disponenda. Constat igitur ex superioribus legitimam habere authoritatem constitutiones; quare legitimus erit noster vicarius; nam nihil impedit quin vicarius sit, per Patris etiam Bo. confessionem, nisi quod constitutiones legitimae sibi non uideantur.

Quod si haec uera non essent, quae tamen sunt uerissima, et plenum non haberent ius constitutiones, tamen uim statuti a praeposito generali non amitterent; statutum uero praelati ligat post mortem etiam ipsius *non ex iure communi solum, sed* ex nostrorum *etiam* diplomatum *priuilegio,* in quibus duo haec legimus: primum, quod sit cuiuscunque gradus in Societate iudicium

---

[a] *hic* apogr. Prius deletum fuerat *hi quatuor:* dein Polanci manu restitutum. —[b] Haec quinque ultima Patrum nomina Polanci manu addita in margine.

atque officiorum discretio tota in manu praepositi generalis. 2.um, quod totum ius iubendi in aliis omnibus, praeterquam in constitutionibus *condendis vel immutandis, et in* domibus uel collegiis alienandis, attine*at* ad praepositum generalem. Hinc fit vt ex apostolica authoritate officia pendeant solum a praepositi generalis, uel statuto, uel obedientia, uel uoluntate, non etiam a suffragiis Patrum, uel congregatione; nullus uero dubitare potest constitutiones has, de quibus diximus uel habere uim statuti, uel obedientiae, uel uoluntatis praepositi generalis; quare authoritate apostolica legitimam authoritatem habere constitutiones nullus est, qui negare possit; et si negaret P.Bo., non tamen eo euaderet, quo desidera*re videtur;* nam quos constituit supradicta authoritate P. Ignatius adhuc viuens commissarios, prouinciales, praepositos, rectores, eos ne P. Bo. quidem negare poterit esse superiores; quare numquam redire poterit Societas ad aristocratiam.

Sed demus omnia Patri Bo.; non sint constitutiones, non vicarius, non commissarii, prouinciales, praepositi, rectores, nullus sit superior. Primum redigitur per Patrem Bo. Societas in miram confusionem: sed nulla sit confusio: erit tamen redactum ius gubernandi Societatem ad corpus Societatis per omnes litteras apostolicas, quod ut negare nullus posset, luculenter prouidit Julius III, qui omnes dixit gratias, concessiones, confirmationes datas esse praeposito et Societati [1], quod etiamsi non diceret, compertum *id quidem* est ex ratione confirmationis: confirmatur enim corpus Societatis uniuersae, illi corpori indulgentur, conceduntur, dantur omnia a summis pontificibus. Jam si a corpore Societatis gubernanda est Societas, corpus hoc vniuersum sese gubernat per Patrem Laynem: quid igitur quaeri amplius potest?

Adde his omnibus, quod summum est argumentum: Sanctiss.m D.num nostrum Paulum 4.um iam bis et confirmasse Patris Laynez vicariatum, et animum illi fecisse bonum vt gubernaret Societatem. Nescio ego quidem certe, si haec omnia uideat P. Bo., quid amplius possit desiderare.

[1] Ibid., I, pagg. 22-31.

Postremo miror ego quid acciderit Bo., quum suum dederit suffragium Patri Polanco in electione vicarii generalis, cuius suffragio et aliorum est electus vicarius, quo ore possit illius auctoritati derogare. Tua auctoritate, tua sententia ac suffragio est electus P. Laynez vicarius Societatis generalis: non potes negare Bo.: tua te manus, tua subscriptio te cogit ac redarguit, si neges [a]

Quod quarto loco citat, nos aliter legimus in chirographo, quod et nos habemus, et Patrem Bo. arbitror non uidisse: sic igitur scribimus: «Aduertimo però a VV. SS. R.me che dette constitutioni non sono serrate, nè hanno l' ultima mano de la Compagnia [1].» Haec uero ita intelleximus et interpretamur, non ita esse conclusas constitutiones, non ita habere ultimam manum, quin illis in congregatione generali per praepositum et Societatem addi aliquid possit; hoc tamen nihil mouet earum authoritatem donec illud fiat; hoc autem nos *ita* intellexisse constat, quandoquidem ita dixit semper P. Ignatius, ita promulgatae sunt constitutiones, ut plenam authoritatem haberent, sed scirent omnes illis addi posse, non solum a futura congregatione, si quid ex usu rerum comperiretur addendum, sed a Patre etiam Ignatio, donec uiueret, *cum consilio Patrum*. Nec mirum si ita habuerint constitutiones nostrae, quemadmodum hoc tempore habet concilium tridentinum, et reformatio ecclesiae, inchoata per S.mum Dominum nostrum, quae etiamsi vltimam manum non habeant, obtinent tamen ea, quae hactenus aedita sunt, plenam authoritatem, qua huiusmodi, sub arbitrio tamen *suae sanctitatis*. Quod igitur citat P. Bo. et non diximus nos, et quod diximus uerum esse ostendimus. Quod uero addit non esse in obseruantia constitutiones, ne id quidem diximus, sed hoc pacto est in chirographo: «Et insin' adesso più presto si semo gouernati per la formula di nostro instituto, contenuto nelle bolle, et per l' obedientia delli superiori, et alcune regole che qui uanno in italiano.» Hinc nihil aliud colligi potest, quam quod bona ex parte ex constitutionibus

[a] Tota haec paragraphus, Natalis manu in margine addita est. In apographo ante praecedentem paragraphum posita est, non quidem recte, si ratio habenda sit notae, quae Natalis manu in archetypo scripta habetur.

[1] Haec verba ex monumento sub n. 10 exhibito deprompta sunt.

gubernata est hactenus Societas, non tamen omni ex parte. Nam, quemadmodum in quauis legum nouarum promulgatione necessum est fieri, ita in promulgatione constitutionum est obseruatum, ut non continuo post promulgationem sint omni ex parte obseruatae, sed pedetentim, id est, ac considerate fuerunt in usum atque obseruationem introducendae, quo tempore magis ex bullis, ex regulis, ex obedientia praesenti superiorum gubernanda fuit Societas, quam ex constitutionibus, tametsi nihil illis authoritatis deesset. Ita enim uidemus omnes leges esse introductas, ut a principio obligarent omnes, non omnes tamen ad omnia cogerentur, nisi ad necessaria, in aliis uero *erat* tempus, quo et facile, et quasi necessario esset dispensandum. Nihil igitur noui in nostro chirographo diximus, nihil quod *oppugnari* possit.

Quinto, constitutiones, inquit Bo., *debent* fieri a Societate, quia constitutiones sunt Societatis, etc. Ex hac eius collectione conficio non deferri gubernationem Societatis ad primos professos. Eodem *igitur* pacto ego colligo: gubernatio debet fieri a Societate, quia gubernatio est totius Societatis: non ergo per solos professos primos. Caeterum, nihil est fere aliud, quod hic necessum sit responderi; satis enim abunde monstrauimus constitutionum authoritatem in superioribus. Miror *tamen*, cum P. Bo. confiteatur a Patre Ignatio aeditas constitutiones, quod non satis authoritatis putet illas habere *vel eo solo nomine*, quod a P. Ignatio fuerint profectae. Ego quidem, si aliud nihil, certe ex sola authoritate P. Ignatii, et accipio, et magna cum consolatione deosculor constitutiones omnes. Quod uero addit datas esse examinandas, ut corrigantur, id nullus est, qui possit confirmare, *hoc enim tantummodo* actum est, ut qui habituri sunt suffragium in proxima congregatione, ii adnotent, si quid uideant, quod, electo generali (nam antequam generalis sit creatus nullam habet authoritatem Societas legitimam ad constitutiones immutandas, ut constat ex diplomatis nostris) ac congregationi sit proponendum; neque uideo vnde possit quis diuinare an aliquid a Patribus *in congregatione* sit immutandum [a].

---

[a] Post haec ita scripserat prius Natalis: «Ego ita spero in X.° nihil omnino, quod ad institutum attineat, non esse summopere probandum. Ad-

Quod praeterea adducit P. Bo. ius acquisitum fundatoribus non tolli, quod nomine tantum hactenus fuerit vicarius P. Laynez; nihil est quod rursum oppugnemus, utrumque enim demonstratum est aliter esse; nam et constitutiones habere authoritatem docuimus, et legitimum esse vicarium Patrem Laynem, et non esse fundatores primos Patres, et nullum ius acquiri posse primis professis solis gubernandi Societatem. *Qua in re,* etiamsi omnibus argumentis destitueremur, (quod fieri non potest, cum omnia uerissima sint) tamen ad corpus Societatis rediret gubernatio, non ad quinque e primis sociis; quod si ad quinque etiam daremus redigi posse, idipsum nobis conficeret Patrem Laynem esse vicarium; quare nullibi consistere possunt argumenta P. Bo.

Vltimo loco, quod dicit Bo., iuxta constitutiones vicarium, etiamsi haberet ius conuocandi congregationem generalem, non tamen officium regendi Societatem, nihil miror; fortassis enim *solum legit* 4.^{m} caput 8.^{e} partis const., non etiam declarationem in idem cap., quae declaratio dat ius gubernandi Societatem vicario, donec sit electus generalis; nec forsan commeminit quod eadem authoritate apostolica conditae fuerunt constitutiones et declarationes, eandemque uim obligandi habeant, *quod bullae exprimunt.*

Quod uero ad finem colligit, ex authoritate Patris Ignatii esse in fieri constitutiones, recte mecum illi conueniet; credamus igitur Patri Ignatio. Is *B.* dixit soli esse in fieri constitutiones, quod si negemus, nescio quo pacto probare *possit;* nos uero hic sumus quatuor professi: P. Vicarius, P. Polancus, P. Domenechus et P. Natalis. Praeterea praepositus domus romanae P. D. Madridius. Nos omnes Patrem nostrum ea de re scimus statuisse in concilio eorum, quos dixi, et praeterea Patris Ludouici Gonzalez, qui nunc abest, factas quidem esse constitutiones, ultimam habere manum, quod ad illarum obseruationem attineat. Itaque illas obseruari iussit. Nescio ego quo pacto ex tuo testimonio conficies esse in fieri constitutiones; nam si contra

---

dentur fortassis aliqua, si quae uidebuntur explicanda magis uel prouidenda pro nouarum earum rerum casu, quae post obitum Patris Ignatii obtigerunt.» Quae omnia sunt obliterata.

intelligas quam nos ex P. Ignatio intelleximus, facile tot testimoniis *conuinceris*. Sed *haec* hactenus de septem *Bo.* rationibus *prioribus ac primariis*.

Ad alias uero septem, quas addit Bo. ad eleuandam constitutionibus authoritatem, compendio respondeo; nam fere nihil aliud quam repetit eadem identidem.

Quod primo loco sumit, *ita non est;* nam nec primos socios uocat fundatores vlla bulla, nec illis dat facultatem condendi constitutiones, sed praeposito cum consilio sociorum, maiori parte suffragiorum, statuendi ius habente, etc.; quod superius diximus.

Quod item secundo loco citat, non recte citat. Praeposito enim datur authoritas in omnibus diplomatis condendi constitutiones, etc.; sed de consilio sociorum, et hoc factum esse demonstrauimus.

Quod uero 3.° loco asserit bullam 3.am Julii praesupponere actas esse constitutiones, *quum et* reuera factae iam essent de consilio Societatis, *et* multa statuat bulla esse iuxta constitutiones agenda, facile colligi posset hasce constitutiones ab sede apostolica approbari. Caeterum nunquam nos diximus solum praepositum generalem ius habere ex bullis condendi constitutiones: propterea ad Patrem Ignatium semper monstrauimus coniunctam maiorem partem suffragiorum eorum Patrum, qui ius habere poterant suffragii; tametsi mihi indignum uidetur requirere *hoc* esse addendum ad authoritatem Patris Ignatii.

Vbi *vero* ex his tribus colligit P. Bo., duas facit Societates, vnam decem primorum Patrum, aliam 60: 3.am nullam ponit; at ego scio Societatem, quae contineret 10 nullam fuisse, nisi per accidens, quod soli illi essent in Societate 60. Itaque duas noui Societates per se: vnam, quae ad numerum sexagenarium fuit confirmata, eam *amplius* non agnoscimus; sed illam, ad quam indefinito numero admitti possint, quotquot uocauerit Deus, ea sola atque unica est Societas, ea hoc nomine ac ratione est confirmata authoritate apostolica a duobus summis pontificibus. Itaque alii iudicent quid sibi uelit hoc loco P. Bo. quod eam, quae uera est et vnica Societas, Societatem non uocet; illam

dicat Societatem, quae Societas non est; sed haec ego omitto; illud tibi breui respondeo, esse constitutiones Patrum primorum, tum aliorum Patrum omnium, qui conuocari commode possunt, consilio et suffragio a P. Ignatio conditas atque aeditas iuxta bullarum praescriptum.

Ad quartum locum nihil respondeo, nam nihil aliud P. Bo. *quam* repetit, quae superius ego dilui, nisi quod ad finem adiicit pendere authoritatem constitutionum apud papam, quod nos *et* boni consulimus, et cum animi nostri humilitate *atque* obedientia sumus accepturi quicquid in illis egerit sanctissimus Dnus. noster; non tamen propterea fiet (donec suam sententiam aperiat summus pontifex) non habere eam authoritatem constitutiones, quam hactenus, et a Societate et a summis pontificibus obtinuerunt; nec uero aliter pendent nostrae constitutiones *ab summis pontificibus,* quam *solent* leges omnes humanae, quae pro rerum ac temporum uarietate, atque aliis uariis ex causis et mutari semper possunt, et frequenter debent.

Quod praeterea scribit P. Bo., iniuriam nos facere Societati, si dicamus constitutiones authoritatem habere, cum tamen contineant quaedam diminuta, quaedam superflua, alia intolerabilia, nonnulla difficilia; nihil ego miror ita loqui Patrem Bo., qui nunquam antea legerat constitutiones, et nunc primum, cum aliqua in illis legit, eo uidetur animo *id facere,* non ut intelligat, sed ut oppugnet, praesertim cum in illis uideatur illud solum quaerere, quo pacto nihil habeant authoritatis, ut hinc explodere possit Patrem vicarium. *Illud potius mirum uideri potest,* quod nihil dixerit in illis falsum esse; nam si confiteremur, quae in illas obloqui uidetur P. Bo., nihil tamen esset iniurium Societati, ut, scilicet, desit constitutionibus, quo pacto contineri debeant in officio, qui, sede generalis vacante, parum sunt obedientes; ut uideantur aliqua superflua, quae tamen propter infirmiores plenius explicare oportuit; quod uideantur intolerabiles his, qui tantam perfectionem aversantur, aut negligunt; quod uideantur difficiles his, qui terrena ac carnalia sapiunt. Omnia haec constant cum ueritate constitutionum ac sinceritate; *quare nihil hic conficit Bo.*

Denique ad calcem sui scripti contraria argumenta diluere conatur. At ego, ex *prima* dilutione, aduersus ipsum sic ago: qui ex Vrbe *(inquit)* discesserunt, dederunt auctoritatem Patri Ignatio, vt cum *aliis,* qui Romae essent, posset condere constitutiones, *hoc vero* negat factum; nos *contra* monstrauimus, non solum cum sociis, qui Romae essent, condidisse Patrem Ignatium constitutiones, sed omnium etiam Patrum suffragiis et subscriptionibus, qui commode conuocari poterant, neque aliud quidem requiri potest, iuxta diplomatum authoritatem.

Quod uero eludere uidetur constitutionum publicationem atque receptionem, quasi surreptitiam, ut quae ex bono quidem zelo et animi simplicitate proficiscatur, non etiam a ueritate, quasi si dicat: solus *Bo.* nolo decipi Societatem, nolo zelo Patris Ignatii, constitutionum et pacis, vel simplicitate humili, falsa pro veris [a] *recipere;* eo uidetur intolerabilius, quod non solum nostra demonstratione abunde declaratum est, et ueras, et firmas, et suffragiis ac subscriptionibus Patrum validas esse constitutiones, sed *etiam* Bo. ipsius confessione (ut modo docuimus) nihil, quod uerum non sit, illas continere; quod si aliquid illi uidetur deesse in constitutionibus, si quid superfluum, si quid ipsi intolerabile uel difficile, num propterea deberet zelum simplicitatis nostrae, atque humilitatis solicitare ac tentare? Num propterea authoritatem Patris Ignatii eleuare? et pacem atque vnionem Societatis interturbare? Haec non propterea dico, quod illum iudicem: est, qui illum iudicet, Dnus.; sed, pro animi mei deuotione, iustum dolorem exprimo.

Addit maiorem esse simplicitatem constitutiones publicari, quae debeant corrigi et emendari. Erraui ego fortassis, quod superius intellexerim accipi a Bo. simplicitatem pro uirtute; nam hoc loco simplicitatem aperte uidetur interpretari stultitiam; tamen, quid intelligat, ipse uiderit; nos nihil mouemur iniuriis; quin, iuxta nostri instituti rationem, illas potius et quascunque contumelias, pro X.[1] nomine et ueritate Societatis, sustinere desideramus. Sed qui scire potest P. Bo. corrigendas esse et

---

a Haec sex verba *constitutionum et... vel... falsa pro veris* sunt Polanci manu exarata.

emendandas constitutiones in congregatione generali? Annotant Patres quidem, quemadmodum attigi, in constitutionibus, si quid uidetur proponendum congregationi; et qui tandem debet sibi persuadere suas annotationes a congregatione esse recipiendas? quod si hoc nesciat, *et alioqui* cum debeat boni consulere ac probare, quae constituta sunt a P. Ignatio et Societate, quid quaeso est alienum constitutiones aedere? et hoc quidem in loco, non miror, quod nos simplices uel stultos uocet: illud demiror ac doleo uehementer, quod non sit ueritus simplicitatis uel stultitiae notam inurere Patri Ignatio, mortuo. Nam, etiamsi ille cum Societate constitutiones aediderit, illius tamen aedicto atque obedientia publicatae sunt constitutiones.

Jam, quod dicit P. Bo. vae nobis fore si in manus persequentium incidant constitutiones; vae potius illis, qui nos uel constitutiones nostras persequentur; nam, qui pro ueritate propugnanda persecutionem patiuntur, ii in beatitudine uersantur, atque omne gaudium existimant se consecutos, cum in varias tentationes inciderint. X.° gratiae, quod sanctissimus ac sapientissimus dominus noster Paulus IIII.[s] nos et nostras constitutiones iuuare constituit, ac propugnare: hoc patrono in X.° Jesu, cuius vicarius est summus in terris, nullos aduersarios timere possumus.

In reliquis, quae ad finem usque prosequitur Bo., nihil est quod immoremur; nam, quae *ille* repetit, nolumus *nos* repetito diluere, quae consulit, ex his, quae diximus, necessum est rejicere; ad duo igitur, si breui respondeamus, nihil arbitror, *quod desideretur*.

Primum igitur est de ministerio Patris Polanci, quod Patri Ignatio praestitit in condendis constitutionibus: ego semper ita intellexeram, constitutiones quidem per multa sacrificia, orationes et lacrymas et deuotiones alias praeterea, P. Ignatio familiares, ab ipso fuisse et animo conceptas et explicatas; quod, si aliqua scripsit P. Polancus, nihil eleuare potest constitutionum authoritatem; non enim minoris authoritatis est fratrum minorum regula, quod illam diuus Franciscus non scripserit, sed iusserit scribendam, quod ipse in suo testamento *testatur*.

Aliud est, quod modum gubernandi Societatem hoc tempore

sentiat P. Bo. esse debere charitatem; quod si ita intelligeret, ut charitas princeps esset in gubernando, uteretur uero uirtutibus omnibus, ac ministris, qui ad rectam gubernationem sunt et necessarii et utiles, non sede uacante solum, sed nunquam non *deberet* gubernare huiusmodi charitas hoc satellitio ornata. Sed, cum ego commeminerim P. Bo., cum obiter [a] esset praepositus collegii neapolitani, ita solitum gubernare fratres, ut, neglectis omnibus regulis, per charitatem tantum diceret omnia agenda; nunc uero et regulas et constitutiones omnes rejiciat, vicarium abroget, omnes superiores explodat, relinquat in magna Babylone Societatem, eamque uelit aristocratice gubernari, facile *colligi potest* per eam [b] charitatem illum censere gubernandam esse Societatem vniuersam, quae et alias uirtutes et administros negligit: hanc vero charitatem quis agnoscat? hanc politiam quis probet [c]? Sed haec hactenus; plus satis si rem ipsam et nos spectemus. Vtinam satis multa ad Bo.!

16

P. JOANNIS POLANCI

ATTESTATIO

ROMAE, 25 JANUARII 1558 [1].

Polancus et Natalis mentem summi pontificis, de numero professorum ad congregationem convocandorum, Lainii jussu, exquirunt.

✝
Jhs.

Alli 25 de Genaro 1558, andassimo al R.mo cardinale Alexandrino [2], con ordine de nostro Padre vicario, il P. Mtro. Nadal et

[a] *Obiter,* additum in margine Polanci manu. —[b] *illam* apogr. — [c] Haec novem verba sunt Polanci manu in margine addita. Natalis scripserat: *Haec uero politia ne a saecularibus quidem probari potest.*

[1] Ex autographo, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* unico fol., 14 (46, 182, 112). Nonnulla, quae in hoc monumento legi non possunt, eo quod perperam a libri compositore assuta fuerit haec charta, intra uncinos supplenda duximus. Quanam vero occasione hoc scriptum Polancus lucubraverit, videri potest in *Natal. ephemer., Epist. P. Nadal,* II, 14, 54; et apud Sacchinum, loc. cit., part. II, lib. 1, n. 76.

[2] Is erat Michaël Gislerius (Ghislieri), postea pontifex romanus sub nomine Pii V.

io, per intendere la mente de S. S.tà sopra il far venir alla congregatione tutti gli professi [come il] medesimo cardinale [ci l'] haueua detto [da] parte sua et io li dissi in camera sua auanti al Padre detto: «Mons.r R.mo, hauemo intesso che sia la mente de S. S.tà che vengano tutti nostri professi per la electione del generale, et perchè si potria intender' tutti sanza lasciar nessuno, et tutti quelli che legitimamente debono chiamarsi, veniamo a supplicar a V. S. R.ma si degni auisarci della mente de S. S.tà, perchè noi in tutto ci vogliamo conformar con quella.» Il cardinale respose ch' era chiaro che non voleua il papa che tutti venessino sanza lasciar' nessuno nelli nostri loghi delli professi, ma che venessino quelli che legitimamente doueuano chiamarsi per la electione. E ci domandò quanti doueano venire secondo le constitutioni nostre. Gli dissemo ch' il prouinciale et doi altri de ogni prouincia, electi per quella. Et disse che bastauano quelli, et così hauemo accettata la interpretatione della mente de S. S.tà dal medesimo che ci l' haueua significata. Et in testimonio di questa verità s' è scritta e sottoscritta la presente il giorno predetto in Roma.

Affermo quanto si contiene di sopra.

JOANE DE POLANCO, procuratore della Comp.a de Jesù.

17

P. HIERONYMI NATALIS

APOLOGIA SOCIETATIS JESU CONTRA EPISCOPUM CAESARINUM APUD CARDINALES REFORMATIONI EX CONCILIO TRIDENTINO FACIENDAE PRAEPOSITOS

—

ROMAE, ANNO 1564 [1].

JHS

(Folio 263.)

Quod hactenus experti sumus, Christo Jesu propitio, Illmi. ac Rmi. domini, excitari solere Societati contradictiones, vbi Do-

[1] Ex apographo, ab ipso auctore P. Natali emendato, in *Cod. Vatic. 6*, foliis 263r-274v. Aliqua menda a librario, qui hoc monumentum transcri-

minus velit illam facere de sua clementia ac gratia auctiorem, id nobis hoc tempore confidimus euenisse, vt ex hac leui tribulatione prouentum aliquem spiritus facere possimus.

Non potuimus tamen (ut ingenue dicamus) non esse soliciti de existimatione ac bono Societatis nomine, quod negligere non debemus: ita enim nos docent sacrae literae, ita sanctorum exempla monent. Videbamus namque primum acerbissime traductam esse Societatem: audiebamus deinde causam agi, testes appellari atque examinari, nobis interim non uocatis: sciebamus esse desertores aliquos Societatis: esse qui nobis non satis essent aequi: nunquam etiam defuisse calumniatores: causam animaduertebamus unde esset orta haec criminatio. Denique ueteratoris daemonis inuidiam et pessima consilia non ignorabamus. Non poteramus igitur non esse soliciti, si non nostro priuatorum hominum, certe Societatis nomine, cuius existimatio est ad finem nostrum exercendum, hoc est, ad iuuandas animas, necessaria. Itaque zelus nos diuinae gloriae commovebat. Verum in his cogitationibus sustentabat spem nostram bona conscientia in Xpo., districtio etiam disciplinae, quae in Societate viget, Xpo. duce, perfectio instituti. Recreabat uero animum nostrum sanctissimi domini nostri lux illa sapientiae et iustitiae, quam quasi deriuari sentiebamus in sacrum reformationis collegium, cui causam nostram dederat cognoscendam. Itaque eo euadebat illa solicitudo, ut gauderemus potius. Non solum autem (ut hoc

---

psit, inducta sunt, quae pro more nostro, lectore monito, emendamus. Sacchinum nostrum hac apologia usum fuisse in *Historia Societatis Jesu,* parte II, libro VIII, ex ipso exordio suae narrationi inserto apparet. Illud tamen non ad litteram transcripsit, sed melioris latinitatis ornamentis expolivit, ut videre est in loco citato, sub numeris 29-31. Pater autem Bartoli in suo opere *Dell' istoria della Compagnia di Gesù, L' Italia,* libro IV, cap. 13, ait, non solum P. Natalem sed P. Polancum etiam calamo Societatem in hac procella defendisse. En ejus verba: «Poscia, per iscrittura de' Padri Polanco, e Natale, si sodisfece a un residuo di sciocchissime fantasie imaginate, e proposte contro a' Confessori massimamente della Casa de' Professi, perochè aventi alla lor chiesa un troppo numeroso e perseverante concorso di penitenti, e divoti, e perciò veduto di mal' occhio, e di mal cuore: e quindi quel ch' era frutto d' assiduità, e' buon effetto di spirito, recato a industria d' arti disconvenevoli ad usarsi.» Ex quibus verbis Polancum cum Natali in hac apologia lucubranda collaborasse erui videtur.

etiam dicamus in humilitate nostra), sed gloriabamur item in hac tribulatione, in Domino confidentes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem [1], spem, perfectionem. Vtinam | charitas Dei sit in cordibus omnium infusa, qua omnia et uiuant et operentur in Christo coram Deo in eius gloriam. Haec cum ita essent, opportune dominationes vestrae Illmae. tria illa capita proposuerunt.

Quorum primum est. Quamuis numquam dubitasset sanctissimus dominus noster vel dominationes vestrae Rmae. de sinceritate Societatis, non potuisse tamen non vehementer gaudere, quod post tot et tam accuratas impugnationes, non modo nihil sit de Societatis existimatione inminutum, sed probatam etiam euasisse magis ac perspectam [a] eius integritatem. Itaque hoc nomine gratulari nobis S.um et dominationes vestras Illmas.; hortari vero, vt tales esse pergamus, quales hactenus, X.º adiuuante, fuimus; prouisum esse ne, qui nos oppugnabat, eum amplius timeremus, nunquam gratiam sedis apostolicae, nunquam eius benignitatem nobis esse defuturam. Quo testimonio atque hortatu, omnium, quotquot in hac mortalitate desiderari possunt, grauissimo, nihil nobis potuit contingere optabilius, nichil honestius. Itaque, etiamsi ad illud animi desiderium et alacritatem, qua ex instituto seruimus sedi apostolicae ac sanctissimo domino nostro, nihil adiungi posse putabamus; re tamen ipsa experimur longe maius factum esse illud desiderium et alacritatem. Munus igitur hoc e diuina manu profectum agnoscimus ac diuinae illi dexterae Jesu Xpi. domini et Dei nostri gratias immortales et habemus et agimus et secundum Deum sanctissimo domino nostro et dominationibus vestris Illmis.

Proposuerunt praeterea nobis dominationes vestrae Illmae. nonnulla capita, quae a nobis vellent **264** considerari, sicubi aliqua reformatione opus esse videretur. Probata quidem illa non esse confirmarunt; sed quandoquidem fieri potuisset, vt inter tam multos, qui sub obedientia Societatis viuunt, aliquis vel per

---

a *perpectam* ms.

---

1 ROM., V, 3, 4.

simplicitatem, vel per ignorantiam in his disciplinam Societatis non tenuisset, familiariter illa nobis proponi, ne, inscientibus Societatis praepositis, aliquid admissum sit, quod congregationi obesse posset.

Agnoscimus hac etiam in re, si vsque alibi, paternum animum dominationum vestrarum illustrissimarum, et plane fatemur nostros, non solum per ignorantiam et simplicitatem, sed alias [a] quouis nomine labi et in proposita capita et in alia quaeuis vitia posse; neque enim meliores sumus quam maiores nostri, et plane agnoscimus prorsus illis nos esse inferiores. Tres erant in orbe recens creato viri, et unus fuit Cain; quattuor in arca, unus Cham; duodecim apostoli, unus Judas; septem diaconi, in his Nicolaus; noua relligio et sancta diui Francisci, in hac Helias. Neque vero mirum est, vel nouum si ad congregationes aliqui irrepant subdoli; euadant etiam aliqui secus quam pro disciplina. Haec cum sibi etiam accidere posse Societas animaduerteret, nullibi in omnibus constitutionibus maius adhibuit studium, quam in 2.ª parte, in qua de facultate, causis ac ratione dimittendi e Societate, non solum nouitios et scholasticos, sed professos etiam statuimus. Itaque, cum multa sunt in instituto, quae spem bonam in nobis alunt, X.º propitio, perpetuae sinceritatis, tum | illud est inter prima, quod vim habeat Societas, qua possit sese expurgare, atque in disciplina perfectionem vindicare. Quapropter obnixe obsecramus dominationes vestras Illmas. hoc loco, quod inferius etiam facturi sumus, vt nobis indicent si qui sint, qui in illa capita impegerint. Nos quidem, etiamsi nihil simus, solemus tamen in nostris obseruandis esse diligentiores, seuere etiam vindicaremus pro eorum merito, si quid deprehenderemus admissum secus quam pro relligione. Si igitur illorum nomina nobis indicentur, Societatem illaesam conseruabimus, X.º duce, vel illos excludendo, vel illorum facta a calumniis vindicando; sin ignoremus qui sint, nec ipsi causam dicere possint et suam innocentiam tueri, primum quidem haerere poterit [b] aliqua nota in Societate, etiamsi illa non esse probata sciamus;

---

[a] *alie* ms. —[b] *poterint* ms.

deinde semper erit nobis integrum pro nostra innocentia, quae videbuntur nobis opportuna dicere ac profiteri. Cum igitur haec ita sint, dubitare non possumus quin, quod tam necessario et tam honeste petimus, simus consecuturi. Nunc ad proposita capita quae breuiter ac simpliciter respondimus, ea humillime dominationibus vestris Illmis. proponimus cognoscenda ac iudicanda.

CIRCA CONFESSIONEM

Obiectio. De praestatione iuramenti, ne alibi, quam in ecclesia nostra, confiteantur.

Responsio. Nos id nescimus, nec a quopiam nostrorum credimus esse factum; regula enim peculiari sacerdotum statuitur facultatem benigne **265** esse concedendam, si quis, nobis consultis, ad alium confessarium adire voluerit; nam, inconsultis, quis non potest? Tantum hoc admonemus magnam in eo sitam esse utilitatem, si quis uni medico uniuersam aperiat animi aegritudinem, non unam partem uni, aliam alii.

Obiectio. Quod eleemosinam demus, ne alibi quam in ecclesia nostra confiteantur.

Responsio. Videmus errore dictum hoc esse ac transuerse relatum; nullam enim nos eo nomine eleemosinam damus. Fieri tamen facile potuit, qui velint esse a nobis commendati fidelium pietati, ut ii ad nos veniant ad confessionem, ad conciones, ad lectiones; horum enim facilius commendamus inopiam, quam eorum, qui sunt nobis ignoti.

Obiectio. De pertinentibus ad debitum coniugale.

Responsio. Ne curiose agant nostri in interrogationibus, quae ad debitum coniugale attinent, id nos diligenter praescribimus in familiaribus confessariorum instructionibus; diserte praeterea in regulis cauetur, vt in confessionibus audiendis, mulierum praesertim, seueros potius quam nimis familiares se exhibeant confessarii, et in ipsis vt paterna quaedam et spiritualis grauitas eluceat, nec de rebus in confessione loquantur, quae ad confessionem non pertinent [1]. Has instructiones et regulas est

[1] *Regulae sacerdotum:* 16.ª et 17.ª Cf. *Institutum Societatis Jesu,* (Florentiae, 1893), III, 14.

nobis persuasum a nostris obseruari exacte; neque enim alibi maiori studio ac circunspectione invigilamus, et certa spe ducimur in Christo | fore in Societate huius sacri ministerii confessionis synceritatem. Quod si aliquid sit de rebus, quae in confessione transiguntur, relatum, aequum est vt nominetur confessarius, atque libertatem accipiat ab eo, cuius confessionem audiuit, vt libere possit excusare, cur de his, vnde orta est offensio, interrogauerit; nam multa sunt, in quibus peccari grauiter potest inter coniuges; alioqui plane res est miseranda confitentibus esse liberum de confessariis obloqui vt lubeat, cum hi hiscere non possint pro sua innocentia conseruanda.

Obiectio. De prohibitione debiti.

Responsio. Sunt variae causae, quapropter debitum coniuges inter se negare possint, nonnumquam etiam debeant, praeter eam continentiam, quae ex consensu institui potest ad tempus, vt orationi detur opera, quod est theologo manifestum. Praeter has causas, redditionem debiti prohibuisse quemquam e nostris, nec scimus nec credimus. Nihil fuit quidem cur de hac re regulam scriberemus peculiarem, sat tamen intelligitur nos debiti redditionem non prohibere, cum in regula caueamus ne communio sacra crebrius quam semel in hebdomada exhibeatur, iis praesertim, qui matrimonio sunt coniuncti.

Obiectio. De transmissione puerorum ad plures confessarios pro casibus reseruatis.

Responsio. Quod legitimum et probatum in ecclesia Dei est, habemus et nos in Societate casus reseruatos, nec rationem aliam reseruationis habemus, quam quae est in ecclesia vsitata, vt, si cui casus accideret reseruatus, is ad eum, cui reseruatus
266 est, mitteretur. Neque vero in Societate aliter fieret, si casus aliquis huiusmodi contingeret, quod Dominus auertat; et miramur plane eam esse factam delationem; siquidem iuris esse non potest, quod est in ecclesia commune, sed facti, quod factum a confessario intelligi non potuit; nec enim de quoquam credi potest tantum flagitium, vt confessionem sacramentalem euulget, multo minus, vt de hac re audiat in judicio. Quare animaduertant dominationes vestrae Illmae. ne forte aliquis Societatis vel de-

sertor vel sugillator per calumniam id, proiecto pudore, effinxerit.

Obiectio. Quod de partibus longinquis ad praepositum generalem pro casibus reseruatis transmittantur pueri.

Responsio. Id est in Societate inauditum: nullus enim casus, qui accidere posset in domo vel collegio, alii reseruatur quam illorum rectori vel praeposito; et tamen commune est ius ut ad episcopos vel longe absentes pro suis casibus reseruatis et ad summum pontificem pro suis, siue quod attinet ad confessionem, siue quod ad censuras, transmitti poenitentes debeant, et relligiosi alii ad ministros prouinciales mittere solent; nos rectorum casus aliquos prouinciali reseruamus, prouincialium generali praeposito, adhibita ea moderatione, quae usitata est apud relligiosos. Haec tamen hactenus, X.° gratia, nunquam usu venerunt; quam integritatem faxit nobis X.[us] esse perpetuam.

Obiectio. Quod inducantur filiae spirituales ad legata Societati facienda.

Responsio. Dedit nobis X.[us] Jesus de sua benignitate desiderium aliquod, aliquem etiam sensum verae | paupertatis; grauissime igitur interdicimus omnibus, quotquot viuunt sub Societatis obedientia, vt nihil emolumenti cuiusuis temporalis vel accipiant vel expectent pro quouis Societatis ministerio, ac ne nomine quidem eleemosinae. Viuunt autem domus professae ex emendicata indifferenter eleemosina; collegiorum institutio est vt viuant ex redditibus, id est, perpetuis eleemosynis, tametsi hactenus vehementer hac ex parte laboramus et aegre collegia sustentamus, quae tamen sunt necessaria seminaria Societatis. Ad haec cautum ac usu confirmatum est, ne quis e nostris institutioni testamentorum intersit, vel consilium det [1]. Vsus etiam nobis ille iucundus est imprimis, ut, si quae nobis concredantur distribuendae eleemosynae (quam curam grauate et raro accipimus), ex his eleemosynis ne obolum quidem Societati applicemus, etiamsi id nobis liberum fiat, atque etiam edicafur. Malumus bonae fidei integritatem tueri, quam auertere nos videri posse

---

[1] *Regulae sacerdotum:* 28.ª

aliorum pauperum stipes. Huius rei exempla non obscura habemus in omnibus prouinciis; hic etiam Romae non ita pridem. Omittimus permulta de paupertate diligenter sancita a nobis et usurpata. Haec cum ita esse sciamus, qui fieri potest vt in animum inducamus credere quod delatum est? Designetur quis id fecerit, libertas fiat confessario, nos eum hominem, si ita meritus sit, non solum castigabimus ex nostra disciplina, sed a Societate etiam nostra reiiciemus ex instituto.

267. Obiectio. De disciplinis quae dicuntur prae[s]criptae puellis.

Responsio. Verecunde de hac re respondemus, eo modestius et breuius: Possumus omnes, uel ex animi deuotione, vel ex necessitate, flagellis uti nonnumquam, tum ad carnis petulantiam compescendam, tum etiam ad pietatem augendam; et non est incredibile imprudentiam eorum, si qui quid temere in hac re faciant, confessariis impingi innocentibus. Alio nomine indici potest legitime usus flagelli pro satisfactione sacramentaria, uel etiam ad recidiuum euitandum uel periculum. Aperiantur causae quapropter indictae sint disciplinae, accipiat libertatem confessarius respondendi quae in confessione audiuit [a], et diiudicari poterit num imprudentia aliqua sit usus.

Obiectio. De scrutatione confessionis per modum consilii.

Responsio. Hoc si in confessione contingat nonnumquam iudicari a confessario esse ex usu confitentis, ut, quae in confessione alii dixerit, sibi etiam, quamuis non necessario, utiliter tamen aperiat; nihil uidemus quod reprehendi possit: praesertim si circumspecte hoc fiat: nam perinde id esset atque si alii consulatur, ut totam suam uitam aperiat confessario, uel ut confessionem instituat generalem: quod suo loco laudabile est consilium. At si fiat extra confessionem, grauissime reprehendendum esse non dubitamus, propter multas et necessarias causas. Quare desideramus intelligere, si quis sit e nostris, qui id fecerit: ut de illo homine pro ipsius merito statuere possimus.

| **Obiectio.** De prohibitione ne filiae spirituales ad nuptias eant [b].

---

[a] Haec 5 verba praecedentia Natalis manu sunt addita. —[b] *eunt* ms.

Responsio. Fieri potuit ut aliquis e nostris alicui consuluerit, ne accederet, non ad nuptias, sed ne ad eam rerum intemperantiam ueniret, quae nuptiarum non est, sed humani fastus et vanitatis. Vnde non contemnendum periculum creari solet. Et hoc quidem eo consultius nostri admonere possent, si quem propensum uiderent ad uanitatem et alia uitia, quae in nuptiarum pompa in procliui sunt, et hominum mentes facile [a] solicitant. Atque utinam nuptiae celebrarentur tam sancte, ut merito esset culpandus, uel scrupuli, uel importunitatis, uel nimiae seueritatis, confessarius, qui itiones ad illas interdiceret. Nos ita temperate existimamus factum esse a nostris, si quid cuiquam prohibitum est, ut nihil sit uituperandum: et tamen rem et hominem cognoscere cupimus, ut disciplina [b] uti possimus nostra.

Obiectio. Quod vltimo huius tituli capite notatur, nos prohibere, ne ad diuina officia nisi ad nostram ecclesiam ueniant nostrae spirituales filiae.

Responsio. Scimus nuper rumores esse excitatos quod nullus posset in nostra ecclesia missas, nullus concionem, nullus ecclesiastica officia audire, nullus nostris sacerdotibus confiteri. Hi tamen sunt rumores breui compressi: eo enim paulatim iam progrediebantur, ut ad errores Joannis de Polliaco accedere uiderentur [1]; timor illos rumores dissipasse **268** credi potest. His ergo rumoribus haec delatio substituta uidetur. Qua in re uidemus esse erratum. Desideramus nos quidem messem in nostris ecclesiis habere copiosam, in qua exerceamus nostrae vocationis mi-

---

[a] *facilem* ms. —[b] *disciplinam* ms.

---

[1] Joannis de Pôliaco, qui vixit tempore Joannis XXII, error triplex fuit hujusmodi: «Primo, confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio Sacerdoti. Secundo, stante *Omnis utriusque sexus* edicto in Concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere, quod Parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio Sacerdoti confiteri. Tertio, quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, imo nec Deus, quin confessus, habens licentiam, teneatur eadem peccata confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse proprium Curatum.» VAZQUEZ, in 3.am part. D. Thomae, quaest. XCIII, dub. VI; ubi allegat extravagantem *Vas electionis,* de Haereticis.

nisteria, Christo duce. Non impedimus tamen quin ad alias ecclesias ueniant, qui uelint. Quin potius ut eo eant uehementer desideramus, ubi ita instituantur et in pietate proficiant, ut nihil nostra opera uel ministerio sit opus. Ibi uero (quod ex instituto accepimus) eo nos ueniremus, ubi penuria esset operariorum ad iuuandas animas. Quae loca utinam tam multa ubique terrarum non essent. Non igitur, ut delatum est, prohibemus ne ad alias ecclesias ueniant, qui nobis confitentur, sed desideramus etiam, et tamen parum fortassis est hactenus, quapropter illos a nostris ecclesiis amandemus; et certe ne ueniant interdicere nec possumus nec debemus.

CIRCA INDUCTIONEM AD EORUM RELIGIONEM

Obiectio. De modo inductionis ad eorum religionem per dictamina rationis considerando commoda et incommoda.

Responsio. Habemus libellum quendam Exercitiorum spiritualium, a Patrè Ignatio hispanice compositum, qui partim est isagogicus [a] ad meditationem et orationem, partim methodum attingit recte atque ordine instituendae electionis, non de uitae statu tantum, sed etiam de re quauis, quae ad mores pertineat. Fuit hic libellus iusu Pauli III pontificis maximi examinatus attentissime ab illustrissimo cardinali burgensi, ex collegio inquisitorum delecto, a vicario Vrbis Archinto et a magistro sacri palatii Foscarario, qui est nunc episcopus mutinensis; et quandoquidem duplex erat huius libelli latina versio, bis fuit examinatus; bis etiam ab illis omnibus probatus atque laudatus. Horum subscriptiones satis esse videri poterant ad confirmandam librì authoritatem, et tamen uoluit ad haec Paulus III sedis apostolicae authoritatem adiungere, diplomate aedito, quo approbauit et collaudauit libellum ac suo patrocinio communiuit, simul omnes utriusque sexus christifideles hortatus est plurimum in Domino, ut tam piis documentis et exercitiis uti et illis instrui deuote uellent [1]. Ex hoc libello diluitur facillime, quae hoc capite notari

[a] *isagosicus* ms.

[1] Cf. litteras apostolicas Pauli PP. III *Pastoralis officii cura*, 31 Jul. 1548 datas, in *Instit. Soc. Jesu* (Florentiae 1892, 1893), III, 443.

uidentur. Districte enim praecipitur 14.ª et 15.ª regula ex iis, quae statim in initio libelli traduntur, nullum esse inducendum, nec ad nostrum, nec ad aliud religiosum institutum, donec uersatur in exercitiis. Ad haec statuitur, 3.° capitulo examinis, si quis se fateatur esse ab aliquo nostrum uel persuasum uel motum ad Societatem, vt illum non recipiamus, donec ita se comparauerit per orationem et alia spiritus praesidia, quasi a nullo fuisset nostrorum incitatus [1]. Volumus (optamus quidem certe) nouitios nostros uocationem adducere diuinam, quae si non contingat, eius tamen, quam adducunt, principium uel causam ad nos referri posse, nullo pacto **269** uolumus. Itaque, quod alioqui licet, et audimus ab aliis fieri, id nobis est interdictum. Quod igitur de nobis relatum est, pellicere nos ad Societatem nouitios, id et grauissimis verbis prohibuimus, et, Xpo. iuuante, diligenter obseruamus. Jam uero, quam improbare uidentur, rationem eligendi per considerationem commodorum et incommodorum, si illam intelligant, quae in exercitiis nostris traditur, eam (si nesciant) dicimus esse a sede apostolica confirmatam, cui uideant quam integrum sit contradicere. Nobis enim erit semper gratissimum authoritatem sedis apostolicae propugnare: simul erit facillimum pro re tam perspicua ac tam comperta dicere. Sin aliam rationem commententur, quam ex exercitiis non acceperimus, eam nos non agnoscimus.

Obiectio. De importunitate erga diuites, dicentes quod aliter saluari non possunt.

Responsio. Vtinam opportune atque importune salutem animarum procuraremus: vtinam in oratione essemus importuni: hanc importunitatem desideramus; hanc expetimus: illam cupidam atque auream, de qua traducimur, non agnoscimus, Xpo.

---

[1] «Si negaret se a quoquam de Societate motum fuisse, progrediendum erit ulterius: si affirmaret se fuisse motum (quamvis licite, et cum merito moveri potuisset); ad majorem tamen ipsius utilitatem spiritualem fore videtur, si tempus ei aliquod praescribatur, ut, ea de re cogitando, Creatori et Domino suo se totum commendet, perinde ac si nullus de Societate ipsum movisset; ut majori cum robore spiritus procedere ad majus obsequium et gloriam divinae Majestatis possit.» *Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae,* pagg. 14, 16.

gratia. Tantum abest ut propter cupiditatem dicamus non posse saluari diuites, nisi nobis donent. Quae acerba nimium est accusatio, et | catholico homini minime ferenda patienter, diuo Hieronimo authore. Verum nihil est quod hac ex re commoueamur: nam dubium non est dominationes uestras Illmas. grauissime fuisse animaduersuras, si quid vobis huius criminis reuera oboluisset. Precamur igitur homini veniam, qui haec confinxit [a]. Quare oramus atque obtestamur dominationes uestras Illmas., ut intelligere possimus, quis id e nostris fecerit, quis dixerit: tam flagitiosum hominem ne punitum quidem apud nos consistere patiemur. Aliud est si quis eorum, qui ad nos ueniunt, ut solent esse aliqui feruentiores, id fortasse dixerit, non posse se in saeculo saluum esse, nisi ad religionem ueniant. Qua in re mentis feruorem probamus, verba et uerborum sensum castigamus.

Proxima est huic denuntiatio siue figmentum ad alliciendos diuites, ut nobis sese adiungant, ut bona nobis donent, offerre nos libertatem uiuendi in religione ut uelint, hoc est sine religione: ita enim nos accipere necessarium est in uniuersum, etiamsi de unico illud relatum sit, nisi indicetur quis illum unum tam peruerse solicitauerit, et in quo eius rei sit culpa explorare possimus et Societatem [b] ab hac nota [c] uindicare.

270. Obiectio. De diuitum transmissione.

Responsio. Est legitimus usus et frequens in omnibus religionibus suorum transmissio; et ea quidem necessario coniuncta cum disciplina regulari atque obseruantia: neque in hac re (quod sciamus) acceptio aliqua personarum est in Societate permissa. Tum illud etiam confirmare possumus, nec in cibo, nec in uestibus, nec in cubiculis, nec in alio quouis rerum usu aliquam uel esse inter nos, uel esse posse praerogatiuam, nisi eam, ad quam uel adigat necessitas, uel quam medicus praescribat. Similiter igitur in missionibus, in reliquis etiam rebus omnibus, accipimus pauperes atque diuites, quae rerum aequabilitas scimus magnam nostris animis consolationem afferre.

Obiectio. De unius expulsione, suis bonis retentis.

---

[a] *continxit* ms. —[b] *Societate* ms. —[c] *uita* ms.

Responsio. Disertam [a] habemus constitutionem, qua statuitur, ii, qui a Societate dimittuntur, ut auferant, non solum quae sua sunt, sed ex iis, quae Societati e sua deuotione dedissent, quae aequitas et edificatio externorum postulet, ea vt etiam recipiant [1]; non ita tamen de desertoribus, praesertim donec aliqua sit spes illos ad sanitatem reuocari posse. Optamus igitur rem nobis explicari apertius, ut intelligamus, quo pacto res sit emendanda, si quis secus fecerit.

| **Obiectio.** De reprobatione pauperum.

Responsio. Rem ipsam pro nobis loqui in aliis etiam capitibus dicere uoluimus, sed continuit nos modestiae studium ac professio. Uerum hoc loco non debemus adeo esse humiles, ut stupiditas illa uideri possit, non animi modestia. Res igitur ipsa pro nobis de reprobatione pauperum diserte pronuntiat. Interrogate, illustrissimi domini, quot sint in Societate hactenus accepti; et numerum pauperum hinc, illinc diuitum reponite; comperietis pauperes multo maiori numero ad Societatem esse admissos, et uix quinquagesimum quemque esse receptum diuitem: longum quidem esset uobis in omnibus prouintiis illud inuestigare. Quod nobis tamen es[t] ubique exploratum atque compertum, Romae saltem hoc facite; quod [facili] negocio potestis, et rem ipsam audietis, domini Illmi., loquentem; pauperes non esse a nobis reprobatos, qui tanta frequentia illos habeamus, tanta raritate diuites.

Obiectio. De auiditate rerum alienarum.

Responsio. Huic articulo nihil fere est quod singulariter respondeamus: siquidem de particularibus huius generis notis et dictum est, et inferius etiam necessario dicetur. Etenim siquid,

---

[a] *disertum* ms.

---

[1] «Quod ad dimissum attinet, tria itidem observentur: primum exterius, ut recedat ex Domo, quantum fieri possit sine dedecore vel ignominia ac secum omnia sua ferat.» «...in iis, quae vel expendisset, vel dedisset Societati, vel alioqui, si accidisset ut ficto animo in Domo vel Collegio ipsius habitasset, prudentiae Superioris dimittentis relinquetur, ut, habita ratione tum aequitatis, tum aedificationis, statuat, num illi aliquid amplius, quam quod invenitur de rebus ipsius, dari debeat, necne...» *Const. lat. et hisp.*, pag. 76; et pag. 78, declar. B.

post acceptam satisfactionem **271** rerum particularium, suspicionis ingerat aliquis, sola uoluntate susceptae illae uideri poterunt suspiciones: et tamen illinc facile intelligent dominationes vestrae Illmae. quanta fuerit in nobis rerum alienarum auiditas. Nam cum multi sint in omnibus prouinciis, qui nostra spirituali opera et usi sunt et utantur, ac nobis bene cupiant in Domino; (ut omittamus de aliis prouinciis dicere, ne huius rei probationem in aliud tempus differre uideamur, de Vrbe dicamus:) cum tam multi his viginti sex annis, quibus Romae uersamur, nostris ministeriis usi sint; multi haud dubie multa nobis legata scripsissent, modo paululum nos id quaesiuissemus. Periculum faciant et inquirant dominationes vestrae Illmae. quot sint nobis facta legata; et intelligent nullam nobis fuisse externorum bonorum auiditatem.

Obiectio. Quid egerint in consecutione haereditatis cuiusdam uiduae ianuensis.

Responsio. Haec uero est suauis denuntiatio, ne aliud dicamus. Audite, quaesumus, domini Illmi., rem ut acta est. Haec fuit uidua quaedam prouecte admodum aetatis, quae abhinc fere quatuor menses Romae hic e uiuis excessit septuagenaria, aut eo amplius; ac nostris quidem iam pridem non confitebatur, sed religiosis uiris cappuccinis; illorum enim erat de 3.° ordine; iuxta | eorum monasterium habitabat, ibi officia ecclesiastica audiebat. Haec igitur anus, cum deuote de Societate sentiret, sua uoluntate atque animi sensu, nobis nec scientibus nec cogitantibus, haeredem testamento inscripserat Societatem. Vocamur ad ipsam, cum iam animam efflaret: juuamus de more nostro moribundam: partem suppellectilis, ea mortua, bonam illis, qui eam iuuerant in infirmitate, distribuimus. Funus honeste curauimus. Sed ubi uellemus haereditatem adire, ut scilicet pauperibus illam erogaremus, neque enim aliter haereditates adire potest professa Societas, intercessit eius filius: cum eo, ad euitandam cupiditatis suspicionem, ita rem transegimus, ut ipse uoluit, eaque parte fuimus contenti, quam ille nobis concessit. Haec sunt, Patres Illmi., quae uocantur in inuidiam, quae narrasse satis nobis esse uidetur.

Obiectio. De obligatione non mutua, etc.

Responsio. De his, quae ad finem usque huius tituli scribuntur, eo nobis facilius est respondere, quod id possumus ex instituto per sedem apostolicam toties, per concilium etiam oecumenicum confirmato. Itaque sat erit, si rem ipsam narremus. Sunt igitur simplicia in Societate vota, **272** quae qui emittunt, iis tenentur, donec si vnquam ex causa a Societate dimittendi uidentur. Quod, ubi euenit, suis votis simplicibus soluti sunt: ex eisdem item causis dimitti possunt, qui uota ediderunt solennia: non facit tamen in his dimissio, ut illis uotis sint soluti. Tempus uero, non professionis solum, sed quo teneantur alii vota simplicia aedere, ut minimum, est post exactum biennium in nouitiatu et aliis probationibus. Quod tempus tamen, cui praesertim professio est concedenda, solet extendi, si ita ex usu esse uideatur, et iis quidem, qui litteris dant operam, 3 annos amplius indicitur post studia. Praecipitur enim in formula instituti, ne quis ad professionem recipiatur, nisi diuturnis et diligentissimis probationibus eius uita et doctrina explorata fuerit. Itaque contingere facile potest, ut sunt hominum uaria ingenia, diuersi etiam probationum euentus, tardius ad professionem idoneum esse unum uideri quam alium. Ex hoc breui compendio intelligi potest quid de uotis simplicibus et eorum obligatione; quid de professione in instituto habeat Societas: quibus de rebus quamuis dubitare non possimus, post sedis apostolicae et generalis concilii authoritatem, parati sumus tamen ad reddendam rationem cuiuis poscenti, si quid fusius explicatum oporteat [1].

| CIRCA REGULAM

Obiectio. Quod ex regula debent petere partem a fratribus, et dare Societati.

Responsio. Vt superius attigimus, muniuit Dominus de sua clementia Societatis paupertatem ab imperfectione et periculo cupiditatis. Animaduertite uero, Illmi. domini, quid nobis impingatur. Videte nunc quid nos in 4 capite examinis, in 3.ª 6.ª et 10.ª

[1] Cf. RIBADENEIRAM, *De ratione instituti Societatis Jesu,* capp. XII-XIX.

constitutionum parte, uel statuimus, uel statutum confirmamus. Nulli e nostris succedere potest morienti uel domus uel collegium quod tamen in plerisque religionibus legitimum est et usitatum). (Nulli praescribere possumus ut donet Societati bona sua. Ea autem ubi sunt distribuenda (quod ante annum praecipere non possumus ex instituto, ex constanti etiam usu ante biennium numquam solemus) Societatis est praescribere, ut, quae iure sibi debentur, ea nostri pauperibus distribuant, Christi consilium sequuti; rationem uero cognatorum uel affinium habere quidem posse, sed qua pauperes sunt duntaxat. Praecipimus igitur ut sua dent, quemadmodum docet Christus, ut, quod consulit ad quod hortatur Xpus., id re exequantur. Quid igitur petunt isti? quid sibi uolunt? num ut locupletum cognatorum opibus nostri sua, hoc est pauperum, **273** bona accumulent? Id, nobis probantibus, nunquam facient, nisi fortassis propter scandalum euitandum, uel uexationem redimendam permittendum id uel patiendum aliquando censeremus. Cuius etiam rei in constitutione admonemur. Disertissimum est atque praeclarissimum Christi consilium: «Da pauperibus»[1]; non dixit cognatis, non diuitibus. Neque uero mirum est ut mundo doleat (siquidem caro est) eum, qui Xpo. se tradidit in sacrificium, illi quoque, id est pauperibus, sua bona offerre. Neque id intelligere potest mundus, ideo quod spirituale haec examinentur non seculariter. Comparent sese isti ad spiritum Dei et perfectionem euangelicam intelligendam ac probandam; nae, aliter de hac distributione et sentient et loquentur. De tota etiam instituti nostri ratione aliter iudicabunt.

Obiectio. De retentione beneficiorum.

Responsio. Quid mirum si retinent nostri beneficia antequam sint ex instituto bona sua distributuri? Quod ubi faciunt, in manus collatoris illa resignant beneficia, uel, si in fauorem alicuius resignare possint, eum conferunt fauorem in opus aliquod pium, uel in uiros dignos, quibus arma esse possint ad diuinum obsequium. Ita enim constitutio | iubet. Haec cum ita sint et esse debeant, non retinent tamen nostri beneficia curata, sed,

---

[1] MATTH., XIX, 21.

statim ut scimus esse curata, diligenter curamus illa resignari. Et quamuis ex duplici diplomate apostolico possimus collegia admittere e quibusuis bonis dotata, modo illorum collatio ad sedem apostolicam non pertineat, non admittimus tamen beneficia curata collegiis vniri, nisi prius apostolica authoritate, uel alio cura transferatur cum omnibus emolumentis, uel vicariis legitime institutis, cum abundantibus prouentibus, qui curam animarum obeant, ut ex reliquo nostri scholastici sustentari possint, qui non solum post studia, sed in studiis etiam ipsis animas ecclesiasticis ministeriis iuuare student iuxta uocationis suae institutum. Et illud quidem hoc loco non erit alienum admonuisse: Inuidia de his rebus laborare Societatem propter meritum. Cogimur enim audire infinitam summam ex beneficiis possidere Societatem: futurum breui ut omnia possideant teatini. Rem, ut uere est, audite, Patres Illmi. Sunt in Societate siue domus, siue collegia, siue residentiae ad 150. Ex his 30 circiter in Indiis et regnis aliis serenissimi regis Portugalliae. De his 30 nihil est quod dicamus. Rex **274** Joannes [1], foelicis memoriae, et eius frater cardinalis infans [2], illa collegia curarunt dotanda, nobis nihil agentibus. Reliquis fere 130 [a] confirmamus plura non esse unita quam quinque beneficia curata. Nec plura omnino eorum, quae ad collationem sedis apostolicae attineant, ex benignitate apostolica unita sunt, quam quae attingant ad 4000 coronatorum summam. Reliquum dotationum fere ex temporalibus bonis constat, uel, si quod beneficium de iure patronatus collegio alicui unitum sit, de patronorum voluntate; et tamen multo maximus collegiorum numerus uel nulla sunt uel perexigua dotatione. Quam rationem leui negocio inire possemus atque subducere, si id luberet dominationibus vestris Illmis. audire.

Certe collegium romanum, ubi tam multos professores, tantam copiam scholasticorum alimus, nullos habuit hactenus redditus: ex eleemosynis S.mi domini nostri et aliunde ex omnibus

---

a Sic.

---

1 **Joannes III, rex Lusitaniae.**

2 **Henricus, Lusitaniae princeps, Joannis III frater.**

provinciis emendicatis egerrime sustentatum hactenus est, ac uix quidem sustentatur. Quod tamen uniuersale est Societatis seminarium. Haec non diceremus, nisi necessarium esse arbitraremur non ignorari; praesertim post tot sparsos rumores; nisi etiam eiusmodi essent, quae possemus re ipsa comprobare.

| **Obiectio.** De non portatione cottae.

Responsio. De huius cottae siue superpellicii usu erratum esse uidemus; nam in ministerio missarum adhibemus duos, qui superpelliciis [a] induti seruiant. In concionibus utimur superpellicio, in vesperis item superpellicio is utitur, qui officio praeest et recitat orationes, reliqui fratres in choro nec illo utuntur, nec uti debent: nam cum soleat religiosis omnibus esse pro superpellicio suus cultus religiosus, quid mirum si nos in choro uersemur cum nostro?

Obiectio. De modo examinis praesbiterorum.

Responsio. De hoc capite nihil uidetur nobis aliter respondendum, quam quod nostram operam probamus Illmo. et Rmo. Card. Sabello, vicario Vrbis dignissimo. Huic placere intelligimus nostram examinum rationem.

18

P. HIERONYMI NATALIS

TRACTATUS DE PROFESSIONE ET CHORO

ROMAE, ANNO 1572 [1].

✝

Fol. 42 (159).

Illme. et Rme. Dne. Dne. in Christo observandissime. Haec

---

[a] *superpellicitiis* ms.

---

[1] Ex archetypo, Natalis manu emendato, in codice *Collect. de Instit., VIII,* fol. 42-49. Hoc monumentum a SACCHINO commemoratur in *Hist. Soc. J.,* part. III, lib. VIII, nn. 12-16, ubi Gregorii XIII, summi pontificis, erga Societatem benevolentiam laudat, et Patris Natalis, qui, Borgia absente, vicarii generalis munere fungebatur, diligentiam in Societatis instituto, quod a Pio V nonnihil immutatum fuerat, ad primaevam integritatem instaurando, meritis laudibus extollit. Quod autem ait, Natalem sua maxima cura, multos ac ponderosos commentarios effecisse et cardinali Borromaeo tradidisse, quibus causae suae aequitatem probabat, etiamnunc

nobis occurrunt proponenda compendio D. V. Illmae., ut ex eis ad Smum. D. N. referre possit de nostra causa.

Deus auctor est religiosi instituti, uel per reuelationem disertam, uel per spiritus instinctum. Vt enim singulos uocat ad religionem, ita prius ac certius religionem ipsam: nullum tamen institutum religiosum auctoritatem obtinet, nisi ab ecclesia romana et summo pontifice sit confirmatum; qua in re sedes apostolica errare non potest.

Harum rerum praeclarissima sunt argumenta, sacri ordines divi Francisci et divi Dominici.

Nostra Societas, etiamsi minima est, et quae longo interuallo illis non sit conferenda, fuit tamen similiter instituta.

Per Ignatium Deus auctor fuit nostri instituti. Hic, accitis sociis, illud repraesentauit Paulo 3.° confirmandum. Paulus, re audita, testatus est, spiritu Dei afflatos fuisse Ignatium et socios, et institutum confirmauit anno 40, et rursum anno 43 plenius; anno uero 50 Julius 3 plenissime. Reliqui praeterea omnes, post hos, summi pontifices, uel suis priuilegiis et concessionibus, uel viuae uocis oraculis confirmauerunt.

Accessit sub Pio 4 concilii tridentini auctoritas. Sess. 25, cap. 16, de regularibus.

Loco confirmationis diuinae accipimus, quod paucis annis tam late propagata sit per omnes Europae nationes Societas ab

---

videre est in variis adversariis, ejusdem Natalis manu scriptis, quae in praefato codice asservantur. Nam a fol. 167 ad 181 habentur prima adversaria autographa cujusdam compendii hujus scripti, Patris Natalis manu exarata. Hoc exemplum praecedunt novem folia non signata, in quibus alterum ejusdem scripti transumptum, ab amanuense exaratum et Natalis manu correctum, conspicitur. Illa porro adversaria autographa ita incipiunt: « † Illme. et R.me Domine. Compendium eorum, quae D. V. Ill.ma accepit fusius scripta. Pro Societate Jesu. Deus est auctor religiosi instituti. Hoc est certum, ubi accedit confirmatio apostolicae sedis, qua in re haec errare non potest...» Desinit autem in hunc modum: «et nos, cum tui fuerimus, de tua virtute et benignitate amantissimi, et observantissimi, hoc summo tuo beneficio longe majori obligatione deuincis in Xpo.; neque enim existimare debes maius beneficium te in nos conferre posse.» In exemplo a nobis heic prolato Natalis emendationes seu additiones litteris italicis notare placuit. Folia autem, cum saepius signata fuerint, a nobis etiam novissima signatura notantur, antiqua intra uncinos adjecta.

Vlissippona Vilnam usque in Lituania, ad omnes Indias, tum regis Portugalliae, tum regis Philippi.

Magna item est confirmatio, quod tam multi sint uocati ad hoc institutum, a Deo scilicet, vt nobis est persuasum. Nullum enim recipimus in Societatem, quem non iudicemus a Deo esse uocatum. In his illustres sunt sat multi et nobiles, docti permulti, magna selectae iuventutis copia. Praeter enim eos, qui sunt ministeriis externis occupandi, nullum recipimus, qui ingenio saltem non ualeat, et aliis animi dotibus; tum qui aliqua mediocritate doctrinae non sit praeditus.

Sunt prouinciae iam hactenus constitutae 19: collegia tam multa, ut necessum nobis sit manum contrahere **42 (159)**v, nec plura suscipere, cum multa magna instantia petantur. Fructum, quem attulit Deus ecclesiae per Societatem, nos non exponemus. D. V. Illma. nouit, et res ipsae loquuntur. Hoc unum ad gloriam Dei (tacentes quae in aliis regionibus geruntur) dicemus, in Indiis, Gallia, Germania, Bohemia et Polonia non esse contemnendum. Illud vero suspiciendum, quod Dominus dignatus sit tam multos martyres, tam multa miracula in Indiis ad fidei et plantationem et propagationem designare [a], ut scilicet illaę ecclesiae similiter fundarentur atque nostrae hae, per miracula et martyrum sanguinem in Christo Jesu, summo angulari lapide, in quo omnis aedificatio constructa crescit [1], etc.

Omittimus comprobationem et applausum omnium ordinum in christiana republica, magnam imperatorum, regum, principum, episcoporum beneuolentiam in nos et benignitatem; et illam praecipue summo momento aestimamus, qua summi pontifices omnes ab institutae Societatis initiis nos sunt prosequuti: Paulus 3, Julius 3, Marcellus 2, Paulus 4, Pius 4, Pius 5, et hoc foelici pontificatu his paucis diebus Smus. D. N. Gregorius XIII.

Illa denique approbatione non caruit Societas, quae solet esse rerum optimarum in ecclesia Dei examinatio, per contradictiones

---

[a] Prius *designasse;* dein emendatum ut supra.

---

[1] EPHES., II, 20, 21.

et persequutiones. Contradictiones enim multas pas[s]us est et persequutiones, primum P. Ignatius, dein Societas ipsa, caput scilicet et corpus; a quibus non solum eripuit nos Dominus de sua benignitate, sed dedit ex tribulatione et tentatione prouentum [1]. Nulla enim nobis contigit tribulatio grauior, unde non simus experti magnum Societatis augmentum. Itaque laetanter, ut docet D. Jacobus apostolus, illas accipimus oblatas tentationes et persequutiones [2].

43 (60) Huic spiritui, huic instituto, his approbationibus, praecipue quidem sedis apostolicae et concilii oecumenici, credidimus in Christo; his confisi exercuimus ministeria nostra. Per hunc spiritum et institutum dedit nobis Dominus quicquid in Societate hactenus ad gloriam Dei extitit uel fructus uel incrementi. Et tamen vidimus partem instituti et uocationis nostrae in dubium uocatam, optima quidem uoluntate Pii quinti pontificis integerrimi, sed tamen in dubium uocatam, atque adeo [a] ablatam [3]; illa duo, scilicet: ut habeamus chorum in ecclesiis nostris domorum professarum, et ut nullum ordinemus, qui non sit professus. Quae duo esse contra institutum nostrum, leget D. V. Illma. in bullis confirmationis Pauli 3 et Julii 3.

In Pauli enim priori diplomate anni 1540, in formula instituti sic habetur. «Socii omnes, quicunque in sacris fuerint, quanuis beneficia ecclesiastica aut eorum redditus non habeant, teneantur tamen singuli priuatim ac particulariter, et non communiter, ad dicendum officium iuxta ecclesiae ritum.» Idem confirmat secundum diploma eiusdem Pauli 3 anni 1543.

In diplomate confirmationis Julii 3, in ipsa formula sic traditur: «Socii autem omnes, cum praesbyteri esse debeant, ad di-

---

[a] Ita prius scriptum est, sed postea emendatum videtur *ab eo,* quamvis haud clare id appareat.

---

[1] I COR., X, 13.

[2] Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. JACOB., I, 2.

[3] Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. III, lib. III, n. 1 et seqq.; et ASTRAIN, *Historia,* vol. II, lib. II, cap. 8.

cendum officium, secundum ecclesiae usum, sed priuatim, et non communiter uel in choro, teneantur.»

In 6.ª parte constitutionum nostrarum, quae sunt a sede apostolica confirmatae, cap. 3.º sic statuitur. «Quoniam occupationes, quae ad animarum auxilium assumuntur, magni momenti sunt, et nostri instituti propriae, et ualde frequentes; cumque alioqui nostra habitatio tam sit in hoc uel in illo loco incerta, non utentur nostri choro ad horas canonicas, vel missas et alia officia decantanda; quandoquidem illis, quos ad ea audienda deuotio mouerit, abunde suppetet, vbi sibi ipsis satisfaciant. Per nostros autem ea tractari conuenit **43 (160)**v, quae nostrae uocationis, ad Dei gloriam, magis sunt propria.» His sat constat, contra institutum esse, ut in Societate chorus introducatur.

Quod ad professionem attinet, statim initio representauit sedi apostolicae P. Ignatius instituti rationem. Nam prius factus est praesbyter [a] ipse cum nouem primis sociis, quam professus. Fuerunt autem ordinati omnes decem primi Patres ad titulum sufficientis literaturae et uoluntariae paupertatis per simplex uotum. Expressa uero haec instituti ratio est anno 46, ubi, per litteras apostolicas, spirituales coadiutores nobis concessit Paulus 3, qui votis simplicibus esse deberent contenti, ut sine quibus non posset constare Societas, et eius ministeria spiritualia cum fructu exerceri.

Anno autem quinquagesimo, cum initia tantum fuissent antea Societatis, nec plena instituti ratio vnis literis esset comprehensa, ex Pauli omnibus literis fuit ea exactius et clarius expressa, et uno diplomate comprehensa et confirmata a Julio 3. Qua formula vnice usa est postea Societas, quam concilium probauit. In hac igitur formula ita legitur: «Immo et ii, qui in coadiutores, tam in spiritualibus, quam corporalibus, et in scholares admittuntur; quorum utrique, post sufficientes probationes et tempus in constitutionibus expressum, uota sua ad deuotionem et meritum maius, non quidem solennia (praeter aliquos, qui de licentia praepositi generalis, propter ipsorum deuotionem et personarum

[a] Sic.

qualitatem, tria uota eiusmodi facere poterunt), sed quibus teneantur quamdiu praepositus generalis in Societate eos retinendos esse censuerit, emittere debeant, prout in constitutionibus latius explicabitur; non nisi examinati et idonei reperti ad eundem finem Societatis admit**44 (161)**tantur [1].» Constitutiones porro nostrae in examine, cap. 6, ita statuunt. «Spirituales coadiutores sint sacerdotes et literis sufficienter ornati, ut in rebus spiritualibus Societatem iuuent. Quorum est proprium Societatem in audiendis confessionibus, in exhortationibus, in doctrina christiana, et aliis literis edocendis, iuuare. His uero eaedem gratiae, ad animarum auxilium, communicari possunt, quae professis ipsis solent.»

Hinc (ut alia omittamus citare) satis intelliget D. V. Illma. esse contra nostri instituti rationem duo illa capita. Et nos quidem ita in instituti ratione et obseruantia uersamur post sedis apostolicae confirmationem, ut tanquam principio nostrae uocationis credamus; nullam dubitationem admittamus; omnia a Deo profecta esse existimemus; omnia esse eiusmodi confidamus in Christo, in quibus errare non possit sedes apostolica [a]; non potuisse uel sedem apostolicam uel concilium ea approbare, si uera et firma non essent. Quod si in hac re nobis difficultates incurrerent, illas fide huius confirmationis et approbationis abigere parati sumus; nec pendemus e solis argumentis, quae adduci possunt ad instituti rationem comprobandam, sed auctoritate vnice nitimur et spiritu a sede apostolica probato [b]. Similiter enim in hoc agimus atque in aliis sedis apostolicae decretis solemus. Primum enim credimus esse uera et utilia; dein rationes adducimus, quibus illa confirmemus, ac propugnemus, sua scilicet proportione, ut in dogmatis fidei catholicae facimus. Nam, aliter si ageremus, non tam sedi apostolicae et Dei spiritui, quam nostri ingenii apprehensioni et iudicio credere videremur. Hunc ani-

---

a Tria verba praecedentia obliterata videntur, lineola tamen tenuissima. — b Prius *approbato,* deinde emendatum ut supra.

---

1 Ex litteris apostolicis *Exposcit debitum* a Julio III 21 Julii 1550 datis. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (Florentiae 1892), I, 26.

mum oramus D. V. Illmam. ut adducat ad hanc causam, et instituto nostro eam det fidem, quam spiritus religiosi uocatio, auctoritas apostolica et concilii tridentini dignitas postulat. Rationes uero postea adducemus, Xpo. propitio, quibus confirmari possint, quae nostro instituto continentur, et ostendemus **44 (161)v**, nullam esse causam quapropter quisquam in contrariam sententiam inclinare debeat.

Illud tandem hoc loco ponemus D. V. Illmae. considerandum; quae incommoda sequantur, si illa nobis non restituantur.

Debilitatur apud multos apostolicae sedis auctoritas, tot diplomatis expressa, tum concilii etiam ecumenici.

Infirmantur in fide instituti animi omnium, quotquot ad hanc religionem uocati sumus; si enim duas illius partes videmus abrogatas, quo pacto poterimus reliquis confidere? Itaque si debilitantur uocationes omnium, ut debilitantur; hac debilitate necessum est nostrorum obedientiam sequi infirmam, debilem spiritum: animorum alacritatem extingui, unde ministeria et officia concidere necessum est.

Nam nullus est qui non dicat: «Cui credidimus? qua auctoritate hoc facimus, quod facimus homines religiosi et diuinitus ad hoc institutum uocati, et ad finem tam grandem lucrandi animas Christo? Non fuit igitur spiritu Dei ductus Ignatius, dum haec proponeret ecclesiae; alii omnes pontifices et concilium minus attente de nostris rebus tractarunt.» Sequitur magna animorum perturbatio.

Haec ita loquimur, D. Illme., summo cum animi nostri dolore, non quod haec tantum timeamus, sed quod ea iam simus experti. Postquam enim illa mutata sunt duo rerum capita, scimus, scimus [a] primarios Patres, et quibus incumbit magna Societatis gubernatio, et a quibus prima ministeria geruntur, ita esse in instituto debilitatos, ut de re tota inceperint metuere. Quod si non sustentassent spem suam sapientia et benignitate futuri pontificis, nescio quid illis euenisset. Cura, D. Illme., ut hanc spem per te impleat Smus. Gregorius diuina sua vigilantia,

---

[a] Sic, hoc verbo iterato.

benignitate, sapientia, ac restituat nobis lucem nostrae uocationis et instituti.

Quid aliis arbitrabitur D. V. Illma. Societatis Patribus et fratribus euenire, si in tanta difficultate uer**45 (162)**santur viri Societatis primarii, et a quibus alii pendent? Quid illis continget, qui ad nostrum ordinem animum adiiciunt? Vbi enim ad nos uenient, agnoscent ad religionem se venire, quae sui instituti integritatem tenere non potuerit; quare de nouiciis, quod seminarium religionum est, periclitabimur. Qui nostris ministeriis quotidianis vtuntur; qui mouentur ad fundanda collegia; hos, uerendum est, ne animus deficiat, ubi deficere nos viderint partem instituti.

Alia incommoda particularia postea adducemus. Nunc unum dumtaxat ad hoc genus incommodorum coniungemus, quod D. V. Illma. suo momento aestimabit, pro sua prudentia. Qui e nostris in Gallia et utraque Germania degunt, continenter cum haereticis pugnant, semper ab haereticis infinitis conciduntur contumeliis et maledictis; illud uero putant ipsi atrocissimum, vbi nos appellant papistissimos, quod scilicet summa animi firmitate, intrepide, dogmata fidei et sedis apostolicae maiestatem, Christo iuuante, defendimus, et ipsorum haereses, imperitiam et mendacia redarguimus, institutum profitemur nostrum, confirmationem sedis apostolicae praetendimus. Qui si nunc viderint institutum tentari atque conuelli, nos, clamabunt, nostro brachio destitutos, labascere; non habere papam, qui nos sustentet; aliquam subesse malam causam, quapropter illa nobis sint ablata; contemnent omnia; periclitabitur Societatis bona existimatio in Germania et fructus. Quod cum timeret felicis memoriae Pius 4, vbi Romae esset publicatus libellus famosus contra nos, indigne quidem, et sciret perductum in Germaniam (nam quid de nobis uel agatur Romae, uel sentiatur, accurate obseruant haeretici) confestim literas expediuit, nobis insciis, ad imperatorem et principes Germaniae catholicos, quibus, damnato libello contra nos edito, existimationem Societati restituit pristinam [1].

[1] Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. II, lib. VIII, nn. 33-35.

Ita fuit illa nubecula dissipata. Similiter speramus futurum ut, restitutis nobis illis duobus capitibus, splendor suus et integritas Societati restituatur; nec sit quicquam, de quo possit peruersitas haereticorum gaudere.

45 (162)v. Vt autem rationem demus D. V. Illmae. de eo, quod accepimus a Deo et a sede apostolica, instituto, primum ejus substantiam describemus.

Est Societas clericatus religiosus. (Conc. ses. 25 de regu. C. 16.)

Finis eius [a], ut ad fidei defensionem (contra haereticos) et propagationem (quod ad alios infideles), et ad salutem et perfectionem (quod ad omnes) nostrarum animarum, tum proximorum, impense, Xpo. propitio, incumbendo, soli Domino et ecclesiae, eius sponsae, sub romano pontifice, Xpi. in terris vicario, seruiamus; et exerceamur ad charitatis praecipue, tum aliarum virtutum, perfectionem.

Media uero, quibus ad hunc finem contendimus, sunt praedicationes et lectiones sacrae, tum in collegiis scholasticae earum omnium disciplinarum, quae theologo sunt, uel necessariae, uel utiles; institutio ad orationem et exercitia spiritualia; docere doctrinam christianam siue cathechismum omnes, praecipue uero pueros et rudes personas; ac quodcumque verbi Dei ministerium exercere; ministrare sacramentum poenitentiae et sacrosanctam comunionem; et alia sacramenta, quae a simplici sacerdote ministrari possunt; quamuis haec, quae tria sunt, non ministramus, ubi sunt legitimi parochi; ubi hi desunt, ministramus, ut apud indos et japones.

Hic est finis noster primarius: haec media ad hunc finem immediata.

Cum hoc nihilominus fine coniungimus dissidentium reconciliationem, et eorum, qui carceribus detinentur, piam subuentionem et ministerium; ac reliqua misericordiae opera, prout ad gloriam Dei, et comune [b] bonum visum fuerit expedire. Gratis

---

[a] In margine haec habentur: *Ex formula in diplomate confirmationis.* — [b] Sic.

autem omnino omnia haec praestamus, nullo pro labore nostro **46 (163)** aut ministerio stipendio accepto.

Ad haec uocantur nostri. Haec sunt nostra ministeria: alia nulla. Propter haec Societas instituta est. Hinc, ut ex princip o, ratio sumpta est instituti, quae exponitur in diplomatis confirmationis.

Quo fit nostram religionem, monachismum non esse; nec ex ratione aliorum regularium censeri debere, sed ex suo proprio fine et mediis ad finem necessariis.

Fit deinde Societatem, e sua substantia et instituto, esse religionem contemplatiuam simul et actiuam.

Contemplatiuam vitam exercemus meditatione, oratione et omnium exercitiorum spiritualium diligenti et perpetuo usu. Neque enim sine vita spirituali, quam conseruat oratio, vitam actiuam exercere pro dignitate posset Societas.

Actiua vita in Societate est multiplex. Primaria quidem illa, quae in actione excellentiori uersatur, praedicandi, legendi, et aliorum ministeriorum spiritualium, quae competere simplici sacerdoti possunt, tum studiorum scholasticorum. Secundaria uero uersatur in operum misericordiae corporalium ministerio.

Vnde constat multiplicem esse Societatis religionem, quasi si dicas, multas religiones in vnam conflatas, diuino beneficio. Instituta est enim Societas, tum ad contemplationem, tum ad praedicationem et confessiones audiendas: ad alia ministeria spiritualia: ad opera misericordiae corporalia exercenda: postremo ad studendum: ad haec enim omnia ex doctrina theologorum institui religiones possunt.

Ex his (ut est tam copiosa nostrae religionis ratio, tam multiplicia ministeria, tam difficilia, tam laboriosa) sequitur esse debere nostras probationes, siue nouiciatum diligentissimum et diuturnum; rationem obedientiae exactissimam; omnem vitae religiosae usum, quoad **46 (163)**v eius fieri potest, perfectum. Tum etiam, cum sint tam multae, tam magnae, tam necessariae occupationes, ut puta, ne animae pereant, pro quibus Christus Jesus crucifixus et mortuus est, alios ritus existimamus non esse nobis conuenientes, qui impedire nostra ministeria possint; ut alia

aliis religionibus competunt, alia sunt aliena. Illud item caueMus, ut qui sint professi, ii non tantum sint in moribus religiosis probati, sed etiam in iis ministeriis, quae gerere ex professione debent, exercitati sufficienter. Vnde fit, ut prius fieri sacerdotes debeant, quam professi. Religiones aliae exercent nouitios in choro, in aliis ceremoniis; nos in iis ministeriis, quae sunt nostri instituti, et quae praeparent nostros ad ministeria Societatis in salutem animarum obeunda.

Ex eodem principio, Dei uidelicet inspiratione, unde superiora accepit Ignatius et Societas, reliqua sunt desumpta, sine quibus illa praestare non possemus religiose; partes scilicet Societatis, quod ad personas attinet, vt haberemus professos et coadiutores spirituales, qui in rebus spiritualibus Societatem iuuent, tum qui in corporalibus, quibus corpus Societatis constat praecipue; scholasticos praeterea et nouicios.

Quod uero ad loca spectat, *vt* domos probationum, collegia, domos professas, postremo missiones *habeamus*.

Curamus diligentissime ut nouitii, distributis horis, semper exerceantur, nunc meditationibus et orationibus, nunc lectionibus audiendis catechismi et aliis, quae circa institutum et virtutum religiosum usum uersantur, tum illarum lectionum exercitationibus. Alias in seruitiis domesticis nouicios occupamus; mittimus subinde ad seruiendum infirmis in xenodochia; peregrinatum item, stipem emendicantes. Docent doctrinam xpianam., et munia ad iuuandas animas obeunt ex nouiciatu, ad quae talentum acceperint. Illis igitur superesse non potest tempus, *quod aliis exercitiis dari possit. Hi, vt minimum,* 2 *annos continentur in nouiciatu, nec vota* [a] **47 (164)** ante bienium edere coguntur, ne simplicia quidem; post biennium edunt simplicia. *Hae autem proprietates* probationum ex proprietate exercitiorum sumuntur, quae debent exercere nostri in Societate. In his enim accurate in nouiciatu *nouitii sunt exercendi, quae gerere ex instituto debent.*

Ex nouiciatu, qui sunt daturi literis operam, eos excipiunt

---

[a] Quae italicis litteris excusa sunt, Natalis manu in utroque archetypo habentur.

collegia, vbi instituuntur, qui valent ingenio ad omnem eruditionem latinae, graecae et haebraicae linguae, mathematices, philosophiae et theologiae. Qui uero mediocri sunt ingenio, hos, ut minimum, illis studiis dedimus, ex quibus euadant egregie latini, nam in regendis scholis occupare hos fere solemus, priusquam ad sacros ordines promoueantur. Deinde curamus ut docti euadant in casibus conscientiae, et in aliis omnibus ita sint instituti, ut officium coadiutoris spiritualis tueri possint; docere catechismum; habere exhortationes; docere eos, qui egent, exercitia spiritualia; sacramenta ecclesiae administrare et opera misericordiae persequi. Neque uero nostri studiis defunguntur uel liberantur scholasticis, nisi hanc saltem facultatem sint consequuti. Nam sunt alii multi qui, plena studia sequuti, theologi euadunt non admodum contemnendi. Hinc apparet, quam sint negotiosa collegia nostra, quantis occupationibus, quam seriis, quam necessariis distineantur, et tamen simul habetur in eis ratio attentissima, ut nostri spiritum orationis, obedientiae, mortificationis, omnis religiosae virtutis, quem in nouiciatu sunt adepti, inter studendum retineant.

Ex collegiis tandem prodeunt, qui sunt futuri professi quatuor uotorum et coadiutores spirituales, qui omnes sunt praesbyteri. Ex coadiutoribus autem *aliqui esse possunt* [a] professi trium uotorum; alii habent uota simplicia, quibus liberari ex causa possunt a legitimo superiore, non tamen absque generalis praepositi iudicio et consensu.

47 (164)v Coadiutores autem necessario habemus, ut sine quibus non possumus tueri nostra ministeria.

Nam qui professi sunt quatuor uotorum, cum *et pauci sint et* occupentur in concionibus et lectionibus habendis, in gubernanda Societate, in grauioribus negociis gerendis, in missionibus frequentibus, necessum fuit, ut aliquos haberemus, qui in facilioribus ministeriis iuuarent, in confessionibus audiendis uersarentur et aliis ministeriis. Nam, ut aliquot exemplum huius rei demus, post conciones et lectiones sacras concursus solet fieri audito-

---

[a] Prius *sunt aliqui;* deinde Natalis emendavit ut supra.

rum ad confessiones; ad horum confessiones excipiendas, nisi paratos haberemus coadiutores, magnus concionum fructus nobis periret. Singulis diebus ad nos accurritur, ut iuuemus moribundos; hoc fere praestare non possunt professi, etiamsi, vbi uacat, omnia obeunt munia, quae coadiutorum sunt propria. In collegiis, que solent nobis esse diuina benignitate frequentia, audiendae sunt confessiones omnium scholasticorum singulis mensibus; multorum, qui sua deuotione mouentur, singulis etiam hebdomadis. Ad has confessiones, ad hospitalia, ad carceres, ad danda exercitia, ad alia multa ministeria, necessum est nobis praesto esse, qui professos et Societatem iuuent, et hos quidem exercemus in suis ministeriis antequam *ad plenum gradum coadiutorum assumamus:* quapropter necessum est eos esse primum sacerdotes; ad quem ordinem neminem promovemus qui *nouiciatum non expleuerit,* uota non ediderit simplicia et studia *sua non consummauerit.* Itaque nullum ordinamus, qui non sit uoluntate sua Deo dedicatus per uota; qui non accipiat sua uoluntate conditionem illam, ut possit dimitti e Societate; *et* qui non sit ita eruditus, ut possit ecclesiae ex sua facultate seruire *in omnibus ministeriis parochi, gubernare etiam scholas triuiales, atque alia exercere Societatis ministeria* [a], quod pluris aestimari potest quam si ad simplex et paruum beneficium, ut solet, ordinaretur, simplici quadam intelligentia, sine usu aliquo ministeriorum ecclesiasticorum, et tamen nostri, si dimittuntur, in illis omnibus, quae diximus, sunt religiose et cum obseruatione exercitati.

48 (165) Professi nostri quatuor uotorum, cum ex formula instituti non solum moribus, sed literis debeant esse conspicui, in *grauioribus* ministeriis occupantur Societatis, in concionibus, in sacris lectionibus; praecipuam gubernationem gerunt, missiones sustinent; et tamen, si quod est illis uaquum, in aliis etiam exercitiis occupantur.

Haec quod ad personas et earum ministeria hactenus.

Vnde intelligi potest nouitiorum domos eas esse, ubi ex insti-

---

[a] Quae italicis litteris heic habentur, Natalis manu in utroque archetypo exarata sunt.

tuto nouitii moribus religiosis, et ad religionem nostram proprie accommodatis instituuntur; exercentur simul magna obseruatione omnibus ministeriis Societatis ad iuuandas animas, si qui illam facultatem habeant. Hic etiam post studia, saltem vnum annum exercentur, qui studiis sunt perfuncti. Reuocantur ad nouitiatum etiam, si qui auxilio spirituali egeant, uel spiritus renouatione.

Collegia bifariam sunt: alia, unde nostri ad publicas scholas adeunt, publicos professores audiunt, ipsi neminem docent; alia, et quidem maiori numero hoc tempore sunt, ubi docemus publice uel quadam mediocritate latinam linguam, uel plenius graecam etiam et philosophiam; uel omnino omnia studia, quae desiderare potest theologus; et huiusmodi collegiis plenis solemus coniungere vniuersitatis priuilegia. Et habemus iam aliquas vniuersitates. In omnibus uero fere collegiis casus conscientiae praelegimus. Viuunt autem collegia ex redditibus, si eos consequi possunt, et certis fundationibus, ut studia tueri possimus. Ex collegiis exercemus ministeria Societatis spiritualia in auditores nostros necessario; in alios, si possumus commode absque studiorum detrimento. Nonnunquam etiam in collegiis alimus aliquot nouicios, separatim ex collegii redditibus.

Domus porro professae constant ex professis, coadiutoribus spiritualibus, qui in spiritualibus professos et Societatem **48(165)v** adiuuent; et temporalibus, qui in temporalibus subministrent. Hae domus viuunt ex praesenti eleemosyna; nihil reddituum, nihil, quod illis aequiualeat, possidere possunt. In his omnia ministeria plene tractantur, quae conferri possunt ex instituto ad iuuandas [a] animas. Et tamen in his lectiones scholasticae haberi non possunt, uel scholae literariae aperiri, quod est dumtaxat collegiorum. Admittimus ad has domos nouitiorum, item aliquem numerum separatim, quos ex eleemosynis domus sustentamus.

Vltimus locus, ubi nostri uersantur, et quidem amplissimus, sunt missiones; non enim continebuntur nostri in domibus professis tandem, sed eorum magna pars occupabitur in diuersis

---

[a] archetyp. *iuuandandas.*

orbis totius partibus, ministeria Societatis conferendo, ad eos iuuandos, qui spirituali auxilio sint destituti, siue in regionibus catholicorum, siue haereticorum, siue mahumetanorum, siue gentilium. Hic uero finis Societatis est preciosissimus, atque optatissimus, ut eo accurrant nostri adiuuandas animas, ubi hae de aeterna salute periclitantur. Vsus missionum est, ut mittatur vnus professus, qui concionetur et lectiones sacras habeat, alius coadiutor, qui audiat confessiones, uterque ministeria Societatis spiritualia obeat. Has missiones faciet summus pontifex, faciet etiam generalis praepositus; harum incepit esse usus frequens his initiis Societatis, pro nostrorum paucitate.

Ex hac parte instituti, quae ad missiones attinet, factum est, ut professi nostri ad tria uota solemnia, quae communia sunt, adderent quartum, obedientiae summo pontifici ad missiones, ad maiorem erga obedientiam sedis apostolicae deuotionem, ad maiorem suarum voluntatum abnegationem, et certiorem Spiritus sancti directionem; est enim haec pars praecipua et ultima Societatis, quam speramus fore fructuosissimam et celeberrimam. Ratio uero et obligatio uoti haec est, vt habetur in formula instituti: vt quicquid modernus et alii romani pontifices pro tempore existentes iusserint, ad profectum animarum, et fidei propagationem pertinens, et ad quascumque prouincias nos mittere voluerint, sine ulla tergiuersatione aut excusatione, illico, quantum in nobis fuerit, siue nos ad turcas, siue ad quoscumque alios infideles, etiam in partes, quas Indias uocant, siue ad quoscumque haereticos, schismaticos, seu etiam ad quoscumque fideles mittendos censuerint, exequi teneamur.

49 (166) Cum autem et tota Societas, et haec praecipua pars missionum animabus iuuandis det operam, quae egent spirituali auxilio, uel quod episcopos non habeant, vel quod hi ipsi episcopi subsidio egent ad salutem animarum procurandam, nec illud possunt aliunde consequi, fit, ut his necessitatibus prouidere summi pontificis prouidentiae vniuersali, et curae et episcopatui incumbat. Quare existimarunt praeteriti summi pontifices habere se Societatem pro vniuersali sedis apostolicae seminario, quo, ad necessitates ecclesiae catholicae subleuandas, utantur.

Hinc rursus ostenditur uotum solenne esse cum perfecta ratione seminarii conjunctum.

Haec breuiter, quoad eius fieri potuit, de Societatis instituto dicta sint pro causa praesenti, multis praetermissis; vnde intelligi possit non esse nos uocatos ad chorum habendum; non esse inter nos, qui chorum tueri possint; impedimentum fore chorum nostrarum functionum et finis, ad quem est instituta Societas; fiet enim, ut nostri, relictis uel confessionibus, uel aliis tam uariis ministeriis Societatis, in choro sint occupati, et quidem eodem illo tempore, quo confessionum frequentia esse solet.

Illud praeterea colligi potest, esse cum instituto coniunctum necessario, ut habeamus coadiutores spirituales. Neque enim aliter nostrum finem tenere poterimus; nam professi, et sunt hactemus, et semper erunt pauci ex ratione instituti; coadiutores uero, cum non sint idonei omnes ad professionem, et uelint sua voluntate nos iuuare, cum uotis simplicibus, cum sint docti et idonei ad munia omnia obeunda, quae in parocho desiderari possunt, *ad plura etiam,* aliud non obest nisi si qui dimittentur, ut hi ne cogantur mendicare. Quod tamen in viris bonis et doctis timeri non potest; nam uel scholam aperire poterunt dimissi, uel subseruire episcopis, uel parochis, uel esse ipsi parochi. Et quidem hactenus nullum dimisimus, qui non inuenerit honestam conditionem, et ab episcopis quidem solicite huiusmodi expetuntur. Loquimur autem **49 (166)**v de bonis sacerdotibus a nobis dimissis; nam de aliis, quales omnes religiones eiicere possunt, qualis nullus hactenus nobis accidit dimittendus, *in iis enim vteremur iure nostro vt aliae religiones solent,* sed de illis agimus, qui, cum boni alioqui sint et religiosi sacerdotes, tantam tamen non possunt pati regulae religiosae districtionem. Hi uero cum et pauci admodum sint, et tanquam seminarium episcoporum, nostra impensa, labore, solicitudine enutriti et edocti, et religiose educati, non dubitamus quin D. V. Illma. subductura rationem sit, vtrum utilius ecclesiae sit futurum, hos posse nos dimittere, eruditos, bonos, paucos, qui possint subseruire ecclesiae; an *vnam* [a] partem religionis summa ecclesiae auctoritate confirma-

[a] Hoc verb. Natalis manu exaratum in utroque archetypo.

tae euertere, et a Societate coadiutores spirituales exscindere, et facere ut mutila sit Societas, membro suo tam amplo, tam necessario, orbata; postremo, quod non ponimus in vulgari parte, facere, ut nos animo omnes deiecto simus, ubi viderimus nostrum institutum *et ministeria* tam grauiter affligi [a]. Quod tamen nulla ratione in animun inducere possumus futurum; fuimus enim hactenus et erimus semper sedi apostolicae obedientes filii; aliquos labores, afflictiones, persequutiones, mortes pro Christo Jesu et eius ecclesia romana sustinuimus; et ipso duce, deinceps sustinere parati sumus. Pro his officiis siue seruitiis quis non speret a sede apostolica et Smo. D. N. Gregorio, vigilantissimo atque sapientissimo pastore, non solum nihil nobis ademptum iri nostrorum priuilegiorum, sed potius illa omnia stabilienda esse firmissime, et minimam hanc Societatem nouis etiam gratiis accumulandam, ad maiorem Dei omnipotentis gloriam et multarum animarum salutem?

Alia manu in 2.ª pagina folii sequentis non signati: Fusius scriptum datum Illmo. Borromeo et tribus aliis cardinalibus super professione et choro Societatis.

---

[a] Prius haec sequebantur, in utroque archetypo obliterata: *Et tamen fuimus hactenus obedientes sedi apostolicae, aliquos saltem labores, afflictiones, persequutiones, mortes pro Christo Jesu et eius ecclesia romana sustinuimus. Pro his meritis siue seruitiis sperare poteramus nouis priuilegiis, nouis indultis nos esse ornandos ac muniendos a sede apostolica; et nunc periclitamur de nostro antiquo iure, a sede apostolica et concilio oecumenico confirmato. Non possumus hoc credere uel timere; contra uero iocundissima quaeque a felicitate, sapientia et benignitate ac prouidentia Smi. D. N. Gregorii et credimus et speramus.*

MONUMENTA
AD TERTIAM CONGREGATIONEM GENERALEM SPECTANTIA

19
PP. NICOLAUS BOBADILLA
ET CLAUDIUS MATTHAEUS

ROMAE, 23 APRILIS 1573 [1].

P. Mercuriani electionem in praepositum generalem legitimam profitentur.

†
Jesus.

Rationes et causae ostendentes optimam fuisse electionem R. P. Euerardi in praepositum generalem Societatis Jesu. Anno 1573.

Die 23 Aprilis.

In primis, quia omnia suffragia erant 47, et fuit electus in primo scrutinio 27 suffragiis.

Secunda ratio est, quia fuit electio libera: Hispani erant 27: Itali, Galli et Germani fuerunt 20; et omnes nationes habuerunt suffragia pro generali suae nationis, et tamen ipse solus habuit 27, etiamsi non sit hispanus, quia vnus spiritus bonus est in tota Societate Jesu.

3.ª Talis est et tanta fuit consolatio et laetitia in hac electione, tam in Societate quam extra, vt manifeste ostendat illam fuisse a spiritu Sancto.

4.ª R. P. Euerardus est ex inferiori Germania, partim gallus, partim germanus, poterit plurimum iuuare vtramque nationem, ab haereticis infestam, et valde grauatam.

Quinta, Paternitas sua est vir pius, maturae aetatis, integerrimaeque vitae, et sanae doctrinae. Nouit et est expertus res et negotia Societatis Jesu, fuit rector collegii Perusiae in Italia,

---

[1] Ex archetypo a P. Bobadilla dictato et a P. Claudio Matthaeo subscripto, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* duplici fol. 183 (71, 207), inter monumenta 3.ae congregationis generalis. Vide annotationes ad calcem hujus scripti positas.

fuit prouincialis in Flandria, et visitator in Gallia, fuit Romae assistens cum P. Francisco de Borgia, praeterito generali bonae memoriae, donec modo per Dei gratiam est electus generalis, quia bene meritus de Societate.

Sexta ratio, quia ex hac electione tollitur occasio ambitionis et omnis suspitio mala nationum, confirmatur maxima vnio animorum et charitas mutua omnium conseruatur. Paternitas sua, vt est benignus, diliget omnes et singulos, et diligetur ab omnibus, sine personarum acceptione, ad gloriam Dei et salutem animarum.

Septima ratio, sperandum est illum fore gratissimum imperatori et omnibus regibus et principibus christianis, potissimum sanctissimo Dno. Gregorio XIII, Pont.i Max.o, quia sua sanctitas orauit Deum Opt. Max. et celebrare fecit missam de Spiritu sancto pro hac [a] electione, vt optimus eligeretur, et fuit exauditus. Sit Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.

In 4.a pag. fol. 184v, ignota nobis manu: «Rationes probantes opt. fuisse electionem P. N. Euerardi.»

Alia manu item ignota: «† P. Bobadillae scriptum post electionem R. P. Euerardi generalis. Dictatum autem est ab eodem P. Bobadilla, a quo et scriptum et datum P. Claudio Matthaeo prouinciali Aquitaniae, cujus infrascripta manus est.» Ex his erui videtur hoc exemplar esse archetypum, a P. Matthaeo subscriptum et a P. Bobadilla emendatum in uno loco. Illa autem verba «cujus infrascripta manus est» indicare videntur Patrem Matthaeum subscripsisse documentum, ab aliquo librario exaratum. Subscriptio autem desideratur, nam locus, ubi esse debebat, forfice abcisus est.

---

a Hoc verb. Bobadillae manu additum videtur.

20
P. HIERONYMI NATALIS
TESTIMONIUM

ROMAE, APRILI VEL MAJO ANNI 1573 [1].

De legitima P. Mercuriani in praepositum generalem electione, et de decretis a congregatione editis ad ambitum in posterum cavendum.

†

Singulare Dei beneficium agnoscit vniuersa congregatio et Societas accepisse se a Deo in electione R.^di^ Patris nostri Euerardi. Quum enim per Ill.^m^ cardinalem comensem [2], legittime iam ad electionem conclusis Patribus electoribus, iussisset S.^mus^ D. N. Gregorius [3], vt ne ex hispanica natione eligeremus generalem praepositum, sed ex aliis: et congregatio, necessario intermissa electione, per certos Patres [4] ad ipsius S.^tem^ accurrisset suplex; remisit praeceptum pontifex, et libertatem nobis electionis restituit. Egimus Deo gratias et eius vicario, et in bonam spem erecti, in primo quoque tempore ad electionem accedentes, primo scrutinio elegimus R.^dum^ P. Euerardum, assistentem, summa animorum tranquillitate et exultatione. Electionem identidem confirmauit plena et vnanimis congregatio, magno animi sensu et deuotione. Assistentium item electionem non semel comprobauit vnanimis congregatio. Itaque vtramque electionem legittimam fuisse et canonicam profitemur omnes.

Haec quum ita sint, tum propter sparsos rumores, apud externos homines praesertim, simul ne aliqua sumi possit in futuris

---

[1] Ex autographo Patris Natalis, in codice *De rebus congr. gen. I-V,* unico fol., 192 (66), inter monumenta 3.ae congregationis generalis.

[2] «Ptolomaeus Gallius Nouocomensis, Papae Secretarius, Martorani Episcopus, ac deinde Sypontinus Archiepiscopus.» CIACONIUS, *Vitae et gesta summorum pontificum,* II, 1192.

[3] Gregorius XIII. Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. IV, lib. I, n. 24.

[4] Hi erant P. Leo Henricius, auctor magna ex parte illius perturbationis, et PP. Hoffaeus, Canisius, Magius et Manareus. Cf. SACCHINUM, loc. cit.; et RIBADENEIRAM, *Tratado de las persecuciones de la Compañía de Jesús,* cap. 41.

electionibus impunitatis occasio, breui decreto cauendum ita censuimus:

Quum, quod electores attinet, sat videatur esse prouisum in Constitutionibus et decreto 2.ae congregationis generalis, quod confirmamus, et addimus complecti ambientes pro vna uel alia natione, de reliquis sic statuimus:

Si quis ex iis, qui sub obedientia Societatis viuunt, pro se vel pro alio ambiat, pro vna natione vel pro alia, directe vel indirecte, per se vel per alium, sit ipso facto excommunicatus.

Eidem censurae, ipso facto subiaceat, si quis e nostris animorum vnionem quacumque ratione dissoluat.

Esto item ipso facto excommunicatus, si quis e nostris sciat externum quemcumque hominem similia agere uel procurare, quacumque ratione, apud quemcumque, et non [r]euelet rem totam generali praeposito, uel vicario generali, vel antiquissimo professo domus romanae, et assistentibus, qui, ex edicto huius congregationis, teneantur dare seriam operam ad plura suffragia, vt illud malum depellatur, ac libertas electionum atque synceritas Societati sit semper integra et illibata.

MONUMENTA LUSITANIAE

21

DE REBUS PARTICULARIBUS

PROVINCIAE LUSITANAE ET INDIAE

ANNO 1560 (?)

DE REBUS PARTICULARIBUS PROUINCIAE PORTUGALIAE

QUAE A PRAEPOSITO GENERALI IN PRIUATA CONGREGATIONE FUERUNT CONSTITUTA [1].

Actum est de professis in prouincia Portugaliae. Et primum de Marco Georgio statutum est, ut Pater prouincialis illum alloqueretur, et si quidem uoluntatem ad studium propensam in eo inueniret, vt ei studium permitteretur priuatum aut in scolis, prout conuenire uideretur; si huiusmodi uoluntate propensus ad studia non fuerit, poterit statim ad professionem admitti, peractis probationibus, quae illi supersunt iuxta constitutiones.

Idem de Petro de Fonseca.

Idem de Cypriano [2].

Manuel Aluarez, peractis experimentis et seruatis alioqui constitutionibus, admittatur ad professionem.

Idem de Gonçalo Aluarez. Idem de Antonio Correa.

Idem de Domino Leone [3]. Idem de Michaële de Sosa.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.*, foliis 277-279, 2.ae ser. Haec statuta de Patribus et fratribus provinciae lusitanae ante Natalis missionem sub P. Lainio praeposito generali scripta fuisse existimamus; immo ante Junium anni 1560 Romae habitam fuisse hanc privatam congregationem, ex professione Patrum Emmanuelis Alvarez, Gundisalvi Alvarez et Antonii Correa, quae 9 Junii anni 1560 nuncupata fuit, perspicue eruitur. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 591.

[2] P. Cyprianus Soarez, cujus examen, ab eodem subscriptum, editum est in *Epist. P. Nadal,* I, 555.

[3] P. Leo Henriques, de quo vide *Epist. P. Nadal,* I, 568.

Dominus Ignatius [1] admittetur ad professionem, uel studere adhuc permitetur, prout Patri prouinciali videbitur.

Michaël de Bairros audiat quod de quadrienio theologiae superest illi, et deinde juxta constitutiones ad professionem admittetur.

Pater Georgius Serranus, peractis cum satisfactione superiorum probationibus, admittatur ad professionem.

Franciscus Adorno mittatur in Italiam.

Actum est de coadiutoribus spiritualibus. Et primum de Patre Dictio [2], flandro, statutum est, ut sic maneret sicut modo manet.

De Patre Manuele Godino statutum est, ut ipsius electioni relinqueretur, an uellet professionem trium uotorum emittere, an potius in coadiutorem spiritualem admitti.

Idem de Patre Francisco Anrriquez.

Idem de Patre Cornelio.

Idem de Patre Alfonso Egidio statutum est, ut in coadiutorem spiritualem admitteretur.

Idem de Didaco Perez.

Idem de Georgio Rigio.

Idem de Leonello de Lima.

Idem de Ferdinando de Prado.

De Patre Guillermo idem, nisi potius videretur in studiis exercendus.

De Petro Lopez, vt admittatur in coadiutorem, prius peractis probationibus, et uideatur an remoueri debeat ex monasterio S. Fins.

Pater Petrus Diaz admittatur in coadiutorem spiritualem.

Idem Gaspar Diez.

Idem Antonius Vaz suo tempore, post probationem et instructionem.

De coadiutoribus temporalibus est actum, et uisum est admittendum esse Sebastianum de Oliuera.

---

[1] B. P. Ignatius Azevedo, cujus professio habetur in *Epist. P. Nadal*, II, 592.

[2] Dicius vel Ditius scribitur apud *Epist. Mixtae*, I, 233, 538, 539.

DE QUIBUSDAM REBUS PARTICULARIBUS INDIAE

Primo, ex parte praepositi generalis et totius congregationis supplicetur serenissimae reginae Portugaliae, ut suo fauore impensius faueat nouam conuersionem Indiae, commendando serio gubernatoribus, ut nouarum plantationum peculiarem habeant curam.

2.° De Patre Henrrico Henrriquez, qui est in capite Comorim, ut emittat professionem trium uotorum uel quatuor, prout praeposito prouinciali uisum erit, statutum est.

3.° Pater Melchior Nunez, si non emissit professionem 4 uotorum, emittat eam.

4.° Quod attinet ad Patrem Cosmum de Torres, committitur eidem Patri Melchiori Nunez, ut statuat quo in gradu sit ille constituendus, an scilicet inter professos 4 vel trium uotorum, an inter coadiutores spirituales, uisis constitutionibus.

5.° Pater Nicolaus Lancillotus professionem emittat trium votorum.

6.° Idem Pater Cypriano [1], committendo judicio prouincialis Indiae (quod de aliis dictum est etiam intelligatur) si quid aliud ei videretur expedire.

7.° Idem de Patre Paulo [2], qui residet Goae.

8.° Idem de Patre Francisco Perez.

9.° Pater Franciscus Anrriquez poterit admitti in coadiutorem spiritualem formatum.

10. Idem Pater Antonius de Heredia.

11. Idem de Patre Didaco de Soueral.

12. Pater Joannes de Viera emittat professionem trium votorum.

13. Pater Gonçalus Rodriguez idem faciet.

14. Pater Balthasar Diez admittatur in coadiutorem spiritualem formatum.

15. Pater Balthasar Gago emittat professionem 4 vel trium

---

[1] P. Alphonsus Cypriano (Cebrian).

[2] P. Paulus Camers, de quo saepius diximus in *Monum. Xaver.*

votorum vel [sit] coadiutor spiritualis, prout videbitur Patri Melchiori Nùnez.

16. De Patre Francisco Lopez committitur Patri prouinciali Indiae cum suo coadiutore, audita sententia aliorum consili[ari]orum, quid statui oporteat.

De Manuele de Bairros, tantumdem.

De Antonio Vaz, idem.

De Alfonso de Crasto, idem.

De Antonio Fernandez, idem.

De Hieronymo de Gouea, idem.

De Gasparo Villela, idem.

De scholasticis approbatis et coadiutoribus temporalibus formatis relinquitur eodem modo iuditio Patris prouincialis Indiae cum suo coadiutore, auditis consiliariis.

Quaesitum est an expediret domum professorum fieri Goae. Et statutum est ut, cum commode fieri poterit, fiat hujusmodi domus, habita ratione salubris aëris, ut collegialibus etiam conferat ad recuperandam vel confirmandam valetudinem.

PARA COADIUTORES SPIRITUALES EN EL BRASIL

El P. Antonio Píriz.	El P. Paiua [1].
El P. Juan González.	Alfonso Bras.
Antonio Blásquez.	Vicente Rodríguez.
Bras Lorenço.	Diego Jacome.
Francisco Píriz.	Manuel de Chaues.

Antonio Roiz no era anchora ordinato.

PRO COADIUTORI[BUS] TEMPORALI[BUS]

Simon Gonzalez.

Matheo Nogueira Ferreiro.

[1] P. Emmanuel de Paiva.

22

P. JOANNES DE POLANCO

FACULTATEM LEGENDI LIBROS PROHIBITOS A NATALI IMPETRATAM ATTESTATUR

ROMAE, 23 MARTII 1560 [1].

PARA EL PADRE DOCTOR TORRES EM LISBOA

El P. Mtro. Nadal uuo del cardenal Alexandrino liçençia para que nuestro Padre prepósito pudiese comunicar (después de auerlo consultado con sus assistentes) á los que le pareciesse de la Compañía facultad para leer los libros prohibidos en su cathálogo; y assí nuestro Padre la daa á los de la Compañía de Coimbra y de los otros collegios de leer los authores que no son heréticos, aunque tengan scholios ó annotaçiones de heréticos, ó sean impremidos por los tales, borrando los nombres y lo que occurriere que parezca de mala doctrina; y V. R. assí se lo podrá significar. También le dixo el papa á nuestro Padre ser esta su uoluntad, aunque no la ha publicado.

[Roma], 23 de Março 1560.

Por comissión de nuestro Padre prepósito.

JOÁN DE POLANCO.

23

P. HIERONYMI NATALIS

litterae patentes

PATRI BARTHOLOMAEO BUSTAMANTIO DATAE

MONTE REGIO, 4 MAJI 1561 [2].

Hieronymus Natalis, Societatis Jesu commissarius generalis. Vniuersis praesentes literas inspecturis, salutem in Dno. sempiternam. Cum Rdus. in X.° P. Bartolomeus de Bustamante,

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 63r.

[2] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 32. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 457, ubi de hac Bustamantii in suam provinciam profectione disseritur.

praesbiter et professus Societatis Jesu, et prouinciae Bethiae prouincialis, a Rdo. in X.° Pre. Francisco Borgiae, Hispaniae et Indiarum commissario generali, ob negotia Societatis fuerit Lusitaniam euocatus, et hactenus ibi utiliter cum praedicto Rdo. commissario fuerit in dictis negotiis occupatus, visum est, illis iam expeditis, quibus necessario detinebatur, debitum sui officii postulare, ut ad prouinciam suam gubernandam et administrandam rediret. Hoc igitur illi in Dno. iniunximus, et his literis patentibus uoluimus esse vniuersis significatum. Datum in collegio Montis Regii, etc.

24

P. HIERONYMI NATALIS

litterae patentes

PETRO JOANNI PERPINIANO DATAE

CONIMBRICAE, 20 (?) JUNII 1561 [1].

Hieronymus Natalis, Societatis Jesu commissarius generalis. Vniuersis praesentes litteras inspecturis, tum nostris, tum externis salutem in Dno. sempiternam. Quoniam ita ferunt mores et instituta huius minimae Societatis, ut, quicunque mittuntur ad aliquod munus obeundum, iis litterae dentur indices ipsorum

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 32r. Hae litterae patentes Perpiniano datae sunt a Natali pro itinere Romam capessendo, quod quidem tribus omnino mensibus, a 20, scilicet, die Junii ad 27 Septembris anni 1561, emensum est, et ab ipso Perpiniano pulchre describitur in epistola, Roma die 27 Septembris ejusdem anni ad sodales conimbricenses data, et a Bernardo Gaudeau S. J. in sua thesi *De Petri Joannis Perpiniani vita et operibus*, a pag. 149, publica luce donata; ubi tamen dies profectionis e collegio conimbricensi desideratur; sed a P. Natali nobis in epistola, 16 Junii data, hisce verbis indicatur: «y creo dentro de 4 ó cinco días partirá de aquí el P. Pedro Perpiñán, rhetórico, y insigne...» Cum his litteris dedit Natalis Perpiniano instructionem, quam nullibi reperire licuit, in qua, ut ait idem Perpinianus, scripto ei tradidit rationem in itinere servandam, et curam sociorum ei demandavit. En ejus verba, ex laudata epistola deprompta: «Teníamos, en cinco que éramos, quasi toda la orden de un colegio, yo hacía el officio de superior y confessor, Diego de Costa era ministro y tenía cuidado de hacer addereçar el comer y pagar todo lo que se gastava, por me lo aver ansí ordenado el P.e Natal, y dado en escrito antes que de Coimbra me partiesse...» Ibid. pag. 150.

obedientiae, Petrusque Perpinianus, sacerdos eiusdem Societatis, praepositi generalis iussu, Romam iter habet, existimauimus non oportere eum sine hac testificatione dimitti. Quare omnes nostri eum cum suis sociis officiose et humaniter accipiant et iuuent in Domino, fraterna eos charitate complectentes, et has literas pro legitima testificatione et commendatione ducant; externos uero, pro eorum humanitate et charitate in proximos, praesertim religiosos et pauperes, idem rogamus in Domino. Datum Conimbricae, etc.

25

P. HIERONYMI NATALIS

INSTRUCTIO

P. GUNDISALVO VAZ MELLO

RRAEPOSITO PROVINCIALI LUSITANIAE DATA

EBORAE (?) CIRCA DIEM 20 SEPTEMBRIS 1561 [1].

INSTRUCTION PARA EL PROUINCIAL

Excerpta.

... Como he dicho al P. doctor Torres y al P. Luis Gonçález, me pareçe bien que el P. Miguel de Sosa sea confessor del rey, y esto propongan el P. doctor Torres y el P. Luis Gonçalez con su industria y moderación, como saben conuenir...

Gil Barreto se mandará aora á Coimbra con una carta, que diga cómo va parallá, y que le occupen en los officios de casa, sacando comprador, sacristía y portería; y después por vía de Francisco Anrríquez se le escriuirá al P. Mirón más en particular lo que passa.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.*, foliis 279-284 2.ae ser. Haec instructio a P. Natali novo praeposito provinciali Gundisalvo Vaz Mello data fuisse videtur anno 1561, prout ex rebus in ea contentis et negotiis eo tempore in epistolis laudati provincialis tractatis eruitur. Et si prae oculis habeantur, quae P. Natalis Lainio ex collegio eborensi die 20 Septembris 1561 referebat, paulo ante illam diem hanc instructionem lucubratam fuisse facile colligetur. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 537, n. 7; et ea, quae in hoc monumento de Petro Alvarez dicuntur, scilicet: «se le dió licencia de estar medio año... y este medio año empezó en Agosto de 1561».

Lo mismo, seruatis seruandis, y todo esto con mucha suauidad, se le diga y se haga.

El P. Pais se porná en probación en hospital, que es una de las seis; y si no diesse muy buena prueba, no lo reciban; y si dixesse que es mal dispuesto, embíenle á su casa.

Lobo vaya en peregrinación á Lisboa; y si después pareciere bien al prouincial, le mande á la India.

De los 4 de Lisboa se trate con suauidad, supponendo que son muy reduzidos; mas con esto se tendrá miramento en lo que hazen, principalmente acerca de aquello del incobrir ó descobrir; y me auisará dellos.

Vanegas [1], si se puede quietar, se quiete; y si no, me lo embíen.

Christóual Díaz no se reciba.

Vn discípulo tiene Pero Gómez viscayno, y quiere entrar en la Compañía. Yo le he offerecido de, acabado el curso, tomarle para la Compañía: téngase cuenta con él, y si [a] acabado el curso ó cerca dél diere buena satisfactión, consultando Pero Gómez y los otros consultores, si pareciere [b] reçebirle en Portugal, con la bendiçión de Dios le reciban; y si no, le embíen á Castilla al que fuere commissario ó tuuiere su lugar; y si no lo tuuiere, lo embíe á algún prouincial en mi nombre...

Pedro Aluarez, se le dió licencia de estar medio año para recobrar sus fuerças corporales y espirituales en su tierra: después hágase dél lo que pareciere: y este medio año empeçó en Agosto de 1561.

Lo mismo de Joán Fernández, çapatero, y coadiutor en Coimbra, que no quería ser temporal.

Del P. Cotta [2], no se le escriuirá aora de su mudança; mas esperarse ha hasta que el prouinçial vaya allá; y allí se tracte con Anrrique de Gouea cómo aquella casa no puede ser de professos, ni collegio, ni casa de probación; pues no tiene aún de que

---

a Ms. *se*.— b Ms. *parecere* hic et infra.

---

1 Michaël Venegas. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 491.

2 P. Melchior Cotta. Ibid., I, 509.

se poder sustentar, y por esso conuiene que sea una granja del collegio de Coimbra, adonde dos Padres por lo menos y algunos hermanos estén, y puedan allí venir los enfermos de Coimbra; y esto de manera que, no los sustentando la tierra, los sustente el collegio de Coimbra; y quando esto con suauidad se pudiesse concluyr con él, entonces se podría hazer la mudança del P. Cotta, como parecesse mejor. Joán Fernández se prepare para hazerse sacerdote, dándole por algún tiempo algunos exercicios spirituales ó alguna más oración de la ordinaria, según conueniere á la flaqueza de su cabeça, y comulgue [a] una ó dos vezes más en la semana, y algunos días vaya consolar y seruir al hospital los enfermos, tornando á casa á comer y cenar; y en casa entienda en officios baxos, para que con esto se ayude en el espíritu, auisándole de su natural; y después [que] le ordenen, por espacio de un mes ó dos diga sus missas en casa, y entonçes le embíen á S. Fins para ser superior allí, y tener cuenta de los negocios, dándosele instructión, y estando primero con el P. Diego Pérez dos meses, para informarse etc.; y el P. Pero López dende Braga le poderá ayudar quando fuere menester con la información del facto, y de lo que más fuere necessario.

El P. Diego Pírez poderá passarse al Puerto ó adonde más pareçere conuenir...

El P. Francisco Anrríquez será compañero del prouincial ordinariamente, y será consultor y admonitor y secretario y podrá ser confesor...

---

[a] Ms. *comulge.*

26

P. HIERONYMI NATALIS

ORDO SCRIBENDI AD SUPERIORES LUSITANAE PROVINCIAE TRADITUS ANNO 1561 [1].

JESUS

ORDEM DE ESCREUER AO PADRE GERAL E COMMISSARIO O PROUINCIAL E SEUS CONSULTORES

Ho prouincial [2] ha-de escreuer ao Padre geral e commissario no fim de cada mes.

Ho P. doutor Torres [3] ha-de escreuer ao Padre geral e ao commissario no fim de Janeiro, Majo e Setembro.

Ho P. Antonio Correa [4] ha-de escreuer ao Padre geral e ao commissario no fim de Feuereiro, Junho e Outubro.

Ho P. Miguel de Sousa [5] ha-de escreuer ao Padre geral e ao commissario no fim de Março, Julho e Nouembro.

Ho P. Francisco Anrriquez [6] ha-de escreuer ao Padre geral e ao commissario no fim de Abril, Agosto e Dezembro.

ORDEM DE ESCREUER AOS SUPERIORES EM S. ROQUE

Ho preposito [7] ha-de escreuer ao geral no fim de cada mes, e ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada semana.

Ho P. Antonio Correa ha-de escreuer ao Padre geral no fim

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.*, foliis 81, 82 secundae seriei. Haec instructio data videtur a P. Natali circa diem 21 Augusti 1561, qua ipse ordinem scribendi Roma se accepisse testatur in epistola Patri Madridio data. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 514.

[2] Provincialis recens a Natali nominatus erat P. Consalvius Vaz Mello. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 535.

[3] Praepositus domus S. Rochi et consultor provinciae. *Epist. P. Nadal,* I, 535.

[4] Hic erat consultor provinciae, ad hoc munus a provinciali assumptus, et magister novitiorum. Ibid., pag. 692, 699.

[5] Minister domus S. Rochi et consultor provinciae. Ibid.

[6] De eo dictum est saepius in eodem loco.

[7] Erat praepositus P. Michaël de Torres. Ibid., pag. 699.

de Janeiro, e ao commissario e prouincial ha-de escreuer no fim do mesmo mes e no fim de Maio e Setembro.

Ho P. Miguel de Sousa escreuerá ao Padre geral no fim de Abril, e escreuerá ao commissario e prouincial no fim de Feuereiro, Junho e Outubro.

Ho P. Francisco Anrriquez escreuerá ao Padre geral no fim de Julho, e escreuerá ao commissario e prouincial no fim de Março, Julho e Nouembro.

Ho P. Miguel Esteues [1] escreuerá ao Padre geral no fim de Outubro e escreuerá ao commissario e prouincial no fim de Abril, Agosto e Dezembro.

ORDEM DE ESCREUER AOS SUPERIORES EM COIMBRA

Ho superintendente e rectores [2] escreuerão ao Padre geral no fim de cada mes, e ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada somana.

Ho P. Marcos Jorge ha-de escreuer ao Padre geral no fim de Janeiro, e ao commissario e prouincial ha-de escreuer no fim de mesmo mes, e no fim de Majo e Setembro.

Ho P. Pero Diaz escreuerá ao Padre geral no fim de Abril, e escreuerá ao commissario e prouincial no fim de Feuereiro, Junho e Outubro.

Ho P. Pero Gomez escreuerá ao Padre geral no fim de Julho, e ao commissario e prouincial no fim de Março, Julho e Nouembro.

Ho P. Vasconcellos escreuerá ao Padre geral no fim de Outubro, e ao commissario e prouincial no fin de Abril, Agosto e Dezembro.

ORDEM DE ESCREUER AOS SUPERIORES EM EUORA

Ho rector [3] escreuerá ao Padre geral no fim de cada mes, e

[1] Consultor praepositi. Ibid., pag. 700.

[2] Superintendens erat P. Miron, rector collegii superioris P. Gundisalvus Alvares, inferioris autem P. Emmanuel Alvarez. Quatuor, qui infra ponuntur, consultorum munere fungebantur.

[3] Eborensis rector erat P. Leo Henricius (Henriques). Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 566. Caeteri erant ejus consultores.

ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada somana.

Ho Padre vicereitor escreuerá ao Padre geral no fim de Janeiro, e ao commissario e prouincial ha-de escreuer no fim do mesmo mes, e no fim de Majo e Setembro.

Ho P. Jorge Serrano escreuerá ao Padre geral no fim de Abril, e escreuerá ao commissario e prouincial no fim de Feuereiro, Junho e Outubro.

Ho P. Fernão Pires ha-de escreuer ao Padre geral no fim de Julho, e ao Padre commissario e prouincial no fim de Março, Julho e Nouembro.

Ho P. Bras Gomez ha-de escreuer ao Padre geral no fim de Outubro, e ao commissario e prouincial no fim de Abril, Agosto e Dezembro.

ORDEM DE ESCREUER AOS SUPERIORES EM S. ANTÃO

Ho P. Luis Gonzalez [1] ha-de escreuer ao geral no fim de cada mes, e ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada somana, e poderá escreuer estas vezes pollo rector de S. Antão, ou por hum dos consultores, ou por outro que milhor lhe parecer.

Ho rector [2] ha-de escreuer ao geral no fim de cada mes, e ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada somana.

Ho P. Afonseca ha-de escreuer ao Padre geral no fim de Janeiro, e ao commissario e prouincial ha-de escreuer no fim do mesmo mes, e no fim de Maio e Setembro.

Ho P. Varea escreuerá ao Padre geral no fim de Abril, e escreuerá ao commissario e prouincial no fim de Feuereiro, Junho e Outubro.

Ho P. Mauricio escreuerá ao Padre geral no fim de Julho, e ao commissario e prouincial no fim de Março, Julho e Nouembro.

Ho P. Amador Rabello escreuerá ao Padre geral no fim de

[1] Superintendens. Ibid., pag. 535.

[2] P. Ambrosius Perez. Ibid. Reliqui erant consultores.

Outubro, e ao commissario e prouincial no fim de Abril, Agosto e Dezembro.

ORDEM DE ESCREUER AOS SUPERIORES EM BRAGA

Ho rector ha-de escreuer ao Padre geral no fim de cada mes, e ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada semana [1].

Ho P. Miguel de Bairros escreuerá ao Padre geral no fim de Janeiro, e ao commissario e prouincial ha-de escreuer no fim de Feuereiro, e no fim de Junho e Outubro.

Ho P. Rocha ha-de escreuer ao Padre geral no fim de Junho, e ao commissario e prouincial no fim de Abril, Agosto e Dezembro.

ORDEM DE ESCREUER AOS SUPERIORES EM BRAGANÇA

Ho rector ha-de escreuer ao Padre geral no fim de cada mes, e ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada somana [2].

Ho P. Cardoso escreuerá ao Padre geral no fim de Janeiro, e ao commissario e prcuincial ha-de escreuer no fim de Feuereiro, e no fim de Junho e Outubro.

Ho P. Marquez ha-de escreuer ao Padre geral no fim de Junho, e ao commissario e prouincial no fim de Abril, Agosto e Dezembro.

ORDEM DE ESCREUER AOS SUPERIORES NO PORTO

Ho rector ha-de escreuer ao Padre geral no fim de cada mes, e ao commissario no fim de cada dous meses, e ao prouincial no fim de cada somana [3].

---

[1] Rector erat P. Ignatius Azebedius. FRANCO, *Synopsis,* ann. 1560, n. 19.

[2] «Decembri mense [anno 1561] illo rediere [Brigantiam, scilicet], mansuram fixuri sedem, Leonellus Lima, primus Collegii Rector, Dominicus Cardozus, professurus moralem Theologiam et acturus divini verbi praeconem, demum Garcia Simonius nondum sacerdos.» FRANCO, *Synopsis,* ann. 1561, n. 7.

[3] Portuensis rector erat P. Melchior Cotta. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 509.

Ho P. Diogo Aluarez escreuerá ao Padre geral no fim de Janeiro, e ao commisario e prouincial ha-de escreuer no fim de Feuereiro, e no fim de Junho e Outubro.

Ho P. João Pires ha-de escreuer ao Padre geral no fim de Junho, e ao commissario e prouincial no fim de Abril, Agosto e Dezembro.

27

P. HIERONYMI NATALIS

INSTRUCTIONES IN PROVINCIA LUSITANIAE

ANNO 1561 DATAE [1].

Excerpta.

(Fol. 44v) Ya que en esta ciudad no se puede ir á seruir al hospital, por tener cura dél los padres de Sto. Elodio, podráse ir con su licencia á uisitarlos y consolarlos.

Podráse también hazer este fructo y dar edificaçión al pueblo si los domingos fuesen algunos hermanos, especialmente theólogos, por las parrochias... con la campanilla llamando los muchachos y otras personas rudes para ensenharlos.

(117r) LO QUE DIXO EL P. M. NADAL EN EL COLLEGIO DE COIMBRA...

(117v) 9. A las quatro paredes del refectorio arriba y en baxo [2] se pongan buenas ymágines, y no falte la de la çena del Señor...

(118r) 14. Los corporales se hagan como en Roma. Con amidón bruñirlos, y háganse bolsas en que se lleuen encima del calyx al altar, cubiertos con un paño de lino ó seda gracioso...

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.* Folia notantur in textu inter uncinos. Cum autem duplici numerorum serie folia hujus codicis signata habeantur, ubi nil notatur, folium pertinere ad priorem seriem indicamus; si autem signaturae addatur «2.ae ser.» ad secundam seriem lectorem remittimus. Vide dicta in hujus codicis descriptione, pagg. 59 et 68; et in praefatione huic volumini praefixa, ubi de monumentis ex lusitano codice depromptis aliqua animadvertimus.

[2] Id est, in collegio superiori et inferiori; duo quippe collegia Conimbricae Societas habebat. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 710, 711; et TELLEZ, *Chronica da Companhia...*, p. II, lib. VI, cap. 44 et 45.

(118v) 17. Cada día se predique á la tarde en el refectorio á la cena, y desse vna ora antes el thema, y el que ha de predicar dexe la repetiçión, y prepárese.

18. Vn viernes tenga plática el sobrestante, ó el rector, ó alguno que sea suficiente para ello, y otros viernes conferencias della misma materia...

(119r) 29. ... y háganse las pláticas antes de la cena, y sea[n] de vna hora poco más ó menos...

(119v) 22. Los tonos se darán á los nouicios en su modo de viuir etc... los otros del collegio todos los domingos y fiestas vn quarto después inmediate de la hora del reposo hagan los tonos dos, vno comunes y otro particulares, sin darles tiempo, aunque sean particulares...

(120r) 24. Las cámaras en donde están muchos, se diuidan con esteras ó tablas, como se haze en Roma, por mayor honestidad y recogimiento de los hermanos.

26. Sepáresse vna mesa en el refectorio, donde solos los conualescientes y flacos, ó que por necessidad no comen alguna cosa, se assienten, y sean designados algunos que tengan cuenta con seruirlos.

(126r) 5. Dar los exercicios espirituales á los que se reciben á la Compañía, es neçessario por la constituçión, y no paresce aurá causa por que le comuten en otras experiençias, como las otras se pueden comutar...

(129r) 11. Todos llamarán al general «Paternidad»: todos á los prouinciales «Reuerencia» y al comissario, y no «Nuestro Padre.» [Así] llamarán todos solamente al general. Los prouinciales se llamarán «Reuerencia» entre sí, y «Vos» á todos los otros. Los prepósitos locales y rectores y prefectos [a] de probaçión y professos de 4 votos se llamarán entre sí «Reuerencia» y á los otros «Vos.» Los sacerdotes entre sí «Reuerentia» y á los otros «Vos.» Los hermanos á los sacerdotes «Reuerencia»; entre sí «Vos»; y ninguno hable por «Elle».

12. En ninguna missa se vse diácono, aunque sea viernes

---

a Ms. *perfectos.*

sancto; sino la solenidad ha de ser como las constituciones dizen, y no otro; y la passión puede dizir el mismo sacerdote. Las disciplinas públicas, que se hazían en las tinieblas, no se agan.

(133v) 45. .... La palabra de los exerçiçios semmiende: y ha de dizir «etiamsi planum compertumque est.»

(154v) RESOLUCIONES DEL P. M. NADAL, QUE SE DIERON Á LOS PROUINCIALES

Al prouincial de Aragón.—... Lo que se offrece el jueues sancto, se dé á pobres, en donde no lo piden los curas; y en ninguna manera se aplique á la Compañía.

Al rector de Valencia. No salgan en fiesta alguna al altar con capa para dizir las oraciones.

(155v) Sólo ha de auer dos exámenes, vno antes de comer, otro antes de acostar; y el día que vno comulga ó dize missa, no han de hazer el de antes de comer [a]; porque lo tienen hecho para dizir missa ó comulgar.

Los nombres proprios del baptismo no se muden.

Los nombres de la cognación, si no suenan bien, se pueden mudar en otros de la mesma familia, como sería tomando el nombre de la madre.

(156r) Los 3 días de la semana santa se podrán cantar en tono los officios, y los domingos y fiestas mandadas.

(156v) La noche de Nauidad se pueden dizir maitines y admitir en nuestra iglesia los de fuera, que los oygan.

(157r) Los ramos se bendigan el domingo de ramos, pero sin solenidad y sin processión, en tono.

La ceniza se dará el 1.° día de la quaresma, seruándose el que no se reciba limosna entonces, guardando nuestro instituto y costumbre.

(157v) Donde se ha vsado á la missa mayor los domingos, se diga el «Asperges» etc.

A lo ordinario vsaremos ciñidores de orillos cenzilhos, si serán sufficientes del pano que uestimos; si no, búsquesse de los

---

[a] Ms. *antes de comulgar.*

sastres; ó podrían ser también de vna tira de paño; y se pueden algunos hazer de estambre: y (158r) esto porque no parezca que introduzimos hábito en esta parte.

Quando se dizen las missas pro reductione Germaniae et Angliae, aduiértase que se dizen por los fieles que allí están y por el augmento dellos.

La consuetud, que era antigua, que el que lee [a] en la mesa hable sobre alguna cosa de lo que lee, no es necessario guardarla. Ha succedido tamen á esta consuetud, otra, que el que lee, pareciéndole que es cosa de notar algun passo, lo repita.

(158v) El predicar cada noche, no se entiende sino donde ay muchos más de 50. En otros collegios se predique á lo menos cada domingo, ó de dos en dos días, ó de 3 en [b] 3, según el número.

(160r) Vso de traer escarpines, si no está introduzido, no se introduzgua. Míresse tamen á la necessidad en vn tiempo y otro. Bonetes redondos no se introduzguuan. Prouéasse tamen á la neçessidad de cada vno.

No es necessario que todos los legos de diuersas prouinçias se uistan de vna manera; pues ni los sacerdotes de Italia, Castilla, Portugal traen vna manera de bonetes; y esta diuersidad no haze difformidad en la Compañía.

(160v) Si todos los religiosos echan paloma el día de Pentecostés, se eche en nuestras iglesias.

(163v) A la semana sancta se podrá hazer el officio con diácono y subdiácono donde se ha usado; y en algunas fiestas principales se podrá colgar la iglesia moderadamente sin gasto [1].

(164v) Lo del diácono y subdiácono, se entiende que se vaya quitando poco á poco.

(254r) LO QUE DIXO EL P. NADAL EN LISBOA

(261r) Las uestes grossas sean de paño grueso etiam de ca-

---

[a] Ms. *le.* —[b] Ms. *em.*

---

[1] Haec responsio data fuit a Natali Patribus domus hispalensis.

chera [1] ó saial; y si fuere possible hallarse de pardo, como en Roma; assí sea, y no sean negras.

(263r) El officio de los ramos, sea entonado, como es el officio de la semana sancta; mas no se haga processión.

(261r) A los 15 de Feuereiro de 1562, escreueo o P.e Nadal de Alcalá o siguinte.

Quanto a renouação dos votos pareçe ao Padre que he deuaçao que cada hũ cada uez á renouação delles, os escreua e lea, se ia os não tiuesse escritos e assinados outra vez, e em tal caso bastara ler aquelles sẽ screuer de nouo outros...

Los nouicios en todas las partes se siruan para diuisión particular propria de su tiempo y occupaciones, de una campanilla á mano: en las otras cosas communes, de la campana común á todos los de casa.

(264r) Procúrese de estampar las cartas de las Indias, é cogidas con mucha diligencia y corregidas y aprobadas por la inquisición; y esto si pudiere ser en latín, sería mucho mejor, y si no, en castellano; mas se considere que se haga con toda consideración, y quitadas las cosas que [personas] particulares pueden entender que dizen por ellas, como restituciones, etc.

(265r) Hase de procurar en Lisboa, en Coimbra y aquí en Euora, etiam con fauor del rey, que los nuestros se puedan exercitar en los hospitales; porque si esta parte no tenemos, nos falta una principal probación y gran remedio para ayudar á los nuestros; y esto procurado, se aduierta que á los hospitales se pueden embiar primeramente los que vienen para ser recebidos en la Compañía y no se tiene la satisfactión que se dessea, etiam antes que entren en la primera probación [2]...

El P. Luis Gonsalues me escriua, en quanto que estoy en Spaña, de lo que se tracta de la mutación del colegio de santo

---

[1] «Cachera. s. f. Ropa de lana muy tosca y de pelo largo como las mantas.» *Diccionario de la lengua castellana compuesto por la Real Academia española*. 4.a edición MDCCCIII.

[2] In margine, eadem manu: «Este no se exercita en Coimbra, por no ser necessario, y retener este cuydado los frailes Aloyos etc.» Vide supra, fol. 44v, pag. 199.

Antonio, y que se tenga respecto á que los príncipes no se debiliten en cumplir las otras fundaciones que son començadas; y también se vea que los nuestros no se muden de S. Antonio hasta que tengan mui buena commodidad de habitación, y scuelas, y que se tenga alguna fundación cierta y cómmoda, á lo menos con esperança de hazerse una plena fundaçión, tan grande como piden tantas escuelas que aurán de ser en el collegio nueuo.

(266r) Los sanctos se pueden sacar en todas las partes de la prouincia; mas el modo será bien que sea este. Saquen del calendario, y vltra desto del martyrologio, la lista de los sanctos y diuídanlos por quantos estuuieren en casa; y si no bastaren, diuidan los hermanos en dos partes ó más, conforme al número de los hermanos, y cada uno dellos en su papel affigirán [a] á la pared del lugar adonde se sacarán, y en otros papelcillos se escriuirá aquello por que han de hazer oración y otras obras que se harán el día del sancto, ó su vigilia, y se affigerán estos otros papelcillos en la misma pared de los sanctos, y los padres y hermanos escritos cada uno con su papelcillo se pornán en vn bonete, y assentados los hermanos y Padres en sus bancos al derredor, uno de los superiores assentado en una silla delante una messa pequeña, hará sacar los rótulos de los hermanos por suerte, y assí como salieren eligirán por su deuoción el sancto que quisieren, y también eligirán el papel que más quisieren [b], porque harán [c] oración y obras. La intención desto es que cada uno tome por intercessores todos los sanctos de aquel mes, y especialmente aquel que eligiere; y la vigilia puede demandar alguna abstinencia, ó disciplina, y el día, confessarse y communicarse, ó hazer más media hora de oración... etc.

(268v) RESPOSTA DE ALGUMAS DUUIDAS QUE O P. GONÇALO VAAZ TRATOU COM O P. NADAL EM LISBOA NO ANNO 1561...

Nuestros edificios no sean curiosos, y séruese el decreto de la congregación, y el ladrillo no sea roçado, sino tosco.

(271v) Las reglas impresas y últimas que vinieron de Roma

---

[a] Sic, pro *fijarán,* hic et infra. —[b] Ms. *quisiere.* —[c] Ms. *hará.*

con la moderación del Padre, se guardarán, y las otras seruirán de auisos sin obligación cum iudicio del superior, si le pareciere.

El rector del collegio de Euora, para ser de la vniuersidad, basta que el prouincial le haga vna patente de rector del collegio.

(272) Los superiores den mucho crédito al maestro de nouicios en cosas de su officio; y si no están muy ciertos de lo contrario, pareçe conuenir que sigan su opinión, y tamen todo está al judicio del superior.

(273v) RESPUESTAS DE ALGUNAS COSAS QUE GONÇALO VAAZ HA SACADO DE PRÁCTICAS FAMILIARES DEL PADRE MAESTRO NADAL...

Trabalharei deste modo de falar: «foão he meu amigo» «o sou seu amigo» e ao tirar de mi, e de todos os outros em quem o sentir e a Companhia ha-de ser charidade tam uniuersal con todos, que não ha-de ter lugar o poderse dizer de nenhũ em particular amigo mas que de otro, ultra que pareçe secularidad dezir es mi amigo, y significaçión quasi que los otros no lo fuessen.

(274) Mucho me encomendó el P. Hyerónimo Nadal que trabajasse muy mucho de no tener auersiones de algunos; antes en todos estuuiesse siempre amando lo bueno y la gracia que N. S. le ha dado, y con esto trabajasse de le ayudar en sus imperfectiones, si por ventura las tuuiere; y esto principalmente con los tentados.

Que trabaje de tener los más antiguos y más aprouechados en la Compañía, como professos y rectores, y qualquier que puede ayudar, muy unidos; para con estos se poderem ayudar los otros.

(274v) Es necessario para el buen gouierno preuenirse las tentaciones y desgustos, en quanto fuere possible, de los subjectos, para que con más suauidad se pueda disponer dellos, y ellos caminar en la virtud, á mayor gloria diuina.

En Coimbra, aunque se acabe la yglesia, no se dirá missa cantada ni vísperas hasta que no venga resolución de lo que se ha de hazer, ó de nuestro padre general ó del padre Nadal.

Trabajarse ha con la gracia diuina de en Coimbra auer siempre dos ó tres (274v) personas ensignes destas facultades, scilicet, theología, artes, y humanidad, aunque no lean; y con esto podían confessar algunas vezes y predicar y salir algunas vezes fuera á lo mismo, como in Domino pareciere; y esto para conseruar la autoridad que aquel collegio pide á mayor gloria de Dios.

(275r) No es necessario que el substituto de qualesquiera lectiones que sean, sea tan bueno ni lea tam bien como el proprio maestro; antes conuiene que sea inferior, para que los discípulos no pierdan el crédito y affectión á su maestro.

Quanto á los substitutos de Euora para artes y latín, dize el Padre que por aora (275v) se esforce á passar como pudieren, hasta que yo vaya á Coimbra, y que allá [a] se mire, si [b] sin prejudicio de lo de allá se puede [c] mandar alguno, ó algunos theólogos, que con oir theología aquí, substituyan [d] en estas classes.

Obseruarse ha que los sacristanes [e], al salir de la sacristía, tengan agua bendita, y tomen el isopo en la mano, y puestos [f] de rodillas lo den al sacerdote, y depués (276r) de él tomar la agua, y la echar al ministro, le tornará á dar el isopo, y él lo pondrá en su lugar.

(279v) INSTRUCTIÓN PARA EL PROUINCIAL

Luego después de yo ydo, partirse ha para Lisbona y Coimbra, para uisitar; et ratio uisitationis suae [g], uerá [h] si lo que yo he dexado ordenado specialiter, y las otras reglas se guardan, y hazer que se guarden. Lo particular será en otra parte.

No mudará cosa alguna de regla ni orden que yo aya dado, sin consultar al general, ó á mí; podrá tamen entretener la execución de lo que le pareçerá, oydos sus consultores, y auisarme ha dello.

Las cosas que dudaren los más, no se executen sin que me consulten.

Traten con suauidad los superiores con los súbditos, special-

[a] Ms. *la*. —[b] Ms. *se*. —[c] Ms. *pueden*. —[d] Ms. *substituam*. —[e] Ms. *sancristanes*. —[f] Ms. *postos*. —[g] Ms. *sua*. —[h] Sic, pro *será ver*.

mente los supremos en cada parte, y las penitencias más bien las dé por el ministro.

No sea austero.

No sea negligente, ni diga «ya le he dicho.»

No tenga propria intelligencia, sino vaya ad pedem literae, dé la orden, consulte, y tome más de luz de los consultores.

Que gouierne animándolos que van bien, y dexarles hazer á su buen modo, y ayudarles á ello, y no contristarles, y especialmente quien le pareciere [1]...

Vea cómo ha de hablar de M. Simón, y de otros salidos.

Vea en qué ha de creer, y ayudarse, y fiarse de cada uno. Según el talento [y] habilidad que Dios les da, ansí se ayude [a] dellos; y ellos esto no lo sepan.

Que tenga la vida de N. P. Maestro Ignacio de sancta memoria y todo lo demás.

Amabilem se omnibus faciet, et ad quem faciliter omnes occurrant...

(280v) El doctor Torres tempere los negocios seculares que trata, quanto se podrá.

(281r) El doctor Torres no vaya [b] con el panizuelo en la cara, ni el sombrero cubra el sol en la mano, ni lamentarse de lo que padesce.

Se mire de se ayudar también al modo de la conuersión que se vsa en la India, por los rumores que han tenido este año; y especialmente se encomiende [c] que los nuestros tengan mucha obseruancia y ueneraçión al arçobispo de Goa, y sean muy unidos con él, haziéndole particularmente todos los seruicios que pudieren, y en todas maneras se esfuerçen [d] tenerle benéuolo...

El prouincial vea de negociar lo del collegio de Bragança, y esto hará por medio del doctor Torres que hable al obispo de Miranda [2]; y no estén por difficultad de subjectos; porque con la gra-

---

[a] Ms. *ayuda.* —[b] Ms. *vai.* —[c] Ms. *encomende.* —[d] Ms. *esforçen.*

---

[1] Sensus hujus verbi fortasse est velut si diceret *quien se le pareciere,* id est, praesertim erga illos, qui similes Patri Vaz in animi nimia contractione viderentur.

[2] Julianus de Alva.

cia del Señor se podrán hallar, y con la gracia del Señor podré yo ayudar de Castilla ó Andaluzía, y quanto al número de los nuestros que allí se podrán alimentar con la renta, pueden significar al obispo que, escriuiéndome á mí, yo podré dispensar, de modo que no sea la cosa tan diffícil como se hazía, y váyase la cosa negociando...

(282v) El modo de visitar aora por la primera vez sea exigir de todos la renouación y feruor y nueuos propósitos que se han puesto con la diuina gracia, y uer cómo se obserua lo que yo he dexado, y ayudar de mis instructiones, y ayudar en todas las partes que aurán menester, y uer si las reglas y officios se guardan, y attender que cada parte de los collegios y casas vaya en perfectión, según su qualidad. Hablará á todos, y tomará de todos conoscimiento, y de todos negocios, etc. Y principaliter se attienda á coger buenos subjectos para la Compañía; y auisarme ha de todo, escriuiéndome á lo menos cada mes, y si fuere menester más á menudo; y según el orden que se ha dado en Coimbra...

(284v) Mire el prouincial en Coimbra si conuerná dar aquella licencia de entrar cada semana los forasteros á las conclusiones de theología, y más si entrarán á oyr ordinariamente la lectión que se lee de theología, y escríuame si hallan allá inconueniente alguno que paresca de considerar, y me escriua; entre tanto se vea si podría accomodarse alguna estancia, donde se pudiesse hazer este exercicio, adonde se entrase immediate por la calle, al modo que yo he dicho al prouincial.

28

PONTOS QUE O P. MESTRE NADAL

ME DEU EM EUORA [1].

Hazer todas las cosas á maior gloria de Dios.

Amar el instituto.

Amar el fin.

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 63v. Haec puncta data fuerunt Eborae a P. Natali P. Gundisalvo Vaz, provinciali Lusitaniae, anno 1561. Vide monumenta praecedentia.

Amar y dessear trabajar para el fin.
Obediençia perfecta.
Oraçión prática y extendida á la obra.
Humildad.
Simplicidad.
Amor de mortificaçión.
Amor de padeçer.
Modestia en el hablar y edificaçión.
Amar ser despreçiado.
Diligençia en las obseruaçiones quotidianas.
Caminar delante de Dios y en su presençia sempre.
Conseruar siempre el prinçipio de la graçia de Dios actuado.

Y exercitarsse en los actos de las virtudes theólogas y principalmente de la charidad.

Alcançar por costumbre de tener siempre el amor de Dios actuado, en modo que mueua sempre y en todas las operaçiones, sea de todas las uirtudes la forma y ser superior de la charidad.

MONUMENTA GERMANIAE

P. HIERONYMI NATALIS
INSTRUCTIONES PRO GERMANIA GENERATIM

29

†
Jhus.

QUOMODO PRINCIPES CATHOLICI
POSSINT IUUARI IN GERMANIA [1].

Primum, ut non solum dubitationes de potestate papae abiiciant, sed auersiones omnes [a] et offensiones, et praetensa, si qua sint, grauamina.

Non fidant amplitudini suae et potestati ac libertati, sed [b] veritati merae se esse [c] subditos, sedi apostolicae, ac romanae ecclessiae, ac summo pontifici.

Ne tam putent principes se esse seculares, quam episcopos, quod munus longe est illo praestantius. Hoc debent exerere; vti tamen potestate seculari, ut brachio seculari, omnes debent episcopi.

Ne dubitent de dogmatis nec de institutis ecclessiae, non de utraque, non de sa[cer]dotum [d] caelibatu, sed ecclessiae romanae in omnibus haereant.

---

[a] *omne* ms. —[b] *se* ms. —[c] *es* ms. —[d] Quae uncinis clausa hic et infra supplemus, desiderantur in apographo, eo quod charta temporis lapsu consumpta fuerit.

---

[1] Ex apographo coaevo, a P. Jimenez, librario P. Natalis, exarato, in codice *Natal. instr. Germ.*, duplici fol., 37 et 44, quibus alia scripta inserta sunt. Fol. 44 totum purum remanet. Quandonam haec monita Natalis scripserit, non constat. Valde probabili tamen conjectura suspicamur P. Natalem anno 1566, dum Germaniam, ut visitator, cum socio P. Jimenez perlustrabat, et, de illius nationis salute sollicitus, principibus potissimum ab erroribus novatorum praeservandis et in amore et obedientia erga pontificem romanum conservandis enixe incumbebat, hanc instructionem cum aliis bene multis lucubrasse, de quibus frequens mentio fit in *Epist. P. Nadal,* vol. III. Cf. nominatim epistolas 399 et 457, pagg. 146 et 343.

Ne desiderent concordiam in rebus fidei cum haereticis; nulla enim esse potest concordia in religione, nisi discedant a suis erroribus.

Concilium tridentinum recipiant uere et ex corde, quod ad dog[ma]ta attinet.

Ne adeo timeant aduersarios humano timore; confidant uero magnanim[iter] Deo, ad eum confugiant, pleni spe bona in omnibus aduersitatibus.

Nihil propter timorem faciant, uel propter temporum iniquitatem, quod sit con[tra] Deum, id enim nullo modo possunt; potius se offerant morti propter ve[rita]tem Dei.

An in reliquo iure positiuo possint dispensare propter temporis ma[litiam], consulant summum pontificem.

An possint aliquid contra Deum et ecclesiae canones permittere, propter eam[dem] causam, consulant eundem.

Quomodo possint tueri disciplinam, vbi in ecclesia aliqua non possunt habere nisi uel concubinarium pastorem, uel alioqui non idoneum, consulant [eumdem] [1].

Quid facient si non possint habere consiliarios et domesticos nisi sus[pectos], facta omni diligentia, eundem consulant.

Recipiant, non solum quod ad dogmata attinet, concilium tridentinum, sed quod ad reformationem; uerum in hac, si quid videatur non conuenire, uel non posse exequutioni mandari in Germania, de ea re consulant summum pontificem.

Faciant synodum iuxta concilii tridentini decreta.

Instituant reformationem seriam, quilibet sui cleri et capituli, adhibito consilio et authoritate caesaris.

Eandem curent in monachis et regularibus.

Aulam et quotidianos sumptus temperent, iuxta et concilii tridentini et aliorum conciliorum praescriptiones, et pauperum bona se sciant dispensare, se pauperes esse, etiamsi maxime principes; non tamen ita pauperiter debent viuere, ut ad auaritiam uel miseriam ea paupertas vergat, et debilitetur autoritas et potentia principatus.

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 343, n. 5.

Domi teneat ipse per se omnem disciplinam ecclesiasticam in oratione et horis canonicis, in audiendo sacro quotidie, in frequenti missae celebratione; det uero operam ut sit spiritualis homo, et meminerit se esse constitutum et vocatum a Deo ad perfectionis adquisitae statum; et non solum in se debere esse perfectum hominem, se[d] eam rationem etiam se habere debere spiritus, et doctrinae facultatem, qua possit alios facere spirituales.

Disciplinam et morum honestatem instituant ac curent in aula.

Possunt suauiter et commode adduci ut faciant, ut poterunt, saltem vna hora quotidie exercitia spiritualia, et, facta confessione generali, instituant electionem aliquam facere de reformatione vitae ac status sui; et non omittatur docere eos ut faciant examen quotidianum.

30

†

QUEMADMODUM GUBERNANDA SOCIETAS IN GERMAMIA [1].

Vt de hac re dicatur consultius, animaduertendum est quae sint vitia nationalia in Germania.

---

[1] Ex autographo, in quaternione oblongo dimensionis 0m,320 × 0m,110, 6 foliis majoribus a summo deorsum plicatis, non autem assutis, compacto. Duplex in hoc quaternione tractatus brevis continetur in foliis 1-7, Natalis manu signatis, scriptis et emendatis. Primus tractatus sub hoc titulo: *Quemadmodum gubernanda Societas in Germania* in duplici folio 1-2 continetur. Secundus, cui titulus *Ad provincias Germaniae juvandas etc.,* in foliis 3-7 reperitur. Postea sequuntur 4 folia pura non signata. Olim 5 folia vacua fuisse videntur, at unum disparuit. In ultimo folio, a tergo, haec inscriptio autographa Natalis habetur: *Vtilia*. Alia manu antiqua: *Quemadmodum gubernanda Societas in Germania.* De tempore, quo haec bina instructio a Natali composita fuit, illud proculdubio affirmare possumus post diem 6 Julii anni 1566 illam lucubratam fuisse. Idque evincitur ex iis, quae de adventu archiepiscopi surrentini Dilingam supradicto die habentur in *Epist. P. Nadal,* III, 174. De hoc autem adventu tamquam de re praeterita in hac instructione loquitur Natalis, ubi de domo probationis in Germania fundanda disserit. Prior autem hujus scripti pars imperfecta remanet; nec ullibi illam perfectam reperimus.

Primum, animi quaedam magnitudo natiua, vnde fit vt aliarum nationum homines fere negligantur.

2.°, auersio peculiaris ab italis.

3.°, quod sedis apostolicae sint parum obseruantes, si nihil aliud.

4.°, quod qui sunt in magistratu, sint imperiosi.

5.°, qui sub magistratu, abiecte sint seruientes.

6.°, quod sint honoris appetentes, non minus quam hispani. Splendorem appellationis, dignitatum et magistratuum mirum quanti faciant, quam diligenter obseruent. Hinc fit vt magni fiat etiam a principibus; qui priuatus, negligatur. Sed hispani honoris sunt appetentes feruidius, germani tenacius.

7.°, quod magna quaedam sit libertas crapulae, cum in cibo, tum in potu.

8.°, quod vehemens sit libertas in consuetudine mulierum, magnum periculum, nec minor facilitas.

9.°, haec omnia faciebat quidem antea natiua quaedam superbia; at rerum abundantia, et potentia [a] nationes [b] auxit supra modum: corruptio haeresum [fecit] vt sint magis corrupta ac deplorata.

10. Non hoc solum fecit haeresis, vt, quae vitia erant quasi ex natura gentis innata, augerentur, sed etiam bona, quae habebat innata natio, corrumperentur, et inaudita vitia et flagitia omnia corrumperent.

11. In his vitiis est, vt nulla sit fides inter homines, fraudes, furta, tum vitia carnis contra naturam.

12. Haec consideranda quidem sunt in his, quos in Societatem recipimus; et eorum est consideranda natura; consideranda quidem, sed non temere cuiusuis natura contaminata esse his vitiis credenda. Sunt permulti, qui bono ingenio sunt praediti, bona inquam propensione ad virtutem; breuiter, multi, qui animam sortiti sunt bonam.

Itaque sunt nouitii, non solum ab indiuidualibus vitiis sanandi, sed ab his nationalibus et generalibus.

---

[a] Non clare apparet an scriptum si p.[a] an φ.[a] Unde interpretari potest vel *potentia* vel forte φιλαυτία. —[b] Sic; sed forte legendum *nationis*.

Non sunt recipiendae vel conseruandae naturae dificiles, nam ingenium germanicum dificile est, barbarum et indomabile.

Si vitia habent inueterata, nisi primis mensibus [a]

31

†

AD PROUINCIAS GERMANIAE IUUANDAS, ETC. [1].

Singularem charitatis affectum et zelum gerere et exerere pro Germania.

Considerare in hoc genere auxilii iuuari vix posse Germaniam per alios, quam per Societatem, immediate quidem per Societatis personas, mediate vero per eos, qui a Societate instituentur vel a Societate dimittentur. Saltem nobis ita esset in hanc curam incumbendum, atque si per nullos alios iuuari posset Germania. Ad hoc nos mouere debet nostrum institutum, finis et professio; sumus enim a Deo vocati ad iuuandas animas, et ad eas haud dubie potius, quae auxilio humano destituuntur; infinitas autem animas miserrime perire in Germania, quod nullus illas adiuuet, est orbi compertissimum. Itaque non minorem et deuotionem et diligentiam a nobis germanae animae periclitantes et pereuntes efflagitant, quam indicae.

Non minor etiam existimatio et bonus odor ex fructu, quem refert ac referre potest in Domino Societas ex germanico ministerio, quam ex indico; nam in germanico longe maior est dificultas, longe maior necessitas et periculum; nam haeretici totam ecclesiam conantur corrumpere atque euertere; indi infideles sibi solis nocent; et prorsus eam prouinciam sumit Societas in Germania, quae omnibus fere est deplorata, etc.; illam indicam messem sunt permulti alii, qui possint colligere; hanc rarissimi.

Ad media vero vt veniamus, curandum omni studio et diligentia est, vt quamplurimi germani ad Societatem animum adiiciant ac recipiant[ur] [b], non solum, qui excellenti sint ingenio

[a] Ita desinit hoc monumentum, sententia imperfecta. —[b] Ultima syllaba hujus verbi, discissa charta, periit.

[1] Vide annotationem I.am monumenti praecedentis.

atque indole, sed etiam mediocri, ac etiam inferiori, qui suam operam possint probare pro coadiutoribus simplicibus.

Qui etiam pro coadiutoribus temporalibus recipientur, ii, si quid habeant ingenii ad literas, facilius possunt applicari ad literas et fieri tandem sacerdotes. Haec piscatio [1], si vsquam alibi, in Germania maxime est superioribus commendanda.

Est quidem dificultas, vnde alentur tam multi germani, quos adducet Dominus ad Societatem. Dominus tamen illos alet, qui adducet. Neque enim non est habenda plena confidentia, si ex ratione instituti multi suscipiantur ad Societatem, quin illos omnes sit alturus atque sustentaturus Xpus.

Vae nobis si non iuuemus Germaniam [2].

Neque ea de re soliciti esse debemus, modo ea faciamus, quae in nobis sita sunt, quaeque e nobis exigit Deus.

Et alentur quidem quotquot poterunt in germanicis collegiis, tum fundatis, tum fundandis; qui vero in Germania ali non poterunt, eos necessum erit apud matrem omnium collegiorum, Romam, ali, siue in collegio, siue in probationis domo; atque adeo illud erit optimum nomen ac ratio, qua induci poterunt pontifex romanus et collegium cardinalium, vt dotent collegium romanum, vel iuuent copiosis eleemosynis.

Esset inprimis vtile si sanctissimus dominus noster amplam probationis domum in Germania fundaret et dotaret, quod negocium recepit curandum Rmus. archiepiscopus surrentinus, Dilinga in Vrbem discedens ex legatione belgica, a Patre Societatis rogatus [3].

Quod attinet ad gubernationem, düas opiniones de Societate conceptas in Germania, quae vehementer nocent Societati, opus [est] depellere: prima est, nos nimium multa petere pro fundandis collegiis; ita fit, vt multi deterreantur a fundationibus col-

---

[1] Scilicet, haec cura alliciendi ad Societatem eos, qui apti ad eam censeantur, secundum illud Matthaei, cap. IV, vers. 19: «Faciam vos fieri piscatores hominum.»

[2] Vide sensus Natalis de Germania juvanda, ex codice *Natal. opusc.* depromptos, in *Epist. P. Nadal,* I, LXIX, LXX.

[3] Vide *Epist. P. Nadal,* III, 174, ubi de Juliano Pavesi, archiepiscopo surrentino, Dilingae expectato, sermo fit.

legiorum; 2.[a], quod nimium multa accipimus collegia atque obligationes, quibus initio quidem vtcumque satisfacimus, sed postea animum remittimus, nec possumus debitam operam praestare [1].

Verum priori opinioni possumus mederi facile, si non exigamus in fundationibus collegiorum Germaniae districtam illam formulam, quam in Portugallia vel reliqua Hispania solemus exigere, et mediocri fundatione simus contenti, et arbitremur ex instituto fuisse nobis veniendum in Germaniam ad nostra ministeria obeunda, etiamsi nulla vsquam haberemus in illis regionibus collegia dotata, vt eo facilius mediocres suscipiamus fundationes, et certo speremus futurum auctum iri dotationes, si institutum nostrum religiose obseruemus.

2.[um] incommodum facilius amouere poterimus, si collegia nulla, nullas nouas obligationes recipiamus, nisi prius sciamus abunde esse aliis collegiis prouisum, et esse vnde et veterum et nouorum collegiorum obligationes sustinere possimus.

Aliam dificultatem experimur, quae, quum fere esse soleat in aliis nationibus, in Germania est longe maior. Moleste ferre solent principes, non ecclesiastici [tantum], sed seculares etiam, nostras exemptiones, vt solent esse principes, etiam catholici, imperiosi in clerum et residuos monachos. Hanc dificultatem omnino abigere non possumus; debemus enim constanter conseruare nostra priuilegia. Remittere tamen debemus de districto iure nostro in Germania, et modestia, humilitate et voluntaria subiectione efficere, vt permittant nobis esse sartam tectam nostram religiosam instituti libertatem.

Animi principum, fundatorum praesertim, ita sunt tractandi, vt nostram humilitatem, obseruantiam atque promptitudinem obedientiae agnoscant, illam etiam illis offeramus, et tamen simul incommoda declaremus, si qua nobis occurrunt, in iis, quae a nobis exigunt, et conniueamus etiam aliquando, si quid non est insigne detrimentum instituti, modo nunquam animum abiiciamus fore vt in nullo sit nobis conniuendum; et hoc nobis curan-

---

[1] De his saepius fit mentio a P. Natali in epistolis ad Borgiam annis 1566, 1567 datis.

dum accuratissime, sed, vt in Germania, longanimiter ac patienter.

Sunt item animi principum ex eisdem principiis humilitate, obseruantia, reuerentia ita tractandi, vt nunquam eis, quoad eius facere poterimus, in rebus agendis praeeamus, vt vlla ratione videamur velle praescribere, sed semper ex eis omnia bona consilia et actiones secundum Deum prae nobis feramus proficisci, modo id vere facere possimus. Quod si illis nos simus consilium daturi [a] aliquod, quod ipsi amplectantur, ita illud accipiamus, quasi ab ipsis illud etiam esset inuentum. Breuiter: semper integram eorum auctoritatem et maiestatem conseruemus et reuereamur.

A nostris curandum, vt depellamus illam siue opinionem siue tentationem, quae potest illis esse molesta, collegia Germaniae videri negligi a nobis; quam opinionem fortasis potuerunt confirmare euentus earum missionum, quae ex Vrbe factae sunt in Germaniam, tum etiam mutationes nostrorum frequentes; quam opinionem siue tentationem sanare poterimus:

Primum, si intelligant Patres germani admodum Rdum. Patrem generalem singularem charitatem, et gerere, et exerere erga Germaniam et eius collegia, Patres et fratres.

Si videant eamdem curare Patrem nostrum vt habeant Patres assistentes, secretarius et alii consultores romani.

Si sciant Patrem nostrum generalem per se gerere negotia ac prouisiones, quae fiunt in Germania, nec facile illa remittere ad alios.

Si non quorumuis sententiam de rebus germanicis probet, sed eorum potius, in quibus et insignem agnoscet amorem et zelum in Germaniam, et qui singularem habeant rerum germanicarum cognitionem.

Si existimet propter infinitam miseriam rerum germanicarum, ac ecclesiarum desolationem [b], esse primam rationem habendam illius nationis, et magno priuilegio esse in Germaniam atque eius collegia vtendum.

---

[a] Ms. *dederimus*. —[b] Ms. *germanicarum ecclesiarum ac desolationem*.

32

†
Jhs.

INSTRUCTIO NATALIS

QUAM VIENNAE DEDIT, QUA ATTINGIT QUEMADMODUM NOSTRI CUM HAERETICIS ET CONUERSARI DEBEANT ET AGERE [1]

Habeant Patres, item qui contionantur, uel aliquid iudicio possunt, concilium tridentinum, ultimas exercitiorum regulas [2], praeterea epistolam nostri Petri Fabri [3]. Commendent se deuotissime Deo omnipotenti in sacrificiis et orationibus, ut in re grauissima et summa, non solum ut integerrimos se et syncerissimos in fide atque obedientia ecclesiae ac sedis apostolicae custodiant, sed ut gratiam et efficatiam praeterea sibi gratificetur, qua adiuuent et catholicos, ut incontaminati conseruentur, et qui nutant et in periculo uersantur, ut confirmentur, et qui iam dubii sunt, instruantur, et qui aperte haeretici sunt, ut ad fidem et unionem obedientiae reducantur, uel impediantur ne serpat eorum peruicatia, ut [a] cancer [4], uel legitime coërceantur ac castigentur: item, ne libri eorum uel uendantur uel habeantur, et ut semel dicatur, ut integerrime atque constantissime fides ac obedientia ecclesiae et sedis apostolicae conseruetur, ac suo, hoc est, diuino lumine, effulgeat.

Vtantur deuotissime, ac uti alios doceant (si alias unquam)

---

[a] Ms. *et*.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Instruct. I,* sex foliis, 127-131 (13-17). Vindobonae hanc instructionem a Natali datam fuisse, ex ipsius titulo eruitur. De tempore non constat, nam Vindobonae ter Natalem diversatum fuisse ex ipsius litteris scimus, annis scilicet 1555, 1562 et 1566.

In quanam vero ex hisce tribus lustrationibus ea monita data fuerint ignoramus.

[2] Id est, illas regulas, quibus hic titulus incribitur: «Regulae aliquot servandae, ut cum orthodoxa Ecclesia sentiamus.»

[3] Epistola, videlicet, de ratione tenenda in conversando cum haereticis, ad eos ex erroribus ad veritatem adducendos. Data fuit Lainio, Matrito, die 7 Martii 1546. Cf. *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro,* I, 295.

[4] 2 TIM., II, 17.

nunc maiori affectu iis mediis, quae Deus ecclesiae concessit ad eius gratiam et dona nobis concilianda, quae scilicet ab haereticis oppugnantur: sacrificio missae; oratione, tanquam impetratoria; operibus, quae uel ex praeueniente nos gratia praeparant ad iustificationem, uel quae ex charitate nobis merentur uitam aeternam atque alia dona; adoratione et inuocatione sanctorum et angelorum, imprimis beatissimae virginis Mariae, sancti Michaëlis, sancti Joannnis Baptistae et sanctorum apostolorum Petri et Pauli; adoratione reliquiarum et imaginum, et caeremoniis omnibus ecclesiasticis, et cultibus externis, ut sunt genuflexiones, incensiones candelarum, etc.; praeterea ieiuniis et operibus satisfactoriis; usu et frequentatione sacramenti poenitentiae et communionis; tum contritione, quae complectitur propositum confitendi et satisfaciendi; et aliis praeterea, quae cum summa blasphemia ab haereticis contemnuntur; fiet enim in Xpo. Jesu, ut non solum haec uirtute diuina, quae admodum semper prosint nobis, sed etiam ut ex zelo aduersus haeresim pro gloria Xpi. nos iuuent magis, et, quasi selectum sacrificium, Deo sint acceptiora.

Virtutibus quoque ad eandem rationem sapienter utendum est per zelum, sacrificii rationem; nam ita utendum fide, spe et charitate, quasi eas ab [a] iniuria ipsis ab haereticis illata uindicemus, et uerum illarum usum Deo offeramus. Fide igitur, tanquam dono eximio diuinae in nos benignitatis, utemur, non ut per quam solam iustificemur, sed ut quae sit initium, radix ac fundamentum omnis iustificationis, quae, ut nos pia ac diuina [b] persuasione transmittit ad misericordiam et gratiam, per Christum nobis (quod in se est) promeritam ac paratam, ita ad media quoque, per quae uoluit nobis Deus eandem esse conciliatam in Xpo., quae media ex uerbo Dei intelligimus necessaria.

Itaque fide credamus salutem nobis partam in Christo ac paratam, si in ipso nos adhibeamus, quae uel ad sacramentum baptismi uel poenitentiae sunt adhibenda (si de prima loquamur iustificatione), et tandem reipsa sacramentum suscipiamus, uel saltem uotum illius suscipiendi (ubi necessarium sit, uel impossi-

---

[a] *ab ab* ms. —[b] Bis hoc verb. habetur in ms.

bilitas excuset) habeamus. Vsus uero fidei ad iustitiam agendam, ut commonstret idem ac persuadeat in Christo per alia sacramenta nobis auctum iri gratiam, si nos cum diuino auxilio ad ea [a] praeparemur, tum etiam augeri nobis persuadeat per nostra opera in spiritu Christi, per inhaerens donum charitatis in nobis efficaci. Magnum est hoc donum, quod tam diuina nobis misteria et dona commonstrat [b] ac persuadet, cum quibus (ut nobis iustitia comparetur) adiuuat, ut fundamentum, sine quo nullus Deo placere potest.

Vsus uero spei syncerus sit, ut, quae commonstrata ac persuasa sunt nobis per fidem, in his non confundamur, sed firmissimum habeamus solatium ac fiduciam ex bonitate et misericordia Dei per Jesu Xpi. gratiam et meritum, mediis in ipso ad id ordinatis concurrentibus, scilicet per sacramenta et opera bona, nos assecuturos uitam aeternam et reliqua dona, contraria uero deuitaturos.

Charitas uero maxima uirtutum est, maior fide, maior spe: ea numquam excidit, perseuerat scilicet in coelo, exclusa fide, exclusa spe. Quale igitur diuinum esse dabit in ecclesia triunphanti nostris animabus, idem dat in hac militia ecclesiae, tametsi in coelo illustrior fiat ex gloriae magnitudine; quod uero dat in hac uita, in aenigmate nobis per fidem insinuatur ac persuadetur.

Per hanc igitur uirtutem unitur nobis Spiritus sanctus, Christus, uirtus diuina, Deus; operatur enim in suis creaturis Deus pro eorum conditione ac gradu; ac uim, quam a Deo acceperunt, in illo et per illum retinent; et quidem in sola fide perfectionem non operatur in nobis Deus, tantum principia iacit, proponit ac persuadet media, quibus salutem quaerant mortales. Spes expectationem ac fiduciam habet, non possessionem [c]: charitas summum est donum, quo apprehenditur immediate Deus ac uita aeterna (gratia enim Dei uita aeterna [1]; uenit, Christus, ut uitam habeamus [2]), nam illa est eadem charitas, illud donum, quod ma-

---

a Bis hoc verb. est in ms. —b *commonstret* ms. —c *possionem* ms.

---

1 Rom., VI, 23.
2 Joann., X, 10.

nebit in uita aeterna. In hoc clamamus: Abba, Pater [1]. Haec est charitas, quae diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis [2]. Hoc est uinculum perfectionis [3]. Hic est finis praecepti [4]. In hac et per hanc impletur primum praeceptum in Spiritu sancto, ut Deum omnibus rebus praeferamus in corde et opere, praecepta eius exequendo. In hac enim selectissime et perfecte in nobis operatur Deus, et nos in illo in unione et uirtute et operatione spiritus, qui datus est nobis [5]. Nam si uiuimus in illo [6], cum Christo haud dubie operari possumus opera uitae aeternae in ipso.

Hinc apertum est et per hoc in hoc dono in nobis íustificationem Deum perficere, etiamsi inchoët in aliis donis, per hoc et in hoc dono operari excellentissime, ut uidelicet nos illi dono, illi operationi diuinae, in illo et per illud donum operantes mereamur uitam aeternam. Hoc donum mereri a nobis non possumus: solus Christus est qui, per sacramenta vel eorum uota, praeueniens nos suo auxilio, primum illud nobis suo merito infundit, Deus sua misericordia: recepta uero [charitas] in Deo per Christum [est] efficax, ut (cooperantibus nobis) et ipsum donum et uitam aeternam in nobis mereamur augeri.

Hanc amittimus per quoduis peccatum mortale, et fidem per solam infidelitatem uel haeresim: spem per desperationem: omnia enim peccata mortalia pugnant cum amore Dei, et unione uoluntatis nostrae cum eius bonitate; auertunt enim nos ab ipso, et conuertunt scilicet ad creaturas.

Charitas est uita fidei, et spei, et operum, sine qua nec fides uiua est, nec spes, nec opera. Nam per illam solam uita aeterna nobis immediate unitur, quod monstrat initio XIII cap. prioris ad Corinth. Paulus: «Si linguis», etc. Haec forma est uirtutum omnium, quae uim omnium obtinet in unione Dei, per quam omnes uirtutes operantur, quod ad uitam aeternam attinet, sine

[1] ROM., VIII, 15.
[2] ROM., V, 5.
[3] COLOSS., III, 14.
[4] I TIM., I, 5.
[5] ROM., V, 5.
[6] GALAT., V, 25.

qua non possunt, ut sine Deo selectissime et diuine ac immediate operante: quod ostendit eodem loco Paulus: Charitas (inquit) patiens est [1], etc.; tum ubi ostendit fidem per charitatem operari [2].

Jam si gloriam Dei quaerimus, in charitate summa est Dei gloria, ut tale donum nobis gratificetur Deus, quod possit nobiscum in gloria coelesti perseuerare, et quidem eiusmodi donum gratificatur, quod cum uniat ex ratione sua Deum nobis per amorem, et nos Deo, intelligimus utique eandem rem in nobis per charitatem, unionem, quam in coelo possidebimus. Si gloriam Dei spectemus, quid sublimius in merito Christi, quam ut non solum in coelo promeruerit nobis uitam aeternam, sed etiam in hac uita? ut non solum commonstret ac persuadeat Deum nobis esse propitium per suum meritum, sed ut illam propitiationem nobis conciliet ac donet, ubi scilicet donat Spiritum sanctum et infundit in hoc praeclarissimo dono, si arrogantiam nostram excludere et imbecillitatem commostrare uelimus?

Quid tam imbecillum ad salutem consequendam ex se, quam nostra mens, quae sine auxilio Dei ne ad minimam quidem gratiam Dei suscipiendam ex se possit uel moueri uel praeparari, quae etiam tam seria egeat praeparatione, ut ad iustitiam se praeparet (auxilio scilicet diuino), quae primam iustificationem mereri non possit, dum scilicet ante illam Deum in se unitum non habeat?

Rursus, quid mirum, quid incredibile, si, ubi uitam aeternam nobis conciliauit Deus per Christum, illa in nobis et nos in illa sumus efficaces, atque in illa uirtute, quam per Christum et in Christo nobis influit Deus, mereamur? Nunquid hoc non potest Deus? num non Christus? num non unio Spiritus sancti in nobis? Num non potest Deus, ut in illo dono det nobis uires, quibus in uita aeterna ad uitam aeternam operemur? Quis esse potest tam peruersae ac desperatae maliciae, ut tantum donum, tam diuinam operationem, tantam dignitatem humano generi in Christo et per Christum restitutam inuideat mortalibus omnibus?

Num liberum arbitrium non habet homo? Hoc tantae fuit

---

1 I COR., XIII, 4.
2 GALAT., V, 6.

improbitatis, tam alienum ab omni captu hominum, ut iam [a] haeretici omnes in contrariam sententiam pedibus ierint, atque Lutherum, ipsorum impostorem, hac in re reiecerint, ut in aliis plerisque. Quid igitur, peccatne in omni opere mortaliter homo? hoc uero haereticos non solum peruersos, sed plane rudes perdit.

Num fidei opus non est nostrum? Quid igitur? est hoc opus peccatum mortale? Num alia opera, quae praecepit Deus, non possunt sine peccato impleri? Immo uero illa ipsa erunt per uos peccata mortalia. Igitur praecepit Deus ut offendatur, ut habeat quod condonet? Faciamus igitur mala, ut eueniant bona.

At peccamus uenialiter (inquies). Id necessum quidem non est in omni opere, ut passim ex scriptura compertum est. Quamuis autem illis peccatis non essemus unquam omnino liberi, tamen non impedit gratiam Dei (omni ex parte) ueniale peccatum, ut illam non excludit. Est igitur efficax gratia Dei in nobis uenialiter peccantibus, etiamsi tepidiores nos reddat ueniale peccatum.

Si uero quis, ad fomitem et concupiscentiam respiciens, meritum nostrum inde excludi contendat, is quid dicat non intelligit; nam concupiscentiae fomes quid aliud est, quam fomentum tentationis? Quod si fomentum tentationis, exercitium consequetur spiritus, unde euadit prouentus. Hinc rogamus, ut non inducamur in tentationem [1], et non potius ut nullam habeamus tentationem, quam ad utilitatem Paulus dari testatur [2]. Jam si tentatio et fomes peccatum non est, mereor igitur magis ex gratia Dei, si uel rite illum oppugno, uel uiriliter expugno.

Si naturam animae consideres ex creatione, ea capax est Dei, et per peccatum quidem non fit ut amittatur unquam intellectus, uoluntas et liberum arbitrium, quae destrui non posse apertum est, nisi destructa atque in nihilum reducta anima. Hae igitur non pereunt potentiae, sed peccatum facit ut, amissa iustitia originali, amissa gratia, comparata graui praeterea aegritudine, de

---

[a] *tam* ms.

---

[1] MATTH. VI, 13.
[2] I COR., X, 13.

stitutae potentiae auxilio speciali, quo sine ad lumen illud coeleste nihil operari possunt, operationes habeant [a] quidem potentiam bonum operandi, non quidem ex se, nec in potentia propinqua, sed eandem scilicet retinent potentiam, qua [b] cum iustitia et gratia ante peccatum libere concurrebant ad opera bona et uitam aeternam promerendam. Si igitur restituatur gratia ac unio Dei in anima, uiuit anima Deo, et debilitatur aegritudo.

Quid igitur erit tandem quapropter non possint illi gratiae assentiri potentiae et cooperari? Erit igitur illa cooperatio meritum uitae aeternae, quo ducit gratia: et quidem si hanc ueritatem non admittant haeretici, in horrendas sese coniiciunt tenebras, atque pernitiosissimam blasphemiam, Deum scilicet nos iniustos quidem, et reipsa abominabiles, habere tamen pro iustis. Non igitur peccata nostra tulit Christus? non satisfecit pro illis? Adhuc in peccatis sumus? Miserabilissimi sumus omnium creaturarum, si sumus in peccatis. Jam iniustus est Deus, qui non puniat (secundum hominem loquor); iniustior, quum Christus pro nobis satisfecerit plenissime, si non demat offensam ac remittat; jam enim recordatur peccatorum, qui scilicet offenditur, quae est summa ac uehementissima recordatio, etc.

Ad haec, si non imputatur peccatum per Christum, quid igitur, obsecro, manet peccati culpa et non reatus uel imputatio? Igitur id, quod pessimum erat, et quod Deo abominabile (hoc est culpa), non meruit Christus ut deleatur, sed solum quod Deo gratum, quod iustum est (hoc est poena), id solum meruit deleri. Quid igitur Christus promeruit? (adeo enim truculenter agit haereticus, ut non solum meritum nostrum tollat, sed Xpi. etiam) sibi quidem nec gloriam nec gratiam promeruit, sed utranque accepit a Patre absque merito, quod fuit gloriosissimum. Nobis tamen si non meruit gratiam et gloriam, quid igitur meruit? Satisfecitne pro peccato? sed nihil praeterea promeruit? (quandoquidem nos reconciliauit Deo). Jam igitur iustificatus ego in gratiam restituor Dei et amicitiam. Quid igitur? sum amicus Dei et inimicus? Adeo sunt uecordes, ut non solum blasphemias dicant, sed sibi inuicem pugnantia non sentiunt se confirmare.

[a] *habent* ms. —[b] *quae* ms.

Verum (ut eo redeamus unde nos abduxit zelus gloriae Dei et Christi aduersus lutheranorum haereses et blasphemias) charitas est summum Dei in hac milicia ecclesiae donum, per quod nos unit Christo et sibi Deus, ut iam unum cum Christo et Deo simus, vna in Christo uirtute uiuamus et operemur, et uitam aeternam in nobis habeamus. Hanc uitam ostendit fides, nobisque certe persuadet in Christo, ac interius firma est promissio, si non solum credamus et confidamus ita fore; sed ut id, quod fore et credimus et speramus, in nobis ipsis recipiamus.

Jam uero de certitudine huius gratiae si loquamur, facile intelligemus de actu fidei, spei et charitatis acquisito, nos non fidem solum, sed euidentiam habere posse, ut de actibus nostris. Item de sensu spirituali fidei, spei et charitatis certitudinem, tum enim de auxilio Dei speciali, quod sensibiliter nobis nonnunquam communicatur. Sed haec signa solum sunt (ut alia permulta) inhaerentis nobis gratiae, non certitudo fidei, non euidentia infusae uirtutis moralis. Charitas, quae nos iustificat, fides, spes, euidentia, qua huiusmodi, esse non possunt, cum sint supra lumen naturale.

Dicas: Lumine ergo fidei habebitur de illis certitudo? Id quidem uerissimum est, fide certos nos esse ex uerbo Dei, illa (scilicet fidem, spem et charitatem) esse dona in ecclesia, sed generali tamen fide, in qua confortamur et consolamur uehementer, uel quam credamus etiam in nos extendi, nosque complecti, nisi desimus gratiae. Atque non potest esse nobis certum ex fide nos actu facere quod exigit Deus, praesertim cum id non possimus sine speciali Dei auxilio, de quo etsi fidem habeamus in uniuersali, non tamen in particulari fidem uel euidentiam nos illi non deesse. Haec incertitudo est humilitatis et exercitii spiritualis, timoris et ueritatis, quae ut ne hominem deiiciat, facit uirtus Dei per fidem, spem, et imprimis per charitatem, per uirtutes, quae per ipsam eandem humilitatis in nobis sunt efficaces ac coadiutrices, ut seruiamus Domino in timore, et exultemus in tremore [1], vel etiam in timore et tremore salutem nostram opere-

[1] Ps. II, 11.

mur [1]. Igitur sine reuelatione speciali non potest quis certus esse fidei certitudine esse se in gratia. Sed satis de his hactenus.

Fortissimus animus est induendus in Christo aduersus omnes haereses atque haereticos, quia huiusmodi, etiamsi alioqui amandi sunt, qua proximi, compassione quadam, ac cum amore quidem semper coniungatur zelus Dei contra illos et abominatio haeresum.

Nihil illorum ametur, nisi natura, quam habent a Deo: si quid enim aliud habere uidentur uel uirtutum moralium (nam apertum est nullam illos habere infusam) uel eruditionis, etiamsi nihil in illis esset deprauatum, nec quod haeresim attingeret, omnia tamen sunt abominanda, quae ab his proficiscuntur. Nam si ex ethnicis illa amplectimur, et quasi spolia ex Aegypto nostro iure recuperamus, tamen nonnihil nobis periculi imminet, ne, dum eorum ueritates imitamur, ad eorum quoque errores sensim dilabamur et abducamur. In haereticis uero, qui scilicet in praecepto Dei et ecclesiae sunt nobis deuitandi, nihil possumus mirari uel amplecti (etiamsi uerum sit), nisi [a] in hoc periculo uersemur, ne amore in illos feramur, et de eorum haeresibus periclitemur.

Quare nihil ab illis velimus, nec uerum nec falsum, nec bonum nec malum, quod aperte sedes apostolica significat; vbi, necessitate aliqua adducta, concedit lectionem librorum haereticorum, tantum id concedit ad oppugnandum. Eo igitur animo debent legi, ut a quibus nihil boni uelimus, sed ut falsum oppugnemus: facile enim est credere, quicquid ex illis ueritatis proficiscitur, id a daemone impostore proficisci, vt uenenum illitum melle mortalibus aegris propinet ueterator. Jam igitur mel cum ueneno quis non reiiciat? Id enim nobis commonstrauit Christus, ubi nolebat a daemonio uerum accipere testimonium [2]. Et Paulus iussit diabolum conticere, ueras ac catholicas ueritates proclamantem [3].

Hinc fit ut ne libros quidem haereticorum uel legamus uel habeamus, uel haberi permittamus, uel legi, etiamsi nihil sit in

[a] Sic, pro *quin*.

[1] PHILIP., II, 12. [2] MATTH., IV, 6, 7. [3] ACT., XVI, 18.

illis haereticum, quod tamen est difficile; nam, si nihil aliud, in grammatica et rhetorica [a], saltem exempla suarum haeresum inculcant: nec propterea credamus quicquam nobis deperire eruditionis, siquidem Dominus maiores nobis uires suppeditabit: tum etiam certum habeamus in antiquis esse sapientiam, ex illis in Xpo. nobis esse hauriendam. Alioqui illud certum est in his hominibus (etiam in literis humanioribus et rhetoricis, quas solas amplexantur, ut per quas facilius imperitis imponant) nihil esse inuentionis, parum iudicii: sola illa in ipsis est garrulitas, atque peruersus atque impius usus in miserorum hominum et suiipsorum perditionem.

Nihil eorum potentia secularis timeatur, nihil literae, nihil libri, nihil consensus miserrimae Germaniae, nihil quod crescat haeresis, sed aperiendi sunt in Christo oculi mentis nostrae, et contemplandum quod plures sint nobiscum quam cum ipsis; quia sunt ligati daemones et uicti cum ipsis, qui nihil possunt agere nisi a Deo permissi, nihil nobis nocere nisi Deus uelit, nihil nobis obesse, quod ad peccatum pertineat, nisi nos uelimus. Eorum haeresiarchae impostores nihil habent uirtutis a Deo infusae, nihil supra communem naturam; tantum persuasionem barbaricam, arrogantem, diabolicam. Quid igitur? plus erunt timendi serui daemonis quam daemon ipse? Jam principes seculares quid timebimus? Qui sine Deo sunt, sine fide, sine spiritu, quos deseruit Deus, deserunt ecclesiae sacramenta, et sacrificia et suffragia: et si quid illis Deus permittit in nos, ad nostram castigationem id facit, ut filios, quos amat, castiget; nihil igitur ab illis mali nobis potest euenire. Timeamus uere Deum, et nihil erit amplius quod timeamus.

Contra uero, nobiscum stat Deus omnipotens, Christus Jhesus, virgo Dei genitrix Maria, angeli omnes, omnes sancti et sanctae coelestis patriae. Ecclesiae preces, sacrificia, suffragia, virtutes, ac dona, quae in nobis (hoc est in ecclesia) sunt amplissima, in illis nulla. Nobiscum bona opera in Christo, nobiscum unitas, nobiscum orbis christianus. Illos sustinent pauci

---

[a] *rethorica* ms. hic et alias.

homines infames, excucullati, uentri dediti, principum ambitio aduersum caesarem, rapacitas bonorum ecclesiasticorum, simplicitas etiam naturae (si uelis), libertas carnis (quae duo plebem illis conciliant), odium aduersus sedem apostolicam et romanam ecclesiam et ecclesiasticum statum. Nos sustine[t] Christus Jesus, qui semper ecclesiam conseruauit in unione [a] apostolicae sedis, in consensu omnium temporum, ecclesiae integritas, doctrina et bonitas, tum etiam perfectio tam multorum catholicorum, zelus pro Domino exercituum, etc. Nihil igitur quod illos timeamus. Christus Jhesus uicit mundum: illum timeamus, qui potest in gehennam mittere [1]. Simus boni aemulatores, et nihil erit timendum. Timeat ergo quiuis peccata sua, ab illis caueat, et nihil erit quod male sibi possit accidere. Sed contra, si quid contigerit propter ueritatem pati, summa erit foelicitas.

Vbi aduersus illos agendum erit uel publice uel priuatim (quod fiet semper ubi necessarium erit uel utile), id fiet spiritu uere christiano, hoc est, modesto, humili, charitate et zelo feruido, cum luce ueritatis, cum constantia et fortitudine, cum patientia, cum fidei, spei plenitudine in Christo Jhesu. Nullum uerbum a nobis audiant, quod uel interpretari quis possit in eorum iniuriam uel conuitia, uel ignominiam esse dictu, tanmtum feruentissime ueritates orthodoxae ac constantissime [b] sunt asserendae ac propugnandae in summa sua synceritate ac ueritate, summa cum spiritus libertate in Domino.

Nihil illis credamus de puritate dogmatum, ad nullam uel minimam declarationem ab illorum integritate conniueamus, sed (ut semper ita nunc maxime) syncerissimam integritatem fidei, dogmatum, omnium traditionum, caeremoniarum ecclesiasticarum, obligationum atque obseruantiarum, etc., conseruemus, profiteamur, praedicemus ac propugnemus: neque excusari hac in parte possumus, quod fortasse nonnulli (si nihil illis concedamus) deteriores fient, uel omnino non sunt omnia facturi, quae dicemus; nam nostra non est facultas dispensandi: absoluendi

a *unionae* ms. —b *constantissimae* ms.

1 MATTH., X, 28.

habemus facultatem a peccatis et censuris, et commutandi nonnulla uota; dispensandi nullam. Igitur si quid in re illa attentemus, in nos dixerit Christus: «Si caecus caecum ducat» [1], etc. Curemus igitur ne participemus operibus daemonum ac tenebrarum, sed potius redarguamus.

Contendamus autem potius paucos habere uere catholicos, quorum congregatio (vt eorum, qui vere in nomine Jhesu erunt congregati) plus et ore et operibus bonis (per gratiam Christi apud Deum poterit, quam si multos habeamus claudicantes in fide: hos quidem diligentissime et humanissime tractemus, nihil non agamus humilitate, obsequiis, oratione, sacrificiis, admonitionibus, lectionibus, rebusque omnibus, quibus ipsis prosimus, quo ipsos iuuemus; sed ita tantum iuuemus, ut rite ac legittime possimus iuuare. Fiet in Christo, ut multum iuuentur ad maiorem gloriam omnipotentis et aeternae et sanctissimae Trinitatis. Amen.

JHESUS. MARIA.

A tergo ultimi folii: Instructio Patris Natalis.

---

[1] LUC., XVI, 39.

33

RESPONDET MAGISTRO THEODORICO

R. P. NATALIS RECTORI MONACENSI [1]

Respondeatur iis, qui missas votiuas a nobis dici petunt, non sólere nos obligationem missarum ambire; habituros nos tamen memoriam ad eorüm intentionem, et hoc eo propensius facimus, quod nolumus priuari elemosina alios sacerdotes vel religiosos, quibus essent demandandae illae missae: possunt tamen aliquando dici missae pro deuotione eorum, qui petunt.

Singuli sacerdotes singulis septimanis celebrent semel pro Patre generali, et semel pro Patre commissario [2]. In «memento» secundo singulariter commendentur animae eorum, qui defuncti sunt in regnis, vbi nullus pro iis orat.

Pro fundatore et benefactoribus quomodo orandum, vide caput [1.um] 4.^{ae} partis [3]. In missa triplex fit applicatio, scilicet: [prima] propriissime, quae fit ipsi celebranti; secunda, negotiis commendatis; tertia, quibusuis in vniuersum.

In sacellis priuatis, quae in domibus habent ciues, non celebretur: etsi habemus altare portatile, pro nostris illud habemus, non pro alienis, nisi fortassis necessitas magna suaderet, vel magna esset persona.

Potest rector ex facultate concessa benedicere vestes sacras:

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, fol. 305v, 306v. Haec instructio anno 1562 ad finem vergente data fuisse videtur, non Monachii, sed Augustae, quo P. Theodoricus Canisius, rector monacensis collegii, se contulit. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 173; et *Monum. Paedag.,* pag. 796, ubi hujus instructionis pars, ad studia spectans, typis excusa est.

[2] Is erat idem P. Hieronymus Natalis.

[3] Cf. *Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae,* pagg. 108-110.

quando autem commode potest adiri episcopus, non; vel relinquatur iudicio ipsius rectoris.

Accipiatur licentia a parochis pro pueris in pascate, ut apud nos comunicent.

Admoneantur poenitentes, ut largiantur aliquid nonnunquam parochis ratione administrationis sacramentorum, presertim si aliqui a parochis erant accepturi sacramenta.

Accomodent se omnes sacerdotes ad illum modum dicendi sacrum, qui Romae seruatur.

Parentes et amici non recipiendi hospitio, sed inuitari aliquando ad mensam possunt.

Personarum exemptarum est adhibenda ea ratio, quam exigit exemptio; sed ad Patrem generalem scribatur singulis hebdomadis, si opus sit, quo [pacto] se gerant.

Qui debent in societate aliqua, quae contraxerunt ante ingressum, si habent propria, soluant; si non habent propria, rogent parentes ut soluant; qui si nolent, non tenentur ipsi.

Rogati ut mutuum demus, dicatur: non damus mutuo, quia, quae habemus, in usus nostros nobis data sunt: potest tamen aliquando bibliopolis vel aliis nobis laborantibus dari aliquid, vbi non tam mutuum quam praeuentio est solutionis.

Non dandae elemosine, nisi reliquiarum prandii et coenae, quae facile non sunt vsui collegio: pecuniae non dandae, nisi parum aliquando in itinere.

Mittantur fratres commode vestiti ex vno collegio in aliud; quod si non fiat, rector, ad quem mittuntur, emat quae desunt, et solui curet prouincialis, qui etiam iudicabit an sit soluendum.

Si mittatur aliquis, de quo non curatur an redeat, solus mitti potest; si uero curatur, et illi fiditur, solus quoque mitti potest; si non fiditur, addatur socius.

Non exeant nostri ad conuiuia, nisi personarum magnarum, et hoc raro et cum aedificatione et fructu, et socio conuenienti.

Rarissime ad mensam vocentur externi, et solum homines alicuius authoritatis, ubi fructus expectetur et absit superfluitas....

Primum sacrum a nouo sacerdote cantari potest, sed non vo-

centur ad prandium exteri, sed domi aliquid amplius apponatur fratribus....

In processionibus generalibus non eant ordine nostri, sed mixtim, in turba post magistratum: si urgerent domini, consulatur Pater generalis.

Nouitii collegii probentur in exercitiis spiritualibus et offitiis domesticis....

Non audiantur in confessione, qui discedunt sponte a Societate, etiamsi a nobis absoluantur, et vere sint absoluti, nec teneantur redire.

Ordinarie rector non exit in recreationem cum fratribus, nisi propter bona noua fratribus dicenda; et quando non est, sindicum habeat secretum.

Non obligantur germani ad catalogum romanum: si legerint libros eorum, qui aperte sunt heretici, absolui possunt, modo promittant se non lecturos amplius, vel impetraturos potestatem legendi.

Qui ex fratribus non sunt germani, conentur discere aliquid in illa lingua: non tamen multum vrgeantur, presertim quando non neggligentia sed difficultate omittunt.

Oblationes, quae inueniuntur in altari, accipi possunt: bonum tamen est ut dentur pauperibus, et sciant omnes eas nos non excipere.

34

Jhs.

QUAE DIXIT R. P. NATALIS

MONACHIENSI RECTORI AD EXEQUUTIONEM PRAESENTEM ATTINENTIA [1]

Omnes scribant generalia [a] [2].

Fratres habeant potum, quem ratio exigit.

Vitus [3] in autumno proficiscatur in patriam ad disponendum res suas: interim scribat ad suos tutores.

Abraham [4] cum aliquo Patre viset suum patrem, cui auferendi sunt libri haeretici.

Facultas Patri Dominico [5] concessa tantum iudicandi de libris haereticis, vbi non adest doctor Paulus [6].

P. Dominicus retineat suum confessorem donec aliud constituatur.

Si qui nouitii habeant aliquod votum in saeculo, non tenet, nam mutatur in vota nostra.

---

a Sic ms.; sed existimamus omissum esse *examina* a librario.

---

1 Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, duplici fol., 51-53. Inter haec folia aliud minoris dimensionis interpositum fuit a codicis compositore, numeroque 52 notatum, ubi aliud monumentum continetur. Haec instructio a Natali Patri Dominico Mengino data fuit mense Junio anni 1566, cum illi onus rectoris monacensis collegii imposuit. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 167.

2 Cum collegia domosve Societatis P. Natalis inviseret, solebat cunctis injungere, ut examen generale ex formula ab eodem proposita scriberent. Praeter hoc examen generale, erant examina magistrorum, scholasticorum etc. Vide dicta in *Epist. P. Nadal,* I, XLVIII, XLIX, 789-795; et II, 527 et 528.

3 P. Vitus Liner, adjutor magistri novitiorum. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 248, 249, 510.

4 Cum nullus alius hoc nomine reperiatur in Natalis examinibus, et aliunde hic Abraham monacensis esset, teste Natali, *Epist. P. Nadal,* III, 255, existimamus ejus cognomen esse *Serache*. Vide ejus examen, loc. cit., II, 527.

5 Menginus, rector collegii.

6 Hoffaeus, collegii minister.

Ex nouitiis, qui non fecerunt promissionem, de qua habetur in principio quarti capitis examinis, eam faciant primo quoque tempore.

De beneficiis Georgii Schorn agetur, cum P. Natalis ibit in Flandriam.

Georgius Sedelmair habeat lectionem priuatam.

Samuel habeat *Hortulum animae* [1].

Habeatur diligens cura sartoris et coqui in spiritu.

Rationes debitorum nostrorum deportentur Dilingam.

Nullus habeat clauem januae superioris ad scholas.

Vitus sit cum nouitiis, et tamen studeat.

Zacharias sit syndicus.

Si alicui externo sit offerendus haustus, id fiat vnico scypho [a].

Zacharias et Godefridus mittantur ad aliquod collegium, recreationis gratia.

Godefridi valetudo sit commendata.

Georgius Schorn iuuetur et excitetur ad legendum.

Georgius Sedelmair iuuetur priuatis studiis.

Michaël iuuetur, vt in officio suo sit quietus et obedientiae acquiescat.

Edouardus iuuet magistrum nouitiorum.

Rupertus serio discat linguam germanicam.

Petrus, vbi est necessarium, poterit comitari Patres quando exeunt.

Abraham bene mortificetur.

P. Martini perfectio et obedientia curetur a P. Dominico:

---

a *cypho* ms.

---

1 *Hortulus animae* est libellus in 8.°, ita a Brunet descriptus: «Ortulus anime, cum oratiunculis aliquibus superadditis, que in prioribus libris non habentur.—*Elaboratus per... Johannem Grüninger in civitate argentina anno incarnationis* M.CCCCC. *pridie vero kalendas februarii*, goth. *Manuel du libraire*, III, 389. Ex iis tamen, quae addit Brunet de imaginibus parum honestis, huic editioni insertis, putamus vel de alia editione, vel de alio libro hic agi; nam sub eodem titulo plures saeculo XVI prodierunt libri precationum, tum latino, tum germanico sermone conscripti, de quibus erudite disserit P. OTTO BRAUNSBERGER S. J. in *Canisii epist.*, IV, 251.

tractet illum familiarissime: ille est pollicitus se omnes regulas obseruaturum [1].

Significetur confessario, si quis in externis erret, quam sit graue.

Monachi dent nobis testimonium nos non teneri ad conciones vespertinas [2].

Matheus breuiter absoluat sua exercitia.

P. Dominicus subinde habeat exhortationes ad nouitios.

In mensa nouitiorum non legatur uetus testamentum, sed facilia et spiritualia duntaxat, et vnum caput noui testamenti.

P. Joannes ingredi poterit culinam.

Quando nostri ibunt ad aliquod collegium se recreatum, non est equitandum, habebunt etiam aliquas pecunias; nisi adeo debiles sint, vt pedibus ambulare non possint.

Diligenter curet rector, vt intelligat de patre M. Georgii an egeat, et in quo statu sint eius facultates, et per se uel per quoscumque curet vt iuuetur a principe; et quid hac in re effici possit, scribat ad me.

Singuli sacerdotes semel in hebdomade legant vnum sacrum pro R. P. Natali, fratres uero de more orabunt.

Item quotidie in suis orationibus eiusdem et totius Germaniae memoriam faciant.

Agatur cum praepositis hospitalis, vt nostri fratres aliquando ibi concionentur pro consolatione infirmorum, concionari autem poterunt fratres et Patres.

Idem curetur apud praepositum carceris.

Materia magica, quae est in cubiculo P. Schorichii [3], comburatur, nam seruare eiusmodi non possumus.

Intelligat quando domini Ingolstadium profecturi sunt, vt

---

[1] P. Martinus Stevordianus concionatoris munere fungebatur. Ad rem autem, hic a Natali commendatam, intelligendam faciunt, quae ipse Natalis refert in epistolis ad Borgiam diebus 23 Martii et 27 Aprilis datis, vol. III, pagg. 31 et 74.

[2] Collegium monacense in monasterio augustinianorum institutum fuerat. Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 166; et BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 520.

[3] Hic erat P. Georgius Schoritius. Vide *Epist. P. Nadal*, III, 133; et BRAUNSBERGER, loc. cit., III, 519.

tempestiue ibidem illis adsit Pater prouincialis, quem de hac re admonere debebit.

35

QUAE P. NATALIS

PATRI DOMINICO RECTORI MONACHIENSI DIXIT [1].

Curabit vt domi seruetur singularis modestia, quod maxime requirit collegium, vbi est domus probationis.

Inueniatur ipse quando ratio exigit et queritur a fratribus.

Sit omnibus facilis et benignus.

Si impacientia excitetur, eam dissimulet.

Singularem habeat curam P. Martini [2], quem benigne consolabitur et in vocatione adiuuabit.

Vtetur opera P. Pauli [3] in rebus spiritualibus, erit interim sub obedientia, ac eius opera in omnibus vtetur.

Sicuti hactenus debuit exerceri pietate et oratione et aliis rebus spiritualibus, ita nunc multo magis in eisdem sese exerceat, cum ratione officii accedat maior Christi gratia, cui cooperari debet, collegium ad maiorem Christi gratiam promouendo.

36

†
Jhs.

QUAE DIXIT NATALIS

RECTORI MONACHIENSI [4].

Curet superior ut persuadeatur monachis, ut faciat vnus aut duo eorum exercitia nostra spiritualia.

---

[1] Ex archetypo, in codice *Natal. instr. Germ.*, unico foliolo, 52, quod inter folia 51 et 53 assutum est. Illa duo verba tituli: *rectori monachiensi* sunt addita a Natali manu propria. Eodem fere tempore ac praecedens instructio haec a Natali data est, scilicet mense Junio anni 1566, cum Monachii inspectioni operam navaret. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 167, 181.

[2] Stevordiani.

[3] Hoffaei.

[4] Ex archetypo, a P. Natali emendato, in codice *Natal. instr. Germ.*, quatuor foliis, 35, 36, 45 et 46 (37, 38). Inter haec 4 folia alia monumenta assuta fuerunt a libri compositore. Titulus est Natalis manu exaratus. Alterum exstat hujus scripti apographum, ad normam correctionum Natalis

Quid si domi haberetur lectio casuum conscientiae, et admoneretur princeps ut adigeret sacerdotes et clericos alios ut audirent eam lectionem, et praeterea faceret edictum, nullum posse consequi beneficia ecclesiastica per principem, uel esse parochum [a], nisi audiat casus conscientiae; et huic lectioni casuum conscientiae posset coniungi lectio controuersiarum facilis [b].

Habeatur doctrina christiana in D. Nicolai [1], et dicantur vespere cantu figurato, ut solet, et doceat doctrinam christianam M. Fischerius [c].

Admoneantur concionatores, ut frequenter, oportune tamen, adhortentur auditores ad frequentiam sacramenti poenitentiae et communionis ac ad orationem.

Habeatur oratio a scholasticis, ut solebat haberi diebus dominicis, et significetur dominis nos non habere alium commodiorem locum ad hoc, nisi scholas nostras.

Vbi est festum in hebdomade, habeant fratres nihilominus eandem recreationem, quam solent, quoad fieri poterit.

Diuidatur media hora orationis uespertinae, et uno quadrante orent proxime ante coenam, letaniae uero recitentur post recreationem nocturnam.

In profestis solemnibus maneant scholastici unam horam in scholis post meridiem, aliis uero in profestis communibus horas duas.

---

[a] Ms. *parachum.* —[b] In margine: *Per adesso non,* partim a Nat. exaratum. —[c] Sequuntur aliqua obliterata.

---

eodem fere tempore exaratum, foliis 53-55. Haec monita data sunt a Natali mense Junio anni 1566, dum monacense collegium perlustraret, quo tempore P. Dominicus Menginus, magister novitiorum, ibidem ad munus rectoris promotus fuit, P. Thoma Darbishiro illi in officio instituendi novitios suffecto. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 167.

[1] «Habent tamen [eremitae S. Augustini] et aliud, sed magis exiguum templum siue Sacellum D. Nicolai non procul dissitum, in quo Catechismum diebus festis explicant...» Ex «Historia de initio et progressu Collegii Monachiensis» apud Braunsberger, loc. cit., II, 876. In altera autem relatione, a P. Theodorico Canisio, monacensis collegii secundo rectore, anno 1563 scripta et Romam missa, haec habentur: «Anno sexagesimo primo post [festum] pentecostes auspicati sumus lectionem doctrinae Christianae, Dominicis et festis diebus, in sacello D. Nicolai, nostris aedibus vicino...» Ibid., pag. 873, 874.

Curetur ut nihil pereat domi, sumus enim pauperes, ac fiant prouisiones tempestiue, quoad eius fieri potest.

Sint designati confessarii; primo uero loco duo sint euocandi, P. Casparus et P. Theobaldus [1] aequaliter: scilicet, ubi neuter erit occupatus, primo loco Casparus; si uterque sit occupatus, Fischerius: si tres sint occupati, concionatores euocabuntur. Si quis euocetur nominatim, et is sit concionator, non potest excusari quod sit occupatus in concionibus.

Si consuetudo est Monachii abstinendi a carnibus in uigilia Purificationis, S. Philippi et Jacobi, sanctae Katharinae, in festo S. Marci, diebus rogationum, et si sit dies alius similis, ea seruetur.

E nostris, qui poterunt commode, mittantur facile et frequenter concionatum ad pagos, siue uocati, siue non uocati.

Andreas declaret euangelium loco P. Caspari; Vitus [2] uero loco Andreae [a] in scholis.

Si quis egeret recreatione corporali, et etiam diuersione animi, non uideretur esse alienum eum mittere ad dies aliquot in collegium aliquod [b].

Exerceatur diligenter piscatio [3] iuxta Societatis institutum.

Accipiatur Ferdinandus et Philippus, fiatque spes Jacobo et Dauidi, quod post tres menses, ad Patris reditum, recipiantur; detur uero opera ut pater Dauidis propositum eius probet [c].

Habeat P. Dominicus facultatem legendi libros haereticos, ut iudicet an sint haeretici, ad quem etiam iudicandi deferantur quando P. Paulus non est domi.

Bis coquantur panes, tametsi eodem die, quo coquuntur, non distribuantur.

---

[a] Ms. *Andraee.* —[b] Haec paragraphus obliterata est in ms. —[c] Haec paragraphus obliterata est in ms.

---

[1] Sermo esse videtur de P. Theobaldo Stoz (Stotz). Vide ejus examen hoc anno 1566 ab eodem scriptum, in *Epist. P. Nadal,* II, 584. Cf. etiam BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 305; et IV, saepius.

[2] Liner. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 248, 249.

[3] Piscatio sc. hominum, qui Societatis instituto apti et a Deo vocati viderentur.

Vbi paruum est ferculum donatum, in mensa id circumferatur: id si maiusculum sit, in portiones pro singulis diuidatur.

P. Dominicus retineat officium confessarii, donec P. Paulus Dilinga redeat, vel aliud constituatur.

Nullus externus domum ingrediatur, sed externi excipiantur in hypocausto externorum; consiliarii tamen ducis intromitti possunt tantum: si quis alius intromitti debeat, id iudicabit rector.

Confessionaria maneant aperta.

Non inuitentur artifices, quorum vtimur opera: potius parua munuscula illis conuiuii loco donentur.

Nostri fratres in scholis nec recitent nec examinentur a praeceptore, sed domi id fiat diligenter.

Dicatur nunc guardiano nos non posse alloqui moniales, nisi singulis uicibus explicet suum consensum. Cum vero venerit Pater prouincialis, is agat cum ducissis, ut citra guardiani consensum non occupemur in monasteriis monialium.

Nullus ueteranorum intersit recreationi nouitiorum, nisi de consensu superioris.

Ex selectioribus fratribus unus aut alter habitet inter nouitios, si commode fieri possit.

Possumus ex aula accipere munera, utpote carnes, pisces, uinum, panes, etc., cum scimus danda; ad ea tamen consumenda nemo externorum inuitetur.

Non inuitentur, qui vel defecerunt uel dimissi sunt e Societate; sed tamen quibus dedit facultatem Societas legitimam, cum his agant amice superiores et alii tantum selecti, non omnes indifferenter. Cum aliis nullus agat, praeter superiorem.

Tollatur lectio logica, donec sit commoditas maior loci et auditorum [a].

In «memento», vbi habetur communis applicatio, fiat etiam memoria imperatoris ac principis, eiusque familiae ducalis.

Si non omnes, saltem magna Patrum et fratrum pars eat ad processionem in festo corporis Christi, vt solemus, inter laycos.

Nemo promittat cuiquam externo se iterum ad eius conui-

---

[a] Obliterata haec paragr. in ms.

uium, nisi prius petiuerit et acceperit expressam facultatem a rectore, qui eam concedere poterit, quatenus in Domino expedire iudicauerit; sed socium tamen adiungat, qui cum aedificatione interesse possit conuiuio, per quod non coena, sed solum prandium intelligendum uidetur.

Nulli dabitur facultas, ut eat ad conuiuium aliquod, nisi plane uideatur aliquis spiritualis fructus posse referri; et tamen ad solas mulieres nunquam ibunt, nisi ad solas duxissas, si contingeret nostros ab illis inuitari.

Ad uiros ne eant, nisi illi essent primarii, iudicio superioris, et sciretur fore conuiuium sobrium.

In conuiuio nulli mulieri praebibant, nec cibi partem offerant; si tamen mulier aliqua nostris praebibat, respondeant tantum duxissis [a].

Viris respondere possunt, sed nunquam ad aequales haustus neque intemperanter: et omnino nunquam modum uirtutis excedant in potu uel cibo. Possunt etiam uiris praebibere et praescindere, sed raro et raris.

Nunquam transigatur totum conuiuium inutilibus colloquiis, et uana omnino uitentur, quantum in ipsis erit. Dent uero operam ut semper, accepta aliqua occasione, aliquid dicant, quod spiritualem et christianum profectum eorum, qui accumbunt, iuuare possit.

Haec cum ita sint, non tamen tetricos se exhibeant uel morosos in conuiuio, sed religiose hilares et iucundos.

Seruetur regula, quae hactenus est seruata in Societate, ut nullus domo exeat absque socio, quem ei adiunxerit superior, et dicat superiori quo exeant, et qua de causa.

De mulieribus seruetur decretum Patris generalis [b].

Nullus e nostris offerat haustum externo, quandoquidem non potest; si alicui tamen uideretur conueniens esse ut aliquis inuitetur ad haustum, poterit is per se uel alium id significare rectori, qui iudicabit an dare conueniat, necne.

---

[a] Haec paragr. obliterata est in ms. —[b] Quae sequuntur habentur in fol. 45 et 46.

Seruetur regula ne mittant aliquos internuncios uel literas absque consensu superioris.

Ne accipiatur munus, nisi detur collegio, ac tunc erit rectoris iudicare an illi sit dandum, cui mittitur, vt legitime ille accipiat, si est accipiendum.

Quoad eius fieri potest, omnes seruent regulas; et diligenter obseruet rector, et praesertim eos, qui magis egent disciplina.

A tergo quarti folii, Natalis manu: Monachiens.

37

QUAE DIXIT R. P. NATALIS

D. PAULO DILINGAE REFERENDA P. DOMINICO [1].

Quod dictum est in scripto paragrapho: «curet superior de lectione casuum conscientiae» etc., hoc tempore nihil agatur donec redierit R. P. Natalis: tunc poterit cum illo de ea re iterum agi. Itaque paragraphus ille expungatur.

Quod in eodem scripto dixit R. P. Natalis paragrapho: «P. Dominicus retineat» etc. P. Paulum fore confessarium domus, poterit esse confessarius aliquorum fratrum P. Thomas anglus [2], reliquorum uero P. Dominicus, propter occupationes P. Pauli, quas eo tempore habet.

In eodem scripto, cap.: «Nullus externus» etc., addatur: «ordinarie»; poterit tamen rector dare facultatem, vt in paragrapho eodem dicitur, quod eo facilius erit quod ianitor, si qui venient, de iis non referat ad eos, quos petunt, sed ad rectorem; itaque poterit facile iudicare an sint domum introducendi, et ita de aliis ex exceptionibus regularum, praesertim si magister peteretur.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, duplici fol., 55 et 56. Haec instructio mense Julio anni 1566 data fuit, prout ipse Natalis in epistola 19 Junii scripta hisce verbis fatetur: «Della visita et ordine dato in Monachio auisarò la P. V. da Dilinga, doue farò venir' il P. Paulo.» Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 167. Rector monacensis collegii erat P. Dominicus Menginus; minister et concionator P. Paulus Hoffaeus, cui haec instructio Dilingae data est, et in ipsa plures difficultates vel dubia, de rebus in praecedenti monumento contentis, ab ipso Natali solvuntur. Unde hoc monumentum est veluti illius complementum.

[2] P. Thomas Darbishirus. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 172. Paulo pos in Scotiam missus est. Ibid., 159, 160.

§. «Non inuitentur» etc. Hoc de consuetudine illa introducta intelligitur, non tamen, si quis forte domi laboraret, prohibetur quin domi cibum capere possit.

§. «Tollatur lectio» etc. De lectione logica intellectum est postea non defuturos auditores; itaque visum est non esse omittendam illam lectionem.

§. «Nemo promittat» etc., quod per conuiuium, non coena, sed prandium, intelligi debeat, ea in re rector dispensare potest.

§. «In conuiuio» etc., expungendum est totum, et comittendum honestati, non solum communi, sed religiosae, et traditione illud tenendum et curandum a rectoribus, vt, si quando accidat nostros comedere in mensa, vbi mulieres comedent [a], vt se quam modestissime gerant.

Pater Thomas anglus erit magister nouitiorum, et tamen instituetur a P. Dominico diligenter; vtetur opera Edouardi continenter, Viti [1] etiam, qui habitabit inter ipsos, sed huius ita vt studiorum suorum iacturam non faciat.

Recipiatur Ludouicus.

Laurentius, si pater eius consentiat, uel non dissentiat, recipiatur.

Joannes scribat ad patrem suum, ac tum recipiatur, si pater non dissentiat.

Quandiu sartor ferri potest, retineatur Monachii: si ferri non posset, de eo tum ad prouincialem referatur, vt alium in locum eum mittat.

Stephanus Liberius mittatur Augustam; ibi enim diligenter curabitur cum gratia Domini; sed cum commoditate mittatur; et si hoc aegre ferret, persuadeatur hoc ei, vt animo contento Augustam eat, vbi domina Fuggera diligentem eius curam geret.

Petrus retineatur adhuc apud nouitios: coquus autem et sartor in collegium recipi possunt e domo probationis.

Hactenus responsum est ad quaesita D. Pauli: nunc ad literas P. Dominici respondebitur.

---

[a] Ms. *comendent.*

---

[1] Vitus Liner. Vide monumentum 36.

Primum ad eas, quas recepi Augustae, datas 26 Junii.

Quod dicit ordinasse me, vt singulis diebus festis et dominicis P. Gaspar eat concionatum ad pagos et sacrificandum, non ita intelligo vt nullus dies festus aut dominicus intermittatur: immo sat puto esse, si octauo quoque die semel eat, et etiam rarius aliquando, si ita videatur rectori.

M. Gerardus Lapidanus succedet in autumno, hoc est in renouatione studiorum, M. Reniero; et apponatur illi vinum et ceruisia, quemadmodum sacerdotibus, et primo quoque tempore fiat sacerdos.

De contributione, si numerus nouitiorum faciat vt sint plures Monachii quam 24 uel 25, fiet contributio ex quatuor collegiis et domo augustana, seruata proportione redituum, habita tamen ratione caritatis uel vilitatis annonae, quam experiuntur collegia [1].

Joannes Velchius et Samuel mittantur cum P. Roberto et Alexandro Oenipontum; Carolus uero mittatur Augustam cum equis, vt inde veniat Dilingam.

Godfridus veniat cum Carolo Augustam.

Abraham et Gulielmus, si non discesserunt Ingolstadium, maneant adhuc ad octo dies.

Semel potest P. Paulus in hebdomade legere casus conscientiae uel aliud domi; quod si ea lectio videtur eum impedire ne alia faciat exercitia praeter conciones, relinquat eam lectionem.

De aliis classibus statuet R. P. Natalis, ac Monachio mox significabunt P. Dominicus et P. Paulus quid de iis sentiant.

38

RESPONSA RDO. P. LANOYO

ANNUM PRIUS QUAM PAULO, ID EST, 1562 [2].

Cum per collegium aliquod transeunt Patres vel fratres, qui ad alia collegia transmittuntur, si quid illis detur viatici neces-

[1] Vide instructionem P. Natalis *De ratione alendi novitios*, in *Epist. P. Nadal*, III, 782.

[2] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, foliis 26(31)-28(33). Ad quodnam collegium spectent haec Natalis responsa, quamvis in ipsis non dicatur, ex ipso titulo erui posse videtur, cum illa Patri Lanojo data fuisse asseratur, et quidem anno 1562, quo tempore ille Pater recto-

sarii vel vestis, id acceptum feratur ei collegio, quod est soluturum impensas illius itineris; si necessitas non vrgeat, suscipientur huiusmodi hospitio, et nihil aliud. Si vero aliqui professi vel coadiutores formati mitterentur ad gerenda negocia Societatis vel alia, similiter cum iis posset agi, scilicet quoad viaticum et vestes, atque dictum est de scholasticis: si quid viatici vel vestis nouae eis daretur, id recuperandum esset ab iis, qui eos alunt in itinere. Si vero irent professi vel coadiutores in ministerium suum, adiuuantes animas iuxta Societatis institutum, tunc rectores collegiorum non possent illos aliter iuuare, quam hospicio aliquo die, vel pauco viatico, vel re simili, vt est in 2.° cap. decl. [F] 4 partis [1].

Rector non intelligat ex 5 cap. officii sui sibi esse interdictum, ne saepius quam semel in anno exerceat infima officia domus, ad aliorum exemplum et aedificationem, quemadmodum intelligitur ex primo cap. 3 partis Const. [2] Nec in his terminus praefigi facile potest, tametsi frequentius id agere non est consultum; et si ter vel quater in anno id faciant, non erit superfluum.

Vt ex constitutionibus et regula rectoris intelligimus, nec ad prandium nec ad coenam aliquis extraneus admitti potest ad collegium. Itaque hoc sit firmum, nullum vocari posse nec ad prandium nec ad coenam nisi ex dispensatione: et debet esse superioribus integrum causam obtendere omnibus, qui fortassis expeterent a nostris aliquot inuitari, illud esse, quod ex instituto nobis est interdictum. Verum, vt in aliis regulis, ita et in hac poterit ἐπιείκεια adhiberi, quemadmodum intelligimus adhibitam esse iam inde primum, cum fuit Romae edita. In collegio roma-

---

rem collegii ingolstadiensis agebat. Anno autem sequenti eidem in hoc munere successit P. Paulus Hoffaeus. En quae ad rem declarandam juvare poterunt ex *Epist. P. Nadal,* II, 138, deprompta: «A Ingolstadio fuí con el P. Lannoy, que era venido á Augusta... respondí á todas las dudas del P. Lannoy y otros...» Paragraphus hujus monumenti, quae incipit: «Ex illa instructione...» edita est apud nostra *Monum. Paedag.,* pag. 775.

[1] Cf. *Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae,* pagg. 114, 115.

[2] Ibid., pagg. 94, 95, n. 19.

no non fuit intermissum quin aliquando inuitarentur externi ad collegium, vbi ita videtur propter hominum dignitatem, vel aliquando familiaritatem, modo semper inde fructus aliquis spiritualis speretur. Et id quidem fieri non solet priuatim, sed ad refectorium, praesertim cum aliquis fit magister vel doctor, vel cantat primam missam; nam iis diebus solet paulo amplius obsonii apponi fratribus. Ita autem intelligimus fieri raro et magnis ex causis, quae cum ita sint, poterit eadem ἐπιείκεια in collegiis Germaniae vsurpari, modo omni studio euitentur solitae compotationes.

Adiicitur autem ad regulam ne nostri, sine magna causa vel spe fructus, prandeant apud exteros. Hoc vero apud germanos maioris est periculi, propter largiores compotationes, quas euitare difficillimum est, etiam apud honestos inuitatores. Huius igitur regulae difficilior erit interpretatio seu ἐπιείκεια; et nisi moderate nostri credantur excipiendi, praesertim compotatione, et magna subsit causa vel spes fructus, non censeo vsurpandam dispensationem in hac re.

Vbi capitur vespertina, vt dicitur, collatio, quo die est ieiunium, benedictionem et gratiarum actionem dicunt fratres submisse et breuiter, et ea potest esse, imo solet, quam solebat adhibere P. Ignatius.

Juramentum rectorum non est necessarium in collegiis Germaniae, quod aliquid dederit plus domui professae quam acceperit, propterea quod non sunt hic ea commertia, quae Romae.

Non habet Societas facultatem absoluendi a casibus reseruatis in coenae Domini bulla, nisi tantum ab haeresi, et excommunicatione resultante propter lectionem librorum haereticorum; sed hanc facultatem satius est vt soli habeant rectores, quod magis sit verisimile illos consultius esse acturos in eiusmodi facultate: poterunt alii sacerdotes hanc facultatem habere, sed ex iudicio rectorum.

Curetur vt aliquis aliquando concionetur in templo maiori alternatim.

In collegiis ne alantur aues cantatrices.

Ex illa instructione, quam P. Natalis reliquit ad gubernatio-

nem commensalium, accipientur et deducentur in praxim ea capita, quae vtiliter et suauiter poterunt exerceri; et rector gerat spiritualem curam illius domus.

Seruetur regula, quae est in officio confessariorum [1], vt qui est socius confessarii, videat audientem confessiones; quod si prouincialis aut rector habeat in ea aliquam difficultatem, consulat Patrem generalem.

Frequenter, vt est in regula, mutentur corporalia.

Vtantur ex peculiari deuotione aqua benedicta aduersus pestis iniuriam, et aceto et reliquis ex consilio medici.

Sit vna bibliotheca; et libri, qui sunt in minori, transferantur ad maiorem, et collocentur separatim in loco commodiore.

Curet rector ne nimium familiariter inter se agant fratres; vnde fieri contingit, vt in ea familiaritate et suas inuicem aperiant tentationes, et de superioribus murmurent.

Prouideatur ne propter penuriam famulorum patiantur commensales.

Regula, quae prohibet ne quis ingrediatur in cubiculum alterius, satis est aperta, cum dicat sine licentia ministri id fieri non posse; et tamen intelligitur non esse necessarium a ministro petere, sed etiam licere a superiore seu rectore: et intelligitur de licentia generali seu speciali: cui autem generaliter vel specialiter concedendum, videat superior.

Assignetur cuique sacerdoti suus minister ad altare.

Satis est si ad vinum adiiciatur quinta pars aquae.

Curetur vt silentium seruetur in refectorio, etiam inter Patres.

Mundentur mensae, finita mensa prima, vt moris est alibi.

Nullus fratrum in hyeme habitet in cubiculis supremis domus, nisi sint parata.

Ne vtantur candelis ex saeuo [a] in missis.

Non permittat superior vt fratres inter se disputent de regulis vel constitutionibus: si quid dubitant, consulant superiorem.

---

[a] Sic, pro *sebo* vel *sevo*.

---

[1] Cf. *Institutum Societatis Jesu* (Florentiae, 1892-1893), III, *Regulae sacerdotum*, reg. 18 pag. 15.

Caueat prouincialis, et rector in suo ordine, ne tam frequenter concedantur externis sacerdotes ad celebrandum in aliis templis, vt ex tali consuetudine contrahatur obligatio Societatis. Probatur interdum negari operam sacerdotum in missis dicendis, quando etiam sine incommodo praestari ea potest, ne videatur obligatio contrahi.

Singuli sacerdotes celebrent semel pro Patre generali et iis, qui sunt in concilio [1], et semel pro P. Natali et eius ministerio, et tunc fratres orent in iisdem missis.

Ad casus vsurarios, qui solent occurrere Augustae, scilicet, cum Socrates dat pecuniam Platoni, et, saluo capitali, accipit singulis annis 5 vel 6 pro 100, plane respondendum esse, contra ius diuinum et naturae, nec vllam posse expectari dispensationem in hac re, esse; tamen licitum fore idem lucrum accipere, vel, si simpliciter et reuera absque fuco vel fraude donetur, licebit idem propter damnum emergens vel lucrum cessans, si reuera emergat vel cesset lucrum Socratis, si Plato habeat pecuniam Socratis, ad quam rationem reducitur poena conuentionalis, vbi scilicet Socrates mutuauit Platoni suam pecuniam, adiecta poena, vt, si intra talem terminum non restituat, debeat illi certam summam soluere. Signum autem, quod in fraudem vsurariorum non statuatur, id est, cum Socrates mallet sibi restitui suam pecuniam ad terminum absque poena vel lucro, quam cum poena. Idem spectari et accipi potest lucrum, si, accepta pecunia, Plato iustitia cogit censum super immobile aliquod fructificans; item, si Socrates ineat cum Platone societatem ad mercimonium exercendum (modo legitima sit societas), et Socrates stat vtrique et damno et lucro [2].

Casum illum frequentem, quando venditur seu traditur tota summa pecuniae, et, qui eam recipit, se obligat in perpetuum se quotannis soluturum 5 vel 6 pro 100, non intelligit Pater com-

---

[1] In concilio tridentino versabantur eo tempore P. Lainius, praepositus generalis Societatis, P. Polancus, eidem a secretis, et P. Salmeron, cum amanuensibus.

[2] Cf. SACCHINUM, loc. cit., part. IV, lib. III, nn. 116-122; et *Epist. P. Nadal*, III, 712.

missarius quomodo non sit vsurarius, licet Syluester illam approbet; iussit itaque vt consulatur Pater generalis.

De catholicis, qui ducunt vel nubunt haereticis, illud certum est, quod et male faciant et peccent mortaliter; sed tamen ratum est matrimonium. Itaque nullo pacto debent nostri concurrere actiue vel consultiue, imo prohibere vel deterrere debent, ne haec matrimonia contrahantur, etiamsi sit spes lucrifaciendi haereticum, nisi prius conuertatur et redeat ad vnitatem ecclesiae. Sed tamen postquam contraxerint ipsi, potest catholicus absolui, quod attinet ad hunc contractum et cohabitationem cum haeretico sine detrimento salutis.

LAUS DEO.

39

OBSERVANDA A NOSTRIS DOCTORIBUS INGOLSTADII [1].

✝
Ihs.

Primo. In processione sanctissimi sacramenti caput aperire eos ex nostris, qui sunt prope sacramentum, et quibus non nocet, nec tegere quamdiu durat processio.

2.° Cum imus ad templum, ut, antequam ingrediamur chorum, sumamus aquam benedictam, et oremus aliquid coram sanctissimo sacramento.

3.° Ut, quando egredimur e templo, finito sacro, expectemus sacerdotem, qui solet discedentes aspergere aqua benedicta, nec discedamus ante alios professores, qui idipsum expectant...

6.° Non adesse conuiuiis nuptialibus, nec nomine suae facultatis aliquid pro talibus offerre, nisi quando externi eiusdem facultatis numero superant; et ne tunc quidem nostri consentiant in illam contributionem.

7.° Non obuiam ire, nec deducere haereticum, ut nuper principem Saxoniae...

---

[1] Ex archetypo, a librario scripto et Natalis manu annotato, in codice *Natal. instr. Germ.*, unico fol., 49 (40). Hujus monumenti pars, quae ad studia spectat, edita est in nostris *Monum. Paedag.*, pag. 788.

12. Ad conuiuia tardius et rarius ire, cum excusare non possumus; primos surgere et abire.

Praedicta omnia aedificant.

A tergo, P. Petri Canisii manu. Ingolstadii. De his paulatim introducendis, saltem quae sunt leuiora, coram agatur et consultetur, ut inquit Pater noster.

Alia manu. Obseruanda a nostris doctoribus Ingolstadii.

40

†
Jesvs.

QUAE DIXIT R. P. NATALIS

RECTORI INGOLSTADIENSI DE REBUS, QUAE AD PRAESENTEM EXECUTIONEM SPECTANT [1].

1. Ne imprimantur conclusiones Marquezii [2], sed disputetur de illis; quod si aliquis ex iis, qui disputabunt sub illo, non esset dignus vt promoueretur, ne concurrant nostri, sed sinant agere alios.

2. Liberandus est altera lectione Marquezius, sed tamen non prius, quam sit compertum an ad tres istas lectiones simus nos astricti obligatione aliqua, vel habeamus aliquem, qui possit illam legere.

3. Si aliquis habeat cultrum domi, aufferat ab eo rector.

4. Si veniant visitatores antequam redeat rector Dilinga, vel veniat prouintialis, respondebit P. Pisa esse Patres Dilingae, qui de hac re et aliis tractant; rogare se vt nihil constituant de classibus; provintialem esse satisfacturum.

5. P. Pisa dabit exercitia P. Vincentio [3], non tamen multis

---

[1] Ex archetypo, a librario scripto et Natalis manu emendato, in codice *Natal. instr. Germ.*, quatuor foliis 31-34. Alterum exemplum hujus monumenti, apographum coaevum, habetur in eodem codice, foliis 61-64. Haec instructio data est a Natali mense Junio anni 1566. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 167 et 185. Quae ex hac instructione edita sunt in nostris *Monum. Paedag.*, pag. 784, hic omittimus.

[2] P. Joannes Marquez, lector philosophiae Ingolstadii. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, ubi saepius de illo fit mentio.

[3] P. Vincentius Povellus. Ratio, cur exercitiis S. Ignatii excolendus erat hic Pater, praesto habetur in ejus examine, edito in *Epist. P. Na-*

horis, sed satis erit si duabus vel tribus horis exerceatur, non tantum vt proficiat in oratione, sed vt possit esse instructus ad dandum aliis exercitia.

6. P. Pisa erit praefectus studiorum vtriusque facultatis, theologicae et philosophicae.

7. His diebus vsque ad vacationes curabit rector per se et confessarios, vt, qui vsum meditationis non habent, in illa exerceantur, et addant mediam horam orationis, iuxta decretum congregationis generalis [1]. Erunt igitur mane orationes per tres quadrantes, et vnus quadrans dabitur examini ante prandium. Praeterea vnus quadrans habebitur orationis ante coenam et vnus examinis antequam eant cubitum.

8. Quando veniet tempus vacationum, catalogus mortificationum proponetur, et plene quidem exercitabuntur ii, qui omnino vacabunt, alii vero, quoad feret eorum occupatio.

9. Quando extra ordinem vellet aliquid dictare Peltanus in schola, consulat ea de re provincialem. Non est facile introdu-

---

dal, II, 589; qui cum quatuor annos jam in Societate explevisset, nondum exercitia spiritualia fecerat.

[1] Sermo est de decreto 29 congregationis generalis secundae, quod ita habet: «Actum fuit, et per aliquot dies disputatum, de augendo tempore orationis, quod in Constitutionibus, IV part., cap. 4, praefigitur; et placuit tandem Congregationi: ut P. Praepositus Generalis pro sua prudentia possit id augere, prout expedire in Domino iudicaverit, habita ratione personarum, regionum, etc.» Ex *Instituto Societatis Jesu* (Florentiae, 1892-1893), II, 201, 202. Decretum autem Borgiae, quo tempus orationis in tota Societate auctum fuit, est hujusmodi: «Hauendo la congregatione generale rimesso a N. Padre preposito che allargasse il tempo dell' oratione, come li paresse conuenir in Domino, ha determinato che la mattina si faccino tre quarti d'oratione, senza li duoi quarti d'hora delli essami, che si fanno auanti di andare a pranzo et a dormire la sera. Et a questo ultimo essame, auanti di andare a dormire, ha accresciuto un altro quarto; in maniera che sia mezza hora che serua per essame et oratione mentale, o vocale, secondo la capacità de ogniuno, al parer del superiore. Et con questo, alli superiori si dà facoltà de dispensare con particolari o con altri, secondo che li parerà conuenir. Et così V. R. l'ordini nelli suoi collegii per parte de N. Padre generale. (A Spagna però s' è scritto che faccino un' hora la mattina, in luocho di tre quarti che si fanno in altri luoghi.)» Ex regesto epistolarum communium, cui titulus: «Epist. communes. 1565-1657.», pag. 7. In margine: «Comune per tutte le parti.»

cenda in his collegiis Bauariae consuetudo aliqua, ne illico cogamur adstringi.

10. Dabitur opera per rectorem, vt doctores nostri, et etiam magistri artium, qui sunt de aliqua congregatione, ne muneribus publicis desint, et deesse non possint, absque licentia rectoris.

11. Aduertat diligenter rector, ne cereuisia remaneat in refectorio noctu, nam si fiat calida, postridie nocebit fratribus.

12. Sit scamnum vel repositorium quoddam in sacristia, vbi sacerdotes celebraturi possint deponere vestes.

13. Curetur vt tempestiue cibi sint cocti, et parati vna hora ante prandii horam, vt P. Arboreus [1] possit prandere, et diebus ieiunii etiam anticipet.

14. Vt ianuae, qua itur ad templum, et qua ad scholas, habeat clauem ianitor et rector.

15. Mathias, qui ueniet ad nos, curet habere consensum matris, vel saltem vt non dissentiat. Et simul oportet explorare voluntatem principis, ne aegre ferat si eius stipendiarium recipiamus, si id iudicabitur oportere fieri. His expeditis, poterit recipi et mitti Monachium, vt R. P. Natalis perscribet Dilingae.

16. Christophorus, qui vult etiam recipi, impetret facultatem a patre; quam cum habuerit, de eo referatur ad R. P. Natalem, si sit in prouintia, vel ad R. P. provintialem.

17. Christophorus doceatur examen facere, et pro suo captu orare.

18. Magistri Arborei valetudo diligenter curetur. Hic simul cum lectione logica dicit se posse legere facile lectionem graecam in inferioribus classibus, et sic incipiet.

19. Detur opera vt P. Petrus instituatur in rebus philosophicis, etiam si illi relinquenda esset lectio theologica.

20. Christophorus sit cocus.

21. Explicetur infirmitas Blasii medico, et sinat se curare.

23. Habitet P. Vincentius cum commensalibus, et exerceatur in eorum gubernatione, quantum poterit, vt possimus inde colligere, an sit aptus gubernationi alteri; curetur tamen eius valetudo.

---

[1] P. Henricus Arboreus. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 379.

24. Gisbertus faciat procuratorem M. Jacobum Schipman, rectorem louaniensem, cum facultate sustituendi, vt resignet benefitium, si quod habet; hoc faciat per publicum instrumentum tabellionis; et scribat ipse, vel rector eius nomine, litteras ad rectorem louaniensem, quibus negotium totum explicet, nomen patris, beneficii et omnia; et est scribendum ne resignet, nisi idoneo.

25. Wolffgangus contineatur in sua classe, non permittatur ire in patriam. Permittantur autem illi suae fabricae, dummodo non afferant impensas collegio alicuius momenti. Et, si quid fabricetur, curetur vt illud possit esse vsui collegio.

26. Mattheus docebit in sua classe.

27. Consiliarii sunt idem et eodem modo.

28. Admonitor sit Pisa [1].

29. Sindicus, Arboreus.

30. P. Pisa sit confessarius omnium, nisi quos sibi reseruet superior...

32. Ponantur imagines in culina.

33. Gallinae ne errent in atrio collegii, sed paretur illis locus separatus, vbi non sint in oculis omnium.

34. Quemadmodum Romae fit, fiat vna bibliotheca communis, alia secreta; et tamen communis sit, quam fieri poterit, locuples.

35. Consulatur medicus, vt, postquam nec cereuisiam nec vinum potest bibere Mattheus, conficiat illi aquam vel ex aneto, vel etc.; vt ipse sciet.

36. Examinator librorum erit, qui ex doctoribus theologis tunc temporis erit decanus. Quod si neuter sit decanus, et ueniant ad nos ad examinandos libros latinos, primo examinabit P. Pisa; illo absente, P. Theodorus [2]; germanicos P. Theodorus...

42. Diligentissime curetur, vt, non diutius quam necessum fuerit, ad cibum sumendum domui absint, et examinentur vbi redierint, praesertim quum abfuerint diutius, vt intellegatur vbi fuerint, quid egerint, separatim vero per socium.

---

[1] P. Alphonsus Pisanus.

[2] Peltanus.

43. Interea detur opera vt inueniatur siue vngerina, siue aliquis probus vir, qui propius habitet domui nostrae, que uelit domi suae parare cibos conuictorum nostrorum et mittere ad eos, quemadmodum fit Conimbricae. Et danda erit illi spes lucri alicuius. Tractetur hoc solum, non exequatur...

45. Opera hospitalis et carcerum, exerceantur hic, sicut Romae.

46. Rector consulat medicum, sitne illi vtilius cereuisiam semper bibere, aut aliquando vinum: hoc dicat admonitori R. P. Natalem praescripsisse.

47. Consiliarii obseruent suas regulas, et id curet rector.

48. Verratur cubiculum, et sternatur lectus Pisani; in aliis obseruet regulas, vt alii.

49. P. Henricus Dulkenius [1] potest vnam lectionem theologiae audire, si non afferetur impedimentum suae professioni et officio.

50. Visitet Pater prouintialis, quam primum venerit, cubicula, scrinia et libros.

51. Mathias contineatur in sua classe hoc anno, sed discat poeticam paulatim...

54. Accipiat rector decretum [2] de aucta oratione a Rdo. Patre vice-provinciali.

55. Sacerdotes tempore orationis non legant officium, nisi fecerint prius per mediam horam orationem mentalem.

56. Ad munera publica vniuersitatis eat vterque theologus, si necessum fuerit vel consuetum.

---

[1] ¿Estne hic Dulken unus idemque cum illo, de quo in epistola, Colonia 6 Julii 1563 data, dicitur «Magister Henricus Dulken primitias suas celebravit ipso die S. Johannis baptiste»? Cf. HANSEN, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens 1542-1582*, pag. 475.

[2] Vide supra, pag. 250, annot. 1.

41

QUAE RDUS. PATER COMMISSARIUS DIXIT (NATALIS) IN COLLEGIO AUGUSTANO [1].

Nullus domi habitabit, qui non sit de Societate.

Nulla mulier in domum admittatur.

Si necessum erit ad tempus accipere aliquem ad domesticum seruitium, qui non sit de Societate, quemadmodum P. Canisius habet puerum, accipiatur ea lege, ut sciat regulas domus; confiteatur singulis hebdomadis.

Ad casus usurarios, qui solent occurrere, scilicet, cum Socrates dat pecuniam Platoni, ut, saluo capitali, accipiat quotannis quinque uel 6 per centum, respondendum est contra ius diuinum et naturale esse, nec ullam posse expectari dispensationem hac in re: est tamen licitum idem lucrum accipere, vel, si simpliciter et revera sine fuco vel fraude donetur, licebit idem propter damnum emergens vel lucrum cessans, si reuera emergat damnum vel lucrum cesset.

Ad quam rationem reducitur poena conuentionalis, vbi scilicet Socrates mutuarit Platoni pecuniam, adiecta poena ut, si infra terminum talem illi non restituat, debeat illi Plato certam summam soluere. Signum autem quod in fraudem usurariorum non statuatur [2]

De audiendis confessionibus monialium seruetur constitutio, quae est in sexta parte Constitutionum [3]: hoc tamen addendum, ut, quando audientur earum confessiones, id non fiat absque superioris earum concessione.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, fol. 305 (383). Haec Natalis monita ad mensem Novembrem anni 1562 spectare videntur, prout ex rebus, ab ipso Natali enarratis in epistola, die 20 Novembris 1562 Lainio data, eruitur. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 139.

[2] Vide supra, monumentum sub n. 38 positum, ubi haec completa habentur.

[3] «Cum homines itidem hujus Societatis semper parati esse debeant ad discurrendum per quasvis mundi partes, quo fuerint a Summo Pontifice vel a suis Superioribus missi; non debent curam animarum, neque item mulierum Religiosarum, vel aliarum quarumcumque suscipere, ut ordinarie illarum Confessiones audiant, vel ipsas regant: quamvis nihil repugnet semel

Nullo pacto permittat P. Canisius ut nostri suscipiant curam docendi pueros cantum. Deinde, si aliqua sit cura pauperum vel aliorum accipienda, ita accipiatur, quemadmodum a nostris accepta est Ingolstadii, ut, quod attinet ad alendos commensales, eorum curam alii suscipiant, nos tamen eos iuuemus quoad mores et studia attinet.

42

†
Jhus.

QUAE DIXIT R. P. NATALIS

AUGUSTAE, 6 NOUEMBRIS 1566 [1].

Ratio gubernationis M. Gregorii [2], donec huc redeat P. Canisius, haec poterit esse: vt sinat Patrem Wendelinum [3] totam rem domesticam gerere, quemadmodum hactenus fecit, sub illius tamen superintendentia et obedientia. Itaque Pater Wendelinus curabit de cibis quotidianis et de aliis etiam negotiis domesticis: suscipiat etiam collegiorum negotia: scribat uero ex commissione Patris Gregorii praefecti. In his tamen omnibus, si qua illum parte leuare potest Pater Gregorius, non omittet. Et haec supra dicta tamen faciet Pater Wendelinus, non suo, sed praefecti nomine et ex eius authoritate.

Habeat etiam Pater Gregorius totam summam pecuniarum, ex qua singulis hebdomadis, uel quando oportebit, det Patri Wendelino pecunias pro expensis quotidianis. Hic uero aget cum emptore immediate.

Seruentur regulae omnes Societatis; et si qua uidebitur obseruari non posse, de illa referatur ad prouincialem [4], vt ipse

---

unius Monasterii Confessiones ob speciales causas audire.» *Constitutiones lat. et hisp.*, parte VI, cap. III, § 5, pag. 198.

[1] Ex archetypo, a B. P. Canisio exarato et a P. Natali in margine annotato, duplici fol. 20, 29, quibus alia folia inserta et assuta fuerunt, in codice *Natal. instr. Germ.* Titulus est Patris Jimenez manu scriptus. Alterum exemplum, eodem fere tempore a Jimenez scriptum, habetur in eodem codice, fol. 19, cum annotationibus in margine a Polanco exaratis.

[2] Roseffius. Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 292.

[3] P. Wendelinus Völck, qui domui augustanae ante Roseffium praeerat.

[4] B. P. Petrus Canisius.

iudicet, num vsus illius regulae sit intermittendus donec plenum sit collegium.

Vt tamen paucula attingamus, quae constant communi usu Societatis, obseruent regulas orationis et examinum, confiteantur et communicent, qui sacerdotes non sunt, octauo quoque die. Sacerdotes quotidie celebrent, secundum consuetudinem Societatis. Habeatur exhortatio singulis diebus veneris a Patre Gregorio, quae satis erit si duret per dimidiam horam hoc tempore.

Legatur ad mensam, sed ita, vt singulis diebus id faciant omnes, qui legere norunt, etiam praefectus. Quod si graue hoc fieret, consulant prouincialem.

Obseruent tempus prandii et coenae, surgendi etiam ac eundi ad lectum, orationis ac examinum, sicut in collegiis fieri solet.

Fiat benedictio mensae et gratiarum actio, vt solet in collegiis.

Pro defectibus fratrum et Patrum imponantur paenitentiae, ut solent rectores imponere.

Nullus domo egrediatur absque facultate et socio, quem superior assignabit.

Nulla mulier domum ingrediatur, ne ad portam priorem quidem.

Certam rationem cibi quotidiani habeant. Ea erit, quae in collegiis huius prouinciae obseruatur, de qua Dilingae cito scribetur.

Cellae uinariae et penu clauem habeat minister uel dispensator; nec quicquam uini uel cibi alicuius sit, quod non sub claue vnius custodiatur.

Pro Patre Balthasare [1] fiat simile tentorium, quale pro Patre Ledesma [2] factum fuit in hypocausto superiore.

---

[1] Hujus Patris cognomen tacetur tum in catalogo viennensi anni 1560, ubi dicitur «P. Balthasar bauarus, professor linguae graecae», tum in epistola Natalis, 14 Novembris 1566 data, ubi haec de illo dicuntur: «Hauemo posto in Augusta il P. Balthasaro bauaro, il quale è stato in Praga, Tyrnauia, Vienna, et mi dimandò lui, et anchora quelli Padri, che lo mandasemo a questa prouincia.» Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 301.

[2] P. Jacobus de Ledesma, de quo saepius in *Epist. P. Nadal,* III; et in *Monum. Paedag.*

DE PERSONIS DOMUS AUGUSTANAE [1].

Erit Gregorius superior et summi templi contionator, confessarius domesticorum, et si opus est, etiam externorum.

P. Wendelinus erit minister domus, confessarius ordinarius externorum.

P. Balthasar confessarius erit, et qui aliquando contionabitur in monasterio uel aliquo pago, vt uidebitur praefecto: erit et praefectus etiam ecclesiae.

Stephanus perget esse sacristanus, economus et erit emptor.

Simon, coquus et credentiarius.

43

†

QUAE DIXIT R. P. NATALIS

RECTORI DILINGENSI EXEQUENDA STATIM [2].

M. Gerardus [3] instituet graece Ziglerum [4], Henricum et Simonem [5]...

Recipiatur Sigismundus nouitius et mittetur Monachium; Mathias similiter...

Vt iuuetur diligenter nepos abbatis in Schairen [6] non solum in reliquis, sed etiam, ut orat nos eius patruus, ut ad Societatem ad nos ueniat, si tamen fuerit idoneus...

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, fol. 26. Vide monumentum praecedens.

[2] Ex archetypo, Natalis manu emendato, in codice *Natal. instr Germ.*, duplici fol., 2 et 3. Titulus manu P. Theodorici Canisii scriptus videtur. Ad annum 1566 spectare videtur hoc monumentum, prout in *Monum. Paedag.*, pag. 767 annotavimus, ubi, quae de studiis hic habentur, praemittenda duximus.

[3] M. Gerardus Lapidanus, rhetorices magister. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 331, 332.

[4] Christophorus Ziegler. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 546; et III, 331 et 773.

[5] Simon Demerius vel Demesius. Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 113.

[6] Abbas monasterii schyrensis erat Georgius Neupeck. Vide *Epist. P. Nadal,* III, 183; et HUNDIUM, *Metropolis salisburgensis,* III, 208.

Habeatur cura diligens ut religiose fiant recreationes.

Adhibeatur cura et disciplina Segismundo...

Placet ut ita nostri adeant officia ecclesiastica, ut nulla propterea uideatur contrahi obligatio eius rei. Contiones tamen [a]

Diligenter curet rector ut cocus non sit externus, sed ex fratribus.

Vt nostri lauent scutellas 2.ae mensae.

Coadiutores uestiantur colore eodem cum fratribus aliis [1].

Habeatur ratio peculiaris coadiutorum, quemadmodum docet quaedam instructio de illis facta [2].

Diligenter det operam rector, ut, qui non sciunt germanice, discant quoad poterunt: omnes autem loquantur latine uel germanice.

Tempus orationis uespertinum commutetur in uno quadrante in tempus ante coenam...

Pallia fiant coadiutoribus.

Vt satis fiat M. Paulo flaindrense [b]; conqueritur enim de rationibus P. Joannis Rabenstain.

Diligenter curet superior ut, si qua perfectio in recreationibus habendis desideretur, ea restituatur. Quod si magna uidetur fore difficultas huius restitutionis, moneantur fratres fore ut constituatur superior in recreatione, cui debeant obedire, ut rectori.

Melchior repetat grammaticam et componat.

Insignia doctorum fiant saltem tria...

Prouideatur ne sit incendii periculum ex parte camini culinae.

Petrus computare et scribere discat.

Clauem ostii, quod pertinet ad sacristiam ex bibliotheca, habeat unus ex fratribus, cui commiserit rector, et sit ianitor illius ostii, quo tempore Patres et fratres ueniunt ad officium, contionem etc.; et sacerdos, qui illic celebrat missam, eat per ianuam collegii, et alius nullus habeat clauem illius ostii.

---

[a] Sic in ms. sensu incompleto. —[b] Sic.

---

[1] Vide infra, inter Natalis instructiones, paragraphum «De vestitu»; et BRAUNSBERGER, loc. cit., IV, 347-349.

[2] Eam habes infra, inter Natalis instructiones.

Ordinarie contiones fient in sacello germanice.

Latine fieri poterunt contiones extra ordinem, si nostris detur tempus ut se parent...

Rector curet per se uel alium ut admoneantur abbates, suos monachos, qui uiuunt hic, non uiuere religiose.

Det confessario domestico rector casus reseruatos cum suis explicationibus, et instructiones omnes pro confessariis.

Non admodum prolixe fiant toni [1], et fiant tantum diebus dominicis.

Ne omittantur exhortationes domesticae singulis hebdomadis, et in his ne attingantur priuati fratrum defectus.

D. Torres [2] ne faciat catechismum.

Exhortationes habeat uel rector, vel doctores theologi, ut uidebitur rectori.

44

†
Jesvs.

ALIQUA EX IIS, QUAE DIXIT RDUS. P. NATALIS DILINGAE SECUNDO [3].

D. Thomas [4] libere agat cum discipulis suis.

De candelis, vt fratribus non desint necessariae.

De hypocaustis, vt sint commoda studiis fratrum.

De Hermanno scriptore, vt dimittatur, vel partes eas habere curet, quae dignum illum dispensatione faciant.

P. Gaspar [5] vtatur priuilegiis in non ieiunando, etc.

De rebus, quas *Pater noster scribsit* [a], scilicet, an nostri as-

---

[a] Prius *quas romani scripserunt,* postea Natalis emendavit ut supra.

---

[1] Toni in Societate appellantur quaedam exercitia declamationis, tum generalia, tum particularia.

[2] P. Hieronymus Torres, lector theologiae.

[3] Ex archetypo, a Natali emendato, in codice *Natal. instr. Germ.*, unico fol., 10 (8). Manus videtur P. Theodorici Canisii, rectoris dilingensis collegii. Haec instructio anno 1566 data fuit. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 8, 25, 26, 340, etc. Alterum exemplum apographum est ibid., fol. 38.

[4] P. Thomas Gallus. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 8.

[5] Haywodus, lector theologiae.

sistere debeant cardinali in vestibus sacris [1], an habere extemporaneas conciones latinas, etc.

De vacationibus et conuiuiis.

De apologia D. Pauli Hoffei [2].

Melchior vtatur perspiciliis, raro concionetur, rarius scribat.

Petatur exemplum instrumenti procuratorii a M. Horatio.

Det operam rector ne negligantur res particulares collegii.

Habeatur cura sanitatis P. Gerardi, et habeat scriptorem.

Curet rector vt occupati sint coadiutores.

De scriptore Patris Canisii, an Franciscus.

Diegus sit promptus ad aperiendam portam.

P. Lapidanus quotidie celebret, quemadmodum alii, pro more Societatis.

Carolus legat officium «Aeternae sapientiae».

Redigantur in ordinem theologiae auditores, et mulctentur absentes.

Dominicus loquatur [a] latine, et ita discere potest.

Philippus habeat suum tempus orationis.

Petrus louaniensis poterit ordinari sacerdos.

Exemplum officii rectoris mittatur Spiram ad [Na]talem primo quoque tempore.

Scripta Sigismundi prima occasione mittan[tur].

45

†
Jhs.

QUAE DIXIT RDUS. PATER NATALIS
DILINGAE SECUNDO [3].

Augustiniana dedicetur a Patre Torrensi omnino cardinali [4].

a Prius *potest loqui*, deinde a Natali emendatum ut supra.

1 Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 340, n. 9.

2 Apologia contra Smigdelinum. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 25, 26.

3 Ex archetypo, a P. Jimenez exarato, et a Natali et Polanco annotato, in codice *Natal. instr. Germ.,* foliis 12(10)-14(20). Pars hujus monumenti, ad studia spectans, edita est apud nostra *Monum. Paedag.,* pag. 768.

4 Sermo est de libro P. Hieronymi Torresii, cui titulus «Confessio Avgustiniana in libros qvatror distribvta, et certis capitibvs locorvm,

Jacobus flander, qui est in collegio oenipontano [1], si illhic non videatur necessarius, nec pro culina, nec pro aliis ministeriis, poterit illum auocare Pater prouincialis, sicut coeperat tractari Oeniponti, praesertim si in aliquo collegio videatur necessarius pro ultima classe.

D. Torres post finen *Confessionis Augustinianae*, eat Ingolstadium, lecturus loco D. Pisani, et D. Pisa veniat Dilingam, loco eius, lecturus.

M. Gerardus cliuensis [2] doceat in prima classe. In 2.ª Petrus louaniensis [3] usque ad autumnum, quo tempore mittentur Herbipolim, quibus succedere poterunt Dilingae Mtro. Gerardo Matheus polonus [4], Petro louaniensi uel Winsenius uel M. Leonardus [5].

Matheus polonus retineatur in hoc collegio hoc anno, quem instruat in graecis et dialectica priuatim magister Boschius. Exerceatur etiam carmine, et paretur, ut in sequentem annum sit rhetor huius collegii.

Magister Boschius unam lectionem theologiae scholasticae audiat et haebream. Parari poterit ad sacerdotium.

Pater Joannes saxo [6] eat Oenipontum futurus concionator,

---

theologicorvm, qui sunt hodie scitu dignissimi, comprehensa: nunc primum ex omnibus B. Avrelii Avgvstini libris in vnum opus bona fide ac studio singulari redacta per D. Hieronymvm Torrensem, Societatis Jesv Theologum, et Academiae Dilinganae Professorem. Dilingae apud Sebaldvm Mayer M.D.LXVII.» Est volumen in 4.° ff. 330 constans et Ottoni Truchsessio cardinali augustano dicatum. Cf. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, VIII, 127; et *Epist. P. Nadal,* III, 21.

[1] Ni fallimur hic est idem, de quo haec habet catalogus collegii oenipontani anni 1565: «Jacobus Bausenus, leodiensis, coadjutor temporalis, agit annum 24: Societatem ingressus est anno 1561: fecit uota 1564.° mense Nouembri: agit cocum et partim fabrum lignarium.»

[2] Gerardus Lapidanus, professor rhetorices.

[3] Petrus lovaniensis, Roma in Germaniam missus fuit anno 1566. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 211, 331 etc.

[4] Matthaeus polonus in catalogo collegii ingolstadiensis, circa initium anni 1560 scripto, oratoriae professor dicitur.

[5] Leonardus Boschius, qui anno 1562 exeunte, lector 4.ae classis erat in collegio ingolstadiensi, de quo paulo inferius sermo redit. Cf. BRAUNSBERGER, *Canisii epist.,* III, 495.

[6] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 331.

sed ita tamen ut illius conciones videat Pater Lanoyus [1], et, si opus fuerit, emendet. Poterit pedetentim Patri Georgio [2] succedere, primum quidem dominicis; Pater Georgius aliis festis poterit concionari. In quadragesima diuidant conciones. Tandem Pater saxo solus sit concionator. Si autem abduci illhinc poterit Pater Georgius, Dilingae ad theologiam discendam collocari posset.

Magister Georgius [3] Herbipolim est iturus cum aliquo bono coadiutore (Petrus erit idoneus). Quando autem iturus sit, Herbipoli cito definietur. Interea duas habebit occupationes in hoc collegio: altera, et praecipua quidem, erit ut det operam priuato studio theologiae, praesertim iis materiis, quas non audiuit, et controuersiis, et disputet, ut, antequam abeat, promoueri possit in licenciatum. Altera erit, ut sub nomine ministri non curet quidem quae ad culinam et mensam attinent, quae Jacobus sufficienter curat: sed aliis in rebus curet collegii gubernationem, ut usum aliquem gubernationis habere possit, si rector postea mittatur Herbipolim.

Mathias coloniensis eat Augustam [4].

Alexander saxo mittatur Oenipontum, ut illhic gubernet ultimam classem, et ordinetur primo quoque tempore sacerdos [5].

---

[1] Nicolaus, rector collegii oenipontani. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 276.

[2] In catalogo collegii oenipontani ad annum 1565 spectante, habetur «P. Georgius Crispus, germanus, sacerdos: annum aetatis agit 29.m: ingressus est Societatem 1555: vota edidit sequenti anno in festo Nativitatis Beatae Virginis: multis annis docuit rhetoricam et facultatem oratoriam aliasque litteras, praeditus est dono concionandi et bene regendi juuentutem: valet prudentia et zelo convertendi animas Christo: posset cum fructu nouitios regere et in spiritu promouere: ad studia bene aptus est.» Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 195.

[3] «P. Georgius Bader, annorum modo, vt putat, 29, admissus est ad probationes Societatis Jesu Romae in Septembri anno 1557: vota scholasticorum emisit Laureti anno 1558 in die Nativitatis Domini: illinc profectus Coymbriam Lusitanie; deinde, reuersus Romam, missus est Dilingam, illinc Herbipolim, vbi agit rectorem collegii.» Ex catalogo collegii herbipolensis anni 1567.

[4] Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 331, 430.

[5] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 330.

Christophorus [1] et Ricardus possent mitti Ingolstadium, praesertim ubi illi tres pragenses erunt mittendi Oenipontum.

Euocetur Dilingam Jacobus Pontanus [2], et exerceatur tum in classe rhetorices, tum priuatim a magistro Boschio cum Matheo Polono.

De ordinandis relinquit R. P. Natalis negotium Patri prouinciali.

Scribatur ad rectorem ingolstadiensem, ut, si magister Henricus Dulkemius [3] pergat dolere capite, aliqua lectione subleuetur a Patre Petro...

Si contingeret cardinalem [4] nostros male tractare, et quadam uti asperitate etc., ut antea consueuit, poterit illi nomine Rdi. P. Natalis dici, ut scilicet nostros benigne excipiat, alioqui nos, eius autoritate deterritos, non uenturos ad ipsum facile amplius, et pusillo animo nos reddendos...

Cura peculiaris habeatur eorum, qui recens a nouitiatu ueniunt.

Franciscus sit praefectus sanitatis, et Dominicus infirmarius.

Nullus eximatur ab obedientia ministri, ne praefectus quidem templi, uel scholarum. Vtrique tamen minister nihil ordinabit circa scholas vel templum sine uoluntate rectoris.

Possunt quidem nostri et debent, qui videntur idonei, consuetudinem piam habere cum scholasticis, his praesertim, qui videntur posse iuuari, adduci etiam ad Societatem; sed ita moderanda est illa conuersatio, primum, ut iuuenes tempus studiorum non perdant; ut prolixa non sit, nec adeo frequens, ut id notare alii possint; deinde debet semper esse conuersatio honesta et religiosa. Rector etiam habebit curam peculiarem harum conuersationum, ut cum fructu fiant, aedificatione, ac sine detrimento nostrorum.

Magister Gaspar, antequam legát spheram, legat aliquas propositiones Euclidis.

---

[1] Ziegler (?) vide supra, pag. 257, ubi de hoc mentio facta est.

[2] Jacobus Pontanus rhetoricae operam dabat Pragae, anno 1566, prout in pragensi catalogo habetur.

[3] Vide supra, pag. 253.

[4] Ottonem Truchsessium.

Rector habeat exhortationes singulis hebdomadis, et per se faciat ut plurimum; aliquando etiam per alium poterit.

Vt iustius obseruetur tempus orationis, obseruetur illud a duobus fratribus, scilicet, ab ordinario obseruatore et ab alio, quem elegerit rector: ita curetur diligenter ut praecise tempus orationis obseruetur.

Recreationes reformentur ad instructionem, quae data est prouinciali Austriae, et quoad eius fieri poterit, coadiutores intersint recreationibus; quod ut fieri possit, quae non erunt necessario statim agenda, referent in tempus, quod sequitur recreationem....

Antonius [1] audiat lectionem theologicam, et scribat suas conciones; id si videat rector fore ei difficile, saltem capita rerum scribat, et uerbo referat ad rectorem, de quibus est dicturus, ut haec diligentia faciat non desiderari scripturam. Vt haec possit praestare, leuetur primum officio examinandi, deinde cura ollariorum. Pro licentia veniant omnes constituta hora.

Curam ollariorum habebit Pater Gerardus Pastelius...

Quo die comunicant fratres, ne detur illis ientaculum.

Videat prouincialis an sit interdicendus usus manicae suffultae propter frigoris iniuriam. *Dixi postea non esse hoc tempore intermittendum* [a].

---

[a] Haec septem ultima verba Natalis manu addita sunt.

---

[1] Hunc Antonium, conciohatorem, suspicamur non esse alium ab eo, de quo Natalis in epistola ad Borgiam, 19 Octobr. 1566 data, aiebat: «Mtro. Antonio fiamengo, che prima lesse rhetorica in Vienna, et dopoi in Praga, restando di leggere la rhetorica, si applicò pochi mesi (credo che 4 o 5) alla lingua tedesca, sapendone prima molto poco, et non hauendo sentito, nè philosophia, nè theologia, cominciò a predicare con molta sodisfattione nella nostra chiesa... Verrà a Mtro. Canisio, et la P. V. hauerà per all' ora ordinato, che si ha da fare di lui.» *Epist. P. Nadal,* III, 265. Eumdem laudibus extollit SCHMIDL, in *Historia S. J. provinciae bohemiae,* pag. 218, ubi haec inter alia: «cujus etiam Conciones multis post annis Germani Pragenses jucunde, nec sine laude, memoria repetere solebant.»

46

†

CONSUETUDINES DILINGAE RECEPTAE,

QUAE NON VIDENTUR ALIBI VSITATAE [1].

Rmo. cardinali, in pontificalibus diuina officia celebranti, in sacello vniuersitatis plures ex nostris assistere solent pluuialibus et aliis sacris vestibus induti; in simili habitu comitantur eum in publicis supplicationibus, ipso Reverendissimo instanter id efflagitante [2].

Cantant aliquando nostri cum aliis studiosis, quando figurato cantu celebrantur officia, partim ob cantorum externorum paucitatem, partim quod nostri ea re nonnihil recreentur...

Bibunt fratres omnes in prandio et coena singuli vnum [s]cyphum vini, sacerdotes autem quantum volunt...

Vtuntur nostri pileis paruis domi, vt quadratis parcant, vel propter frigus...

---

[1] Ex archetypo, a P. Theodorico, ut videtur, exarato, in codice *Natal. instr. Germ.*, unico fol., 8 (6). Pars hujus monumenti, ad studia pertinens, edita est apud nostra *Monum. Paedag.*, pag. 773.

[2] Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 340.

MONUMENTA PROVINCIAE AUSTRIAE

47

QUAE DIXIT NATALIS RECTORI VIENNENSI

ANNO 1563 [1].

Sacerdotes debent interesse tonis [2]: qui autem ex illis non facient tonos, id erit in arbitrio rectoris, v. g. si eximatur M. Cornelius [3] vel aliqui, quos constet non esse destinandos ad conciones. Idem erit iudicium an aliqui sint eximendi a concionibus refectorii.

Possunt quidem nouitii venire ad tonos nostrorum; sed, an conueniat nouitiis huius collegii, id iudicabit prouincialis et rector.

In recreatione, si commode fieri potest, sint omnes in vno loco, etc.

In danda benedictione et gratiarum actione sit omnino conformitas.

---

[1] Ex archetypo, Natalis manu emendato, in codice *Natal. instr. Germ.*, foliis 138-145 (204-211). Titulus ab ipso P. Natali est exaratus, prout animadvertimus in *Monum. Paedag.*, pag. 798, ubi, quae ad studia pertinent, simul collecta edidimus. De tempore, quo haec scripta sunt a P. Natali, nil nobis dicit manu scriptum; sed ex iis, quae de invitatione amicorum ad prandium statuuntur, ubi exempla Ignatii et Lainii, prioris quidem in praeterito, secundi autem in praesenti, adducuntur, de editione libri exercitiorum et ex aliis indiciis, sat clare erui videtur hoc monumentum ad inspectionem collegii vindobonensis, a Natali sub P. Lainio, scilicet, aestate anni 1563, peractam, spectare.

[2] Toni in Societate dicuntur exercitationes declamationis sub formula quadam communi, in qua diversae rationes affectuum exprimendorum continentur. Hisce communibus tonis accedunt alia exercitia particularia declamandi ex tempore de aliquo argumento a moderatoribus assignato.

[3] P. Cornelius Brogelmannus (Brogelmans), qui in catalogo collegii vindobonensis anni 1566 dicitur confessarius fratrum; et apud POLANCUM, *Chron.*, VI, 23 et 40, professionem 4 votorum in Lainii manibus Romae anno 1556 edidisse fertur. Cf. BRAUNSBERGER, loc. cit., III, 760.

Benedictio vespertina sextae ferie, quando fit abstinentia, sit, vt dari solet, breuior. Scribatur tamen ad P. Natalem, quis sit vsus Romae [1].

Obseruetur regula, quae praescribit vt nemo ingrediatur in cubicula aliorum sine facultate superioris alicuius; et habita facultate, non ingrediatur nisi prius audiat «ingredere», et dum ibi ille est, sit semper porta omnino patens.

Nemo quidem potest mutuo dare alteri sine licentia vel cartam, etc.; sit tamen licentia quedam generalis quoad res parui momenti.

Qui sunt futuri sacerdotes, id committitur prouinciali. Videntur ordinandi Henricus, Theodoricus, Ioh. Antonius post cursum; ex aliis sit iudicium prouincialis. Georgius Scherer [2] videtur posse ordinari etiam ante cursum, et *Io. Matthias.*

Hoc tempore non videntur formandi baccalaurei, quamuis non sint intermittende disputationes [a].

Est papiraceus quidam libellus in folio, cuius initium est: «Sequuntur puncta quedam memoriae causa» etc. Hoc libello non necessarium erit uti ad gubernationem scholarum, nam pro eorum gubernatione sunt regulae, tum generales pro scholis, tum aliae pro classibus et exercitiis literariis, tum pro Societatis scholasticis.

Reliqua pendebunt ex praesenti gubernatione, et tamen praescripto libello, quem tamen P. Natalis non legit, poterit uti et prouincialis et rector ad gubernationem studiorum, si quid uidebitur ipsis non esse alienum a praescriptis regulis, et tamen, quibus uidebitur utendum, ea non referant in numerum regularum, et si quid referendum uideretur, id non facient, nisi prius consulto generali praeposito.

---

[a] Quae sequuntur, usque ad *consulto generali praeposito* inclusive, obliterata sunt in ms.

---

[1] Benedictio mensae ab Ignatio usurpari solita edita est in *Monum. Ignat.*, ser. IV, I, 245; et infra, inter Natalis instructiones.

[2] Georgius Scherer, de quo vide catalogos collegii vindobonensis infra exhibitos, et SOMMERVOGEL, *Les jésuites de Rome et de Vienne..., en M.D.LXI,* pag. XXIX; et *Bibliothèque,* tit. «Scherer».

Cum erunt sepeliendi mortui nostri, pulsetur campana nostra, ut solet apud religiosos hic pulsari pro suis mortuis. Si qui alii praeterea sepelientur in templo ex iis, qui ius sepulturae habent (nam in ambitu priuilegium habemus quod nullus sepeliatur), siue aliqui sint, quibus Societas facultatem dederit sepulturae extra ordinem, pro his omnibus permittamus, ut ex consuetudine sepulturarum pulsetur campana.

Vbi uero siue externi, pro suo iure, uel pro nostra concessione, sepelientur, nulla propria censeatur esse obligatio, ut celebremus nos missam aliquam, nec nostri intersint sepulturae, nisi sacristani, qui animaduertent quid fiet: ab externis enim clericis omnia sunt peragenda.

Intermitantur letaniae, quae fiunt in templo die lunae; non intermitantur tamen domi, nisi iis diebus, quibus cantantur in templo.

Ne utantur organis conducticiis. Sueuus tractetur ut coadiutor temporalis de Societate, et omnino ad Societatem recipiatur absque scrupulo. Quod si reperiatur habitum accepisse apud carthusianos, fiat uerbum unum nuncio pro dispensatione, uiua uoce, explicando ei facilitatem rei. Quod si uel minimam difficultatem in ea re faceret, quod vellet diploma fieri, ne urgeatur, sed dissimuletur apud eum et scribatur ad Patrem.

Externos ad ministeria domestica, nisi singularis sit necessitas, ne habeat rector. Simplicem potest retinere, quoad ipsi uidebitur, et si necessum esset aliquem accipere, potius patiantur iacturam in ministeriis domesticis, quam eum accipiant, quod domesticae disciplinae noceat.

Diligenter examinentur, qui in Societatem admittuntur: de caetero, et ex iis examinibus et instructionibus, quas P. Natalis reliquit rectori, fiant examina. Videtur autem consultum, ut primos tres aut quatuor, qui sunt ingressuri, examinet rector, ut inde habilior fiat ad alios instruendos. Videtur uero primo loco examinator futurus P. Cornelius; pro iis uero, qui nonnisi germanice norunt, P. Wolfgangus [1]. In cura hospitalis caesa-

[1] Ni fallimur, sermo est de P. Wolfgango Pijrringer, qui in vindobonensi catalogo anni 1566 dicitur «praeceptor rhetorices et praefectus can-

ris diserte interrogetur caesar [1] per P. Victoriam [2] uel Patrem prouincialem [3], quid curae nobis sit traditum, et id cum uoluntate caesaris minuatur, quoad poterit.

Distribuantur sancti singulis mensibus, ut fit etiam in collegio romano.

Suo tempore comode (quod P. Natalis reliquit in instructionibus suis) fiant cubicula inferius, iuxta ianuam collegii inferiorem, honesta, ubi recipiantur externi, qui ueniunt collocuturi cum nostris; uel, si malint deambulare in area, illud licebit. Itaque, quoad eius fieri poterit, uitetur ne ueniant externi intra collegium: quod si ueniant, tamen detineat extra ianuam collegii famulos ianitor. Hoc etiam intelligitur de Occhoa [4], et debet seruari ab omnibus incomodis, et tamen cum edificatione...

Nostri rhetores hoc etiam futuro anno contineantur in classe rhetorices, praeterquam Winzerer [5], qui et satis diu audiuit et uidetur non esse adeo aptus, qui cum Spes [6] poterit inchoare cursum in hac lege, non ut Spes, et audiat confessiones ut antea, et concionetur italis, uel legat doctrinam christianam, etiamsi iacturam sit facturus alicuius lectionis aut studii, uel philosophiae uel theologiae.

Quae sunt in choro sacelli, quod est in ambitu, reponantur [a]

---

[a] *et reponantur* ms.; sed superfluum videtur *et*. Similiter superfluum videtur alterum *et* paulo inferius ante *quaecumque*.

---

tus.» In altero autem catalogo haec de eodem habentur: «M. Wolfgangus Pijrringer, labacensis, agit praeceptorem rhetorices, leget graeca. Est praefectus chori.» Cf. SOMMERVOGEL, *Les jésuites de Rome et de Vienne...*, pag. 1.ª, col. 2.ª catalogi viennensis, ubi tantum haec dicuntur: «P. Volfgangus Pirigner [sic] concionator, Austriacus.»

[1] Ferdinandus I.

[2] P. Joannes Victoria, qui procuratoris provinciae munere fungebatur Vindobonae.

[3] P. Nicolaus Lanoius (Delanoy).

[4] De eo cf. *Epist. P. Nadal*, II, 474-476.

[5] In catalogo vindobonensi anni 1561 habetur inter rhetores et graecos «Ioannes Winzerer, bauarus.» Est-ne idem qui hic a Natali commemoratur? Ita videtur erui posse ex eo, quod ait Natalis «satis diu audiuit». Unde credendum est annis 1561 et 1562 rhetoricae operam navasse.

[6] Michaël Spes, de quo vide *Epist. P. Nadal*, II, 460, 523.

in aliquo ex illis cubiculis ambitus, qui spectant ad plateam; et in eodem choro reponentur, quaecunque habet P. Theodoricus in sacello. Sacellum uero parabitur decenter, ut illic possint audire missam fratres quotidie; missa uero, quam ibi audient, quo die sunt comunicaturi, ita autem [a] parabitur, ut postquam audierint missam, possint uenire ad finem eius missae, quae dicetur in altari maiori, et comunicare...

Omnia ostia cubiculorum sint ita clausa, ut quiuis exterius possit ingredi, praeterquam rectoris, ministri et procuratoris.

Quemadmodum hoc anno factum est, ad sepulchrum ueneris sancti per uices adsint 4.or fratres tota nocte, postquam, clausis ianuis templi, omnes externi sint exclusi: ante hoc tempus, ut solet in Germania, cantentur tono germanorum psalmi hinc inde a fratribus, binis hinc inde, quamuis non sit ita necesse ut tota nocte cantent. Possent concedi ea nocte, postquam discesserint externi, disciplinae in choro, ubi manent nouitii, per uices, id est, ut 10 uel 12 semel, et 10 uel 12 iterum semel.

Officium hebdomadae sanctae fiat ut hoc factum est anno, et Romae fit, praeter sepulchrum, cuius alia est ratio in Germania et usus.

Portabitur uero sacramentum ad sepulchrum cum iis ceremoniis, quibus solet Romae, nisi sit alia consuetudo catholicis comunis, quae a nobis probari possit.

In sanctos angelos, qui gubernant Germaniam, in sanctos Germaniae et ciuitatis sit peculiaris deuotio.

Etiamsi qui habent uota in hoc collegio non fecerint promissionem distribuendi bona, si quae habent, iuxta institutum Societatis, de quo habetur in principio 4 cap. examinis, non erit necessarium, cum uota habeant, illam promissionem edere, cum ex uoto obedientiae ad id obligentur. Qui autem uota non habent, si illam promissionem non ediderunt, primo examine edant illam promissionem, et de caetero obseruetur diligenter, ut in prima probatione, cum examinantur, edant illam promissionem omnes...

---

[a] Sic; sed supervacanea haec particula videtur.

Prouideatur diligenter, ut hyeme uentus ne perflet et perüius sit per domum, quod et alias fiet ad loca comunia; et in cubiculis diligenter obserentur fenestrarum rimae charta, quae omnibus sint vitriata [a].

Excitator, cum primum excitauerit et dederit lumina fratribus, accendat lucernam, quae erit in latrinis et in aliis locis comunibus...

Fiant confessionalia tria saltem clausa: sint etiam aliqua alia ad necessitatem et habeant aliquam formam confessionalium.

Qui habent chirographa [1], nec etiam tempore recreationis possunt simul colloqui, nisi praesente uno uel duobus, quibus possunt colloqui.

Qui concionantur utantur stola, qui hactenus sunt usi, licet non sint in sacris; qui non sunt usi, sequantur suum morem.

Superpellicio non est utendum in docenda doctrina christiana, ut est usus Societatis, et hic factum est hactenus.

In summis sacris non cantet frater aliquis aut euangelium aut epistolam, sed ipsemet sacrificans omnia ista praestet.

Diligenter fiat doctrina christiana in templo per aliquem idoneum.

Post altare maius constituatur quid deuotius propter eos, qui illinc ambulant in circuitu, nec ita negligatur locus ille.

Quando paululum eleuatur hostia ante «Pater noster», cum dicitur «per ipsum, cum ipso, et in ipso», pulsetur paululum campanula.

Ex superiori bibliotheca deferentur in inferiorem libri, qui possint esse usui: ex inferiori uero asportentur in superiorem qui non sunt usui...

Vt P. Cornelius pergat in corrigendis missalibus.

---

[a] Sic; forte voluit dicere *vitriatae;* id est, omnes fenestras vitris muniendas.

---

[1] Chirographa dabantur fratribus, ut scirent quibuscum tempore recreationis colloqui possent. Hic autem indicatur, quamvis subobscure, duobus solis colloqui haud licere, nisi tertius aut quartus socius assignatus adesset.

Vt sint duo lauacra in refectorio pro fratribus.

Vt, si non sit oleum sanctum pro infirmis, curetur haberi.

Obseruetur tempus concionis per horologium, ne excedat spatium unius horae.

Semper sint continuae missae in altari maiori, etiamsi in aliis altaribus non possent dici, et detur opera, ut protendantur saltem usque ad decimam.

Ne autem simul duo sacerdotes egrediantur, sed cum dictum [fuerit] euangelium in summo altari, potest alter ad aliud egredi...

Possunt inuitari amici, et debent aliquando, ut Romae solebat P. Ignatius facere et solet P. Laynez, et fieri solet in collegio romano: hic tamen habeatur magnus delectus quis inuitabitur; et nisi adsit prouincialis, qui possit aliquando in cubiculum inuitare, inuitabuntur in refectorium. Lautius quidem quam fratres possent, etiam absente prouinciali, inuitari in refectorio ad 2.am mensam, ut, abeuntibus fratribus, finita sua mensa, qui solent in 2.a mensa prandere, diutius possint esse in mensa cum hospitibus.

Nec fient inuitationes, uel cum sit aliquis professus, uel cum aliquis nouam missam celebret, nec ubi agitur festum Circumcisionis uel templi dedicatio; poterit his diebus fratribus dari amplius unum ferculum cum bono antipasto et altero postpasto.

Cum aliquis inuitatur ab aliquo amico et primario uiro, modo ne frequentius id fiat, poterit ei dari licentia, et socius, qui rectori uidebitur; sed tamen, si inuitantur a mulieribus, uel ubi sunt mulieres, etiamsi sint primariae, uel si in conuiuio sint illae futurae, melius est ut non eatur.

Dabit[ur] etiam licentia uisendi amicos, et ut possint illic bibere moderate.

Poterunt etiam allici amici ad colloquium domesticum et conuersationem familiarem; ubi poterunt et inuitari ad bibendum, vbi videbitur cum aedificatione fieri posse.

Omnia haec ita dicuntur et conceduntur, ut maior fructus accipiatur in iuuandis animabus in his regionibus; earum vero rerum iudex esto prouincialis...

Praeceptores poterunt sumere ientaculum post missam ante lectiones, et alii etiam, cum sit audienda missa, ante lectiones...

Si uenerint ad ianuam collegii mulieres, nullo pacto, ne ad primum quidem limen, admittantur, nec etiam lotrix, a qua extrinsecus accipiantur panni, et intus numerabuntur; et siquidem loquendum est illis, breuiter hoc fiat ad ianuam; si fusius, iubeantur uenire ad ecclesiam.

Fiat ad ianuam collegii paruula fenestra quadrata cum cancellis ferreis paruulis et sua ianua, vnde ianitor possit prospectare pulsantes.

Cum erit morbus aliquis periculosus, poterit nostro medico adhiberi alter medicus ex praecipuis, qui amore Dei uenire solent.

Cum celebratur pro defuncto, praecipue si fiat ex obligatione, si fieri aliqua ratione possit, dicatur missa tota de requie. Si necessum esset celebrare de die, tunc posset collecta fieri de defuncto, et tamen intelligitur applicatio praecipua missae pro defunctis fieri in «memento» et intentione primaria celebrandi pro ipsis. Non intelligitur tamen intermitti, quin in «memento» pro uiuis fiat plena applicatio.

Consultum uidetur, ut paretur campana maior quam ea est, quae est in dormitorio, qua dabitur signum ad occupationes collegii, ut Romae fit; collocabitur autem in loco, ubi commodum uidebitur.

3.am lectionem breuiarii in mensa non est necessarium legi, nisi quando est historia de sancto aliquo...

In quadragesima erit concio alternis diebus, id est, ter in hebdomada in nostro templo.

Quae dantur ecclesiae nominatim, applicentur soli cultui ecclesiae.

Sumus nos quidem exempti, ut ecclesiasticae personae et religiosae, a iurisdictione politici magistratus. Itaque in conscientia illis non cogimur obedire. Ad uitandam tamen uexationem uel scandalum, uel ad quietem comparandum nostrae conuersationis et ad similia, uidebit prouincialis quibus in rebus eorum autoritati cedendum sit, suo etiam loco rector.

Conciliemus nobis animos doctorum uniuersitatis, quoad poterimus, et ne contendamus cum uniuersitate, sed modeste nostras scholas gubernemus ex nostris priuilegiis. Si uero impediant nos, recurramus ad caesarem.

Vt ordinentur meditationes quotidianae iis, qui exercitia fecerunt, et his exponantur rosarii misteria.

Habeant fratres regulas comunes et generales, et regulas primae et 2.ae hebdomadae, et ultimas exercitiorum, et singuli suorum officiorum, et illas habeant notas.

Sint tot pallae quot corporalia, et plures etiam; ac toties mutentur, quoties corporalia, et frequentius.

Vt sit optimum uinum in missis et comunionibus laycorum [1]; et si domi non sit, ematur.

Mutent uices sacerdotes celebrandi, ut possint omnes ire ad hortum.

Ne ludatur in horto, proiiciendo globum uiolenter.

Vt, quemadmodum Romae, signetur pro quibus sint oraturi per chirographum in refectorii ostio, uel etiam suggestu, ut sciant tamdiu esse orandum, quamdiu ibi manebit chirographum.

Ne fiant acceptiones personarum, cum audiunt confessiones nobilium hispanorum, ut sternatur locus tapetibus; potius ueniant in chorum alterutrum, nec adhibeantur tapetia.

Sint praeceptores, quoad eius fieri poterit, et graues et docti.

Fratres comunicabunt in missa summi altaris, quae immediate praecedit concionem: et quo die comunicabunt, non accipie[nt] ientaculum nis[i] in diebus canicularibus, quo tempore comunicabunt in 2.a missa; et quibus diebus, cum comunicabunt, non accipiant ientaculum, illis citius prandebunt.

Qui ministra[n]t sacerdotibus in cubiculis, ferant tantum aquam, indusia, candelas; uerrant ipsi sacerdotes, sibi sternant lectos; hoc etiam intelligitur de confessario domus, concionatore, de professoribus theologiae, nam de aliis res committitur superioribus....

Sacerdotes nostri omnes, cum primum sunt designati con-

[1] Sermo est de vino ablutionum, quod fidelibus post communionem porrigi solebat.

fessarii, habent a Patre generali et commissario facultatem omnium, absoluendi ac etiam dispensandi cum externis, quam ex bullis nostris habemus, uel etiam ex particularibus concessionibus, ita tamen ut pendeat illa auctoritas ex arbitrio superiorum suorum, siue uelint, ut illa autoritate non utantur, siue in parte solum utantur; quod animaduertant superiores, cum confessarios designant. Rectores uero ipsi eamdem facultatem habebunt, et praeterea dispensandi cum Patribus ac fratribus in ieiuni[i]s, horis canendis, etc., in celebratione ante lucem, post meridiem, etc., eadem condicione, ut prouincialis possit illam autoritatem uel suspendere, uel temperare. Facultates uero intelligentur ex quodam quaternione antiquo, qui est in collegio, quo continentur concessiones et facultates, quibus uti potest Societas in his rebus.

Regulis officiorum, quas ex Urbe accepimus, utentur superiores et comunicabunt magno cum iudicio, nam multa erunt fortassis in illis, quae futurá propria collegio romano uel domi romanae; Patri uero Natali non licuit per occupationes de illis iudicium ferre.

Quemadmodum est in scriptis, superiores audient confessiones generales semestres; et, quemadmodum dixi prouinciali, ita fiet distinctio, ut singulis annis altera renouatione uotorum audiat prouincialis, altera rector.

Si quid habeant difficultatis in rebus suis agendis uel pecuniis exigendis, rector collegialium uel comensalium illud referant ad rectorem collegii nostri. Ea ille utetur opera P. Victoriae et eo procuratore, quem sunt habituri. Itaque nihil erit, quod illi rectores agant cum Occhoa; cum P. Victoria, si rectori uidebitur, poterunt agere aliquando [1]...

Cum erunt impraessa spiritualia exercitia, inibit rationem rector expensarum omnium, quas fecerit collegium in imprimendis exercitiis, praeterquam quod nostrorum fratrum, qui iuuerunt impraessionem, non computabit expensas uictus. Hanc rationem mittat ad Patrem generalem, cum primum confecta fuerit. Sed nunc primo quoque tempore scribat ad Patrem generalem quid

[1] De negotiis inter Victoriam et Ochoam aliqua attinguntur in *Epist. P. Nadal,* II, 474-476.

agendum censeat de exercitiis, quo numero et quo sint mittenda ubi primum sint absoluta [1].

Singulis mensibus scribant ad Patrem generalem de suis collegiis rectores collegialium et comensalium, non tamen de negotiis, de quibus primum referent ad collegii nostri rectorem, deinde ad prouincialem; nam quae poterunt per hos fieri, nihil erit quod consulant Patrem generalem; etiamsi semper illis, ut omnibus nostris, erit liberum scribere ad Patrem generalem, quacumque de re scribere uelint.

Cum ego discesserim, rector singulis hebdomadis scribet de rebus horum collegiorum, de negotiis, de Patre Victoria, etc. Cum hoc fecerit ter uel quater, poterit scribere 15.° quoque die. De hac ratione scribendi dicet primis literis Patri generali, si aliud uelit fieri.

Minister ne occupet fratres in exscribendis rebus, absque licentia superioris, nec superior facile operam fratrum occupet, ita ut negligi uideantur studia...

Habeatur ratio Besserer [2], qui non uidetur esse pronus ad concionandum; iuuetur tamen ea in re, ut fieri solet, in refectorio.

Obseruet rector ut omnes easdem ceremonias habeant in missa recitanda, ea uerba eadem obseruent in absolutione: verba autem haec sint comunia, et ea possunt accipi ex directorio Patris Polanchi [3]...

Procuratorem huius collegii, cum adest P. Victoria, agat rector ipse, qui tamen in rebus difficilioribus habebit P. Victoriam paratum, qui adiuuet, et alium, etc.

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 319, 404 et 641, ubi de hac editione vindobonensi libri exercitiorum saepius agitur.

[2] In catalogo vindobonensis collegii anni 1566 haec de Besserer habentur: «Georgius Besserer, sueuus, fuit praeceptor infimae classis.» In altero catalogo seu instructione, haec notata reperiuntur: «Georgius Besserer missus est in Poloniam.»

[3] Directorium Patris Polanci est liber ab hoc Patre, aliis juvantibus, jussu S. Ignatii conscriptus, cui titulus: «Directorium breve ad confessarii ac confitentis munus recte obeundum.» De hoc opusculo cf. *Cartas de S. Ignacio,* IV, 411-412; SOMMERVOGEL, *Bibliotèque,* VI, 939-944; et BRAUNSBERGER, loc. cit., I, 450.

Nullo die, quo uel renouabuntur studia, uel conclusiones publice disputabuntur, uel aliqui ad gradus aliquos promouebuntur, uel professio alicui detur, uel edant aliqui uota coadiutorum, uel renouentur uota, uel aliquis primam missam celebret, uel festum aliquod solemne nostrum celebratur, fiat domi conuiuium uel inuitentur externi; non enim uidetur uiro religiose instituto consentaneum, ut, quibus diebus potius ad spiritum sunt religiosi excitandi, eo die detur occasio excitandae gulae: itaque nec ullus inuitetur iis diebus externus, nec conuiuium habeatur. Poterit tamen his diebus, donec aliud a generali praeposito praescribatur, addi unum ferculum et paululum antipasti et postpasti fratribus nostris.

Qui ex fratribus, cum non sint theologi, tamen concionantur, ii sunt admonendi et quidem diligenter, ne nihil de rebus difficilibus tractent uel parent tractandum, nisi prius consulto rectore uel eo, quem sibi ea in re substituerit: simul cum praeparauerint iam suam concionem, et scripserint (nam iniungendum est illis ut scribant), conferent illam cum rectore uel cum eius substituto, uel eas partes, quae uidebuntur habere aliquid difficultatis, has quidem partes diligentius conferant: non omittant compendio reddere rationem de tota concione; et tamen, si aliqui uidentur id libenter facturi, erit utile ut, pridie quam sint concionaturi, eamdem concionem habeant in refectorio inter coenandum, praesentibus aliquibus germanis, qui in ea re ualeant.

Vt non datur pax in aliis missis, ita nec in aliis solemnioribus detur, nisi forte illi ministro, qui eam offert sacerdoti; si tamen sequeretur schandalum, poterit uni aut alteri seculari dari.

Piscatio [1] commode per selectissimos uideatur an exerceri possit, ut etiam Romae fit, sed cum summa cautela.

Videatur etiam an possit hic usus introduci in hac ciuitate, qui est frequens in Hispania, ut nostri cum duobus pueris, si videatur, conuocatis pueris et personis rudibus campanula aliqua, per uicos perducant [a] in aliquam ecclesiam, ubi doceant recitare

[a] *perductos* ms.

[1] Eorum, scilicet, qui Societatis instituto apti censeantur, et a Deo vocati, per pias conversationes aliaque spiritualia subsidia, institutio.

doctrinam christianam, et exercere interrogationibus, qui etiam poterunt addere aliquid explicationis breuis et familiarissime.

Videatur etiam an conueniat aliquando mittere aliquem ex nostris ad pagos, concionaturum cum socio selectissimo.

Curetur vt fratres lauent manus a prandio.

Accuratissime det operam rector ne comedatur panis tam recens.

In concludendis rationibus cum Occhoa, nihil faciat rector nec prouincialis absque instructione a P. Victoria; immo uero censeo ut totum negotium illi committatur.

Si (quod Dominus auertat) aegrotaret ita rector collegii viennensis, ut non posset dare operam gubernationi, absente prouinciali, Mr. Franciscus [1] posset esse vicerector, et P. Victoria, si adesset, superintendens: quod utrique dicetur nomine meo; et tamen prouincialis, vbi primum id sciret, debet uenire ad hoc collegium, quo cum perueniret, cessaret ille ordo; collegii uero commensalium posset esse vicerector in illo casu Mr. Wolfgangus, adiuncto illi socio Jo. Antonio.

48

†

INSTRUCTIO PRO P. VICTORIA

FACTA A P. NATALE [2].

ANNO 1563.

Sit exemptus simpliciter, et immediate subiectus generali praeposito et mihi, donec veniam Tridentum.

---

[1] P. Franciscus Sunyé, qui in catalogo vindobonensi anni 1561 dicitur «praefectus domus convictorum, lector hispanus». Cf. in *Epist. P. Nadal,* II, 476 et 549, examen ab eodem scriptum, ubi ipse nomen suum scribit *Sunyé* et non *Sunier* nec *Sunyer,* uti frequenter scriptum reperitur. Vide catalogos vindobonenses infra prolatos.

[2] Ex archetypo, Natalis manu annotato et emendato, in codice *Natal. instr. Germ.,* quatuor foliis, 122r-125r (193-195). Alterum exemplum apographum coaevum hujus instructionis habetur in codice *Instruct. 1,* fol. 142. Huic monumento scribendo occasionem praebuit recens mutatio officii P. Victoriae, et difficultates exortae ex hujus cum moderatoribus provinciae imo et totius Societatis dissensionibus, quas fuse tractatas reperies in *Ca-*

Habeat vnum, qui possit illum iuuare in suis negotiis, qui in eius sit obedientia simpliciter.

Eius vnum offitium et occupatio erit, ut curet, quae attinent ad fundationem collegii viennensis, pragensis et tyrnauiensis, et si quod aliud fundari commode possit.

Ad fundationem collegii viennensis, curet primum augeri redditus, uel saltem adiungi illa ligna ex Elosternĕnburg: vinum etiam, si possit fieri. Praeterea, nisi augeatur ad 3000, non dicatur plena fundatio.

Deinde ut in literis, quibus nobis cathedrae theologicae conceduntur, explicetur [a] illud quod debet [b] pro stipendiis dari pro parte fundationis collegii; et in reliquis ut iuxta formulam pragensis collegii fundationis expediantur literae fundationis viennensis [1].

Nec illud omittatur, ut possimus promouere, si non omnes, saltem nostros et pauperes, qui a nobis cupient promoueri; et eos, quos nolit promouere vniuersitas viennensis, et qui probentur a caesare ita promoti, ut gaudeant priuilegiis omnibus, quibus, etc.

Et si quid melius poterit facere, quod ad firmiorem sit et uberiorem fundationem, id etiam curabit, ut si redditus separarentur a pinguibus abbatiis et loco eorum, qui nobis sunt destinati, applicarentur.

Pro fundatione tyrnauiensis, placet quod illi redditus super praepositura de turo — — — [c] commutentur in abbatia illius episcopi, et fiat fundatio, retenta pensione pro aedifitio collegii. Alia curare potest etiam pro fundatione pragensis collegii: curet [d] ut, si fierit possit, firmius in perpetuum sint vniti illi redditus zittauienses, ut totum ius suum in nos transferat caesar, ut nostro nomine illos exigere possimus, et commutentur redditus Camerae

[a] Ms. *explicatur.* —[b] Ms. *debent.* —[c] Non apparet quid hic scriptum sit. —[d] Alt. exempl. habet: *Alia curare potest, etc. Pro fundatione pragensis collegii curet...*

nisii epistulis, a P. BRAUNSBERGER editis, per totum volumen tertium, et in *Epist. P. Nadal,* II, 627-629, 633, 634, etc.

[1] De his cf. *Epist. P. Nadal,* II, 480, 481.

et lusatiani in redditus ecclesiasticos separatos et nobis applicatos. Hoc si fieri non possit, expediantur literae.

Curet etiam, ut vasa vini sex certiora sint nobis; omni vero studio et diligentia contendatur apud caesarem, ne careant pauperes suis redditibus, aliunde comparatis, ne hanc patiamur nos calumniam, quasi nostra voluntate illi sint prouentus nobis applicati, et pauperes sua eleemosina priuati.

Cura eius huic coniuncta erit, ut domus pauperum Viennae fundetur, et habeat commodam domum et redditus, quibus idoneus aliquis numerus pauperum puerorum ali atque institui possit.

Item, pro commensalibus habeatur domus commoda: idem curet Pragae.

Idem curet Tyrnauiae, si fieri possit.

Si nouae occurrant fundationes, siue Vratislauiae, siue in Polonia, rem tractare poterit, non concludere; sed primo quoque tempore, cum agi negotium coeperit, scribet Patri generali particulatim.

Alia erit eius cura aedificiorum, in quibus id sequatur, quod ex me intellexit et inscriptum retulit.

Haec cura sic erit, ut juditium aedificiorum sit Patris Victoriae ex nostro praescripto: an vero sit aedificandum, erit iuditium prouincialis, si ex pecunia, quae prouenit ex iure collegiorum, aedificandum est; sin ex alia pecunia, quam P. Victoria aliunde conquisiuit, iuditium erit ipsius P. Victoriae quando sit aedificandum.

Erit alia eius cura, quam solet habere procurator: haec erit bipartita. Vna erit posita in litibus propugnandis, si quae inciderint, et harum erit tota cura P. Victoriae. Alia pars uersabitur circa exactionem pecuniarum, quarum cura, ne nimium facilibus rebus grauetur P. Victoria, in hoc erit posita, ut, quae a rectoribus exigi poterunt, et iudicabit prouintialis e rectoribus nostrorum collegiorum uel commensalium uel pauperum esse exigenda, horum exactione leuabitur P. Victoria.

Si qua erunt alia debita difficiliora, ad arbitrium prouintialis, non erunt exigenda a rectoribus, sed a Patre Victoria. Quas

autem pecunias exiget P. Victoria, earum faciet quitantias, et eas dabit postea rectoribus, uel prouintiali, si adsit.

Erit coniuncta haec cura cum aliis, ut, si quid possit promouere prouentus, uel iuuare expensas collegiorum eleemosina uel alia industria, id ne omittat.

Antiquam illam curam et zelum iuuandi collegium romanum non omittet; nihil tamen ad hoc ex collegiis capiet, nisi consulto generali: poterit tamen ex distributione bonorum, si quam faciat aliquis frater, uel aliunde.

Si quod erit difficile negotium, siqua controuersia contra nos insurgeret, siqua res dificilior vtcumque, si illius auxilium et operam imploret prouintialis uel etiam rectores, iuuabit quod poterit. Offeret etiam suam operam inuocatus, vbi iudicabit offerendam. Ita tamen in hac re, quemadmodum in omnibus, res omnes agat, ut sibi uidebuntur agendae: nec ab alicuius pendebit iuditio uel obedientia, praeterquam a generalis praepositi et mea, donec tamen in Germania fuero.

Praeter ea, quae dicta sunt, ut erit consiliarius prouintialis et rectorum, eos iuuabit consilio, ubi illum consulent: debebunt autem illum consulere ex offitio in rebus, in quibus uidebuntur egere consilio, et simpliciter in iis, quae aliquod videbuntur momentum habere; sed tamen, ut non erit in eorum obedientia, sic, dicta sua sententia, ex congregatione discedere ipsi licebit, si uelit.

Ad haec (quae erit inter primarias P. Victoriae curas) animaduertet et obseruabit totam rationem gubernationis prouintialis ac rectorum, et si quid sibi videbitur illis significandum, si quid admonendi [a], id faciat ex offitio, eisdem etiam de rebus scribet ad generalem praepositum et ad me, donec sum in Germania.

Breuiter: erit in eius offitio, ita gubernationis curam habere ad admonendos superiores, ac si superior ipse esset, induendo, non solum prouintialis, sed etiam rectorum omnes personas, et reputando [b] (praeterquam quod non habebit in gubernando iuris dictionem) totum pondus gubernationis suum esse.

---

[a] Prius *admonendum;* Natalis emendavit *admonendi.* —[b] Prius *repraesentando:* deinde emendatum ut supra.

Docere non poterit P. Victoria, propter occupationes: quod si hae non impedirent, non praeleget tamen in scholis publicis, sed potius domi in scholis fratribus ad iuuanda eorum studia. Non leget tamen, nisi prius consulat generalem, et illi significet se absque detrimento aliarum occupationum posse legere.

Sed tamen, si aliquid esset ipsi otii, quod ministeriis Societatis addicere possit, iuuandis scilicet fratribus, tum etiam externis ad pietatem, non est quod illum admoneam.

Quae de hac instructione dicta sunt, ita sunt accipienda P. Victoriae, primum ut in illis non pendeat ex iuditio alterius, quam generalis praepositi, uel meo, donec sum in Germania et non perueni Tridentum; tamen in rebus agendis, de quibus ego particulatim aliquid praescripsi, si quid illi occurrerit, antequam ego discedam, melius id mihi significet. Hoc etiam quando fecerit, si quid etiam, me absente, illi uideatur melius, consulto prouinciali, si adsit, uel rectore collegii, ubi fuerit, et res non patientur moram, vt consulere me uel generalem prius possit, cum gratia Dei exequetur, quod sibi melius uidebitur. Si uero res moram patiatur, consulat prius me uel generalem.

Impensas, quas faciet P. Victoria, quis sit soluturus, erit iuditium prouincialis, qui illi prouidebit de necessariis et vtilibus, quod poterit facere, si illi aliquam summam det vbi indiguerit, ex qua ille impensas suas faciet et socii, excepto cibo vtriusque, nam illum accipient ex collegio ubi erunt. Faciat iter in curru uel in equo, ut ipsi videbitur.

Totum negotium Cassouiae erit P. Victoriae.

Si aliqua in re uidebitur egere prouintialis uel rectores opera P. Victoriae, confidenter ab illo petant auxilium ea in re, et ille faciet, quod sibi uidebitur faciendum; totum enim erit in eius arbitrio, an sit facturus, et continuo sit facturus, quod eum rogabunt: in his rebus erit si quando rectores uideant posse prodesse P. Victoriam in audiendis confessionibus domesticorum quorumdam, vel dandis exercitiis, etc.

Accipiet rationem recepti et expensi a prouinciali singulis annis: qui etiam illi exhibebit rectorum rationes, quas ipse ab illis acceperit. P. Victoria dabit rationem item recepti et expensi

prouinciali, et uterque scribet ad generalem, quemadmodum datae sint.

Postquam non pendebit ex obedientia prouincialis, P. Victoria dabit rationem rerum, quas egerit, praeposito generali singulis mensibus saltem, quo tempore, scribet etiam ad Natalem, donec est in Germania.

Nullam jurisdictionem habebit P. Victoria uel in collegium aliquod uel in quoquam nostrum.

Erit in eius arbitrio suscipere iter ad negotia gerenda, et tamen curabit, donec sint expedita negotia fundationum horum trium collegiorum et fabricarum et alia, quae a caesare pendent, ut sit ubi caesar.

Vocabitur professus Societatis in literis ex nullo alio offitio.

P. Victoria erit consentaneum, vt dixi, vt sit vbi caesar erit, cum quo primaria negotia sunt transigenda.

49

†

QUAE DIXIT P. NATALIS

RECTORI VIENNENSI EXEQUENDA [1].

[ANNO 1566]

Diligenter attendant confessarii fratrum, qui sunt praefecti orationis eorum, quos audiunt, et rector, qui omnium est prae-

[1] Ex archetypo (?), nitide exarato ignota manu, in codice *Natal. instr. Germ.*, foliis 91-102 (154-165) simul cum aliis documentis ad Natalis visitationem spectantibus, quae postea dabimus, in quibus a tergo haec Natalis autographa inscriptio posita est, fol. 165 a tergo: *Austria etc., quae dixit Natalis, et in aliis prouinciis.* Jimenez manu ibidem: *Jhus. De collegio viennensi.* In hoc primo documento Natalis manus non apparet. Haec instructio anno 1566 data est, prout in ipsa diserte indicatur, ubi haec et alia similia referuntur: «Conseruetur processio, quae facta est hoc anno 1566.» Quae ad studia pertinent, utpote jam a nobis prolata in *Monum. Paedag.*, pagg. 801-803, hic omittuntur. Ut autem de personis collegii, in hoc monumento commemoratis, plenior notitia habeatur, et aliunde prolixitas et multitudo annotationum devitetur, satius duximus huic monumento subjungere catalogos et instructiones de personis et officiis collegii vindobonensis anno 1566, ante Natalis inspectionem et post eamdem, exaratos et a Natali propria manu emendatos et auctos.

fectus, ut Patres et fratres deuote dent operam orationi, et prouincialis id curet diligentissime in omnibus collegiis.

Hoc anno non inchoëtur cursus nouus, sed prosequatur magister Christianus cursum Pauli.

Si tempus ferat et occuppationes necessariae sacerdotum, P. Pais [1] poterit bis uel semel in hebdomada habere lectionem casuum conscienciae.

Si hoc non possit, saltem habeant singulis hebdomadis collatio[nem] uel disceptatio[nem] de casibus conscienciae, praeside ipsomet P. Pais. Potest intermitti lectio mathematices hoc tempore.

Videtur hoc etiam conueniens, ut cursus philosophiae abbreuientur, et totus cursus absoluatur biennio cum dimidio; nec tamen legatur logica uel physica, etc. per compendia.

Ex illis, quos ego constituam in ministerio horum trium collegiorum, nullus mittatur in Poloniam uel in aliam prouinciam, praesertim si alii substitui commode non possent.

Omnis cura et diligentia adhibeatur, ut in recreationibus et colloquiis fratrum omnibus obseruetur catalogus, et sint sindici, ad quorum ueram relationem et compertam dentur poenitentiae; et si sit necessum, usque ad pura naturalia; quod si non corrigerentur, adhibeatur opera confessarii, ut solet, quae etiam adhiberi debet ad alias imperfectiones corrigendas.

Vltra exercitium quotidianum et usitatum in Societate, si quid praeterea exercitii corporalis est dandum fratribus, ad roborandas uires, uel recuperandas, id fiat ex consilio medici.

Locus ille supra molas a columna interius, concedatur collegialibus.

Bis in hebdomada comedatur panis recens, non frequentius.

Concedatur 4.[a] pars horti uersus flumen, uel etiam 3.[a] pars, collegialibus honesto pretio uel censu, et eo egrediantur ad recreationem, ita tamen ut nunquam se misceant nostris, erecto tabulato in medio ab ipsis.

---

[1] De eo dictum est in *Epist. P. Nadal,* III, saepius. Illius autem examen habetur in vol. II, 554.

Donec uideatur religiose agi recreationes, erit utile, si 3.° quoque die separentur Patres et fratres in duas partes, et singulis praesit suus Pater, electus a prouinciali uel ex eius commissione a rectore, in quibus classibus tempore recreationis a prandio agatur, ad modum collationis spiritualis, de uirtutibus et earum profectu, ac perfectione, de orationis et meditationis necessitate, dignitate ac fructu, de eo quemadmodum resistendum sit tentationibus, de zelo animarum, et iuuando proximo, et de toto instituto Societatis, etc.

Curet diligenter prouincialis, et per se et per rectorem, ut quam mundissime et aptissime parentur cibi, et sint vasa mundissima et ornatissima omnia in culina, et hoc diligenter exigat tum a rectore, tum a ministro, et constituat peculiarem huius rei obseruatorem.

Adhibeatur musicae modus, ut in missa musice tantum cantetur «Kirie» «Gloria» «Credo» «Sanctus» «Agnus» responsio ad «Ite missa est». Et in vesperis psalmi cantentur ad falso bordonem, ut dicunt, uel similiter; potest tamen cantari «Magnificat» musice. Reliqua omnia cantentur gregoriane. Excipientur ex hac ratione cantus, maiores solemnitates, in quibus ex prouincialis uel rectoris facultate, poterunt aliquid amplius canere musice. Et cum erit illis licitum cantare motetta in missa uel in vesperis, praecipiatur illis ne sint prolixa, praesertim in missa.

Detur opera ut cantores obediant, tanquam superiori, praefecto chori, et exerceatur in hac re disciplina.

Et curetur ut charitas uigeat inter omnes, et nulla perseueret auersio animi inter fratres.

Sacerdotibus exhibeatur honor debitus iuxta Societatis consuetudinem; rursus etiam sacerdotes grauiter, sed modeste tamen, agant cum fratribus...

Omni studio et diligentia curetur ne cogamur ire in processione, cum non teneamur in conscientia; et fere omnes episcopi liberarint nos: si tamen hoc nulla ratione possemus euitare, nihil tum esset contendendum de loco.

Si quacunque ratione potest obtineri, uel per caesarem, uel alia uia, ne subiiciamur regimini, uel magistratui politico, id

efficiamus, et in litibus ineundis seruetur decretum congregationis generalis [1].

Debet prouincialis ad hoc spectare quid est iuxta institutum, ut confraternitas charitatis habeat sacellum aliquod, et locum, in quo conueniant in suis congregationibus, ne cogamur nos id praestare in nostro collegio. Caeterum, ut confraternitas conseruari possit, uideretur consultum, ut peterentur indulgentiae aliquae a summo pontifice; praeterea, ut examinarentur eorum capitula, et reformarentur. In qua reformatione ad hoc spectaretur praecipue, ut aliqua pia obligatione uel spirituali fierent confratres magis animati et constantes ad opera ista charitatis. Interim fiat, ut fit, donec prouincialis scribat Romam, et accipiat responsum...

In mittendis fratribus ab uno collegio ad aliud, seruentur quae praescripsit Pater generalis de missionibus et peregrinationibus, et addatur instructio P. Natalis [2]...

In recreatione quilibet potest esse cum solo confessario suo, modo, expleto negocio, redeant ad conuersationem ordinariam.

Nullus confessarius eximatur quin debeat adesse recreationi.

Dispensabit, prout illi uidebitur, rector, ne omnes ire cogantur ad vesperas, modo illo tempore habeant serias occupationes.

Videat prouincialis an possit facere compendium melius eius stipendii, quod datur medico, aliqua ratione...

Si refectorium non calefiat in hyeme, ne fiant ibi tunc disciplinae solennes, quae fieri solent ex deuotione, sed potius in hipocausto magno.

Cum habentur exhortationes, et aliquid inter fratres uidetur dignum emendatione, commodius uidetur si non attingatur res ipsa aperte, sed potius uitium uel imperfectio, unde illud proficiscitur, tum virtus praedicetur, etc., quae subsidio possit esse ad id emendandum. Hoc intelligitur ut plurimum, nam fieri poterit ut sit necessum aliqua attingere in particulari, quod erit situm in iudicio prouincialis et, ex eius commissione, rectoris.

Qui non surgunt prima hora (quibus non concedatur, nisi sit

---

[1] Decretum scilicet 55, 2.ae congregationis generalis, can. 26.

[2] Has vide infra, inter Natalis instructiones.

necessarium ex consilio medici)[a], ii faciant suam integram orationem; et si ad sacrum commune fratrum adesse non possunt, audiant aliud commode.

De regula, quae iubet, ut, qui nesciunt linguam eius regionis, in qua est collegium, eam addiscant, satis erit, ut, qui nesciunt germanice, hi annitantur discere, et loquantur quantum poterunt. Judicabit uero prouincialis an ad discendam illam linguam sit instituenda aliqua lectio.

Quemadmodum Romae est consuetudo, sacristanus, qui uni sacro inseruierit summi saltem altaris, ueniat statim ad eum sacerdotem, qui post sacrum, quod est inchoatum, est celebraturus, et admoneat illum, quod proximus pulsus campanae illum uocabit ad suum sacrum faciendum; ita fiet, ut, si forte ordinarius sacerdos sit occupatus, alius reperiri possit, et se praeparare.

Per architectum diligentissime curet intelligere prouincialis et rector an aliquod sit periculum ruinae ex tectu ecclesiae, propter putredinem trabium, quae in latitudine sustentant templi tectum.

Jugum [b] campanae maioris reficiatur primo quoque tempore. Videatur etiam tabula altaris an indigeat aliquo sustentaculo.

Gradus reficiantur, quibus conscenditur ad suggestum.

Est inuestigandum an aliquae ex vineis nostris sint applicatae ad sarta tecta ecclesiae; quod si reperiatur, non est fraudanda voluntas benefactoris, etc.

Triginta floreni legati ecclesiae detur opera ut per commissarios recuperentur.

Soluatur debitum fabro ferrario cancellorum templi.

Prouideat rector, ut sui sint ministri illorum sacrorum, quae non fiunt in summo altari, ne cogantur sacristani curam summi altaris relinquere et sacristiae, et eorum, qui ueniunt ad confessionem, et tempus habeant, quo possint sacerdotes uocare ad sacrum faciendum in summo altari uel etiam in aliis.

His rebus, quae dantur pro capella italorum, nullo modo utatur ecclesia nostra.

---

[a] Ms. *medicis*. —[b] Ms. *jum*. obscure tamen exaratum.

Conseruetur processio, quae facta est hoc anno 1566 in dominica infra octaua corporis Christi, propter circunstantiam temporis et haereticorum.

Simpliciter non utantur nostri organis in choro, nec tubis aut fistulis.

Claudantur loca retro chorum extra templum, ne iis possint abuti externi.

Nulli concedatur sacerdos ad cantandam missam extra templum nostrum, et de hac re consulatur Pater generalis, si uelit concedere. Interim seruetur consuetudo.

Obseruetur diligenter, ut, quando ob aliquam necessitatem concedit superior aliquam missam in alia ecclesia, admoneatur omnino eius rei praefectus ecclesiae, ne inde aliqua confusio oriatur.

In cubiculis prophanis secularium non fiant a nostris sacra, sed huius rei dispensatio in casu aliquo erit in arbitrio prouincialis, et rectoris ex eius commissione, modo habeant, qui petunt, disertam eius rei facultatem.

Nec sacramentum matrimonii ministrabunt nostri, nec benedicent nuptias solenniter. Si quando tamen ex consensu parrochi per alios sacerdotes haec aliquis peteret, ut in nostra ecclesia fierent, id etiam ne fiat nisi ex dispensatione prouincialis, uel rectoris ex eius commissione, ubi id facile negari non possit.

De concessione communionis sub utraque ne obloquantur nostri, ita ut ea oblocutio possit irreuerentia censeri in Pium IIII et Maximilianum imperatorem [1]. Retineant autem suam consuetudinem, quam hactenus seruarunt, et profiteantur discrete se esse paratos dare utramque speciem, modo seruentur conditiones sedis apostolicae, et simul palam faciant se propterea paucis fortassis dare communionem sub utraque, quod hi, qui utramque desiderant, soleant tantum ad pascha communicare, uel pro uia-

[1] Pius enim IV litteris apostolicis, die 16 Aprilis 1564 datis, imperatoris instantissimis precibus morem gerens, germanis episcopis facultatem faciebat concedendi communionem sub utraque specie laicis eam postulantibus. Cf. JANSSEN, *Geschichte des deutschen Volkes seit dem Ausgang des Mittelalters*, vol. IV, lib. I, cap. XII.

tico, quas communiones nos non possumus ministrare. Quod attinet ad carceres, nulli dent communionem, nec sub vna, nec sub utraque, quandoquidem ista communio censenda est pro viatico, uel annua paschali.

Extremae vnctionis sacramentum ne administrent nostri [1].

Ordo constituatur quemadmodum dicantur sacra diebus festis, praesertim quo tempore cantatur summum sacrum, ne simul tot exeant uel confusio fiat; et illis diebus addatur etiam tertius sacristanus.

Candelas pro sepultura fratrum emat collegium.

Diligentissime curet prouincialis per suos, et rector per se et per ministrum, adhibitis sindicis, ut extirpentur ex recreationibus irrisiones, contentiones, et contemptus theologorum, uel philosophorum; et animaduertant ne forte fiat, ut defendantur ii, qui deseruerunt Societatem, et si quae aliae obreperent dissolutiones; et in his rebus omnibus grauiter animaduertatur, et nullo pacto disputetur.

Nullo pacto permittatur inter Patres et fratres disputatio de controuersiis uel de fide catholica.

Pro P. Natali, donec est in uisitatione harum 4.^or prouinciarum, sicut est ordinatum in aliis prouinciis, singuli sacerdotes faciant unum sacrum singulis hebdomadis, et uno etiam die, cum audiunt sacrum fratres, orent peculiariter pro eadem re; omnes uero sacerdotes in omnibus missis aliquam eius rei memoriam in «Memento» faciant...

Qui sunt initiati sacris ordinibus, hi primo quoque tempore promoueantur; nominatim uero Stephanus hungarus, et Cordaneus.

Inquirat prouincialis in singulis collegiis, si qui sint, qui non fecerint exercitia spiritualia, et illis curet dari primo quoque tempore.

Diligenter suo tempore exerceantur illae mortificationes, quae solent proponi singulis annis, et non omittant superiores, si quae sint intermissiones aliae studiorum, curare ut, si qui

---

[1] Jam patet hic agi de sacramento externis non ministrando a nostris.

egeant spiritus refectione, in ea exerceantur; si qui etiam sint debiliores spiritu, uel dificiliores, etc., curent per confessarium illis subueniri per illam instructionem, quae peculiariter data est pro difficilibus, quibus illud peculiariter poterit concedi, et facile, ut intra hebdomadam confiteantur et communicent semel.

Pondus carnium, quod dabitur fratribus, erit mane 7 aut octo vnciarum, et 5 aut sex ad coenam; si quid erit addendum propter ossa, iudicabit superior.

Curetur ut sacerdotes et fratres, praeter officium, quod recitant, et duplex examen conscientiae, saltem mediam horam dent meditationi, si qui fructum capiant ex illa; sin minus, legant aliquid deuote, non ut intelligant praecipua, sed ut gustent, sistendo in locis, ad modum, qui praecipitur in fine exercitiorum [1].

Habeatur in ecclesia nostra tantum oleum infirmorum, quod singulis annis iuxta consuetudinem ecclesiae accipiatur ab ecclesia cathedrali.

In sacrario sacristiae possit alicuius nobilis, uel omnino alicuius, cui facile persuaderi non posset ut in ecclesia confiteretur, confessio audiri: possit etiam horum confessio audiri in choro magno et paruo superius.

Nihil ex sacristia, quod benedictionem aliquam habeat, adhibeatur in comoediis.

Cum pro sepulturis uel aliis rebus pulsantur campanae in omnibus templis, si id fiat iussu caesaris uel episcopi, uidetur negari non posse, tametsi moneri posset episcopus ne nos obligaret ad hanc consuetudinem, quae non est in Societate. Pro sepulturis particularium hominum non uidetur pulsandum, nisi habeant ius sepulturae, de quo dictum est alias.

Si quis sepeliat mortuum suum in ecclesia, et non reficiat pauimentum, debet exigi ab eis ut illud reficiant.

Nullus, etiam si ius habeat sepulturae in templo nostro, debet apud nos sepeliri, si compertum sit eum esse haereticum.

Possunt nostri celebrare, etiam praesentibus haereticis, ut ex concessione apostolica concessum habemus.

---

[1] Id est, secundum aliquem ex tribus modis orandi, qui habentur ad finem quartae hebdomadae.

In instructione prouincialium dictum est de obligatione regularum.

Admoneantur sacerdotes, ut, absoluto sacro, paululum se colligant ad orationem et gratiarum actionem, quemadmodum fit in tota Societate.

Si quis circunferat cultellos, auferantur ab eo; quod si eget pro suo officio cultro, illum debet habere ubi erit officium.

Quoad eius fieri poterit, singuli habeant suum cubiculum; quod si fieri non poterit, habeatur magnus delectus eorum, qui simul habitant, et intercedat storea inter lectos, ne possint iuuicem se conspicere ex lectis, uel quando eunt cubitum.

Expediantur omnes rationes inter collegia huius prouinciae et aliarum Germaniae.

Pulsus ad finem quadrantis ante prandium et coenam sit pulsus ad prandium et coenam, nec intercedat tempus inter illum pulsum et principium prandii, uel coene, quemadmodum nunc fit; et eo diligentius curetur, ut eo tempore ad illum pulsum sint omnia parata in culina et in refectorio; et huius rei admoneantur coqui, et credentiarii, et dispensator, qui alio tempore examen uel orationem suam poterunt implere.

Etiamsi, iuxta facultatem anni 1564, nulla sit nobis restrictio apposita a summo pontifice, quin possimus absoluere in foro interiori haereticos, tamen cum sit necessarium ex iure communi haereticos abiurare haereses, antequam absoluantur, primum ab excommunione et deinde a peccatis, curabunt nostri, ut ea abiuratio fiat uel publice uel priuatim; quod si nulla ratione extra forum confessionis persuaderi possent, potius quam discedat confitens absque absolutione, et fortasse pereat, facta abiuratione in confessione, poterunt absolui, praesertim si non sit uel haeresiarca uel notorius haereticus.

Vt litem possint intendere nostri pro bonis magistri Adami et Alexandri, consulant Patrem nostrum generalem, iuxta decretum [55] congregationis ultimae [sc. secundae]...

P. Scherer non conuenit esse auditorem theologiae in vniuersitatē. Commitetur autem prouinciali, an debeat ipse promoueri in baccalaureum.

Reficiatur inferius hipocaustum domunculae, quae est prope januam, et coniunctum illi cubiculum ad excipiendos, qui uidebuntur posse iuuari in spiritu, etc.

Penu, quod est iuxta januam interiorem, concedatur collegio pauperum, ita tamen, ut obstruant ostium et fenestram, quam facient ex alia parte.

Occludatur fenestra, quae ex cubiculo collegialium pertinet ad nostrum atrium; et si noceret sanitati totam illam claudere, claudatur tantum magna illius pars, ex parte inferiori, et pons eiiciatur.

Lucas, et hungarus recipiantur et mittantur Pragam. Sclauus Abstemii, qui est horum socius, cum redierit, si petat recipi ad Societatem, et uideatur tam esse constans quam erat, recipiatur et mittatur Pragam.

Joannes saxo recipiatur, cum primum poterit esse expeditus a rebus suis, de quo dicet P. Natalis an sit mittendus statim Monachium, an uero sit hic recipiendus, ut postea proficiscatur cum P. Lanoyo. Dixit, ut proficiscatur cum P. Lanoyo...

Si quis habet licentiam legendi libros haereticos, eam intelligimus ita eum habere, non ut habeat apud se continenter libros haereticos, quos omnes habebit rector occlusos in arca, sed ita poterit uti illa facultate, ut, quoties erit necessarium uti lectione librorum haereticorum, ea illi concedi possit, ad impugnandum. Teneantur uero, cum libris iis usi fuerint, restituere rectori occludendos.

Fratri Cardaneo ad conuersionem iuuenum, cum quibus agit, potest dare prouincialis uel rector loca haereticorum, quae possit illis ostendere, ut eos facilius possit promouere ad conuersionem.

Exhortationes domesticae non excedant unam horam, et eas poterit habere prouincialis, rector et aliqui selecti.

Obediat, ut superiori subordinato, quod ad templum attinet, sacristanus suo praefecto; admoneatur tamen praefectus ut moderate agat cum illo, cui liberum erit uenire ad superiorem, si quid uideretur ad ipsum esse referendum de praefecto.

Inferiorem partem templi uerrent pueri externi pauperes; su-

periorem, hoc est a choro inferiori superne, uerrant simul sacristanus et subsacristanus.

Quae pecuniae in templo inueniuntur, eas deferat sacristanus ad praefectum ecclesiae, quae si fuerint insigni numero, publicabuntur per concionatorem, et reddentur ei, qui signa uel marsupii uel generis monetae exhibebit; et si nullus inuenietur dominus, dispensabitur ea pecunia pauperibus ex parte, et ex parte poterit accipi pro ecclesia; si parum fuerit pecuniae, ex ea poterunt emi scopae pro uerrenda ecclesia.

Quae pecuniae offerentur sacristano simpliciter pro ecclesia, eas poterit ipse accipere, et dare praefecto; si àd aliquid referuntur pecuniae illae, uel aliquo nomine dantur, hoc est pro hac, uel illa re, etc., non accipiet sacristanus, sed iubebit eum expectare, et referat de ea re ad praefectum, qui si habeat difficultatem aliquam, non accipiat antequam rem exponat rectori, et ab eo facultatem accipiat.

Constituat prouincialis quo ordine sint uocandi ad confessiones audiendas confessarii.

Diligenter curet prouincialis, ut confessarii nostrorum instruantur, non solum in genere de perfecta ratione exercendi suum munus, sed particulariter etiam de singulorum defectibus, et idoneis remediis admoneantur, et illud ne omittat illis significare, ut assuescant omnes particulariter in indiuiduo, et ex numero peccatorum, quoad eius fieri poterit, confiteri; et si id non possint, ut saltem frequentiam dicant, et definitum tempus. Haec obseruabuntur etiam in externis, quoad fieri poterit.

Esset utile, si prouincialis institueret librum scribere, in quo describeret singulorum collegiorum fundationes, dotationes, obligationes, uno loco; et singulis fundationibus, etc., post aliquot paginas, subjiceret catalogum omnium Patrum et fratrum singulorum collegiorum, in quo catalogo ea omnia describerentur, quae ad cognitionem Patrum et fratrum facerent, nec essent secreta, etc.

Consultum uidetur ut prouincialis ita distribuat suas uisitationes, ut cum primum discesserit P. Natalis, incipiat discurrere per 4 ista collegia, ut quae constituit P. Natalis exequatur,

et possit tamen adesse renouationi votorum in viennensi collegio et tyrnauiensi, et singulis annis hoc obseruet, ut in una renouatione votorum adsit his duobus collegiis, reliquis in alia renouatione; medio uero tempore ita sit paratus, ut accurrat ad ea collegia, quae egebunt eius praesentia; nec arbitretur se fixam sedem habere, sed esse utile suae gubernationi ut collegia circumeat.

De uisitanda Polonia, uel de ratione curae, quam debet habere in illa duo collegia, primo quoque tempore scribet ad Patrem generalem.

Districtissime obseruetur ordo scribendi constitutus a Patribus. Admonitores rectorum et prouincialium illud inter caetera diligenter obseruent, et admoneant, num suo tempore litterae scribantur iuxta decretum generalis congregationis [1] et instructionem Patris generalis.

Expurgetur bibliotheca et cubicula Patrum et fratrum, si quos habent libros, qui ex professo agant de haeresi, et concludantur, quemadmodum alibi dictum est.

Si contingat binos recitare horas canonicas, illud fiat ita submissa uoce, ut, preterquam ab alterutro, audiri non possint, et tempus orationis matutinae totum dare non poterunt orationi uocali, sed semper aliquid dent orationi mentali. Prouideat prouincialis in collegiis, ut celeriter cibus inferatur in mensam, nec intercedat spatium, quantum fieri poterit, inter unum cibum et alium.

Fiant sacci pro disciplinis.

Seruetur modestia in tonis, ne fratres rideant.

DE PERSONIS, ET OFFICIIS UEL EXERCITIIS PATRUM ET FRATRUM

Prouincialis P. Laurentius inchoabit officium suum gerere postquam discesserit P. Lanoyus.

P. Emericus erit rector collegii, quod nomen non usurpabit antequam discedat P. Lanoyus; interim autem cum abest, P. Laurentius sub nomine ministri debet magnam partem officii recto-

---

[1] Decretum, scilicet, 54 congregationis secundae.

ris obire, et tamen P. Lanoyus aduertet ad particularem gubernationem collegii.

P. Joannes Nicolaus erit minister, et interea dum redit P. Laurentius, poterit iuuare ministrum, sed nomen ministri non habebit, donec minister habeat rectoris.

P. Lanoyus, cum primum redierit P. Laurentius, parabit ut recta primo quoque tempore proficiscatur Oenipontum. Ducet secum Joannem saxonem, Romam profecturum; emet equum, quo ipse uehatur.

M. Christianus absoluet cursum Pauli, quo absoluto, poterit mitti Romam. Interim etiam poterit exerceri in concionibus, praesertim si commode posset iuuari in cursu P. Adalberti.

Theodorus Bussaeus perseueret docere in sua classe.

Stephanus hungarus primo quoque tempore (ut alibi dictum est) fiat sacerdos, et mittatur Tyrnauiam, ad P. Petrum hungarum; eius classem poterit gerere Melchior Bichler, cui succedat quem iudicabit idoneum prouincialis.

Melchior docebit in prima classe grammatices, id est succedet Stephano, et aget cum P. Lanoyo, cum discedet Oenipontum, si quid in absentia possint agere de bonis eius, tametsi consultius est ut nihil distribuat adhuc. Anno proximo mitti poterit Romam.

Dauid erit coadiutor, quemadmodum nunc, in ultima classe, et interim domi dabit operam studiis literarum latinarum, et audiat casus conscienciae, si legantur domi.

Bartholomeus Bastoniensis mittetur Romam, ubi primum possit aliquis idoneus reperiri, qui sit illius collegii minister, uel poterunt illum destinare ad classem humanitatis gerendam, ita tamen ut possit in rhetoricis docere post aliquod tempus.

Heldt fiat sacerdos, et audiat theologiam, et casus consciencíae et concionetur: mittatur Olomutium.

Wincler absoluat cursum, ni fiat magister: mittatur in prouinciam Germaniae superioris, ut illic exerceatur in aliqua classe latinarum literarum docendo.

P. Adalbertus perseuerabit in sua lectione; et cum absoluerit librum physicorum, erit tantum occupatus in sua lectione

theologica et praefectura ecclesiae, a qua, cum uenerit P. Strobelius, liberabitur, et eo tempore poterit fortasse iuuare aliis in rebus, siue lectio aliqua sit necessaria philosophiae, siue familiaris aliqua lectio theologica domi, siue aliis in rebus. Sed cum lectionem unam theologiae leget et aliam philosophiae, et est praefectus ecclesiae, ne occupetur in confessionibus et aliis rebus, quoad eius fieri potest.

Sebastianus Silesius poterit perseuerare in classe sua 2.ª grammatices, et si quis sit, qui possit ei substitui [a] in officio, quod gerit in collegio nouo, qui grauitate et autoritate magis ualeat, id non erit negligendum; cum non uideatur tamen hoc tempore mutandus, curet prouincialis et rector ipse ut maiorem habeat auctoritatem apud suos.

Michaël Polt, absoluat cursum, deinde, si non est necessarius omnino ad gubernandam aliquam classem, mittatur Romam.

Cardaneus absoluat cursum suum, et interim primo quoque tempore fiat praesbiter, et pedetentim audiendo theologiam in hoc collegio det operam iuuando proximo concionibus, etc.

Theodoricus flander audiat lectiones theologicas, et promoueatur ad sacerdotium, et iuuet in ministeriis ecclesiae proximos [b]; scribatur tamen Patri generali an illum uelit mittere in Indiam, quo uehementer inclinat.

Benedictus, si qua ratione fieri possit, liberetur a sua classe, uel promoueatur ad superiorem.

Sigismundus prosequatur sua studia humaniorum literarum, et animaduertat rector ne conterat tempus frustra in sacristia italorum.

P. Joannes Nicolaus erit minister collegii, ut dictum est, tametsi occasio est accipienda, cum primum poterit, ut eat in Flandriam ad distribuenda bona sua.

De P. Gabriele Morales scribatur Romam primo quoque tempore, et petatur aliquis hispanus, qui audiat confessiones hispanorum et italorum; ut ille possit Romam mitti, et legere mathematica. Interea maneat hic, et non sit necesse ut legat mathematicen.

---

a Ms. *sustitui.* —b Ms. *proximis.*

Patri Scherer detur facultas, ut uolet, in ambitum adducere, uel in hipocaustum exterioris domus, si quos uidetur posse iuuare, siue haereticos, siue alios, ad pietatem; et detur illi cura peculiaris, ut exerceat aliquos fratres ad concionandum et instruat, etc.

Christophorus sit janitor.

P. Theodoricus westphalus perseueret esse rector collegii noui, sed exerceant in illum prouincialis et rector suam autoritatem, et contineant in officio et obedientia, et exequantur eas instructiones, quae datae sunt de illo collegio.

De P. Emerico iam dictum est.

P. Wolffangus perget in sua classe rhetorices.

P. Thomas in sua; et tamen, absoluto cursu, esset utile, ut Romam mitteretur ad studia theologica.

Mattheus Bauareus posset habere aliud officium.

Ioannes Baptista occupetur aliquo officio.

Bartholomeo substituatur alius, si fieri possit, in sacristia, ne corrumpatur a cognatis.

Valentinus doceatur, quoad eius fieri possit et eius officium patitur, artem typographicam.

P. Pais solet esse infirma ualetudine; preterea non uidetur occupandus in publico et necessario munere, hoc est, ut profiteatur theologiam in academia, etiam si alio esset mittendus D. Adalbertus, eoque minus, quod non est mittendus; poterit tamen occupari uel domi, ut legat casus conscientiae, uel aliquam lectionem theologiae. Ipse uidetur potius inclinare ad audiendas confessiones, et in his poterit etiam occupari, et in concionibus habendis. Breuiter, de illo est experientia accipienda casu, quid possit, et quid libentius faciat; et si contingeret esse necessum aliquo casu, ut profiteretur in academia, poterit declarari magister artium et theologiae doctor...

Vt notam effugiat P. Theodoricus tenacitatis, ne notent nos omnes tenacitatis et auaritiae, diligenter animaduertat prouincialis ne lucrum aliquod fiat ex pecuniis, quas soluunt conuictores, et quae sunt pro pauperibus exponendae, nisi si quid forte ad domus refectionem, uel ad suppellectilia emenda sit necessarium, uel ad libros.

Curet item, et quidem diligentissime, ut quotidianus cibus sit pro sua ratione bonus, bonum etiam vinum, et ut quam mundissime omnia praeparentur.

Curetur, ut collegium puerorum sit quam mundissimum, et propterea quod pueri solent esse putidiores, quotidie per fumum aliquem expurgetur aër, eorum praecipue cubiculorum, quae illo subsidio egere uidebuntur.

Prouideatur ne cura, quam habet Bartholomeus de culina, eum abstrahat necessario a superintendentia domus et puerorum.

Videtur omnino necessarius alius famulus in ea domo, praesertim propter munditiem.

Nullus mutetur frater noster uel Pater in collegio nouo nisi a prouinciali ipso.

Fratribus, qui sunt in collegio nouo, detur locus, quam poterit commodissimus, ad studendum.

Si quid est aedificaturus pro collegio suo P. Theodoricus in eo loco, qui fuit ei concessus trans columnam, nihil accipiat ex hoc collegio.

Cum uelit ex libris suis, quos habet hic P. Theodoricus, ne mittat pueros, sed aliquem fratrem nostrum, cum aliquo famulo, si sit necessarium.

---

1. Pater minister uidetur profecisse in studiis philosophicis et theologicis, et casibus conscientiae, ac etiam in latinitate. Non uidetur ualde aptus ad studia uel ad legendum, quia facile laborat ex pectore: loquitur latine, germanice, italice bene; scribit mediocriter; ualet ingenio, memoria, fortitudine corporis; non admodum diligens est in suis officiis.

2. P. Cornelius non declarat se multum scire. Casus conscientiae et scripturam posset profiteri, sed remisse. Loquitur latine, flandrice, aliquid italice, germanice uix. Scribit obscure. Ingenio et memoria mediocri. Robustus corpore uel saltem sanus. Diligens in suis officiis.

3. P. Adalbertus in phisicis et theologicis multum profecit, et ad eadem aptior est; lectiones theologicas et positiuas et philosophicas potest profiteri. Loquitur latine, bohemice, germani-

ce, italice expedite. Scribit mediocriter. Valet ingenio, memoria, fortitudine corporis, diligentia in studiis et officiis.

4. P. Theodoricus non multum scit, nec idoneus uidetur ad studia uel legendum. Loquitur latine, germanice, italice mediocriter, aliquid gallice: scribit non scite. Ingenio practico ualet ac memoria, et robustus est corpore. In suis officiis et obedientiis non admodum diligens.

5. P. Joannes Nicolaus mediocriter phisicus est, et nonnihil theologus, et bonus haebraicus, et ad huiusmodi studia non uidetur ineptus. Potest legere hebraice et grammatice. Loquitur latine, flandrice, germanice, italice expedite. Scribit male. Ingenio mediocri, ac memoria non foelici. Robustus est corpore, ac diligens in suis officiis et studiis.

6. P. Scherer mediocriter profecit in phisicis et aliquid in theologicis. Ad theologica uidetur magis idoneus. Posset profiteri in grammaticis, humanioribus, ethicis. Loquitur latine et germanice bene. Scribit mediocriter. Valet ingenio et memoria. Non est robustus corpore, sed sanus. In suo officio diligens, etc.

7. P. Morales mediocris phisicus, doctior mathematicus. Ad nulla studia uidetur idoneus, quod sit inconstans in illis. Potest legere mathematicam, grece quoque, aliquid phisice. Loquitur latine, hispanice, italice. Scribit bene. Ingenio est mediocri, et memoria tenui, ac corpore sanus. Diligens in suis officiis.

8. P. Wolfangus mediocris phisicus, uix theologus, bonus rhetor, graecus, poëta. Ad rethorica magis idoneus, et ea potest legere cum graecis, etc. Loquitur latine, et germanice, et mediocriter scribit. Bono est ingenio ac memoria, non item robustus corpore. Diligens est in suis studiis et oficiis.

9. P. Thomas profecit in phisicis, graecis, et magis in rethoricis et poëticis. Ad phisica et theologica aptus est, sed aptior est ad rhetorica. Potest legere phisicam et praecepta omnia, praeter theologiam. Loquitur latine et hungarice et sclauonice. Scribit mediocriter. Valet ingenio et memoria ac robustus est corpore. Diligens est in suis studiis et officiis.

10. P. Balthassar aliquid profecit in graecis et in hebraicis, et haec potest profiteri. Ad studia non uidetur idoneus ob aeta-

tem et inconstantiam. Loquitur latine, germanice, aliquid etiam italice et bohemice. Scribit mediocriter. Non multum ualet ingenio aut memoria aut sanitate. In studiis non firmus et in reliquis tardus.

11. M. Christianus multum profecit in phisicis, ad quae, et ad theologica uidetur magis idoneus; phisica potest profiteri et humanitatem. Loquitur latine, flandrice, germanice. Scribit mediocriter. Valet ingenio et memoria, et robustus est corpore. Diligens in suis studiis et officiis, si se applicat.

12. M. Stephanus uidetur profecisse in phisicis et theologicis, ad quae aptior est etiam. Potest profiteri grammaticam ac phisicam utcunque. Loquitur latine, hungarice, italice. Scribit male. Valet ingenio ac memoria mediocriter. Robustus est corpore. Diligens in suis studiis et officiis.

13. M. Sebastianus in grammaticis et humanioribus mediocriter profecit, et ad haec eadem uidetur aptior tum consequenda tum profitenda. Loquitur latine et germanice. Scribit non bene. Valet ingenio ac memoria mediocriter. Robustus est corpore mediocriter, ac diligens in studiis et officiis.

14. M. Benedictus parum et scit, et aptus ad studia est, praeterquam ad regendam aliquam scholam infimam. Loquitur latine, sclauonice, germanice. Scribit non bene. Ingenio et memoria non multum ualet. Robustior est corpore. Tardus est in suis rebus.

15. M. Melchior non multum uidetur profecisse in studiis, nec magnam uidetur habere ad ea aptitudinem. Potest regere classem grammatices. Loquitur latine, germanice, et aliquid italice. Scribit utcumque. Ingenio ac memoria non uidetur insignis. Robustus est corpore ac diligens in suis rebus.

16. M. Theodorus est mediocris phisicus et humanista, et ad haec idoneus etiam profitenda. Loquitur latine, flandrice, italice, ac etiam aliquo modo germanice. Scribit obscure. Valet ingenio et memoria, et sanus est. Diligens in suis studiis et officiis.

17. Theodoricus parum profecit in omnibus studiis, et ad omnia parum est aptus. Loquitur flandrice, germanice, italice,

gallice, latine mediocriter. Scribit male. Ingenio et memoria parum ualet. Robustus est corpore et diligens in suis rebus, si animum adiicit.

18. Bartholomeus Bastonensis uidetur magis profecisse in humanioribus quam in phisicis, nec uidetur habere magnam aptitudinem ad altiora, quod habeat naturam remissam. Potest profiteri humanitatem et poësim. Loquitur latine et gallice. Scribit utcunque. Ingenio et memoria ualet utcunque. Robustus est corpore ac diligens in suis rebus.

19. Gregorius Heldt profecit aliquid in phisicis, in reliquis minus. Aptior est ad ministeria quam ad studia. Potest regere classem grammatices. Loquitur latine et germanice. Scribit mediocriter. Ingenio ac memoria non multum ualet. Robustus est corpore ac diligens in omnibus, si uult.

20. Michaël Cardaneus parum admodum profecit in omnibus studiis, et ad ea parum est aptus, tum acquirenda, tum profitenda. Loquitur latine et germanice. Scribit mediocriter. Ingenio et memoria non multum ualet. Robustus est corpore, tardus in suis rebus ex natura.

21. Georgius Decimarius minus profecit in omnibus, quam sperabatur, plus tamen progressus est in phisicis. Ad theologica uidetur aptus, sed non est stabilis: potest legere grammaticam. Loquitur latine et germanice. Scribit utcunque. Ingenio et memoria ualet mediocriter. Robustus est corpore. Diligens est in suis rebus, si se componat ad quietem animi.

22. Michaël Polt, multum profecit in phisicis, ad quae et altiora uidetur aptior. Poterit aliquando eadem profiteri. Loquitur latine et germanice. Bene scribit. Valet ingenio ac memoria. Delicatulus est corpore. Diligens est in suis rebus si uult.

23. Gaspar Vinclerus, et hic satis profecit in rhetoricis et phisicis, ad quae et altiora aptus est, et eadem poterit profiteri. Loquitur latine, et germanice. Scribit utcumque. Valet ingenio ac memoria. Non est ualde robustus, sanus tamen; diligens etiam si se applicat.

24. Nicolaus Vrtica profecit utcumque in logicis, et uidetur aptior ad phisica et theologica, quam ad rhetorica, etc. Ali-

quid grammatices potest profiteri. Loquitur latine, germanice, sclauonice, aliquid italice. Scribit mediocriter. Ingenio et memoria ualet, sed tardus est. Robustus est corpore. Diligens in omnibus suis rebus.

25. Sigismundus multum profecit in grammaticis et humanioribus, et ad omnia studia uidetur aptus, et eadem profitendum in scholis. Loquitur latine et germanice. Scribit mediocriter. Valet ingenio et memoria et robustus est corpore. Diligens est in omnibus.

26. Leopoldus profecit aliquid in grammaticis. Ad humaniora aptus. Loquitur latine et germanice. Scribit utcunque. Non caret ingenio et memoria et corporis robore. Diligens est in suis rebus.

27. Bernardus nihil profecit in studiis, nec ad ea aptus est. Loquitur latine et germanice. Scribit utcunque. Ingenio practico typographiae ualet, et in ea re est diligens, si detur illi commoditas: fractus est.

28. Dauid parum uidetur aptus ad studia, nisi ad regendam infimam classem. Loquitur latine, hungarice, et mediocriter germanice. Scribit non bene. Robustior est longe corpore quam ingenio uel memoria praeditus. Curiosus et uagus uidetur, nec admodum diligens.

DE COADIUTORIBUS

29. Saluator loquitur hispanice, italice, semi-germanice, et aliquid latine. Non scit scribere, nec aptus est ad studia; fortis, laboriosus.

30. Valentinus loquitur germanice et semi-latine. Nouit aliquid scribere. Non est aptus ad studia, fortis est et diligens quando uult.

31. Bernardinus loquitur italice, semi-germanice. Scit aliquid scribere. Non uidetur omnino ineptus ad studia, sed aptior est ad officia coadiutorum, in quibus diligens est et sufficiens, si se applicet. Robustus etiam est corpore.

32. Joannes sueuus loquitur germanice et semi-latine: aptus

est ad sua munera, in quibus diligens est. Robustus est. Non scit scribere.

33. Rodericus loquitur hispanice: est bonus coadiutor. Non admodum robustus.

34. Christophorus, janitor, loquitur germanice, semi-latine. Non nouit scribere. Aptus ad id quod facit, et diligens.

35. Bartholomeus subsacristanus nouit germanice et latine et scribere. Non est ualde robustus, nec ad studia aptus. Diligenter laborat.

36. Joannes Baptista loquitur italice. Nonnihil scribit. Robustus est corpore. Mediocriter diligens in suis officiis.

37. Matthaeus Krabler nouit germanice et latine. Scit nonnihil scribere. Robustus corpore. Ineptus ad studia. Tardus in suis rebus.

38. Christophorus Sartor loquitur germanice, aptus ad munera coadiutorum et diligens.

39. Jacobus Secler loquitur germanice, latine, hispanice, italice. Est bonus sacristanus ac diligens. Videtur sanus ac etiam robustus.

50

†

CATALOGUS

FRATRUM ET PATRUM COLLEGII SOCIETATIS JESU VIENNAE [1].
1566

P. Nicolaus Lanoius, flander, prouincialis.

P. Laurentius Magius, italus, rector et ecclesiastes italorum.

P. Emericus Forslerus, germanus, minister.

---

[1] Ex archetypo, a librario exarato, et Natalis manu annotato, duplici folio, tribus paginis, numeris 359-361 signatis, prius autem 150, 151. Hoc catalogo Natalem usum fuisse anno 1566, dum collegium vindobonense inviseret, aperte conspicitur in variis signis et annotationibus ab ipso factis, quas suo loco notamus. Ex officiis autem, singulis sociis in hoc catalogo assignatis, illum ante mutationes a Natali decretas scriptum fuisse eruitur. In *Epist. P. Nadal,* III, 261, annot. 1, hic catalogus errore librarii anno 1560 pro 1566 scriptus dicitur.

P. Cornelius Brogelman, flander, confessarius fratrum.

P. Adalbertus Bauzeck, boëmus, professor theologiae et praefectus templi.

P. Joannes Ascherman, morauus, professor theologiae, praefectus templi [a].

P. Joannes Nicolaus Donius, flander, praefectus sanitatis et studiorum.

P. Wolfgangus Pijrringer, germanus, praeceptor rhetorices et praefectus cantus.

P. Gabriel Morales, hyspanus, professor mathematices.

P. Thomas Sdelaritius, illyricus, professor logices.

P. Georgius Scherer, germanus, ecclesiastes templi.

P. Theodoricus [b], westphalus, rector collegii noui.

P. Alexander Heller, austriacus, professor physices [c].

P. Franciscus Sunier, catalanus, rector conuictorum [d].

P. Balthasar [e] bauarus, professor linguae graecae.

P. Paez [f].

D. Strobelius.

M. Christianus Penninck, flander, professor philosophiae.

M. Albertus Theoboltius, slesius, professor humanitatis [g].

M. Theodorus Busaeus, flander, professor humanitatis.

M. Stephanus Arator, vngarus, professor 1 classis grammatices.

M. Sebastianus [h] bauarus, professor 2 classis grammatices.

M. Benedictus Gallus, illyricus, professor 3 classis grammatices et adiutor apud collegiales [i].

M. Melchior Pichler, tyrolensis [j], infimae classis praeceptor.

Dauid, vngarus, adjutor in infima classe.

---

[a] In marg. Nat. manu: *Pultoui*[*am*] —[b] Post nomen spatium vacuum pro cognomine relictum est. Alibi in his catalogis dicitur *ab Hauechkesche*. —[c] In marg. Nat. manu: *Ol*[*omutium*]. —[d] Nat. in marg. *Polo*[*niam*]. —[e] Spatium vacuum pro cognomine. —[f] Hoc nomen et sequens Nat. manu addita sunt. —[g] Nat. in marg. *Pul*[*toviam*]. – [h] Spatium vac. relictum pro cognomine. —[i] Nat. in marg. *c. n.* —[j] Sub hoc verb. Nat. scripsit: *magis*[*ter*].

Georgius Besserer, sueuus, fuit praeceptor infimae classis [a].

M. Bartholomeus Bastoniensis, leodiensis, tanquam minister apud collegiales [b].

Gregorius Heldt, auditor philosophiae et cellarius collegii.

Georgius Decimarius, auditor philosophiae et docens doctrinam christianam in templo.

Michaël Cardaneus, germanus, auditor philosophiae et visitator nocturnus post orationem.

Joannes Wincerer, bauarus, auditor philosophiae fuit, adiutor apud collegiales [c].

Stephanus Rimelius, sueuus, physicus, hortulanus collegii [d].

Gasparus Wincler, austriacus, physicus, obseruator horarum et minister sacri fratrum.

Michaël Poldt, austriacus, physicus.

Bernardus Brandt, germanus, typographus.

Nicolaus Vrtica, carniolus, logicus.

Sigismundus Ernhofer, bauarus, humanista et sacristanus italorum.

Leopoldus Caesar, austriacus, grammaticus.

Theodoricus, flander, auditor theologiae et adiutor in horto.

Joannes, boëmus, indiferens, venit nuper Praga [e].

COADIUTORES

Jacobus Secler, sacristánus [f].

Saluator, cantaber, emptor et promus.

Valentinus, slesius, cocus.

Bernardinus, italus, janitor et praefectus sartoriae.

Mattheus, bauarus [g], subcocus.

Joannes, sueuus, murator, faber lignarius.

Stephanus Rodriguez, credentiarius.

Christophorus, tyrolensis, sacristanus.

Bartholomeus, styrius, subsacristanus.

---

[a] Nat. in marg. *Brans*[*bergam*]. —[b] Nat. inmarg. *c. n.* —[c] Nat. in marg. *Pul*[*toviam*]. —[d] Nat. in marg. *Ol*[*omutium.*] —[e] Nat. in marg. *est Tyrnauie.* —[f] Haec tria verba Nat. manu addita sunt. —[g] Librar. scripserat *sueuus,* quo deleto, Nat. supra scripsit: *bauarus.*

Joannes Baptista, italus, infirmarius.
Christophorus, slesius, sartor.
Wolfgangus Adolphius, austriacus, fuit credentiarius [a].

51

†
Jhs.

INSTRUCTIO

DE PERSONIS, DE DEFUNCTIS, DEQUE INITIO ET AUGMENTO COLLEGII VIENNENSIS USQUE AD ANNUM 1566 INCLUSIUE [1].

ET PRIMO DE PERSONIS

PROFESSI

1. P. Nicolaus Lanoyus Vienna discessit 23 Septembris Oenipontum. Ibi futurus rector.

2. P. Laurentius Magius, modo in hac uisitatione P. Natalis factus est prouincialis.

3. P. Cornelius Bragelmans [b], nunc non est praefectus templi, nec legit doctrinam xpianam. scholasticis. Est praefectus horti.

SACERDOTES

4. D. Joannes Seijdelius missus est Tirnauiam: modo agit ecclesiasten Posonii.

5. D. Joannes Aschermann missus est in Poloniam.

6. D. Adalbertus Bauzeck nihil habet noui.

7. M. Franciscus Sunier missus est in Poloniam.

8. M. Theodoricus ab Hauechkesche nihil noui habet.

9. M. Emericus Forslerus, nunc, uisitante R. P. Natali hoc collegium, factus est rector. Docebit scholasticos doctrinam christianam latine.

---

[a] Nat. in marg. *Polo*[*niam*]. —[b] Sic. Alibi in iisdem catalogis scribitur *Brogelman*.

---

[1] Ex apographo coaevo, triplici folio, pagg. 271-274. Omnes pagellae, praeter quartam, signatae sunt. Scriptura est nitida et accurata.

10. M. Joannes Nicolaus non profitetur linguam sanctam. Est praefectus studiorum. Factus est sub uisitatione P. Natalis minister huius collegii.

11. M. Vuolfgangus Pijrringer, labacensis, agit praeceptorem rhetorices, leget graeca. Est praefectus chori.

12. M. Gabriel Morales non legit mathematicam, leget graeca. Est praefectus sanitatis.

13. P. Michaël Spes profectus est Romam.

14. P. Thomas Zdelaritius modo legit cursum philosophiae. Est in 2.° anno.

1. 15. P. Henricus Paëz, vlyssiponensis, lusitanus, Coimbricae ingressus est Societatem anno 1551. Emisit uota ibidem post primum annum. Legit per duos annos bonam partem cursus philosophiae et theologiae. Fuit ibidem praefectus studiorum: concionatus est Cordubae, Braccarae, Bononiae: modo Viennae partim concionatur, partim leget casus conscientiae. Cum est ingresus Societatem, erat secularis.

2. 15. P. Alexander Höller missus est Olomucium [a].

16. D. Christophorus Strobelius, ratenbuchensis, bauarus, Romae ingressus est Societatem anno 1555 in quadragesima. Fecit uota in Aprile sequente. Fuit rector in Prussia Braunspergae: legit Mag. sententiarum Treueris per aliquot menses, ubi etiam in principio in pagis est aliquando concionatus. Erat secularis, quando ingressus est Societatem.

17. M. Georgius Scherer ex Schwatz, tyrolensis, ingressus est Viennae anno 1559. Eodem anno ibidem uouit. Promotus est in magistrum philosophiae. Nihil aliud noui, nisi quod sit factus etiam sacerdos.

SCHOLASTICI APPROBATI

18. M. Christianus Penninck absoluit hoc anno cursum philosophiae, quem praelegit. Persequetur hoc anno cursum Pauli Pruteni, quem fortassis ad pascha proximum absoluet.

---

[a] Hic versus additus est finito jam catalogo, post numerum 15. Ideo hic num. bis habetur numeris 1 et 2 notatus.

19. M. Paulus Prutenus discessit e Societate praeterito anno.

20. M. Georgius Peraxijlus missus est in patriam.

21. M. Gabriel Mercado missus est Romam.

22. M. Albertus Theoboltius missus est in Poloniam anno superiore.

23. M. Theodorus Busaeus, neomagensis, gelriensis, Coloniae ingressus est Societatem anno 1562 ad festum sancti Michaëlis. Ibidem fecit etiam uota in festo natiuitatis Domini. Absoluit cursum philosophiae, promotus in magistrum Tijrnauiae legit humaniores literas. Viennae modo legit humanitatem.

24. Vdalricus Porthijser e uita hac discessit.

25. Benedictus, gallus, rexit hucusque tertiam classem grammatices: nunc auditor rhetorices erit.

26. Georgius Besserer missus est in Poloniam.

27. Christophorus Kramel missus est Pragam.

28. Henricus Rickman diem suum obiit.

29. Joannes Hermannus missus est Pragam.

30. Georgius Decimarius absoluit cursum philosophiae. Reget 2.am classem grammatices.

31. Joannes Paulus, perusinus, obiit mortem hoc anno.

32. Gregorius Heldt missus est Olomuzium, ubi concionatur et legit grammaticam.

33. Joannes Vuincerer missus est in Poloniam.

34. Stephanus Rimelius missus est Olomutium, ubi concionatur.

35. Michaël Cardaneus nihil noui, preterquam quod solet hinc inde concionari.

36. Michaël Poldt nihil noui.

37. Gasparus Vuincler nihil noui.

38. Bernhardus Brandt audiet physicam.

39. Nicolaus Vrtica studet philosophiae, est adiutor praefecti chori in cantu.

40. Valentinus, nouodomensis, missus est Pragam.

41. Sebastianus Schlesingk fuit praeceptor secundae grammaticae, iam audiet rhetoricam.

42. Sigismundus Ernhofer studuit humanitati, audiet rhetoricam.

43. Joannes Veruex erupit clanculum.

44. Leopoldus Caesar, austriacus, audiuit lectiones in prima grammatices: nunc audiet humanitatem.

45. Joannes Rainelius, cadanensis, boëmus, Pragae est Societatem ingressus anno 1563 circa festum paschatis. Fecit ibidem uota in festo assumptionis beatae Virginis proxime sequenti. Audiuit rhetoricam, et hic audiet. Cum ingrederetur, erat secularis.

46. Bartholomaeus Villerius, bastoniensis, luxenburgensis, ingressus est Societatem Coloniae anno, ut puto, 1558 circa festum Epiphaniae. Fecit ibidem uota post quatuor menses. Fuit Pragae, ubi habuit curam conuictorum: absoluit cursum philosophiae: audiuit theologiam per unum annum, et audiet.

47. Dauid, strigoniensis, hungarus, ingressus est Societatem Viennae anno, ut putat, 1560. Fecit uota Tyrnauiae: audiuit humanitatem: nunc regit infimam classem puerorum.

48. Theodoricus Tilmans ingressus est Societatem Romae anno 1556. Fecit ibidem uota, fortasse post tres menses. Absoluit cursum philosophiae: est studiosus theologiae: fuit minister Foroliuii, subminister per aliquot menses Viennae.

49. M. Melchior Pichler, storzingensis Tyrolensis, ingressus est Societatem Ingolstadii anno 1562: fecit uota Pragae post medium annum: absoluit cursum philosophiae: erat studiosus cum ingrederetur, iam est praeceptor primae classis grammatices futurus.

COADIVTORES TEMPORALES FORMATI

50. Guilhelmus Saluator est tantum emptor.

51. Jacobus Seckler, oenipontanus tijrolensis, ingressus est Societatem Viennae anno 1555. Ibidem primo uouit 1558 in aestate; fecit autem professionem Romae in festo sancti Mathiae apostoli anno 1565. Semper fere sacristanus fuit, sicut et nunc est.

COADIVTORES TEMPORALES

52. Valentinus Holfeldt missus est Tyrnauiam.

53. Joannes Heller, sueuus, nihil noui, nisi quod etiam faber murarius, et futurus hortulanus.

54. Jacobus Schalz missus est Pragam.

55. Christophorus Michel nihil noui.

56. Joannes Bernardinus Juliani missus est Romam hoc Septembri.

57. Joannes Dominicus, veronensis, missus est Romam.

58. Bartholomaeus Vuidner subsacristanus est.

59. Stephanus Rodriguez, Gerez de la Frontera, hispanus, ingressus est Societatem anno 1563 Romae. Fecit ibidem uota in festo natiuitatis. Fuit cocus, ianitor, credentiarius, dispensator. Jam est sutor et calefactor hypocaustorum.

60. Joannes Baptista Octauiani, lucensis hetruscus, ingressus est Societatem Romae anno 1569. Fecit ibidem uota, fortassis post quatuor menses. Fuit cocus, emptor, credentiarius, dispensator, sacristanus; nunc etiam dispensator et cellarius.

61. Matthaeus Krabler et Aichach, bauarus, ingressus est Societatem Pragae anno 1563. Fecit uota Viennae in festo transfigurationis Domini anno 66: studuit per medium annum in Societate: iam est cocus.

NOVITII

62. Christophorus Haidornn ex Lijchnis, slesius, ingressus est Societatem Viennae circa festum conuersionis sancti Pauli anno 1565. Nondum fecit uota: est sartor.

63. Sebastianus Tinnewaldt, branspergensis, prutenus, receptus est in Societatem Viennae anno 1566, 6 Octobris: nondum fecit uota: est subcocus.

DE PERSONIS DEFVNCTIS IN COLLEGIO VIENNENSI
USQUE AD ANNUM 1566 INCLUSIUE

1. Vdalricus Porthijser, sueuus, magister grammatices, obiit die 25 Maii anno 1565.

2. Henricus Richman, leodiensis, auditor theologiae, obiit die 17 Junii anno 1565.

3. Thomas, silesius, nouitius, sartor, obiit die 28 Septembris 1565, paulo ante emissis uotis.

4. Joannes Paulus, perusinus, auditor philosophiae, laborans phtiisi et Tyrnauia ueniens, mortuus est die 24 Augusti anno 1566.

MONUMENTA PROVINCIAE RHENANAE

52

QUAE R. P. NATALIS

DIXIT IN COLLEGIO COLONIENSI [1]

... Curet rector, non solum ut omnes sua offitia expleant diligenter, sed ut accurate obseruetur regula Societatis.

Ne sint tot claues pro culina; et quae sunt factae, omnes accipiat P. Leonardus [2].

Nullus ferat secum cultrum in collegio, sed referantur omnes ad ministrum mensarum et refectorii.

Vt consultum est propter loci angustias ad aliquarum regularum districtam obseruationem conniuere, ita necessarium est niti, sed suauiter tamen, ut regulae obseruentur, et conspicua fiat causa cum ad aliquam regulam est conniuendum. Scribat uero M. Leonardus ad Patrem nostrum generalem quaenam sint illae regulae, ad quas censeat esse conniuendum.

Detur opera, quoad eius fieri poterit, ut quae ad uictum comparantur, ea tempestiue et suo tempore emantur; nam fieri non potest quin carius multo singula emantur, et inde non mediocriter grauari collegium.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, foliis 299v-302. Quandonam et qua occasione data fuerit haec instructio, quae praecipue de cooptandis in Societatem disserit, ex epistola Polanci, ex comm. P. Lainii praepositi generalis, Treviris 7 Julii anni 1562 Natali data, eruitur, ubi haec inter alia continentur: «Mire también en el modo que ay se tiene de admitir gente; porque algunos saben poco lo que hazen, y no se les declara nuestro instituto; y así dizen que se salen muchos, y otros es menester echar.» Et vide annotationem huic paragrapho in *Epist. P. Nadal,* II, 99, appositam. Pars hujus monumenti, ad studia pertinens, hic supprimitur, utpote a nobis edita in *Monum. Paedag.*, pag. 762, 763.

[2] Kesselius, rector collegii coloniensis.

In recipiendis nouitiis haec sunt animaduertenda et obseruanda:

Primum, ut sibi persuadeant omnes, quotquot sunt in collegio, in operibus, quae ex instituto Societatis nobis sunt procuranda, nullum esse prestantius, nullum utilius, quam si ad Societatem nostram operarii vocentur quamplurimi et quam aptissimi; nam longe melius est operarios facere ad iuuandas plurimas animas, quam singularibus animabus iuuandis incumbere.

Secundum, cautio adhiberi debet, et quidem accurata, ne vehemens desiderium vocandi quamplurimos ad Societatem faciat ut modum excedant nostri; quem [a] vt ne excedant, animaduertendum est et curandum.

Tertium, ne omnes indifferenter huic negotio dent operam; nam intelliget superior aliquos esse fortasse, quibus non conuenit id agere, vel qui ea facultate non valeant. Itaque constituet, qui sciant eam sibi esse operam commendatam, ut quamplurimos lucrifaciant Societati.

Quartum, hi omnium primum non solum ipsi orabunt, ut haec sacra praecatio ipsis foeliciter cedat, sed procurabunt multas [b] missas aliorum et orationes ad hoc opus conferri.

Quintum, diligenter et mature obseruabunt auditorum ingenia, presertim conuictorum [c], et pro uirili sua explorabunt, num animi dotes eas acceperint, quae faciant ipsos idoneos ad Societatem.

Sextum, cum nacti iam aliquem fuerint, qui videatur idoneus ad Societatem, de eo referent ad superiorem, qui illius preceptorum possit constitere et facere [d] animum nostro promotori, ut ad illum iuuandum incumbat.

Septimum, jamuero cum constiterit aliquem esse iuuandum ad illum scopum, primus erit gradus, si illi persuadeatur frequentia confessionis et communionis; et erunt designati in collegio

---

[a] Ms. *quam*. —[b] Ms. *ut multas,* sed *ut* superfluum est. —[c] Ms. *coniunctorum*. —[d] Sic apographum; sed a librario vitiata haec clausula videtur, quae ita concinnari potest: *referent ad superiorem illi praeceptores, quibus constiterit illum esse idoneum ad Societatem, quique possint facere* etc.

aliqui Patres, qui dexteritate et usu et spiritu ad hos iuuandos sint praestantes. Hi conabuntur illis persuadere, ut consuetudines noxias relinquant, sectentur vero eorum conuersationem, e quibus possint fructum facere spiritualem, et commode poterit illis designari, cum quibus possint consuetudinem contrahere. Deinde persuadeatur illis ut et frequentius et deuotius orent, ut libros aliquos legant spirituales, quos oportebit illis prescribere, ut Gersonem et *Pharetram diuini amoris* ex Lansbergio: item *Stimulum diuini amoris* ex Bonauentura et ex eius meditationibus: item sanctorum vitas, et uitas patrum, et aliquos libellos ex Blosio et similes; verum hi libri non sunt illis confertim obtrudendi, sed maturo consilio ac sensim suoque loco: nam si ex aliquo fructum capiant, iubebitur ille retineri donec fiat eius satietas. Deinde poterit confessarius illi amorem rerum spiritualium inserere, odium peccatorum primum, dein rerum humanarum, periculorum, in quibus versantur perpetuo, qui in seculo viuunt, timorem incutere, tum etiam iudiciorum Dei, labores in quibus versantur homines seculares, et huismodi; sed haec non proponantur ipsis, donec illos videat iam ex se cum diuina gratia inclinare ad meliora. Haec fere omnia, quae in confessione cum illo agit confessarius, poterit simul et promotor ille cum eodem agere oportune.

Octauum, confessario consultum non est particulatim de ingressu Societatis agere, nisi si ad ipsum ille prior referret, quod cum faceret, iuuandus est commode; sed ita tamen, ut illi non praeeat confessarius, sed solummodo illud principium et gratiam, quam ille adducit, nitatur promouere; atque adeo non debet illi confessarius noua Societatis exhibere, vel literas indicas, vel omnino quae peculiariter faciunt ad illum uocandum ad Societatem.

Nonum, qui est huius rei promotor e nostris, ille, praeter ea, quae superius annotauimus, poterit, ut censebit commodum esse et oportunum, alia adducere, quo negotium promoueat: ea nonnunquam colliget e re nata et occasionibus, quas poterit suo loco obseruare; sed poterit tamen hic agere cum illo de rebus Societatis aperte, comunicare noua, indicas literas legendas dare;

breuiter: quecumque ad edificationem spiritualem ex rebus Societatis fauere poterunt, eidem comunicare.

Decimum: quae attigimus omnia, non solum ad confessarium pertinentia, sed quae et ad promotorem, eo spectant, ut illorum animi excitentur ad pietatem, qui ad Societatem excipiendi sunt, et ex principiis primum uniuersalibus, quae quidem spectent ad pietatem christianam, moueantur ipsi per se ex diuina gratia ad desiderium aliquod melioris vitae. Deinde, quando ipsis res narrantur vel exhibentur, quae proprie ad Societatem attinent, etiamsi propositum nostrum sit, cum illa ipsis comunicamus, atque adeo in toto hoc negotio, intentio nostra sit ut illi ad Societatem moueantur, tamen est omni studio atque industria curandum, ut illi, his excitati, a Deo ipso moueantur, et sua sponte desiderent et expetant Societatem, et vere possint respondere se sua sponte, sua uoluntate, suo iuditio, ad Societatem moueri. Nam ita excepimus ex 2.° capite examinis interrogandum eum esse, qui est recipiendus, num per aliquem ad id fuerit motus: quod si affirmaret se fuisse ab aliquo motum, quamuis licite et merito eum mouere potuisset, ad maiorem tamen ipsius utilitatem spiritualem fore videretur, si tempus ei aliquod praescribatur, quo ea de re cogitando creatori et Domino suo se totum commendabit, perinde ac si nullus de Societate eum admouisset, ut maiori cum robore spiritus procedere ad majus obsequium et gloriam diuinae maiestatis possit. Itaque eo deducendus est is, quem volumus adduci ad Societatem, ut libere possit profiteri se, etiamsi multa audiuerit a nostris, quae possint illum mouere, tamen aliam se habere motionem in se per Dei gratiam, qua promotus expetat recipi ad Societatem.

Vndecimum: haec cum ita habeant, et nulli soleamus nos consulere diserte ut ad Societatem veniat, cum nullis ita agere aperte ut illis uideamur suadere uelle; extra ordinem tamen possit aliquis occurrere tantae expectationis vel tam spectatae indolis, cui (si dubius omnino rem totam deferret ad iuditium et consilium nostrum) consulere possimus quod de re illius esse uideretur et Societatis; tamen hoc raro continget, et, nisi in prouectae aetatis hominibus vel omnino plene adultis, usurpandum non est;

habemus enim exemplum nostri Patris Ignatii in duobus, qui nunc sunt in Societate uiri primarii, et uterque erat doctor; sed simul contrarium habemus exemplum ipsius Patris Ignatii in aliis duobus doctoribus, quibus illud nullo pacto uoluit consulere [1].

Duodecimum: at uero ubi aliquis, qui idoneus uideatur ad Societatem, animo constituerit, et expetat admitti, primum constantia eius est exploranda aliquandiu: quod si iudicetur esse constans, tum poterit illi significari nolle nos illum admittere, nisi habeat parentum suorum, vel eorum, qui legittimam eius habent curam, consensum, et idipsum debere vrgere per literas, si praesentes non adsunt; et si vel consentiant, vel omnino non dissentiant parentes, recipi poterunt.

Decimumtertium: ad superiora illud est addendum: posse nos, vbi aliquis occurrerit, quem iudicaremus ad Societatem aptum, et hic puer non esset, [ei dicere quod, ad] eligendum de statu vitae suae, esset illi utile [ad hoc se disponere] per communicationem exercitiorum spiritualium [a]. Esset item utile aliis, quos ad hunc scopum uolumus iuuare, consuleremus suo loco commode ut instituerent facere confessionem generalem omnium totius uitae peccatorum semel; et non uideretur alienum si illis traderemus exercitia primae hebdomadae, et pauculas meditationes iuxta ea, quae notantur in vltimis capitibus primarum annotationum exercitiorum nostrorum.

Vt, quoad eius fieri poterit, proxime accedamus ad perfectionem institutionum nostrarum obseruandam, et ne videamur stipendia aliqua vel omnino aliquid loco elemosinae accipere pro nostris ministeriis vel functionibus, primum, cum non sit nostrum collegium dotatum prouentibus, possumus ex instituto et dona et elemosinas accipere, non ab aliis solum, sed ab scolasticis ipsis, modo simpliciter in elemosinam dentur, et nominatim non referantur ad nostra exercitia. Quod vero attinet ad alia, quae accipiunt nostri ex promotionibus et argumentationi-

---

a Aliqua omissa sunt in ms., quae supplenda duximus.

---

1 Unus ex his fuit ipse P. Natalis. Cf. ejus *Chronicon*, *Epist. P. Nadal*, I, 15.

bus et aliis rebus, quae uidentur accipi a nostris non posse, nisi referantur ad eorum ministeria vel functiones; pro iis instituetur nomine collegii Trium Coronarum procurator, qui hoc nomine exigat ea omnia emolumenta, quae nostris cederent, ea lege, ut sit pauperibus distributurus, non nobis vel collegio nostro. Haec uero ratio ad tempus tantum permittitur, donec plena libertate possimus plane nil horum accipere, et illud aperte profiteri, quod breui cum gratia Domini fore speramus.

Quod paulo superius dictum oportuit, cum sunt aliqui recipiendi in Societatem nouitii, in illis accurate sunt obseruandae regulae examinatoris, quibus adiungatur instructio [a], quam ego dedi pro examinatore, ex quibus constabit quemadmodum sint examinandi nostri et continendi in prima probatione, et inde ad secundam probationem et communem cum fratribus habitationem educendi.

Accurate danda est opera, ut nostri consuetudinem non habeant cum commensalibus; et tamen semper erunt aliqui ex nostris designandi, qui possint cum illis versari, quorum consuetudo illis possit esse utilis, et nostris illorum non inutilis. Si qui ex nostris commensalibus vel fratribus in literis vel spiritu non proficerent, et, multo studio cum disciplina probati, non possint ad meliorem frugem promoueri, ii essent remittendi ad suos, in quibus remittendis nulla prorsus esset difficultas, si simul uiderentur [b] proficere non posse, et aliis praeterea essent [c] offendiculo.

Erit curandum, ut, qui non fecerunt exercitia, ii faciant bini [d] vel etiam singuli, si non omnia, saltem primam hebdomadam, et nonnulla ex secunda, absque electionibus, et habeant suum secessum, et non conuersentur cum aliis, quo tempore agent ista exercitia. Praeterea possent aliquae peregrinationes concedi intra annum binis, quorum alter saltem esset, cui posset superior confidere. Possent etiam nonnunquam mitti ad inseruiendum xenodochiis. Breuiter: possent ex illis mortificationibus, quas ego in catalogum conjeci, illa usurpari commode, quae uidebuntur superiori utiles.

[a] Ms. *constructio*. —[b] Ms. *videretur*. —[c] Ms. *esset*. —[d] Ms. *bina*.

Studiose curet superior, ut comuniter inter se conueniant et colloquantur fratres et Patres familiariter, et notentur germani cum germanis et galli cum gallis familiariter [a].

Qui inseruiunt mensis, ita distribuantur, ut singuli seruiant singulis mensibus, et vnus sit praeter istos, qui curam habeat vini et cereuisiae [b] ministrandae.

Designetur igitur locus aliquis, secretus quidem et sepositus a frequentia [c] fratrum, quoad eius fieri poterit, ubi deuotae imagines affigantur crucifixi, Christi flagellatio, orantis in horto, et huiusmodi alias imagines, quae incitent ad poenitentiam, et in ea domo sint flagella et cilicia [d] aliquot, ut ad eum locum possint nostri secedere, quibus aliqua est agenda poenitentia, et quemadmodum huiusmodi poenitentias agere non possunt extraordinarias, nisi probante superiore uel confessario, clauem huius loci illi duo habebunt. Curet igitur P. Leonardus confici huiusmodi flagella uiginti uel triginta, et ad sex uel septem cilicia in quibus sint aliqua lenia, alia vero asperiora, et paulatim assuescant fratres omnes huiusmodi carnis mortificationibus; tum etiam curet, ut in refectorio ordinarie poenitentiae agantur pro ordinariis culpis, ubi non solum istae ordinariae poenitentiae fieri solent, sed etiam flagellationes.

Ad obseruationem vero regularum illud praecipue attinet, ut nostri nullo pacto uel colloquantur, vel consuetudinem aliquam contrahant cum commensalibus, nisi ex diserta facultate, quam accipient ex superiore, et huius rei esto accommodatissima obseruatio; qua in re erit utile separetur nostra domus ab illa, et claudantur omnes aditus.

Et meminerit is, qui est habiturus exhortationes ad fratres, et diligenter commendet obseruationem regularum...

Curent ut cibi sint bene parati, et praesertim bene cocti, ne noceant stomacho.

Cum omnia offitia uel ministeria, quae nostri publice exercent, diligenter debent exhibere, tum illa etiam diligentius, quae

---

a Aliquid omissum videtur, vg. *seorsim colloquentes.* —b Ms. *sereuisiae.* —c Ms. *fraequentia.* —d Ms. *silicia* hic et infra.

exercere solent in publicis disputationibus, examinibus et promotionibus...

Adhibeatur cura, ut fratres in recreationibus a prandio et a coena versentur cum modestia, et proponatur ipsis index earum rerum, de quibus loquendum sit in recreationibus...

Nouitiis non permittatur colloquium cum externis, sine expressa facultate superioris uel magistri nouitiorum [1].

In mensa nullus legat ex professoribus: id saltem obseruetur, ne professor aliquis, qui proxima hora prandio vel coene docuerit, ad id prandium vel coenam legat.

Nostris [a] est interdicendum, et quidem diligenter, ne omnino adhibeant manus ad libros, et in eis quicquam scribant. Tantum sit permissum iis, qui eleganter scribunt, emendare contextum; sed id ex sententia preceptoris sui.

Magno studio et diligentia det operam P. Leonardus, ut habeat coadiutores temporales, qui labores sustinere possint collegii, presertim culinae, ut non cogamur continere in culina eos, qui possent esse apti studiis. Itaque, qui nunc in culina sunt apti studiis, primo quoque tempore illinc traducantur ad studia.

Aduertat superior ne grauentur coadiutores temporales nimiis occupationibus uel laboribus: id fiet, si potius abundet eorum numerus, quam si sit adequate conueniens, etsi alii nouitii destinentur, qui eos iuuent, saltem mane et vesperi, ad lauandas scutellas.

Coci et omnino coadiutores habeant suas recreationes, tum ut egrediantur foras ad campos, et ludant cum aliis, tum ut etiam recreent se a prandio et a coena: et si eadem hora non possint, alia hora habeant suam recreationem, cum illis uacabit interdum.

Inueniatur modus, quo, qui seruiunt in culina, comedant in refectorio.

Queratur, qui possit [b] praefici portae, qui sciat linguam germanicam et latinam, et qui sit probatis moribus, qui possit omnes edificare.

---

[a] Dubia lectio. —[b] Ms. *posset* hic et infra.

---

[1] Is erat P. Franciscus Costerus, cum haec instructio scripta fuit.

Aeque [a] bene tractentur semper nostri, quemadmodum commensales.

Potest usus studii tabularum introduci in collegio, quemadmodum solet Romae fieri apud vineam; sed fiat domi, quandoquidem non habent alium locum, sed in loco quam fieri poterit secretissimo, vnde minime audiantur ab externis; et poterit quidem fieri in die recreationis, si qui non poterunt ire ad campos: poterit etiam aliquando fieri die aliquo festo, ubi absunt scolares.

Singulis hebdomadis singuli sacerdotes celebrabunt missam vnam pro Patre Natali et eius ministerio: singuli etiam sacerdotes singulis hebdomadibus celebrent vnam missam pro Patre generali et omnibus nostris Patribus, qui sunt in concilio [b]: omnes fratres bis etiam in hebdomada orabunt ad idem.

53

✠
Jhus.

QUAE DIXIT P. NATALIS HERBIPOLI

PATRI PROUINCIALI 26 NOUEMBRIS 1566 [1].

Postquam ex Vrbe scriptum est summum pontificem restrinxisse nostram facultatem absoluendi relapsos in haeresim, monendi erunt confessarii ne absoluant; sed tamen nullo pacto relapsis significent eos, propterea quod relapsi sunt, non absolui: interea scribetur Romam diligenter [2].

Non debent legi singulis mensibus constitutiones, nec id col-

---

a Ms. *equae.* —b *consilio* ms.

---

[1] Ex archetypo, a P. Jimenez exarato, et Natalis manu emendato, in codice *Natal. instr. Germ.*, quatuor foliis, 67-70 (72, 73, 74). Responsa Patris generalis, Polanci manu exarata, in margine habentur. Duabus partibus hoc monumentum constat: prima instructionem Natalis B. Petro Canisio Herbipoli datam de rebus provinciae Germaniae superioris continet. Secunda statuta quaedam ipsius Natalis, ad institutionem collegii herbipolensis spectantia, exhibet. Vide *Epist. P. Nadal,* III, 315 et seqq.; et append. XXXI, pag. 779.

[2] Vide quae de hoc gravi negotio scripsit Canisius Borgiae 14 Decembris anni 1566, *Epist. P. Nadal,* III, 779; et uberius in ipsis Canisii epistolis saepius.

ligitur ex fine constitutionum, sed legendae sunt illae singulis mensibus, quae ad omnes attinent, quae incipiunt «Summa sapientia». Quae uero ad singulos particulariter attinent, satis erit si eas singuli singulis mensibus legant. De his, quae ad collegia attinent, constituitur clare vltima paragrapho 10.[i] capitis 4.[ae] partis, declar. [L] [1].

De doctore Conrado [2] nihil constituat prouincialis, nec enim aliquam in illum potestatem habet, nisi ita mutaretur illius animus, ut uellet ad plenam obedientiam Societatis redire: quod si faceret, mittendus esset ad domum probationis ad tempus, et suauissime summaque cum charitate tractandus; si hoc non fiat, poterit illum ad Patrem generalem mittere, et conformiter ad hoc responderi poterit iis, qui pro ipso intercedent.

De caetero non detur facultas, ut nostri ab vno collegio ad aliud veniant, recreationis causa, quod nullibi fit in tota Societate, neque successit in hac prouincia. Poterunt interim usurpari aliae rationes recreationis. De valetudinariis seruentur constitutiones, hi enim ex consilio medici aliquando mutari possunt [a].

De numero fratrum, qui ali possunt in collegiis, dictum est in aliis instructionibus; quod tamen ita est intelligendum, ut prouincialis aduertat, an plures ali possint, et id constituat etiam meo nomine.

Non videtur necessarium, ut literae annuae scribantur germanice, nisi Pater generalis de hoc moneat in sua instructione circa modum scribendi; et tamen omnino curetur, ut iis, qui nesciunt latine, exponantur literae annuae, uel aliae, si quae ad aedificationem spectabunt [b].

---

[a] In margine Polanci manu: *Aduertatur plurimum cui detur facultas eundi ad alia collegia recreationis gratia: non enim passim dari debet, quamvis in aliquo particulari et cum delectu potest prouincialis ad id facultatem dare.* —[b] Haec in margine notavit Polancus: *Romam non mittentur; sed quoduis collegium suas faciat germanicas pro sua et eiusdem linguae prouinciis.*

---

[1] En verba constitutionum in loco citato: «L. § Constitutiones, quae ad Collegia pertinent, seorsum teneri, et publice bis aut ter singulis annis legi possent.» *Constitutiones lat. et hisp.*, pag. 146.

[2] De Conrado Swagerio, cf. *Epist. P. Nadal,* III, 299, 320, 774, etc. Vide item *Canisii epistulas,* annis 1566 et 1567 datas, passim.

In domo augustana instituatur ratio victus quotidiana, quae in collegiis obseruatur, nec maiores portiones carnium uel piscium fiant, quam in collegiis; erit autem in arbitrio prouincialis positum ut singulis apponatur sua portio, antequam veniant ad domum, quam pollicitus est cardinalis [1], uel ut non apponantur, sed simul omnes ex eodem disco comedant.

Nullo pacto det prouincialis aliquem e nostris, nec eat ipse ad visitationem aliquam monasteriorum, ecclesiarum, uel quarumcumque personarum, in qua visitatione aliud faciat, quam quae sunt ex instituto, ut concionari, confessiones audire, etc. Reliqua, quae ad propriam visitationis rationem attinent, aliena sunt a ratione instituti.

P. Gasparus, anglus [2], promoueri poterit in licentiatum theologiae: qua in re P. Natalis se remittit ad conscientias examinatorum et rectoris dilingani.

Si N. (Martinus) [a] in eam veniat difficultatem, in qua prius erat, euocetur prouincialis a rectore Monachium, et is agat primum cum N., deinde cum cancellario, et efficiat illud, quod instirueramus facere, ut donetur P. duci [b] [3].

Quantum sit pro singulis nouitiis supputandum in domo probationis, difficile dictu est, nisi re prius tractata cum rectore monachiensi [4] et aliis rectoribus: videtur inconueniens, ut minus pro illorum vno, quam pro scolastico alendo numeretur.

Quod ad uestes nouas, illis fratribus recens factas, qui ex Vrbe uenerunt et Herbipolim postea mittentur, attinet, non est cur rectoribus, qui vestes dederunt, sumptus illarum refunda-

---

a Prius tantum N fuerat scriptum. Dein Natalis addidit supra *Martinus*. — b In margine haec scripsit Polancus: *Consulatur in tali casu generalis ante dimissionem*.

---

1 Cardinalis augustanus Otto Truchsessius.

2 P. Gaspar Haywodus, theologiae doctor Dilingae. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 229, ubi Borgia hanc promotionem Natalis et Canisii judicio committit.

3 Haec de P. Martino Stevordiano intelligenda videntur, ex iis, quae Natalis Borgiae in epistola 14 Novembris 1566 data referebat. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 292, 293.

4 P. Dominicus Menginus.

tur, praesertim pro illis, qui seruierunt interim collegiis; satis autem erit si fratres iidem postea mittantur Herbipolim cum vestibus, quas ex Vrbe tulerunt, uel mediocribus aliis, in quibus si esset grauatum collegium, refundet aliquid pro illis sumptibus collegium herbipolense [1].

Agere potest prouincialis cum confessariis, ut ne temere dispensent cum nostris fratribus, qui cupiunt liberari a recitando officio beatae Virginis. Quod si iudicant eos, qui petunt, utilius in meditatione spirituali hoc tempus recitandi officii ponere, poterunt quidem dispensare, sed consultum esset etiam, ut alternis diebus orarent officium dictum vocaliter, et aliis meditarentur, ut ita non omnino desuescant vocali oratione uti. Qua in re habenda erit ratio diligens personarum, cum quibus dispensatur.

Si Monachii domus conuictorum nostris offerretur nomine principis, ut curam eius susciperemus, respondeatur, rem prius ad generalem referendam esse, et scribatur ei, an sit aliquis idoneus e nostris, qui praefici possit, ipso consentiente. Difficiles alioqui nos praebere debemus in hoc nouo onere suscipiendo.

Absoluere nostri possunt simoniacos ab excomunicatione; sed quod ad restitutionem attinet, monendi sunt illi, ut satisfaciant bullae pontificis, etiamsi opus esset cedere benefitio [a]. Adde quod debent periti esse ad faciendum quod debent [b].

Non opus erit praesentes, qui iam noti sunt, confessarios et concionatores de nouo examinare, sed curetur, ut sacerdotes, qui possunt, quotidie horam vnam legant de casibus conscientiae, utque de illis etiam, ubi fieri commode potest, lectionem audiant, et inter se conferant aut disputent commode.

Augustae videat prouincialis quatenus expediat dispensare cum nostris, ut aliquando soli templum adeant, si commode socium habere non possunt.

Scribatur Romam ad P.[N.] primo quoque tempore, an li-

---

[a] In margine, Polanci manu: *Videtur posse proponi pontifici. Fiat.* — [b] Haec novem verba addita sunt Polanci manu ad finem paragraphi.

---

[1] Vide socios Roma in Germaniam missos in *Epist. P. Nadal,* III, 224, 225.

ceat Romam mittere, qui mittendi dicuntur ex ratione illius contributionis ad alendos nouitios, quae Romam missa est.

Item scribatur de P. Fahe mittendo Herbipolim ex Polonia.

Item de docto philosopho, qui possit respondere et tueri authoritatem nostrorum. Theologo bene fundato esset opus, et consultius esset duos mitti philosophos et theologos ob consuetudinem Societatis retinendam, et ne nostri in contemptum veniant. 3.° ne opus sit pendere ex adiunctis, et varias ab illis difficultates subire, qui satis morosi, et in disputando molesti, nobis videntur futuri.

Interea dum profitentur P. Torres [1] epistolam ad Timot. I, et P. Pisa materiam de sacramento eucharistiae et vbiqueitate, posset attingi in praefatione augustiniana [2] breuis tractatio contra librum tubingensem [3] et Smidelini [4], non solum in genere, sed, si fieri posset, respondendum esset ad duo uel tria argumenta difficiliora, et nunc satis esse per Augustinum respondere, et hoc breui compendio: huiusmodi importunitatem calumniantium, et stultitiam istorum potius contemnendam esse, sicut pius peregrinus non curat latratus canum insultantium.

Consultet prouincialis cum delectis quibusdam de ratione vacationum in collegiis Germaniae vniformiter obseruanda; 2.° de conuiuiis, an et quo pacto illa debeant adire, uel in illis se gerere nostri [a].

Sic corrigatur instructio [b] dilingensis. Qui ad vniuersitatem veniunt, moderate potius (non indulgenter) quam seuere tractentur.

Ingolstadii quaerendum ex rectore quod non satis meminimus quare accipiant vnum florenum pro famulo conuictorum, et tamen non alant eum. Item cur quinque floreni sunt pro eodem

---

[a] In margine Polanci manu: *Videamus quod illi sentiant.* —[b] Prius *canon;* dein Natalis manu emendatum, ut supra.

---

[1] P. Hieronymus Torres, lector theologiae. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 298.

[2] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 21; et supra, pagg. 260, 261.

[3] De hoc libro cf. *Epist. P. Nadal,* III, 772.

[4] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 25, 26.

destinati, et tamen illi non dantur: de quibus responsum acceptum scribi poterit ad Patrem visitatorem.

CIRCA COLLEGIUM HERBIPOLENSE

Episcopus profiteatur domum et hortum, quae sunt iuxta collegium, esse monasterii [1], nos uero uoluntate nostra et ad nostrum beneplacitum illa alumnis concedere [a].

In alio horto nullus habitabit externus; nos de illo statuemus, quod visum fuerit.

Primo quoque tempore, cum venerit prouincialis, accipiatur possessio monasterii, domorum ac redituum omnium. Accipiantur et scripturae, et haec legitime coram notario et testibus authoritate apostolicae sedis, et polliceatur se expediturum bullas, si necessariae sint ad applicationem monasterii et ad fundationem collegii.

In monasterio missàm dicere permittantur monachi quamdiu nostri non possunt illic sacrificare [b].

Primo quoque tempore scribatur ad Patrem, et mittatur utrunque scriptum, praesertim secundum, et donec responderit Pater, nihil nostro petamus nomine, uel praeparemus, nec agamus ut in aedificio procedant.

Curandum interea, ut capituli consensus in vtrumque scriptum accedat, saltem in 2.um; qua in re iuuare poterit cancellarius.

Scribatur Romam ad Patrem, necessum esse ut mittatur aliquis Dilingam, loco P. Gerardi [2] lecturus philosophiam, tum ob praedicti Patris necessitatem, tum ut idem P. Rauestein [3] suc-

---

[a] In margine Polanci manu: *Prouincialis dicat quomodo se habeant haec.* —[b] Polancus ita in margine: *De quo monasterio loquitur?*

---

[1] De quonam monasterio hic sermo sit declaratur in epistola Canisii ad Borgiam, 14 Decembris 1566 data, ubi haec inter alia habentur: «Primum scribet Rmus. Dominus herbipolensis ad generalem praepositum Societatis Jesu se consentire ut futuro collegio incorporentur bona monasterii desolati sanctae Agnetis juxta concessionem Smi. Dni. nostri jam ante impetratam.»

[2] P. Gerardus Pastelius.

[3] De P. Joanne Rabenstein saepius dictum est in *Epist. P. Nadal*, vol. III.

cedat in cura collegii D. Hieronymi. Sic P. Rauestein post pascha ueniet Herbipolim, ut episcopus optat uehementer, ac partim concionabitur, partim parabit necessaria collegio.

Non erit difficile, iuxta quod postremo dixit episcopus, ut idem subscribat scripturae, quam illi exhibuimus. Igitur diligenter apud eum agat prouincialis, ut primo quoque tempore mittat ipse scriptum hoc ad Patrem generalem; nisi enim videatur hoc scriptum Romae, non aget Pater serio de collegii fundatione et prouisione, quae facienda est in tempore. Et hoc scriptum manu sua firmabit episcopus, et a publico notario confirmandum curabit legittime.

In quarto folio (70) tantum sequentes inscriptiones reperiuntur. Prior, ab ipso Jimenez exarata, ita habet: Quae Herbipoli dixit P. Natalis Patri Canisio. *Altera est hujusmodi:* C. m. p. e.

54

Jesus Maria

7 JANUARII 1567.

QUAE RDUS. P. HIERONIMUS NATALIS DIXIT MOGUNTIAE [1].

Magister Iudoçus mittatur Coloniam, vt prouideat sibi viaticum, quo Romam ad collegium germanicum proficiscatur.

Georgius treuerensis recipiatur nouitius, et separetur ab aliis fratribus, iuxta morem Societatis [2]: vt autem id fiat breue, veniet magister nouitiorum ad R. P. Natalem a meridie cum prouintiali et rectore collegii [3].

---

[1] Ex apographo coaevo, a duobus librariis exarato, in codice *Natal. instr. Germ.,* quatuor foliis 75-78 (89-92). Prior librarius tria priora folia, alter ultimum scripsit. Natalis manus nullibi apparet. Haec instructio data est die 7 Januarii anni 1567 Moguntiae, ubi Natalis versatus est a die 17 Decembris anni 1566 ad diem 20 circiter Februarii 1567. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 396, 785. Cf. nostra *Monum. Paedag.*, pag. 795, ubi pauca ex hoc monumento ad studia spectantia edidimus.

[2] In catalogo collegii moguntini, anno 1568 scripto, habetur «Georgius Lanius, treuerensis, janitor collegii».

[3] Provincialis erat P. Antonius Vinck; rector moguntinus P. Lambertus Auerus (Auer) et magister novitiorum P. Michaël Ruetius. Cf. catalogum collegii moguntini, anno 1567 scriptum.

Coadiutor coci germanus [1] videtur etiam recipiendus ad probationem, modo ipse id petat ex se, non motus ab aliquo: poterit tamen modeste dirigi.

Luminaria duo ponantur in locis publicis, prouideaturque de modo honesto et conuenienti vbi et quomodo collocanda sunt.

Ministrantes mensae ministrent cooperto capite.

Campana scholarum detur signum in aurora, et vesperi in crepusculo noctis et meridie ad orationem per tres pulsus breues qualibet vice cum aliquo interuallo: signum communis orationis collegii, tam mane, quam vesperi, dabitur per campanam domesticam.

Vestes suffultas pellibus nullus vtatur, ne prouintialis quidem, nisi si quis infirmus sit, et illi videatur talis vestis necessaria, nec aliam conficiant.

Intermittatur processio, quae hactenus facta est contra turcam, et loco illius, postquam missam audiunt studiosi, legant lithanias diebus mercurii.

Fiat suggestus in schola humaniorum literarum, et consilium vniuersitatis et facultatis artium habeatur in classe theologiae; quod si illic fiat pulpitum, non opportebit mutare concilium.

Ad ientaculum veniant fratres simul; quod si aliquis fuerit necessario impeditus eo tempore, illi potest concedi ientaculum vel soli vel cum paucis similiter impeditis; detur vero cura vni eorum, qui audiunt sacrum studiosorum, vt, vbi redierint ex eo sacro, statim duos pulsus det campana, quibus significetur euocari ad ientaculum eos, qui solent eo vti.

Missae nullibi celebrentur foris ad sùpplendas obligationes eorum, qui tenentur eas celebrare; poterunt tamen aliquando celebrari pro monialibus in istis tribus monasteriis sancti Francisci, albarum et sanctae Agnetis et aliis, praesertim vbi dominicis aut festis diebus deberent carere sacro, et vbi sciamus eas nulla ratione posse habere qui celebret; et tamen nullo pacto fiat ordinarie, ne frequentia aut consuetudo pariat obligationem, nec simul in multis locis.

---

[1] Cocus collegii erat Joannes Faber. Cf. catalogum anni 1567 supra allegatum.

Regula silentii, singulari cura adhibita, seruetur, et non solum nouitii suos indices [1] habeant et obseruent, sed et alii omnes suis temporibus et locis sileant: ita fiet simul vt et obseruetur disciplina Societatis, et tempus ne pereat absque fructu.

Ante biennium quam venit quis ad Societatem, atque adeo antequam post biennium habeatur probatus, nullus promoueatur ad sacros ordines.

Ne vtatur sigillo prouincialis, in quo aliud sit quam, quod solet Societas vsurpare; itaque illud sigillum, vbi est imago diui Petri piscatoris vel piscantis, supprimatur.

Ne admittantur conuictores, vt ludant in atrio collegii nostri.

Superiores animaduertant, ne secretos defectus fratrum publice reprehendant, praesertim si aliter emendari possunt.

Quantum ad panem, seruetur illa mediocritas, quae R. P. Natali ostensa est, et misceatur pro tertia parte triticum, et pro omnibus idem fiat panis.

Post duas coctiones ceruisiae [a], quae complendae sunt proxima hebdomada, ne coquatur amplius pro nostris: cum autem agemus de fundatione collegii cum Rmo., agemus simul de coctione ceruisiae et loco: postea dicet R. P. Natalis an sit facienda et vbi [b].

Primo quoque tempore detur opera, vt domi paretur locus, vbi lauentur panni intra collegium: interea inueniatur ratio, vt ad nos non veniat lotrix nec ad accipiendos nec ad reddendos pannos, sed accipiat et reddat vel per maritum vel famulum; et vbi illi erunt occupati, mittantur et reddantur panni per aliquem externum. Si domi locus non videatur commodus ad lauandum, judicio prouintialis, poterit fieri in alia domo, tamen nostra.

Litaniae fient post recreationem paululum ante finem, quae fit post coenam.

Seruetur regula in Societate communis, vt indusia mutent

---

[a] *seruisiae* ms. hic et infra. — [b] In margine: *Cum rediisset Asschemburgo R. P. Natalis, dixit omnino non esse coquendam seruisiam a nostris.*

---

[1] Indices, seu syngraphi, erant schedulae, in quibus monebantur novitii sociorum, quibuscum in recreatione colloqui poterant.

fratres octauo quoque die, linthea mensibus singulis; et curetur vt mantilia, quibus manus absterguntur, ne retineantur inmunda nimium, quod fortasse assequemur, si bis in hebdomada mutentur, et sint longiora, et vnum inseruiat sacerdotibus, duo fratribus.

In hypocausto nouo, quod est continuum cubiculo prouintialis, nullus, ne e superioribus, comedet [a] donet accipiatur de hac re responsum a Rdo. Patre nostro. Posset dispensare prouintialis vel rector ex causa idonea; sed de dispensationibus scribant ad me.

Vt est vsus Societatis, in vtraque ianua collegii, et ea, quae spectat ad commensales, et ea, quae ad atrium scholarum, fiant paruae fenestrae, adhibito paruo cancello ferreo, vt inde possint videre quisnam pulset, clausa ianua, et si in tertia et magna, qua intratur ad atrium scholarum, non satis videatur esse foramen, quod habet paruum, instituatur etiam fenestra alia.

Obseruetur illa regula Rdi. Patris nostri generalis, ne aliquis egrediatur domum solus, ne superior quidem.

Ne eant nostri ad conuiuia eorum, qui promouentur, quae fiunt in hospitiis publicis: possunt pretendere causam, quod ita habent praescriptum a superioribus.

Qui non fecerunt exercitia, e nostris omnibus, qui sunt domi, quaeratur occasio et tempus, quo illa faciant, si aliud nullum vel in particularibus vacationibus, quales fiunt ad festa natalitia, vel ad carnis priuium, vel ad pascha, vel intermissionibus studiorum: estate possunt etiam, si ita superiori videretur, a suis officiis cessare aut studiis per aliquot dies, quos dent exercitiis. Non solum in his, qui non fecerunt exercitia, quae diximus, intelligendum est, sed etiam in iis, qui videbuntur exercitiis egere.

Instituatur vna lectio, saltem diebus festis et dominicis, linguae germanicae, quam audient, qui eius linguae cognitione cum suo exercitio egebunt, ex arbitrio superioris: hoc diligentius fieri debebit in nouitiis, praesertim si tempus aliquod sit vacuum a praecipuis occupationibus.

---

[1] Ms. *commedet* hic et infra.

Ne apponantur duo disci sacerdotibus, ne superioribus quidem; satis est si singuli habeat suos orbes vel solitos discos.

Ad finem primae mensae apponantur disci, quibus colligantur micae.

Reformentur ad rationem, quae data est vienensibus, recreationes fratrum.

Spectet ad hoc prouincialis diligentissime, quoad poterit, vt, qui ad id ingenio valere videntur, ad humaniores literas et rethoricem et eloquentiam promoueantur, vt habere possit prouintia excellentes preceptores humaniorum literarum et rethorices.

Caseus, qui solet apponi in principio mensae comedendus in finem, in fine mensae apponatur.

Ludos alios ludent fratres, non pilae, huius enim non est vsus in Societate.

Qui sunt promoti ad ordines vel [a] primam tonsuram acceperunt, ferant semper suam tonsuram.

Vt est in constitutione, non solum regulis, nullus ingrediatur cubiculum alterius, nisi habeat facultatem particularem aut generalem a superiore vel a ministro: quam si habet, tamen sunt duo obseruanda preterea; alterum est, vt pulset ad ostium antequam ingrediatur, et audiat «Ingredere»: aliud, vt ostium sit apertum donec in cubiculo alter erit.

Si qui ingrediantur culinam vel etiam refectorium eo tempore, quo prohibitus est ingressus, et precipiente coco vel credentiario vt egrediantur, non egrediuntur, tum illos deferat ad superiorem, a quo ipsis penitentia iniungetur non leuis: alioqui ne dent penitentiam illi pro ingressu.

Biblioteca primum purgetur a libris omnibus prohibitis, deinde libri prohibiti concludantur in arcam, cuius clauem habeat rector, vt inde possit concedere libros eis, qui facultatem habebunt eos legendi, quibus tamen non ita concedat, vt prohibitos libros apud se habere possint [b], sed eos quando vsi fuerint, restituant rectori.

Postquam fuerit purgata biblioteca, separentur in locum ali-

---

[a] Ms. *vel ad.* — [b] Ms. *possunt.*

quem communem omnibus libri in singulis facultatibus communes et necessarii scholasticis nostris fratribus: alii omnes concludantur in aliquod cubiculum, cuius clauem habeat bibliotecarius, et ingressum concedat ex prescripto rectoris, quibus videbitur concedendus.

Subminister nulli det penitentiam nisi ex commissione superioris, quod cum faciet, dicat diserte se ex commissione superioris id facere.

Diebus ieiunii, qui inseruiunt et legunt primae mensae, non sumant ientaculum; quod si videatur graue, obseruet diligenter minister, vt succedant sibi mutuo vicissim omnes ad illa munia.

Nullo anni tempore intermittatur exercitium corporale, etiam plena hieme.

In die Circumcisionis omnes fratres non omittant communicare.

Non omittatur illa consuetudo sortitionum sanctorum, et deuote fiat.

Omne studium et diligentia adhibeatur apud reuerendissimum, vt ematur domus angularis cemiterii iuxta collegium.

Obseruetur vt fratres, immediate antequam communicent, habeant quadrantem horae, quo orent: tantundem habeant post communionem.

Antequam fratres renouent vota, curet prouincialis per se vel per alium vt emendentur scripta, e quibus vota recitant, nam solent variari alioqui.

Nullus externus inuitetur, nec ad primitias, nec ad votorum renouationem; et tamen licebit aliquando aliquem externum admodum familiarem et dignum eo officio, et vnde aliquid fructus spiritualis speretur, inuitare etiam in refectorio, sed raro.

Ne inuitentur amplius conuictores ad classem theologicam.

Cum venerimus a reuerendissimo [1], erit dicendum vbi lauacrum sit locandum.

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 337, 390, ubi sermo est de itinere Natalis Aschaffenburgum, ad invisendum R.mum archiepiscopum et electorem moguntinum Danielem Brendel ab Homburg, et cum eo de collegii moguntini fundatione colloquendum.

Qui sunt idonei ad conciones, exerceantur in illis.

Cum per Germaniam est faciendum iter, si fieri possit, ferant interulam sottanam, quam vocant breuiorem, et mantellum. Qui in equo iter faciunt, non ferent arma: peditibus potest concedi paruum hastile aut aliquid simile.

Si contingeret aliquid fieri in collegio, quod esset emendatione dignum, et tamen nesciretur author, adhibita omni diligentia, si res non videretur dissimulanda, postquam sciri non potest author, saltem contendatur ad emendationem: quod fiet si omnibus confessariis praescribatur, vt in confessione interrogent suos de ea re, et absoluantur quidem qui fecerunt; sed tamen si iterum inciderit in idem, erit arbitrium confessarii an iterum eum absoluat; verum si tertio inciderit, non erit absoluendus, sed remittendus ad superiorem, non quod sit casus reseruatus, sed quod is non videatur apud illum confessarium proficere, nam si casus esset reseruatus, iam ab initio illum absoluere non potuisset.

Poterunt quidem inuitari hospites aliquando, vel ad prandium, vel ad cenam, vel ad ientaculum; non tamen domum recipi vel pernoctari; qui autem hospites censeantur, quiue ex illis digni videantur hoc officio, id iudicabit superior, et tamen prouincialis, cum est in visitatione aut in collegiis, alioquin intelliget quam fuerit horum hospitum inuitatio frequens.

Quae leguntur, vel regulae, vel epistolae, in refectorio, fratribus legantur ex exemplari collegii, non ex priuatis fratrum exemplis.

Capitia nocturna dentur singulis fratribus et strophiola singulis hebdomadibus...

Intelligatur an omnes fratres habeant rosaria, et qui non habent, illis dentur, et si meliora non possint haberi, dentur quae hic inueniuntur; nec praetermittatur vt habeant singuli libellum precum beate Mariae, vel *Hortulum animae* [1], in quo etiam est illud officium.

Curent vt lauacrum, in quo lauent manus ante prandium et coenam fratres, intra domum fiat, vbi poterunt commodissime.

---

[1] Vide supra pag. 234, annot. 1.

Singuli fratres habeant aliquas imagines, et in singulis cubiculis apponatur aqua benedicta, et in biblioteca priuata et communi.

Cum aliquis venit ex Vrbe priuatus, nec authoritatem aliquam habeat a Patre nostro generali, vt aliquid constituat in prouinciis aut collegiis, vel si scribat ex Vrbe, nihil propterea mutandum erit in gubernatione, sed, si ita videatur, poterit admoneri Pater noster generalis an velit illa esse mutanda.

Plures disciplinae fiant, et quatuor vel 5 cilicia: vnum possint hinc habere, reliqua mittemus ex Colonia, et fiant duo aut tres sacci: disciplinantium plures.

Domi in collegio breuem tunicam interiorem, quae solet dici sottana, ne ferant nostri, ne superiores quidem.

Ne propinent inter se Patres aut fratres, cum vel in itinere sint, vel fortasse apud aliquem prandent vel coenant; domi enim dubium esse non potest quin propinare non possunt.

Curabit rector vt, quamprimum fieri commode possit, fiant pulpita, quae dicimus, pro singulis Patribus et fratribus studiosis, in quibus commode studere possint [a], et reponere sua scripta, ita tamen vt clausa non sint.

Quae emuntur pro domestico vsu in foro, si emantur a viris, ea possunt domum adferre ii; si a mulieribus, ne permittantur vt ipsae ad collegium nostrum vel conuictorum ferant ea, sed illinc accepta, vel per se emptor, vel per puerum aliquem, cui aliquid soluat, domum adferat.

Admoneantur fratres omnes vltima die carnis priuii, vt, si velint, confiteantur et communicent in die cinerum, nulli tamen praecipiatur.

Obseruentur regulae bibliotecae, et nullus libere permittatur ingredi ad clausam bibliotecam, nisi ex facultate rectoris, vel generali vel particulari; erunt enim aliqui domi, quibus poterit dari generalis licentia; alii, quibus non debebit.

Ne accipiamus curam juratorum ecclesiae nostrae: illos dixit se mutaturum princeps, cum venerit, et curaturum vt sit alius sacristanus.

---

[a] Ms. *possunt.*

Ne habitent in cemiterio mulieres.

His, quae potuimus colligere Assemburgi ex dictis Rmi. archiepiscopi, praesulis illustrissimi, poterit uti P. Lambertus, quando erit opus: in iis tamen, quibus aliquid dubitamus de principis voluntate, aget moderate; et prestaret, si aliquid esset dubii, rursum interrogare principem.

Fercula plura non dentur, nec rectori, nec prouinciali, quam aliis: ea tamen possint dari paulo maiora et cum caseo unum pomum, vel aliquid simile: et fratribus non detur nisi caseus: poterunt etiam uti vino.

Quam facultatem ex regulis catalogi romani possumus habere, ex ea, quam dedit nobis Illmus. princeps, eam poterit rector pro nostris vsurpare; praeterea, si quam ex aliis concessionibus superiorum temporum, ea etiam poterit rector vti pro nostris, et tamen lectioni librorum prohibitorum ne vtantur nostri, nisi necessario, ex hac facultate: nam qui sunt libri ab heresiarchis editi vel ab aliis hereticis, qui tractant de rebus ad religionem pertinentibus, iis nullus vtatur, nisi qui ante aduentum meum habebat facultatem, et tamen poterit facultas dari theologis professoribus, ut libros hereticos legere possint oblatos, ut videant an heretici sint.

Pro scholasticis autem auditoribus nostris eadem illa facultate, quam accepimus a Rmo., uti poterit rector; sed ita tamen ut nulli concedat librum ab heretico compositum, qui scilicet non agat de religione, nisi prius emendatur.

Duo pueri moguntini hoc anno non recipiantur ad Societatem, sed habeatur eorum cura ut instituantur ad pietatem: anno proximo de his referent ad prouincialem, et sequentur eius praescriptum; patri uero eorum satisfiat, quemadmodum dixi P. Lamberto...

Adhibeatur cura, ne per externas occupationes spiritus vel deuotio coadiutorum temporalium debilitetur, quae si debilitaretur, possit illis plus temporis dari ad orationem, et semel etiam infra hebdomadam sacra communio concedi.

Curet rector ut fratres sint modesti; non leues, sed maturi, non tetrici tamen, sed iucundi et hilares in Domino.

Ad profectum fratrum utile erit si illis serio consulatur ut aliquid exerceant, quod ad perfectionem pertineat, vt si aliquis animo figat et exerceat velle se estimare omnes fratres, ac si sibi omnes essent superiores; exterius etiam ita singulos reuerendo, ut singulorum status exigit, plana quadam religiosa simplicitate. Exemplum aliud: si exercent Deum habere ante oculos mentis praesentem, ut infinite bonum simul et infinite iustum, et sic in aliis exercere poterunt.

In margine, alia manu. e. m. †

55

QUAE DIXIT RDUS. PATER NATALIS

IN COLLEGIO MOGUNTINO [1].

Quod vero attinet ad tempus probationis, antequam dent operam literis, satis erit tres aut quatuor menses, postquam obierint exercitia spiritualia, exerceantur in officiis domesticis, et postea poterunt ipsis concedi studia, et assignari classes, ubi audiant vel legant: poterit illis etiam hoc exercitium dari, ut iuuent praeceptorem infimae vel penultimae classis: poterit etiam aliquis fieri cocus vel ianitor; sed ianitor non nisi sit, cui omni ex parte fides poterit adhiberi, et interea alii, si sint capaces, poterunt studere, ut Matthias [2].

Si carius uinum sit quam redditus patiantur, ceruisia partim dari poterit, vel certis diebus sola.

Possumus sine scrupulo missas celebrare, ubi sunt heretici, qui sine scandalo non possunt abigi, vel quando necessitas erit iuditio superiorum.

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.,* foliis 303v, 304v. Licet in hoc monumento annus, quo scriptus fuit, minime annotetur, ad mensem Januarii anni 1567, ut superius, spectare, imo pars illius esse videtur, quantumvis in codice sejunctum fuerit; idque suadet ipsum hujus scripti initium; nam illa verba «Quod vero attinet ad tempus» aperte innuunt alias praecessisse instructiones; et sicut prior a duobus librariis scripta fuit, ita haec pars seorsum exarata, seorsum etiam in codice posita est. Edita sunt hujus monumenti duo fragmenta de studiis, in *Monum. Paedag.*, pag. 795, sub n. 116.

[2] In catalogo collegii moguntini, supra citato, haec habentur: «Mathias Molitoris, treuirensis, auditor est secundae classis grammatices.»

In lingua germanica sint obseruationes, et [dentur] poenitentiae, ut in aliis negligentiis.

Possumus offitia et munia academiae accipere, modo sine stipendio fiat: quod si non velint, aliter ne accipiantur: decanatus intelligitur, modo nil ambitionis preferamus: consimilia eorum consimiliter cauere debemus.

Rdus. P. Natalis dat rectori [1] omnem potestatem, quae potest esse utilis ad sui collegii gubernationem, ut dispensare possit in iis rebus, ad quas accepimus facultatem ex literis apostolicis. Deinde, ut in constitutionibus et regulis possit dispensare, iuxta constitutiones, in quartae partis declarationibus [2]: tum etiam, ut habeat facultatem absoluendi et dispensandi in irregularitate [a], commutandi uota et istiusmodi, qualem accepimus ex literis apostolicis. Sacerdotes vero, quotquot in hoc collegio sunt et futuri sunt, similiter habent facultatem eam, cuius sunt capaces, absoluendi; hac tamen lege, ut rector ita et ceteri habebunt facultatem, ut usus facultatis in rectore quidem pendeat ab arbitrio prouincialis praepositi [3], aliorum sacerdotum pendeat, non solum a prouinciali, sed etiam a rectore, sic scilicet ut possint facultates istae vel omnino abrogari vel temperari.

Possunt excurrere ad pagos, modo non sit nostris molestum vel periculosum.

Potest rector recipere ad Societatem, si non potest ad Patrem prouincialem prius commode scribere; sed animaduertet ut magno consilio utantur ad recipiendos.

Diligenter curabit rector, tum per se, tum per ministrum [4] et

---

a Post hoc verb. spatium vacuum pro uno verb. relictum est.

---

1 Rector erat P. Lambertus Auerus (Auer).

2 Cf. *Constitutiones Soc. Jesu lat. et hisp.*, pag. 142, in decl. B, ad cap. X, quartae partis.

3 Provincialis erat P. Antonius Vinckius.

4 Minister erat P. Oerschot, de quo haec habet laudatus catalogus: «P. Cornelius Oerschot fuit collegii Moguntiae minister: modo missus est Treuirim, vt ibi aliquandiu adiuuet, propter infirmitatem D. Hermanni et mortem Patris Andreae valkenburgensis.» Huic absenti successisse videtur «P. Ludouicus Baccrelius, collegii Moguntiae prorector.» Ex eodem catalogo.

confessarios, ut nostri orationi et deuotioni incumbant eo tempore, quod illis ad haec exercitia spiritualia prescribitur; ne fiat, ut per occupationes studiorum fiant in rebus spiritualibus tepidiores. Sint vero rerum spiritualium prefecti peculiares; confessarii vero, eorum quos audiunt; rector vero, omnium.

Curet rector, ut sit accurata, quoad eius fieri potest, regularum obseruatio.

Debet haberi ratio, ne professores, qui grauem et continuam habent occupationem [a] in scholis, in domesticis exercitiis occupentur, nisi si quae ad corporalem exercitationem vel leuiorem occupationem excipientur [b]; non videtur enim consultum ut legant ad mensam vel lauent scutellas, nisi diebus dominicis et festis, quibus haec poterunt prestare: simul ratio sanitatis eorum est habenda.

Tempore recreationis fratres ne sint in colloquiis singulares, neque in variis locis distribuentur, sed sint omnes in vno loco, nouitii item in alio; et de iis rebus agant omnes, quas acceperunt in quodam scripto meo [1].

Singularis habeatur ratio valetudinis omnium, eorum presertim, qui presunt aulae, et eorum qui, sat sunt valetudinarii.

Sint vero obseruatores harum concionum, tum rerum, tum etiam actionis, ut detur vna hora, et ea proxima concioni, qua parari possit concio.

Qui ex nostris mittuntur aliquo, si ad concionandum, utitur iisdem vestibus, quibus domi utitur: si pedites proficiscantur, poterit illis concedi breuior tunica...

Singulis diebus veneris habeat rector vel aliquis alius, qui ad id facultatem habeat, exhortationem ad nostros, qua eos hortetur ad obseruationem regularum et totius instituti. Poterunt vero similiter facere atque ego in meis exhortationibus. Breuiter, de his omnibus agere, quae videbuntur ad institutum posse nostrum adhortari atque inflammare.

---

[a] Ms. *occupationem habent occupationem.* —[b] Ms. *excitentur.*

---

[1] Vide infra, inter Natalis instructiones, pag. 211 ms., catalogum rerum ab eodem pro conversatione praescriptarum.

Qui sunt concionaturi in refectorio, ii ne proponantur publice in indice, ut sit incertum quis quando sit concionaturus: et ut dictum est, detur illis tantum vna hora, quae immediate precedat concionem, ad eam comparandam.

Cum iubetur celebrari pro defunctis, si non sit dominica uel festum, dicetur missa pro defunctis: si dominica sit vel festum, potest de dominica vel festo missa fieri, et primaria applicatio pro defunctis: adde praeterea his orationem.

Quemadmodum iam in aliis instructionibus dixit Rdus. P. Natalis, bona fide detur opera ut, quae dixit ad instructionem collegiorum, curent exequenda, tum prouinciales, tum rectores; hac tamen moderatione, ut si quid illis [a] videatur in suo ordine, vnicuique in suo gradu, quod pleno iuditio videatur commode prestari non posse in hac prouincia, Pater rector de ea re scribat ad prouincialem; quae, si illi idem videatur, tunc comuni consilio scribant ad P. Natalem, si sit in Germania, vel ad generalem, et reddant rationem quapropter illud non possint commode exequi.

Ex ordine nouitiorum, vbi erunt nouitii, accipiantur, ea primum, quae videbuntur esse accommodata nostro collegio.

Idem possit fieri ex ordine superintendentium, rectoris, ministri et subministri [1].

Index eorum, de quibus agendum est in colloquiis fratrum, proponatur publice, et [b] seruetur.

Scolasticis proponantur regulae scolarum.

---

[a] Ms. *illi*. —[b] Ms. *et et*.

---

[1] Haec intellegenda sunt de officiorum regulis a Polanco, Lainio, et Natali concinnatis, et ultima manu a Borgia donatis, de quibus frequens mentio fit in *Epist. P. Nadal*, tomo III.

56

QUAE R. P. NATALIS ORDINAUIT

IN COLLEGIO TREUERENSI [1]

Det operam rector diligentem, ut fratres modestissime agant inter sese: quod tamen [non] alia industria curabit, quam si proponat illa capita, de quibus agendum in colloquiis fratrum [2].

Curetur, ut regulae studiose obseruentur ab omnibus, et exerceantur poenitentiae, quae solitae sunt in Societate exerceri, et nulla sit exceptio, nisi subsit causa legittima et aliis aperta.

Omnes conueniant ad recreationem: etiamsi necessarium non sit, ut rector sit cum ipsis; tamen potest subinde conuenire.

Sint obseruatores orationis et examinis.

Superintendentes vero orationis sint confessarius et superior.

Et instituantur omnes, quantum fieri potest, regulis suorum offitiorum.

Accipiant facultatem confessarii eam omnem, quos destinabit Pater rector, quam accepimus a sede apostolica, quoad externos attinet; sed ea tamen lege, ut eam possit uel abrogare vel temperare rector.

Confessario fratrum dabit rector scriptum, ubi contineantur casus reseruati.

Curet rector, ut et ipse et alii dent operam linguae germanice, quantum fieri potest.

Inuitati ad conuiuia, ibit rector cum aliquo ex nostris, quando iudicabit non posse istud denegari viris quibusdam primariis: idque tamen raro faciendum erit, cureturque, ut excusentur inprimis a conuiuiis concionatores. Suo autem tempore statuetur quid hac in re faciendum erit; nam de hac re ad Patrem generalem refert Pater N[atalis].

---

[1] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, duplici fol., 302v, 303r. Haec instructio eo tempore scripta fuit, quo Natalis collegium trevirense perlustravit, scilicet, a die 6 Aprilis ad 9 Maji anni 1567. Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 467.

[2] Vide supra, pag. 337, annot. 1.

DE RECEPTIONE HOSPITUM

Videtur consultum, ne suscipiantur, iuxta constitutiones; esto tamen rectori facultas, ut in Germania, si quis videbitur posse iuuari ea industria, ut possint eum ad mensam uocare.

Curet, ut in simplicitate mentis nostri ambulent, et nil prorsus inter ipsos dissidii permittat.

Hortandi sunt auditores nostri, ut modeste et studiose agant in domibus et cubiculis suis, et consulendum suauiter, ut velint aliquam inter sese instituere disciplinam domesticam, quo tempore absint a scolis; sed de hac re nil exigendum ab ipsis, sed tantum sua voluntate et libenti animo hoc faciant.

Ne accipiantur scolastici nostri, absque uoluntate parentum, ad Societatem, et si quae sit huius rei adhibita moderatio, recipietur a prouinciali.

Legat rector diligenter annotationes, quas reliquit Pater N[atalis], et ex illis animaduertat suo iuditio, qui possit usui esse suo collegio, et illud exequatur, et scribat ad Patrem generalem, quae animaduerterit et obseruarit.

Bibatur ordinarie ceruisia ab omnibus aequaliter, nisi ex consilio medici de hac re conferet cum consultoribus, et constituet quibus diebus erit bibendum vinum et quibus ceruisia, et uidetur consultum, ne hoc inchoëtur hac hieme.

MONUMENTA PROVINCIAE FLANDRIAE

57

†

QUAE DIXIT R. P. NATALIS LOUANII [1].

Ne lis aliqua possit excitari in domum licentiati, datam nobis et amortizatam, videtur vtile fore, si curetur per eundem licentiatum vt frater eius, a quo timetur, conueniatur, et coram iudice, si oporteat, interrogetur si quid praetendat iuris in nostra domo, nos velle ei satisfacere. Hoc igitur curabitur fieri per licentiatum, et actu publico fieri securam Societatem in omnem euentum. Quod cum faciet licentiatus, intersit aliquis e nostris. Quod si nullo pacto vellet illud agere licentiatus, esset tamen curandum a nostris. Haec omnia ita intelligantur, si non sit vehemens praesumptio, quod simus maiorem tragediam excitaturi. Quod si hoc non succedat, vel fieri non possit, consulatur tamen aliquis iureconsultus celebris, quid facere possimus nos, vt eandem securitatem consequamur [2].

Ceremoniae missae seruentur secundum vsum romanum,

---

[1] Ex apographo coaevo, in parvo codice in 8.°, codici *Natal. instr. Germ.* inserto, foliis 262-273 (347-357). Hic parvus codex Romam missus fuisse videtur ex eo, quod a tergo ultimi folii scriptum est, scilicet: «Romam mittendum ex collegio louaniensi.» Totus ab uno eodemque librario litteris quidem minutis exaratus est. Ultimum folium, praeter dictam inscriptionem et hanc alteram: «Ordinationes R. P. Natalis, Louanii», nihil aliud continet. Haec instructio anno 1567 vel 1568, dum Natalis Lovanii versaretur, scripta fuit. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 496, 519 et 564. Aliqua ex hoc monumento, apud nostra *Monum. Paedag.*, pag. 833 et seqq. edita sunt, quae hic praetermittimus.

[2] Anno 1565 «collegio Louaniensi proprium tandem domicilium, de quo tandiu, tamque vehementer certatum est, ad manum, ut aiunt, emortuam iure translatum hoc anno. Senatus nulla prorsus adiecta conditione addixit.» SACCHINUS, loc. cit., part. III, lib. I, n. 87. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 310, 348, 349.

quantum fert vsus regionis. Const., cap. 8, part. 4, et decreto [93] congregationis 1.ae [1]...

Nostri non ludant globis in campis, nisi separatim ab aliis.

Vti possunt clamide, dum eunt ad campos.

Bernardus et Egidius facient actus, quia habent bursas.

Non est quod ministri aut subministri soli habeant claues cellae vinariae aut penu, sed qui est dispensator etiam habeat, cuius curae immediate incumbit earum rerum, quae in illis locis conseruantur. Ministri, subministri et rectoris est ingredi quando volunt, nam sub illorum potestate est dispensator...

Poenitentias, pro sanctis acceptas suo arbitrio, fratres exhibeant rectori, suo nomine subscriptas. Rector illas vel temperabit, vel etiam, si leuissime essent, augebit, moderate tamen, et illas facient secrete, et referent ad rectorem an fecerint.

Superior visitare interdum poterit amicos...

Pro domesticis exercitiis campana suspendatur in loco designato. Interea dum lis durat [2], non fiat executio huius rei...

Ne retineatur vacuum cubiculum prouintialis, sed habitent alii, ipso absente vel decedente: ipse tamen discedens, si quid habeat, quod non conueniat alios videre, concludat in cista.

Prouintialis nec rector comedat in cubiculo, sed in refectorio. Poterit tamen prouintialis in cubiculo comedere, quando primo veniet ad collegium, semel.

Prouintialis in victu suo seruet ordinem Societatis, scilicet, bis comedat, quemadmodum praescripsit P. Ignatius Patri Natali.

Interea cum ego rediero ex sancto Audomaro [3], videat rector, an per aliquam modestam insinuationem et gratiam monachorum martinensium possimus consequi, ut liceat nobis simplicissimum murum vel ratem illitam argilla erigere, qua prospectus et transitus facilis e nostro horto in illorum impediatur: uel curetur idem per illum, qui inhabitat, amicum nostrum...

---

[1] Cf. *Constitutiones Soc. Jesu lat. et hisp.*, pag. 136; et *Institutum Soc. Jesu* (Florentiae 1893) II, 176.

[2] De lite superius, initio hujus instructionis, memorata circa domum licentiati, sermo esse videtur.

[3] Sanctum Audomarum venit Natalis cum P. Costero in aestate anni 1567. Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 496 et seqq.

Hospitum recipiendorum non habemus consuetudinem, habemus enim regulam, quae prohibet hospites recipere, hoc est, externos homines domum et ad prandium et coenam, et lectum accipere: hospitalitas tamen non negligitur, sed amici aliquando possunt inuitari ad prandium uel coenam, etiam in refectorio, ubi ita censebit superior, et videbit illud pertinere ad aedificationem et fructum aliquem spiritualem.

Relapsi in haeresim absolui possunt, obseruata tamen conditione literarum cardinalis pisani ad augustanum; et supposito quod habeant in his regionibus facultatem a Patre generali absoluendi ab haeresi.

Nullus legat libros haereticos uel prohibitos in catalogo romano, vel utatur facultate aliqua eos legendi, nisi quam haberet a Patre generali, uel per ipsum; possit tamen rector, vel qui ab illo designabitur, aliquem librum legere, ut exploret an sit plane haereticus et prohibendus, nisi alioqui sciat; quod cum ex lectione deprehenderit esse haereticum, ne vlterius legant, sed seponant.

Separetur bibliotheca, quemadmodum P. Natalis dicit, altera secreta, altera communis.

Quemadmodum vero sint purgandi libri, indicabit scriptum, quod de ea re dedit P. Natalis.

Nouitii videntur esse separandi cum suo praefecto et coadiutore, vbi videbitur commodissimum. Poterit etiam alius, si sit necesse, cum illis habitare probatus Pater uel frater.

Vespere, si cantentur, quemadmodum hactenus factum est, ne cantentur in ipsis tres psalmi, sed quinque, secundum ritum ecclesiasticum: quare sequentur, non breuiarium nouum [1], sed antiquum usum.

Si quando cantant missam, non adhibeant diaconum aut subdiaconum, sed faciant quemadmodum Romae est consuetudo Societatis...

Quemadmodum hactenus ex literis, quas habent ad P. Adria-

---

[1] Breviarium novum a cardinali Quignonio compositum. Cf. *Cartas de S. Ignacio,* IV, 498.

num [1] ex vrbe ex commissione P. Lainez, vt possint dare facultatem rectores et prouintiales nouum officium recitandi externis, ne vtantur donec Pater generalis aliter ordinet; non enim videtur debere omnibus dari passim.

Quod factum est etiam in hac prouintia, vt cum his, qui non confitentur, dispensent in recitatione officii noui; id retinere possunt donec Pater generalis consultus respondeat. Et tamen probatur mihi quod dicunt se aliis facultatibus nullis vti, nisi cum his, quos audiunt in confessione. Cum dant tamen facultatem legendi horas canonicas ex nouo breuiario, non dent illam in scriptis facultatem et autenticam.

Qui non fecerunt exercitia, vel illis egent, primo quoque tempore exerceantur; sed ita tamen, vt eodem tempore non exerceantur tres simul, imo ne duo quidem, nisi sit necessarium...

In ceremoniis missae sint omnes conformes, et ad eam rem adhibeat P. Jordanum obseruatorem. Decret. [93] congreg. 1.ae

Lauentur peregrinorum fratrum pedes: si vero ex his, qui domi sunt, sit vtile lauare pedes, ipsi sibi lauabunt...

In sepeliendis nostris, cum necessum sit hoc tempore, quando templum non habemus, vti opera parochi, erit operae precium si conueniat rector decanum et parochum, cum primum aliquis decumbet periculose, et rogandus erit vterque, vt velint nostros sepelire simplicissime et cum minima impensa, et vt non sit necessum ipsos celebrare missam cantatam, sed voce submissa vnam, quemadmodum fieri solet pro pauperibus; significandum vero illis erit, quot missae pro singulis nostris celebrentur in Societate, etc.

Seruetur consuetudo Societatis, vt cum leuatur sanctissimum sacramentum, accendatur cereus: nec extinguatur donec veniatur ad «per omnia secula seculorum», ante «Pater noster».

Curet prouintialis, vt omnes sacerdotes easdem ceremonias obseruent, de quibus superius dictum est: et illud praeterea, ne,

---

[1] P. Adrianus Adriani (Adriaenssens), qui circa hoc tempus munere superintendentis collegii lovaniensis absolutus fuit. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 488, 504.

quoad eius fieri poterit, tempus celebrationis missae excedat dimidiam horam.

Post celebrationem missae debent quidem sacerdotes nostri, ad gratias agendas et fructum missae confirmandum, paululum orare; sed tamen non videtur illis prolixius tempus ad hoc concedendum: sat videtur fore si dimidium quadrantem horae illi orationi dent, plus minus.

Fiant ad celebrandum paruae candelae domi, empta cera commoda, et adhibito lichnio paruo ex filo bombicino: docebitur aliquis domesticus, qui sciat illas parare.

Trans primam ianuam sacelli ad leuam fiat repositorium vasorum, quibus aqua et vinum pro missis reponatur, ne sit necessum super scamna sacelli habere illa vasa, vnde fit vt fiant madida et immunda.

Nostris infirmis detur quidem viaticum sanctissimi sacramenti; et hoc quidem, cum necessario detur, potest etiam dari, si res ita cogat, non ieiuno; sed propterea non omittatur dari sacra synnaxis saltem octauo quoque die ipsis. Et in hac tamen communione obseruandum erit, ut ieiuni communicent [1], quod facile fiet si die dominico, quo die est communicandum, sint ieiuni post mediam noctem, et nihil sumant ante sanctissimum sacramentum. Itaque vel hora 3, vel 4, vel omnino post mediam noctem, si sint ieiuni, illud possunt commode sumere...

Nunciandum est franciscanis de libro Sancti Quintini.

Officium B. Mariae debent recitare nostri ex constitutionibus, nisi videbitur maiorem fructum posse accipere ex meditatione uel ex recitatione fortassis alterius orationis, quod iudicabit praefectus orationis et rector. Breuiter: hac in re seruentur constitutiones [2].

---

[1] Haec intellige de infirmis non gravi seu periculoso morbo laborantibus; nam de his, secundum communem et veram sententiam, ut ait S. Ligorius, nullum dubium quin saepius in eodem morbo possit non jejunis viaticum administrari. Cf. S. ALPHONSUM DE LIGORIO, *Theologia moralis*, Tract. de Eucharistia, n. 285.

[2] Cf. *Constitutiones Soc. Jesu lat. et hisp.*, Parte V, cap. IV, decl. B. Postea vero congregatio generalis quarta, decreto 5, statuit horam integram orationis, praeter tempus utriusque examinis, a S. Francisco Borgia, iuxta

Legantur regulae semel in mense in refectorio, vt est moris in Societate. Singuli tamen initio, cum veniunt ad Societatem, frequenter legant, et eam frequentiam iudicet vel rector vel magister nouitiorum, in qua frequentia perseuerabitur donec censeantur vsum magnum habere in regulis: deinde potest intermitti obligatio frequentiae, vt solum renouetur memoria singulis mensibus, vt fit.

Posset etiam reuocari frequentia aliqua, si viderentur vel obliti vel non esse tam diligentes in regulis obseruandis...

Ne fiat subminister nouitius, praesertim sine votis.

Tempore recreationis nullus e nostris occupetur cum commensalibus in repetitionibus.

Minister non habebit autoritatem in domum conuictorum aliquam; poterit quidem inuisere et referre ad rectorem. Rector praescribet praefecto commensalium, quod videbitur in Domino praescribendum.

Fratres ne ludant pila, quemadmodum Pater generalis respondit ea non esse ludendum nisi valetudinariis: tamen ex consilio medici poterit dispensari. De ludo damarum, quandoquidem P. Natalis dicit se non habere exemplum, consulatur Pater generalis.

Adhibeatur censor, cum fratres ludunt, siue domi, siue foris, in campis et secretius.

Videtur esse vestibulum adhibendum vltimae ianuae collegii, vt arceatur pluuia, si qui venient ad collegium, nec necessum sit illos admittere. Hoc si fiet, nihil erit quapropter mulieres etiam ad primum septum, ad quod an possint admitti mulieres consulatur Pater generalis.

Designetur pro valetudinario antiquum refectorium, quod dicimus licenciati, et alibi habeantur libri communes, nisi consultus medicus censeat locum non esse commodum pro infirmis.

Locupletetur communis bibliotheca, et non solum lexica et

---

potestatem sibi factam a secunda congregatione generali, decr. 41, introductam, omnino retinendam. Cf. *Institutum Soc. Jesu* (Florentiae, 1893), II, 248. Vide supra, pag. 250, annot. 1.

commentarii communes in philosophiam et humaniores literas, et communes doctores theologi scholastici [a], sed etiam glossam ordinariam reponant, D. Gregorium, D. Bernardum et si qui alii videbuntur, non adeo multi, qui nihil habeant admixtum vel Erasmi, uel suspecti autoris; ita paucioribus erit necessarium patere maiorem bibliothecam. Id erit iudicium Patris provintialis.

Si quas regulas habeant, quas non refecerit Pater generalis, illis non vtentur, sed nouis.

Quibus possit concedi facultas legendi libros haereticos, iudicabit et faciet Pater prouintialis ex facultate quam habet, si quam habet.

Vt est Societatis consuetudo, a prandio et a coena habeant recreationem omnes Patres et fratres eodem loco.

Non videtur honestum, vt habeat collegium virginem emptricem: meum igitur est iudicium, ut eam mutent. Quod si videatur propterea grauari collegium, quod ea sit vtilis, etc., consulant Patrem generalem, et petant ab eo, vt liceat eam habere.

Poterit reponi die jouis sancto in sacello, quemadmodum solet fieri in ecclesiis, et factum est Colloniae, sanctissimum sacramentum; et ab hora, qua repositum erit, vsque in sequentem diem et horam, qua ferri solet ad sacrarium, bini ex Patribus et fratribus singulis horis diurnis et nocturnis submissa voce dicent psalterium continenter, et, absoluta hora, ex singulis binariis, vnus recitabit illam orationem: «Respice quaesumus, Domine» etc. Pedes tamen non lauentur duodecim, etc., quia non est apud nos moris.

Ante vltimam horam antemeridianam, quam eant ad scholas, examinent conscientias suas scholastici, nam post illam lectionem non possunt, cum statim redeuntes debeant mensae assidere.

Si haberi possit extra ciuitatem domus cum horto vel campo, vbi possent recreari nostri, et habere domum paratam pro tempore pestis, quam Dominus auertat, hoc curabit prouintialis et

---

[a] Sic. Casus autem nominativi in accusativum transire debent.

rector, quae tamen domus non longius distet, quam vinea romana a collegio plus minus, quoad fieri poterit.

Obseruetur in cuius gratiam soluantur portoria literarum, et illi soluant.

An sit retinendum, vt hora vndecima cum quadrante prandeatur, et sexta cum dimidia coenent toto anno, scribant ad Patrem generalem.

Separetur cubiculum aliquod pro mortificationibus secretis faciendis.

In hyeme, cum est frigus magnum, videtur posse concedi, vt dentur carnes in magnis patinis, subiecto igne, vt ex vtraque parte mensae assideant fratres, ne si aliter faciant, statim et carnes et ius congeletur.

Ante cenam licet matutinas dicere, et ex tempore orationis praescriptae possunt mediam horam occupare in recitandis horis canonicis [1].

Libri haereticorum, qui sunt hic repositi, ne dentur his, qui reposuerunt, si repeterentur.

Pro theologis et philosophis vsurpentur illa exercitia, quae praescribunt constitutiones in 4 parte [2].

Letaniae dici possunt diebus dominicis cantu figurato post vesperas.

Si parentes nouitiorum in ingressu petunt quid sint soluturi ingredientibus Societatem, est exponendum institutum nostrum Societatis: nihil accipere Societatem pro ingressu nec pro dote, etc. Praeterea, qui ad nos veniunt, non cadent iure suo, si quid habent bonorum in seculo, donec sunt in scholasticorum statu, quod tempus potest esse plurimorum annorum, eo tempore libere posse sua bona in opera pia ex sua deuotione distribuere, nec vnquam ad illa succedet Societas aut collegium: ab ipsis parentibus nihil nos exacturos: si velint tamen sua voluntate et deuotione iuuare collegium nostrum, quod est tenue, nobis erit grata illa eleemosyna.

---

[1] Vide tamen decretum congregationis quartae supra allegatum.

[2] Cf. *Constitutiones Soc. Jesu lat. et hisp.*, parte IV, cap. VI, pagg. 128, 130.

Dominicis diebus, et propter deuotionem, et propter communionem, potest haberi sanctissimum sacramentum in medio altari decentissime tamen; sumentur particulae remanentes ab ultimo celebrante.

Non est alia ceremonia adhibenda, cum primum fiunt post biennium vota scholastica, quam quae praescribunt constitutiones et habet vsus.

Non videtur construendum hypocaustum, postquam in his regionibus non est consuetum, quod etiam est salubrius...

Si est numerus magnus eorum, qui debent exerceri in concionibus, poterit frequentius quam diebus dominicis concio haberi in refectorio.

Toni fiant dominicis diebus a scholasticis [1].

Ne admittantur mulieres ad visitandum conuictores cum decumbunt: viri possunt admitti...

Nunciis, qui ferunt pecunias, poterit aliquid penu dari aut refectionis.

Possunt recipi inter commensales, qui haberent bursas, praesertim si, post vnum aut alterum bursarium, deueniret bursa ad fundationem collegii nostri...

Petant ab episcopo parum olei infirmorum, quod possit domi haberi ad necessitatem illius sacramenti pro fratribus nostris, et habeant illud in sacello decentissime.

Vestibus suffultis pellibus vti possumus, cum non habeamus hypocausta.

Non vidit P. Natalis vsum, vt nostri eant ad exequias, officii causa, quemadmodum alii vocantur seculares: propterea ea de re consulatur Pater generalis.

Pater generalis probauit, quod erat in superiori Germania dictum: ne detur signum pro oratione vocali, sed seruetur consuetudo Societatis de pulsu ad orationis principium et finem.

Nouitii ferant suas vestes, nisi essent praetiosiores, et tantum reseruetur in omnem euentum externa vestis, id est, mantellum aut toga.

Nostri fratres non eant ad conuiuia, quae solent haberi in

[1] Quid tonorum nomine veniat, dictum est in pag. 266, annot. 2.

actibus artium, postquam hactenus non iuerunt. De conuictoribus sit iuditium rectori in hac re.

Custos melinensis non videtur hoc tempore recipiendus, cum sint tam multi in collegio, vt facile ali non possint: et tamen erit iuditium prouintialis, num poterit recipi, an sit idoneus.

Notabiles sententiae possunt repeti in mensa.

Ne fiat vsus, quemadmodum antea non fuit, legendi in mensa constitutiones: satis est si regulae legantur, etc.

Libros haereticos prohibitos, quos censebit necessarios P. Costerus ad controuersias, interpretandum aut concionandum, ex eius arbitrio poterunt retineri; sed ita tamen vt sint semper cista conclusi: nec permittant legi, nisi ab iis, qui facultatem habent legitimam: reliqui comburantur.

Notentur capita bibliorum, quae possunt offendere infirmiores, et praetermittantur, cum leguntur biblia.

Januae, quae intercedit inter conuictores et nos, pondus adhibeatur, quod faciat ut per se ianua claudatur: et diligentissime praecipiat rector illi ianitori, ne illam apertam relinquat quacumque occasione, alioqui iniungendam illi esse poenitentiam de puris naturalibus [1].

Per P. Laurentium et P. Rogerium poterunt rosaria confici eo facilius, quod habeant iam instrumentum torni [a]: tantum illud est reliquum, vt fiat nescio quod instrumentum, quod nouit et dicit desiderari P. Laurentius. Dicit etiam se scire vbi sit conficiendum apud quosdam monachos diestenses.

Praeter illam missae applicationem, quae solet fieri pro Germania singulis mensibus, esset vtile ut saltem in generali singulis missis sacerdotes omnes haberent memoriam salutis Germaniae et aliarum regionum, Galliae, Angliae, Scotiae. Et ne sit scrupulus, quasi videantur missae applicari pro haereticis, est ita intelligendum, vt pro ecclesiis [b] Germaniae et catholicis et eius augmento habeatur memoria, et nostris qui habitant ibidem.

Detur opera per prouintialem et rectorem in suo ordine, ut,

---

[a] Ms. *turni.* —[b] Ms. *eclesiis.*

---

[1] Quid hae poenitentiae fuerint, explicat Natalis infra, pagg. 415-416.

qui sunt linguae gallicae in collegio, ne illam dediscant linguam, sed potius illam ornent et poliant, etc.

Ne permittat rector, quod faciet per sacristam uel obseruatorem aliquem, vt commensales (quod faciebant) reponant pilea sua super altaria, vel ipsis innitantur...

Qui mittuntur ab vno collegio ad aliud, mittantur mediocriter vestiti et honeste. Quod si nouas habeant vestes, non erit necesse cum illis eos mitti, sed mediocres possunt accipere: et si infra mediocritatem essent vestiti, ad mediocritatem vestiantur. Hoc tamen habet consuetudo, vt superiores vestes vel talares, siue quotidianas, siue domesticas, ne secum ferant; et debent esse contenti mantello; et qui equites proficiscentur, illi nec gladium nec baculum ferant: qui pedites, possunt baculo vti.

Ne permittatur [a] consuetudo, vt cum huc ad nos fertur oleum vnctionis, praesertim cum simul adferatur sacramentum eucharistiae, vt nostri frequentes comitentur, et etiam commensales aliqui.

Quibus datur ientaculum, iis ne prohibeatur, vt illud sumant die mercurii.

Diligenter curet rector, vt celeriter et commode apponatur cibus ad mensam, ne sit diutius expectandum fratribus, et portiones fiant aequales, vt non minus habeant, qui veniunt ad 2.[am], quam qui ad primam mensam...

Dominus licentiatus boni consuluit et probauit, vt non inuitentur mulieres in eius domo, et hoc pollicitus est se facturum pro eius benignitate et charitate erga nos et Societatem: tantum illud retinuit, vt si quando veniat sororia, in eius domo possit illam inuitare: et tamen si quando haec veniat, nullus e nostris veniat ad illud conuiuium...

Quoad fieri poterit, non fiant frequentes mutationes officialium domesticorum.

Tres syndici habendi sunt; vnus vniuersalis, alius particularis recreationum, tertius fratrum quando sunt in scholis, uel quando egrediuntur pro recreatione.

---

[a] Id est: *Ne praetermittatur.*

Si qua beneficia nostris offerrentur, ad quae nullum ius habuissent antequam vouerent vota sua simplicia, ea an possint recipi consulatur Pater generalis.

In collegio louaniensi alentur ordinarie hoc tempore 27: si qui praeterea erunt alendi quacumque ratione, id fiat iuditio prouintialis: vnde illi additi erunt alendi, curabit prouintialis; non tamen propterea non bona fide curabit idem rector...

DE PERSONIS

P. Jacobus [1], rector collegii, consiliarius et admonitor prouintialis.

P. Reynerus, minister et confessarius diebus dominicis in sancto Michaële.

P. Arnoldus [2], procurator, confessarius et rectoris consiliarius.

P. Maximilianus [3] et P. Henricus [4] consiliarii rectoris.

Prouintialis consiliarii erunt: P. Maximilianus, P. Arnoldus, P. Henricus et rector.

P. Jacobus insulensis, magister nouitiorum et confessarius domesticus.

Praefecti orationis sunt confessarii, suorum; superior et prouintialis, omnium.

P. Jacobus potest distribuere bona sua post quadriennium: potest etiam illi concedi, ut aliquid emat pro sua deuotione pro nostro sacello.

Dent operam, ut habeant hortulanum rusticum hominem: alioqui qui volet esse frater, quem diligenter inquirent.

De Duras receptione nihil definiatur, donec ipse sit promotus. Interea ipse commode potest agere apud patrem, vt tandem posset recipi. Cum vero erit promotus, serio aget prouintialis cum patre de eius receptione, et liberabit se obligatione, quam suscepit de eo non admittendo: absoluto enim cursu, ipse poterit quo

---

[1] Schipman.
[2] Hecius (Van Hees).
[3] Maximilianus a Capella.
[4] P. Henricus Dionysius (Denys)?

volet ire, nec nos retinebimus eum sub ea conditione. Et fieri potest, vt ille decedat ad aliam prouintiam, etc. Interea eius habeatur cura, tanquam de fratre, et dispensetur cum ipso, vt comedat cum fratribus.

P. Godefridus retinebitur in eo oppido, vbi concionatur, donec per sanitatem episcopi possit apud illum curari ut redeat: cum redierit, dabit operam theologiae. Interea dum illic est, habeat peculiarem curam illius prouintialis, et eum committat Patri Henrico, si iuxta illum habitet.

M. Henricus dionantensis det operam theologiae: erit iuditium prouintialis, an ipse vel Seruiensis praeerit disputationibus theologicis, et doceat catechismum apud conuictores.

P. Rogerius in his rebus continebitur, quas exercet; videlicet, in audiendis confessionibus anglorum et exercitiis domesticis, et tamen curetur, ut aliquis illum doceat, vel cum illo percurrat directorium Patris Polanci.

P. Aegidii [a], propter eius praeteritum morbum et praesentem infirmam valetudinem, habeat peculiarem curam rector, non solum vt rector, sed vt medicus.

P. Jordanus occupabitur, vt solet, et tamen P. Natalis, cum primum fuerit Lutetiae, curabit illum euocandum, si aliquo pacto possit.

De magistro Harlemensi constituet rector an sit rediturus.

Pistorius prosequatur sua studia, et promoueatur, praesertim cum habeat qui faciat expensas, et diligenter foueantur eius studia.

Idem de Aegidio et Bernardo.

Idem de Malbodio: tamen erit iuditium prouintialis, an sit promouendus.

De Senel, quemadmodum de 3 superioribus, id est, Aegidio, etc.

Joannes Bredanus et Joannes Rothnacensis, si possunt ali commode in prouintia in collegio vbi legunt nostri, retineantur in prouintia: id si non possit fieri, saltem Bredanus potest mitti ad P. Antonium, illo inconsulto.

---

[a] *Aegidius,* ms.

P. Joannes Seruiensis potest prosequi suos actus, et consulatur Pater generalis an sit promouendus ad licentiam et doctoratum theologiae. Non erit praefectus commensalium: substituetur P. Christianus, et tamen ille manebit apud commensales aliquo tempore, et erit quasi consultor et quasi admonitor noui praefecti: veniet autem domum, cum primum censebitur illic non esse necessarius ad illam obseruationem. Censebit etiam prouintialis, an ille sit futurus praefectus disputationum.

P. Laurentii opera vtetur rector in conuersationibus spiritualibus, in dandis exercitiis, et promouendis in pietate iuuenibus. Ne resumat illam lectionem mathematicam, et diligenter det operam theologiae, et quoad fieri potest, non occupetur in officio fabrili.

P. Reynerus primo quoque tempore poterit mitti in patriam, et committet illi rector de Harlemensi, vt habeat eius curam, et an possit redire. Non uidetur illic debere diutius morari minister, nam breui uidebit, an possit suos iuuare; reditus reuertetur ad suum ministerium.

Nouitii perseuerent in suo nouitiatu, et habeatur eorum cura, et superintendat rector, ne fiant scrupulosi vel melancholici.

P. Arnoldus sit quidem, quod est, confessarius et procurator, de reliquis videat Pater prouintialis.

P. Christianus erit praefectus commensalium, et Patrum et fratrum, qui illic erunt, et studiosus theologiae. Idem docebit futuros logicos.

P. Maximilianus doceat priuatim, clausis ianuis, aliquid ex diuo Thoma, quod dicet P. Natalis antequam decedat, et sit praefectus studiorum omnium, quamdiu hic erit, et praesidebit disputationibus theologicis...

Seruiensis praeerit disputationibus philosophicis...

Quicquid dixit P. Natalis et ordinauit in hac visitatione, quicquid etiam fecit in hoc collegio, scribatur in libro collegii sub titulo «De visitatione», in quo titulo scribentur visitationes commissariorum et etiam prouintialium: quae autem sunt scribenda, continentur catalogo sequenti.

Confessiones generales.

Fecit adhortationes 10.

Excepit etiam alia, quae a rectoribus excipi solent, iuxta instructionem visitatoris.

Respondit ad dubia.

Dixit etiam de personis et conuictoribus.

Folium 274 nihil, praeter has inscriptiones, habet: P. Poss.° Secretario. Visit.° coll. Dionanten. P. Nat.—p. e. m. †.

58

†

QUAE DIXIT P. NATALIS

IN COLLEGIO DIONANTINO [1].

DE PERSONIS

Pater rector [2] veniet Namurcum, cum primum poterit, vt consulat medicum, tam pro se quam pro aliis, si indigent. Perseueret in suo officio, et legat illam instructionem, quae data est eis qui praesunt, vt ea vtatur.

P. Gregorius [3] faciat quae facit, donec mittatur Coloniam, et substituatur ei M. Ioannes Halenius.

---

[1] Ex apographo coaevo, in parvo codice in 8.°, codici *Natal. instr. Germ.* inserto, foliis 275-283 (358-364), ab uno eodemque librario exarato. In ultimo folio haec tantum inscriptio habetur: «Jhs. Ordinationes P. Natalis Dionanti in [?] Augusto, anno 1567.—Romae.» Pars hujus instructionis, ad studia pertinens, typis excusa est in *Monum. Paedag.*, pagg. 851 et seqq. De tempore, quo haec a Natali praescripta sunt, nullum dubium remanet, quin ea mense Augusto anni 1567 exarata fuerint, tum ex titulo supra notato, tum ex iis, quae in *Epist. P. Nadal,* III, 519, de collegii dionantini inspectione attinguntur.

[2] P. Nicolaus nominatur a Natali paulo inferius. Cognomen illius, ni fallimur, est Minutius, de quo haec P. DELPLACE in opusculo, cui titulus: *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays Bas,* pag. 4 * «Nicolas Menu (Minutius) né à Dinant en 1534, admis à Cologne en 1554, mort à Liège en 1579; il fut recteur à Dinant et à Liège.»

[3] In catalogo coloniensi anni 1563 habetur P. Gregorius Fabius, qui anno 1566 ibidem desideratur; unde suspicamur de eo hic loqui P. Natalem. Cf. HANSEN, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens,* pag. 784. Pater autem DELPLACE, loc. cit., haec de eodem: «Grégoire Lefevre (Fabius), né à Dinant, admis à Cologne en 1555, mort à Cologne en 1580.»

P. Ioannes Lamberti erit contionator in pagis et confessarius; leget lectiones sacras, quas legit P. Gregorius, postquam discesserit; leget casus conscientiae semel aut bis domesticis, si possit.

M. Ioannes Halenius docebit in classe syntaxeos; et quandoquidem non videtur sibi confidere quod possit classem illam gubernare, is, quem mittet Pater prouincialis, poterit eum iuuare, et interea, si sit necessum, P. Lambertus.

M. Ioannes Roberti exercebit se in studio priuato, et in refectorio, legendo, et concionando aliquando, vt possit expedire linguam, et possit esse vtilis ministerio collegii. Erit socius classico P. Bartholomei in vltima classe.

P. Bartholomeus perseueret in suis exercitiis, et habeat rector curam eius valetudinis et non erit necessum, vt hinc ad aliud collegium discedat. Curabit eum, ne se immisceat negotiis suorum: si velit dare sorori, donet.

P. Franciscus perseueret in suis exercitiis.

M. Gerardus Massetus perseuerabit in suis exercitiis, vsque ad renouationem: in renouatione vero solus gubernabit classem suam, quemadmodum dictum est de scolis, et etiam ante renouationem, si possit: si non possit, potius reliquenda est illa lectio hystoriographa. Sit etiam praefectus rerum spiritualium et nouitiorum P. Ioannes Lamberti.

P. Nicolaus, rector: concionator, confessarius et consiliarius prouincialis.

P. Leonardus [1], minister et confessarius et consiliarius.

Consiliarii rectoris: P. Leonardus, P. Ioannes Lamberti et P. Bartholomeus, et admonitor, minister.

P. Ioannes Lamberti erit quidem praefectus commensalium [a], donec videatur rectori moderatius tractare et maiori cum gratia;

---

[a] *commessalium* ms.

---

[1] Probabiliter hujus Patris cognomen est Villarius, de quo P. DELPLACE, loc. cit., haec annotat: «Léonard Divillers (Villarius), né à Dinant vers 1526, admis à Cologne en 1555, mort à Tournai en 1585.» In catalogo coloniensi anni 1563 idem dicitur minister illius collegii. Cf. HANSEN, loc. cit., pag. 780.

tunc enim poterit ei denunciari nomine Patris prouincialis et Natalis, nos quidem eius animum probare; sed tamen videri esse consentaneum, vt non tam seuere accipiantur commensales; nolle ipsi eam difficultatem esse diuturnam, vt semper conetur cum natiua illa seueritate pugnare. Itaque videri vt ipse quidem sit apud commensales, vt illos obseruet, quemadmodum alii solent: praefectus vero illorum sit P. Bartholomeus.

Si M. Ioannes Fys [1] libenter sit apud commensales, et videantur non impediri eius studia, ibi perseueret; si aliud videatur, substituatur Gerardus in eius locum, et non erit necessarium apud conuictores esse ministrum.

M. Ioannes Fys gubernet solus suam classem: quod si non possit, eadem ratio erit atque M. Ioannis Halenii...

Obseruetur regula Patris generalis, vt nullus domo egrediatur absque socio, praeter emptorem.

De diuisione temporis, quod datur orationi, vt mane integra hora detur orationi, quadrans ante prandium et quadrans antequam eant cubitum, quod Pater generalis scripsit seruandum, consulat Pater prouincialis Rdum. Patrem generalem: interea possunt seruare suam consuetudinem. Idem faciat Pater prouincialis de lusu pilae.

Is, qui commode pedes suos lauare non potest, quemadmodum dixit Pater generalis, potest aliquis a rectore ordinatus lauare: caeteri sibi ipsi lauare possunt.

Nec detur signum tempore orationis ad vocalem orationem, quemadmodum scripsit Pater generalis, nec praecipiatur nostris, vt diuidant orationem in vocalem et mentalem, sed dispensetur oratio, quemadmodum iuxta constitutiones debet, vt gubernetur iuxta superioris aut praefecti instructionem [2].

Consulat Pater prouincialis generalem, an debeant miscere aquam vino.

---

[1] In catalogo collegii coloniensis anni 1565 habetur inter baccalaureos philosophiae Joannes Fiis Leodiensis. In sequentis autem anni catalogo idem inter promovendos recensetur. Cf. Hansen, loc. cit., pagg. 782, 783.

[2] Vide supra, pag. 250, anno: 1.

Reficiatur calix antiquus, et fiat nouus ex argento, quod habent paratum.

Pulsetur, qua hora sit surgendum, quemadmodum fit in aliis collegiis: deinde ter pulsetur, mane, meridie et vesperi, ad orationem.

Linguam gallicam exerceant, si fieri potest, diebus dominicis et festiuis.

Obseruetur hora recreationis a prandio et a coena, et in nostris et in commensalibus, et quidem per horologium manuale, cuius cura detur discreto alicui.

Religiosi, qui non ferunt habitum, ne absoluantur a nostris, nisi ostendant dispensationem a suo superiore, neque etiam qui sunt in ordinibus, nisi honeste et decenter vestiantur de more patriae et sacerdotis cum talari veste.

Curet rector, quoad possit, vt fructus spiritualis afferatur proximo per eos e nostris, qui ad id videbuntur ipsi idonei, et ad hoc curet illos iuuare consiliis suis.

Puncta recreationis [1] affigantur in refectorio, et habeatur diligens obseruatio ne sint recreationes liberiores quam deceant.

39

P. HIERONYMI NATALIS

INSTRUCTIO P. DIDACO DE ACOSTA DATA

ANTUERPIAE, MENSE MAJO ANNI 1568 [2].

DE ORATIONE

Obseruent etiam sacerdotes, etiam praeter officium horarum, tempus orationis, sed horam cum dimidio, sicut in Italia: quod

---

[1] Id est, puncta a Natali assignata pro conversationibus sociorum in recreatione, quae quidem habentur in *Instituto Soc. Jesu* (Florentiae, 1893), III, 373. Hoc autem exemplum non omnino cum Natalis archetypo concordat ut videre est in *Cod. Vatic.* 7, pagg. 211-215.

[2] Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, duplici folio, 297r-298r (376-377). In quarta pagella haec habetur inscriptio, Patris Jimenez manu exarata: «† Quae dedit P. Natalis P. Acostae Antuerpiae.» P. Didacus de Acosta, Augusta Taurinorum Antuerpiam missus, ad hanc urbem cum P. Joanne Javier et P. Hieronymo Natali pervenit post diem 6 Maji

si consueta hora oratio vel examen fieri non potest, fiat, nec propter vllam occupationem praetermittatur tempus orationis.

DE STUDIIS

Studia sint distincta ab oratione, vt iuxta regulas primas exercitiorum oratio ad affectum et profectum internum contendat: vtatur vero intellectus operatione ad hunc finem.

Ratio studiorum P. Acostae erit eadem, quam ipse iam habuit in vsu, vt ad concionem habendam primum consideret contextum euangelii vel epistolae explicandae: deinde conferat alia loca scripturae, quae eodem attineant. Praeterea adhibeat concilia [a], si quae sint, et doctores praecipuos, et ad conciones habendas magis accommodatos. Postremo habebit meditationem ex iis, quae viderit, vnde poterit disponere suam concionem. Comparabit sibi copiam locorum ex sacris literis et doctoribus.

Quod vero attinet ad studium actionis, ipse dabit operam, vt eo omnis accommodetur, qua gratus sit auditoribus, et efficax presertim ad commouendos animos ad pietatem, his autem initiis totus sit in studiis, quae vtilia esse poterunt ad concionandum: postea consulet prouincialem, si qua possint studia adiungi.

P. Acosta erit superior, neque dicatur rector, neque praepositus.

Pater Xauier [b] curam ministri habebit.

P. Acosta praecipue occupabitur omnium cura, tamquam eorum superior; simul etiam omnium ministeriorum rationem habebit. Illius vero peculiare [officium] erit concionandi hispanice, secundo loco confessiones audiendi, conuersandi, et ad bene moriendum iuuandi, et eadem denique omnia, quae ad professos spectant.

Pater vero Xauier precipuum putabit, quod supra secundo loco P. Acostae iniungebamus: erunt subinde studia Patris Xa-

---

a *consilia* ms. —b Ms. *Xauir* hic et infra semper.

---

anni 1568, ut ipse P. Natalis Borgiae nuntiabat in epistola Bruxellis die 20 Maji data. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 593, 596. Hoc tempore haec instructio data fuisse videtur.

uier ea, quae ad huiusmodi ministeria magis accommodata videbuntur.

DE CONUERSATIONE

Erunt conuersationes, quae cum externis habentur, iuxta consuetudinem et institutum Societatis, quae eas omnes refert ad spiritualia, et ad aliquam animarum vtilitatem: dabitur igitur opera, vt quamuis cum secularibus de secularibus rebus agatur (quod saepe contingit et expedit), semper tamen aliquis fructus spiritualis inde capiatur, ex iis, quae in eadem conuersatione aguntur, ansa sumpta.

DE RATIONE VICTUS

Tametsi ratio huius domus ea sit, vt regulae omnes Societatis obseruari non possint, eo maior diligentia est adhibenda, vt earum regularum obseruatio non omittatur, quae obseruari possunt. Habeant [a] igitur distincta sua tempora surgendi, prandendi, coenandi, eundi cubitum, etc.

Portionem habeant et victum quotidianum, qualis solet haberi in collegiis Societatis; nec propter abundantiam, si qua esset, praetereant disciplinam victus quotidiani.

Habeant [b] tempus constitutum a celebratione missarum iuxta constitutiones Societatis.

Ad conuiuia amicorum non nisi raro et cum spirituali vtilitate ibunt. Ad prandium legat vnus aliquod caput noui testamenti vel alterius libri pii, qui statim poterit assidere mense; ad finem vero, ante gratias, legat aliquis martyrologium, is videlicet, qui primum finem comedendi fecerit. Sacerdotes seruent consuetudinem quotidie celebrandi, nisi sit legittimum impedimentum.

Fratres confiteantur et communicent 8 quoque die et festis solemnioribus, vt est Societatis consuetudo.

Seruetur consuetudo abstinentiae die veneris.

P. Acosta nihil aliud accipiet aut petet eleemosinae a com-

---

a Ms. *habeat.* —b Ms. *habeat.*

muni bursa mercatorum, praeter id, quod erit necessarium ad sustentationem quatuor personarum, iuxta Societatis consuetudinem: sumus enim contenti ea sustentatione. Si quid tamen extra ordinem videretur necessarium, id petet familiariter ab aliquo vel aliquibus amicis; et tamen oblata munera eorum, quae ad victum attinent, libere accipiet. Eleemosinas praeterea oblatas, praesertim vbī necessitas vrgebit, poterit accipere. In his tamen omnibus respiciet ad edificationem, et eo praesertim spectabunt, ne, cum accipiamus necessaria omnia a communi bursa hispanorum, videamur importuni collectores eleemosinarum, vel [a] alioqui notemur aliqua specie auaritiae.

Hospites e Patribus vel fratribus nostris alent sua impensa ad summum vnum diem aut alterum, iuxta constitutiones. Si diutius essent mansuri Antuerpie, necessario alent quidem ipsos, sed impensam acceptam ferent ei, cui erit bono, vt hospites sint Antuerpiae, et prouincialis iudicabit quantum soluet.

Habeant suas recreationes coadjutores.

Quae exponunt pro literis collegiorum vel prouincialis vel omnino alienis, accepta [b] referent iis, pro quibus exponunt, et curabit prouincialis, vt soluant.

Hospites tractentur in mensa quemadmodum Patres solent: hoc tamen solet fieri in collegiis, vt aliquid praeterea addatur primo prandio aut coena extra ordinem.

Si quis, etiam prouincialis, det negotium Patribus antuerpiensibus, vt libri emantur, vel aliud quippiam, de ea re scribant primum, vt intelligant quanto precio sit res emenda, vt mittant pecunias, quibus soluatur.

ALIQUA ALIA ADIECTA

Indifferenter conuersentur cum omnibus hispanis, sine vllo discrimine, aut personarum aut prouinciarum.

Cum nostri, vt tales, ab externis confessarii habeantur et eligantur, quibus tuto omnia fidi possint, est magnopere animaduertendum, ne quid eorum, quae in confessione aut ex confes-

---

[a] Ms. *si vel.* —[b] *acceptam* ms.

sione cum illis conferunt, aliis detegant, quo quis iure offendi possit.

Aequo honore omnes et habeantur, et, dum nos inuisuri accedunt, excipiantur.

Inter concionandum caueat, ne haereticos offendat, praeter quam simpliciter confirmando dogma nostrum catholicum, et id quidem quando necessitas postulabit, hocque dictum volumus, vt modi illi concionandi reiiciantur, quibus condignas poenas suscepisse proclamatur, et alii huiusmodi, quo odium potius quam edificatio excitatur.

Dum cum flandris [a] occurret conuersari, aduertat ne illos aliqua ratione offendat, sed potius charitate et suauitate eos ad veritatem inducat, neque illos vlla ratione exasperet.

Si eis aliquid cum duce aut eius curia agere occurret, id prius cum prouinciali conferat.

A tergo: † Quae dedit P. Natalis Patri Acostae Antuerpiae.

60

†
Jhs.

DISPOSITIO UARIARUM RERUM
IN COLLEGIO TORNACENSI [1].

Non inuitet fratres minister ad potum, praesertim clamans.

Nostris tempore recreationis concessum non est ludere, sed otium agere honestum ac religiosum. Nec illis permittitur ludere cum externis, quando possunt ludere, ubi scilicet intermittuntur studia...

Ne audiantur monialium confessiones, nec detur comunio

---

a *flandro* ms.

---

1 Ex apographo coaevo, in codice *Natal. instr. Germ.*, unico folio, 299 (378). Quae sunt de studiis, prodierunt in *Monum. Paedag.*, pagg. 850, 851. Tornacum venit Natalis cum P. Costero, Germaniae inferioris provinciali, die 22 Octobris anni 1567, ut ipse P. Costerus in epistola, Borgiae 31 Octobris ipsius anni data, refert. Profecti autem Tornaco die 25 ejusdem mensis, post consuetam inspectionem domus nostrae, ad S. Audomarum se contulerunt. Unde liquet hanc instructionem diebus 22-25 Octobris anni 1567 scriptam fuisse. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 801.

externis singulis diebus, et poterit illis exponi quod nec nostris sit concessum, ut frequentius quam semel in hebdomada [a] comunicent; poterit tamen illis concedi comunio, si quod in hebdomada intercedat solemne festum, quemadmodum fratribus.

Ne inuisantur mulieres; quod si ad eas est eundum, id tantum erit ad necessariam confessionem earum audiendam, ubi scilicet grauiter egrotant; sed id non facient abque socio domestico, et simul alio ex ea domo, quo vocantur.

Ne utantur amplius nostri ministerio mulierum ad coëmenda, quae sunt vsui, sed ea omnia emat emptor noster, vnus scilicet ex nostris fratribus.

Habeant singuli Patres et fratres utrasque regulas communes [1]. Habeant praeterea singuli regulas sui offitii, praesertim confessarii; eas, quae sunt date typis Romae...

Ex his, quae in mensis remanent, quae quidem ad nostrorum victum vsui esse vix possunt, potest dari elemosina pauperibus; sed utilior erit elemosina, si dabitur pauperibus verecundis, qui mitterent aliquem, cui daretur elemosina...

---

[a] *hebdommeda* ms. hic et infra.

---

[1] Id est, summarium constitutionum et regulas communes.

61

P. HIERONYMI NATALIS

INSTRUCTIONES [1].

Pag. I. †

INSTRUCTIO, QUAM ACCEPIT P. OLIUERIUS PRIMUS, COMMISSARIUS GALLIARUM, ANNO 1562 [2], SUB GENERALI PRAEPOSITO P. N. LAYNEZ, QUAE POTERIT ACCOMMODARI PROUINCIALIBUS QUANDO VISITANT.

Commissariorum non est ordinarium officium in Societate, vt decreuit congregatio prima generalis; sed extra ordinem designantur commissarii, vel generales, vel particulares; et quam-

---

[1] Ex archetypo, id est, ex *Cod. Vatic.* 7, a nobis supra, pagg. 56 et 57, descripto; quem quidem codicem, ob rationes in hujus voluminis praefatione adductas, in his Monumentis integre inserendum existimavimus. Ea tantum hic omittimus, quae, utpote ad studia pertinentia, jam inter *Monumenta Paedagogica*, pagg. 107-140 prodierunt; in archetypo autem, paginis 221-254 et 305-338, prouti suo loco animadvertemus, continentur. Cum codices 5.us et 3.us Vaticani adversaria quodammodo hujus codicis, ut in praefatione et in codicum notitia diximus, extiterint; innumeris emendationibus a Natali factis repleti conspiciuntur. Harum nonnullae in *Monumentis Paedagogicis* exhibitae fuerunt; hic autem satius duximus ab hoc negotio supersedere; nam cum P. Natalis exemplum a nobis prolatum, jussu secundae congregationis generalis, decreto 57, omni cura expurgatum et ad ordinem redactum ultimis vitae suae annis lucubraverit, parum utilitatis et multum negotii facesseret omnes priorum codicum emendationes annotare. De hujus codicis genesi, pretio, et utilitate pro primaevae Societatis historia, longius in nostra praefatione disseruimus. Codicis paginas in ipso textu numeris crassioribus indicamus. Quod ad titulum attinet, quamvis a congregatione secunda hae instructiones *admonitiones* in decretis 28 et 57 nuncupentur, a nobis titulus operi ab auctore inscriptus retinendus visus est.

[2] Sic archetypum; sed error librarii esse videtur, pro 1563. Cf. *Epist. P. Nadal,* II, 368. Notandum vero est ultimam hujus instructionis paragraphum, ubi de utilitate vel necessitate officii commissarii est sermo, additam fuisse a Natali post congregationem secundam generalem. Aliae item, post tertiam congregationem, additiones prioribus exemplis hujus instructionis inductae sunt ab eodem auctore. Ratio autem provincias et collegia perlustrandi a Natali accuratissime in hac instructione traditur; et ex illa colligi poterit ratio, quam ipse in suis perlustrationibus tenere consuevit.

uis eorum ministerium pendeat a particulari instructione generalis praepositi, possunt tamen nonnulla annotari, quae communiter iuuare poterunt commissarium. Varia quidem esse potest ratio commissariorum; de eo tamen genere, quod hactenus est in Societate vsitatum, dicetur.

Officium igitur commissarii in hoc positum est, quod ad communia attinet, (si compendio dicendum est) vt superintendat nomine generalis praepositi pro2uinciae vel prouinciis illi commissis et eorum prouincialibus et aliis omnibus vel personis vel rebus, et vniat haec inter se, et cum generali praeposito ac Societate: res vero, quas illi particulariter commiserit generalis, vt tractet diligenter.

Diuiditur autem commissarii officium in duas partes: vna est sita in visitatione: alia in gubernatione. Nam sunt commissarii, qui vt visitatores mittuntur, et, visitatis prouinciis, nullibi resident; sed redeunt ad generalem.

Alii, visitatis prouinciis, ex ipsis non decedunt.

Scripta sunt haec ante 2.ae congregationis canonem, et tamen nihil pugnant cum illo 15 canone [1]. Si videatur praeposito generali, vt post visitationem commissarius aliquo tempore resideat in prouincia, et illi superintendat, si non diutius, saltem donec ea, quae praescripsit, videat esse executioni mandata; etenim fiet 3 hoc non sine necessitate vel magni momenti vtilitate; quibus nominibus ex eodem canone alioqui commissarius, qui resideat, institui a generali potest, qui suo officio extraordinario donec arbitrio generalis causae sit satisfactum propter quam fuerat designatus [fungatur].

Commissarii visitatio ad hoc spectat, vt, iuxta institutum Societatis et generalis praepositi instructionem, intelligat, et prospiciat, num omnia, quae in prouincia vel acta sunt vel aguntur a nostris, recte et ordine habeant, vt quae bene habent confirmet, et probet, atque in melius prouehat; quae secus, vt ea reuocet ad perfecti instituti obseruantiam, quoad eius fieri possit.

Igitur antequam veniat ad aliquam prouinciam, scribat ad

[1] In editione *Instituti Societatis Jesu* (Florentiae, 1892-1893) hic canon sub n. 35 positum est; unde, forte errore librarii, 15 pro 35 scriptum est.

prouincialem eius prouinciae, vt praesto sibi sit in primo collegio, quo ipse est venturus, et illum ducet secum donec erit in visitatione illius prouinciae.

Vbi primum viderit prouincialem, ex**4**hibitis illi suis patentibus, intelliget ex ipso statum totius prouinciae.

Tum, vbi venerit ad collegium aliquod, et salutauerit fratres et Patres, exhibitis rectori etiam patentibus suis literis, interrogabit statim in vniuersum, sed priuatim, vtrumque, et prouincialem et rectorem, de statu collegii illius. Hoc vero faciet, non tantum vt in genere intelligat de rebus collegii, sed si quid sit quod habeat vrgentem necessitatem, vt statim illi rei possit attendere, nominatim vero si quis sit tentatus, ne fortasse sibi male conscius discedat iniussus, dum parat uisitationem commissarius.

Indicat missas celebrari, et orationes fieri pro collegio, et pro fructu visitationis, initio semel omnes; deinde, vt applicetur una missa quotidie, si pauci sint sacerdotes, plures, quo erunt hi plures. Similiter fiat de orationum quotidiana applicatione, et in omnibus tamen missis **5** et orationibus aliis de eadem re fiat memoria, donec sit absoluta visitatio.

Deinde primo quoque tempore habeat exhortationem, qua significet rationem suae missionis, et in frequentia Patrum et fratrum curet legi literas patentes sui officii, et simul in exhortatione curet vt omnium animi excitentur ad renouationem spiritus, et totius conuersationis religiosae perfectionem.

Accipiat deinde catalogum omnium, quotquot sunt in collegio, primum quidem in quo nomina omnium, officia et nationes explicentur.

Praeterea alium accipiat indicem, in quo explicentur facultates, vel naturales, vel etiam acquisitae, vel inclinationes, quibus sunt praediti Patres vel fratres, quo in genere sunt:

Facultas vel inclinatio: Ad concionandum. Ad legendum. Ad gubernandum. **6** Ad exteriores actiones et negotia gerenda. Ad confessiones audiendas. Ad exercitia danda. Ad spirituales conuersatione[s] habendas. Ad orandum et contemplandum.

Eodem indice exponetur:

Quantum profecerint in studiis et in quibus magis. Ad quae studia videantur magis idonei. Quas lectiones possint profiteri in scholis. Quot linguis loquantur et quas bene. Quemadmodum sciant scribere. Quantum valeant ingenio. Quantum memoria. Quam robusti sint corpore. Quam diligentes sint in studiis et officiis, vel obedientiis, in quibus versantur, et huiusmodi alia, siqua occurrent.

Tertium indicem exiget rector, quo **7** indice exponetur, quid sentiat rector de vnoquoque, quantum potuerit ex rerum experientia [cognoscere], de rebus scilicet, quae ad spiritum et religiosam conuersationem pertine[n]t, vt quam deuotus, quem fructum in oratione faciat, quam sit obediens, quam humilis, quam simplex, quam aedificatiuus, quam amator mortificationis, qua conuersatione inter fratres, an difficilis sit, an agitatus tentationibus, an firmus in vocatione; breuiter, quicquid poterit ad illius noticiam facere, siue quod attinet ad virtutes, siue ad vitia, de iis scribet in indice, etiam si secreta sint (modo ne sciantur in confessione tantum) eodem vero secreto accipiet illa commissarius. Hos indices exhibebit commissarius prouinciali, vt si quid vel praeterea vel aliter censeat, id commissario significet suo scripto.

Curabit item, vt rector exhibeat sibi diplomata, constitutiones, regulas omnes, instructiones, si quas habet **8** suorum superiorum. Breuiter, quicquid habet, quo vtatur, vel vti debeat ad gubernandum collegium suum. Haec vero propterea accipiet commissarius, vt videat inde, et intelligat quemadmodum fuerit gubernatum collegium, simul prouideat vt illi fiat copia, si quid earum rerum, quae conducunt ad gubernationem ecclesiae, non habeat. Vsum etiam omnium illum doceat commode.

Praescribat prouinciali, rectori, ministro, consultoribus et aliis nonnullis, si qui sunt, qui iudicio valere videantur, vt scribant quae ipsis videbuntur desiderari ad reformationem collegii in rebus omnibus, tam quae attinent ad collegium intrinsecus, quam in iis ministeriis, quae conferuntur in proximum, siue in templo, siue in scholis, siue in aliis Societatis ministeriis. Ex his

enim intelligentur difficultates, dubia, necessitates, vtilitates, quae ad augmentum attinent et **9** perfectionem collegii, praeter ea, quae commissarius obseruabit atque animaduertet.

A magistro nouitiorum, si fuerit in collegio, similes indices, quales diximus exigendos a rectore, exigentur de suis nouitiis. Illud item, quid desideret ipse in domo nouitiorum, si quid habeat difficultatis, si quid dubii, si quid necessitatis patiatur, si quid vtilitatis, vel ordinis melioris desideret. Similiter exiget a praefecto conuictorum vel regente, si domum habeant conuictorum gubernandam.

Exiget praeterea a rectore informationem quidem historicam sub compendio de fundatione et progressu collegii, et, si quidem illam dederunt iam ante, satis erit si post illud tempus, quo deuenit illa narratio, scribant historiam sequentis temporis et, cum superiori coniunctam, dent commissario. Si vero nullam dederint antea informationem, curabitur haberi **10** integram a fundatione vsque collegii.

Accipiat praeterea a rectore indicem redituum, vel bonorum, vel ordinariarum eleemosynarum, ex quibus, vel in collegio, vel in domo viuitur.

Intelligat, si quam litem forensem agitent, vel omnino aliquam contradictionem vel persecutionem patiatur collegium, vel domus, vel aliquis ex domesticis, vel omnino Societas in eo loco, et si quid horum habuerint, vel impendeat.

Exigat a rectore indicem eorum, qui post vltimam visitationem sunt mortui, dimissi, vel abierunt iniussi.

Item ordinem distinctionis horarum et ferculorum, quae solent mensae apponi diebus, quibus est vsus carnium, et quibus non est, et iis, siue ieiunium sit, vel abstinentia, siue non sit.

Petat sibi dari catalogum **11** consuetudinum particularium, si quas habent in collegio, et possit agnoscere rector. Has etiam ipse commissarius diligenter obseruabit, per se, per socium, per alios.

Haec, quae dicta sunt, pedetentim exigat commissarius, vnde accipiet rerum fere omnium, quae sibi vsui esse poterunt ad iuuandum collegium, intelligentiam.

Interea cum haec exigit, simul rebus gerendis et constituendis in collegio dabit operam. Et primum quidem, statim cum venerit ad collegium, ipse attendet gubernationi collegii, perinde ac si esset superintendens, et curabit intelligere totam rationem gubernationis, cognoscere omnes Patres et fratres, omnium ingenia et mores. Breuiter, quae aguntur omnia (quoad eius fieri poterit) curabit cognoscere, de quibus exiget etiam noticiam a rectore, et praescribet, vt ad **12** se referat, et det rationem eorum, quae domi aguntur, quae quidem sint alicuius momenti. Iuuet in his omnibus prouincialis.

Parabit se interim, vt possit habere examina, qualia solent fieri sexto quoque mense, quibus examinibus complectetur tempus postquam a proximo visitatore vel commissario fuerint Patres et fratres examinati. De examinibus agetur inferius suo loco.

Omnium praeterea audiet generales confessiones [1], et in ipsis accipiet rationem conscientiae, hoc vero non solum faciet in his, qui sunt renouaturi vota, sed etiam in his, qui vota non sunt renouaturi, vt nouitii, qui adhuc vota non habent, vel ea non sunt cum aliis fratribus renouaturi. Examinabit item professos et coadiutores formatos, verum suis examinibus, et eorum confessiones audiet generales, et accipiet conscientiae rationem, quamuis ii non renouent vota.

13 Habebit aliquot exhortationes commissarius in singulis collegiis, in quibus versabitur circa instituti rationem, et ea, quae incitent ad spiritus innouationem et renouationem totius religiosae conuersationis in melius et perfectius; attinget vero illa particulariter, quae reformatione egere videbuntur, si publica fuerint.

Interea dum examinat Patres et fratres, ex eorum responsionibus colliget opportune, quae ipsum iuuare possint ad reformationem collegii, et ea separatim scribet in suo quaternione. Obseruabit etiam ipse omnia, quae aguntur in collegio, et quae

[1] Decreto Clementis VIII, 26 Maji 1593 dato, «non licet Superioribus Regularibus confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint; aut ipsimet subditi *sponte* ac *proprio motu* id ab eis petierint.» *Instit Soc. Jesu* (Florentiae, 1892-1893), I, 550.

videbuntur esse annotanda, et iuuare posse ad reformationem, in eodem quaternione, in quem referet omnia, de quibus ipsi erit agendum, ad ordinationem et constitutionem collegii; et huic quaternioni locupletando dabit operam aliquot diebus, donec videatur ipsi satis esse inquisitum ad collegii **14** ordinationem. Ad eundem referet ex omnibus informationibus, quae videbuntur notatu digna, et ad reformationem collegii vtilia.

Igitur, vt plenius res omnes possit intelligere et colligere, qua ex parte collegium vel domus sit iuuanda, visitabit sacristiam et altaria, et calices, et omnia alia, quae ad cultum diuinum attinent, intelliget et de concionatore et confessariis quemadmodum se gerant, de missis quemadmodum celebrentur, de conuersationibus, quae habentur cum externis, siue in templo, siue etiam alibi.

Visitet bibliothecam, et omnium cubiculorum libros, et scrinia, et animaduertat siquis aliquem habeat librum prohibitum, uel curiosum, et omnino siquid curiosum. Haec si per se non possit, curabit per alium. Nominatim vero visitabit per se cubiculum prouincialis, rectoris, et ministri, et obseruabit num aliquod, **15** quod videabur curiosum esse, illi habeant in cubiculis suis vel superfluum. Visitet culinam, penarium, cellam vinariam, partes omnes domus obseruabit similiter.

Visitet omnes scholas et audiet omnes professores, intererit etiam disputationibus, vt facilius intelligat quid possint nostri in studiis. Interrogabit vero nominatim praefectum studiorum de lectionibus et studiis, an satisfaciant praeceptores nostri scholasticis, et quantum fructus capiatur ex lectionibus et exercitiis literariis.

De ecclesia item et ministeriis, quae in ecclesia praestantur, interrogabit nominatim praefectum ecclesiae.

De rectore et prouinciali, etiamsi in examine omnes interrogabuntur, tamen de prouinciali nominatim sunt interrogandi rector et illius consiliarii; de rectore prouincialis et consultores, tum prouincialis, tum rectoris.

Inuestigabit quemadmodum, non solum **16** prouinciales, rectores et ministri suo officio fungantur, sed etiam omnes, quotquot gerunt domi officia aliqua, quemadmodum illa gerant; et

id quidem iuxta singulorum regulas, et studebit dare singulis commodas instructiones uel declarationes.

Intelliget si quid, post vltimam visitationem, venditum fuerit ex rebus mobilibus, vel forte immobilibus, et hoc magna diligentia inquirat.

Curabit etiam intelligere, si quid mutuo vel commodato dederunt vel acceperunt rectores.

Indicem, quem habent rerum omnium, quae vel domi sunt, vel in sacristia, vel in ecclesia, sibi iubebit exhiberi, cui iubebit addi, siqua fortassis fuerint, quae in indicem redacta non sunt, et quoad eius fieri poterit, obseruabit an aliquid desit; quod si desit, intelligendum est an ea, quae desunt, consumpta sint, an vero alienata quoquo pacto. **17** Accipiet exacte rationem dati et accepti, et dabit operam, vt rationes dati et accepti clare et distincte in libris ad hoc paratis conscribantur.

Haec omnia cum abseruauerit et annotauerit, colliget sese ad rerum dispositionem; in omnibus autem, quae videbuntur egere reformatione aliqua, iuxta rationem instituti Societatis, praescribet quae sibi videbuntur praescribenda, consultis prouinciale, rectore, et aliis consultoribus, vel etiam officialibus, si ita ipsi videatur, in his, quae ipsi videbuntur momenti alicuius esse, et de quibus consulere debeat. Haec cum praescripserit, considerabit iterum ipse, et emendabit, si quid occurret emendandum. Deinde dabit consideranda prouinciali et rectori, vt libere de illis censeant, et rursum emendabit, si quid videatur; quae cum fecerit, illa communicabit prouinciali et rectori, et iubebit **18** exequi; illa praesertim, quae generali praeposito non erunt reseruata. Quod si ipse posset commode esse praesens in illarum rerum exequutione, quae constitutae erunt, illud esset melius et optabilius; quod si non possit, dabit negocium prouinciali et rectori, vt omnia mandentur exequutioni, se absente, et referant per literas ad ipsum quod fuerint executi. Quod si quid occurreret prouinciali, vel, hoc absente, rectori, in executione ipsa, quod difficilius videatur, vel aliquam incommoditatem secum adducere videretur, pleno iudicio rectoris et consultorum (quemadmodum in aliis scriptis dictum est) licebit rectori inter-

mittere executionem rei, et referre ad commissarium simul et prouincialem.

Ad totam rationem visitationis iuuabunt commissarium ea, quae habentur **19** ad finem officii prouincialis; deinde ea, quae in scriptis et instructionibus Patris generalis et P. Natalis continentur. In primis vero constitutiones, decreta congregationis, regulae, traditiones, consuetudines Societatis, iuuabunt commissarium in tota administratione sui officii.

Curabit commissarius, vt emantur libri, si qui sint necessarii, vel alioqui quibus viderit egere collegium, vel ad studia collegii fore utiles, etiamsi non videantur necessarii.

Examinabit, quibus libris spiritualibus vtantur fratres, et curabit vt vtilibus vtantur; de his libris iudicabit, adhibito aliquo censore, si ipse eos non possit legere, vel alioqui non norit.

Intelliget si qui sint idonei ad professionem vel trium, vel quatuor votorum, vel vt fiant formati coadiutores vel spirituales vel temporales, et si quidem particularem habet facultatem **20** a Patre generali, vt illos promoueat, id poterit facere, modo illud consultissime faciat; quod si quid compertum illi non sit, consulat generalem praepositum.

Videbit si qui declarandi sint scholastici approbati, et id ipse poterit; exequetur vero per prouincialem, vel etiam rectorem, vel illud ipsis committat, quod rectori potest [?] prouinciali[s] [a].

Idem animaduertet, si qui promouendi videantur in artibus, vel theologia, vel ad ordines ecclesiasticos; et si qui e nostris sacramentum confirmationis non acceperunt, eos primo quoque tempore confirmandos curet.

Aget de fundatione plena collegiorum eorum, quae iam principium acceperunt, tum etiam de nouis collegiis fundandis, qua in re sequetur Patris generalis commissionem peculiarem, si quam habet; si non habet, curabit intelligere eius voluntatem in his negociis: et interim agere quidem de fundationibus poterit, nihil tamen concludere, **21** nihil polliceri inconsulto Patre generali.

---

[a] Haec 8 verba Nat. addidit subobscure.

Dabit operam, vt in singulis collegiis habeantur diplomata Societatis, constitutiones, regulae, decreta congregationis generalis, instructiones Patris generalis et commissarii et prouincialis, etiamsi de horum duorum ipsius erit iudicium, quaenam sint obseruandae.

Videat in rebus omnibus, ne quid ita dicat, vel praescribat, quasi illud a se pendeat immediate, et non exequendum et dirigendum sit per ordinarios superiores, ex quibus immediate omnes dependere debent, sed de his dicetur in sequentibus. Illud vero ne omittat, vt quicquid praescripserit in collegiis, vel dixerit, quod ad ordinem aliquem dandum attineat, eius et ipse accipiat exemplum, et mittat ad generalem praepositum, non solum relinquat rectori et prouinciali.

Haec fere sunt generalia. Illa autem particularia in visitatione, et peculiariter curanda, primum, vt ab omnibus **22** rectoribus exigat commissarius rationem visitationis praecedentis commissarii, et eorum, quae singulis scripta reliquit, vel praescripserit; si autem non erunt executioni mandata, curet mandari, vel scribat ad generalem, quare intermissa sit executio. Similiter faciet de visitationibus prouincialis. Secundum, vt, quas res accepit in instructione Patris generalis agendas, eas agat diligenter.

Quae hactenus dicta sunt, ea attinent ad visitationem, secundum instituti Societatis rationem, quibus vtetur commissarius, si nihil aliud quam visitat prouincias; et tamen, quoad est in ea prouincia, vel in prouinciis eiusdem nationis, gubernatio ab eodem debebit pendere, si generali videbitur: vt erat vsus tempore P. Ignatii, P. Laynis, et P. Francisci, generalium. Semper autem, siue dum visitat commissarius, siue dum adhuc nationis vnius prouincias gubernat, omnia pendebunt a generali praeposito, ad quem omnes prouinciales, rectores, consultores similiter scribent, atque antea solebant, frequentius **23** etiam, si volent, siue iam absoluta visitatione, siue alioqui extra ordinem missus: quod fieri etiam poterit post decretum $2.^{ae}$ congregationis, vt est superius annotatum.

Quando vero residebit in prouinciis commissarius, quae sub-

ditur, gubernationis rationem sequi poterit, praeter illa, quae peculiariter a praeposito generali ipsi committentur.

Officium commissarii, quod ad gubernationem attinet prouinciarum, positum erit in directione atque actuatione prouincialium in suis officiis, et per illos vt praepositi locales, rectores, praefecti probationum, et alii, qui gerunt officia, in suis item officiis actuentur. Extendetur etiam eius cura in omnes personas prouinciarum suarum, praesertim si ab vna in aliam prouinciam sint mittendae, et ad omnes domos, collegia et ministeria Societatis, modo immediate sinat illa omnia per suos superiores gubernari, et possint omnes ad eum referre, quae velint, tamquam ad superiorem mediatum et supremum citra generalem. Spectabit vero commissarius, vt prouinciales omnes et prouinciae inter se vniantur, et cum generali praeposito, et Societate ad maiorem gloriam Dei, plurium animarum **24** salutem et perfectionem, et Societatis augmentum.

Sub eius directione prouinciales suis officiis fungentur pleno iure; itaque non erit quod commissarius gerat officium prouincialis in aliqua prouincia, sed suum in prouinciales.

Intelligat se in prouinciis, praeter alias causas particulares, propterea versari quod multa soleant esse, quae tam facile per absentem generalem gubernari non possunt, vel de quibus responsum a generale praeposito absque iactura aliqua expectari non potest.

Igitur generalis praepositi vicem et eius personam ita geret in prouinciis, vt in iis, quae nullus prouincialis poterit, et quae videbuntur ab ipso absque generalis praepositi responso praescribi posse et debere, ea praescribat. De aliis expectet generalis praepositi iudicium et voluntatem. De rebus tamen omnibus, et tota ratione **25** gubernationis referet ad Patrem generalem.

Quod ad particularia attinet, praeter instructionem particularem, quam acceperit a praeposito generali, erit eius cura inuigilare, vt ea executioni mandentur, quae ex sua vel proxima alterius visitatione erunt executioni mandanda in domibus vel collegiis; vtatur vero ad gubernationem et superintendentiam in omnes prouincias ea rerum intelligentia, quam collegerit ex vi-

sitatione, praeter eam, quam ex literis absens accipere poterit. Curabit item vt ea agantur, quae praescripsit agenda generalis, quibus de rebus eum docebit idem generalis.

Erit commissarii in suis prouinciis instituere, vel mutare rectores et prouincialium consultores, eiusque rei rationem explicabit praeposito generali. Quod vero ad rectores et praefectos probationum attinet, illud obseruet, vt, si commode expectari possit generalis praepositi sententia, non antea **26** illos instituat, quam accipiat praepositi generalis iudicium et praescriptum.

Mutationes fratrum ab vna prouincia in aliam, si inter se bene prouincialibus conuenient, poterunt facere prouinciales, non contradicente commissario, sin illis inter se non conueniret, commissarii erit mutare nostros ab vna prouincia in aliam et necessitatibus collegiorum etiam ex aliis prouinciis prouidere; sed eius erit animaduertere, ne cum iactura id fiat eorum collegiorum, vnde erunt mutandi.

Eiusdem etiam erit curare ne, propter collegiorum vel domorum indigentiam, vel personarum abundantiam, omittatur diligens cura et feruens studium promouendi idoneos ad Societatem, vel receptio quorumcunque, qui apti videbuntur ad Societatem. Hoc faciet, si prouideat vt ab vna prouincia in aliam sui officii mittantur recepti, vel omnino in alias prouincias, vel Romam selecti vel si det operam, vt diligentius exquirantur **27** eleemosynae, etiam extra ordinem, ad nouos nouitios sustentandos.

Bullae apostolicae vel breuia, si qua mittantur ex Vrbe, vt solent aliquando pro nostris negociis, non praesentabuntur, vel illorum vsus non erit in prouinciis, sine commissarii approbatione; quod si periculum esset in mora, nec posset esse recursus ad commissarium commode, consultis peritis, satis erit prouincialis consensus.

Nulla lis forensis inchoëtur, vel continuetur, sine eius approbatione. Auctoritatem ineundi contractus habebit a generali commissarius, iuxta rationem decreti congregationis generalis.

Aget ipse de fundatione collegiorum, quas tamen non consummabit absque consensu expresso generalis praepositi. Quod

si de fundationibus agant prouinciales, de iis ad commissarium referent.

De distributione bonorum, quae dantur a nostris Societati, non fuit quidem improbata ratio, qua vsus est Pater Ignatius, **28** et P. Laynes; verum aliam sequi placuit 2.ae generali congregationi et 3.ae Ex his igitur si facienda erit huiusmodi distributio, ad commissarium referent immediate prouinciales; ille, vel referet ad generalem, exponens quid ipse sentiat, vel omnino constituet, si eam habeat facultatem.

Curabit commissarius intelligere, quid agatur in singulis collegiis vel domibus, quod faciet si frequenter curet recipere literas a prouincialibus, praepositis domorum, rectoribus, praefectis probationum, et consiliariis, vt cum absens intelliget de tota ratione gubernationis, possit absens, si quid melius prouidendum dirigendumque est, id facere, vel ad necessitates iuuandas, quae accidere possunt, occurrere, et sua praesentia prouidere; quam frequenter vero sint ad ipsum scripturi, quos supra nominauimus, ipse iudicabit, pro rerum indigentia.

Habebit commissarius omnes gratias et **29** facultates Societatis pro se, et poterit nominare quos volet; illis autem, quos nominauerit, communicet Pater generalis, quas ille designauerit facultates vel gratias, hac tamen lege vt illis vti non possit, nisi quibus et quoad censebit commissarius; vel eo absente prouincialis, vel, ex huius commissione, etiam rector.

Plena authoritas recipiendi et dimittendi a Societate erit commissarii in suis prouinciis, quae non faciet vt suam non habeant prouinciales: sua vtantur: sed poterit tamen commissarius hac vti facultate non impediendo illorum. In dubio etiam ad commissarium referent prouinciales. Simul ipsis licebit, si quos non poterunt dimittere, et iudicabunt tamen dimittendos, mittere ad commissarium.

Consultores commissarii erunt: socius eius, tum prouincialis, apud quem erit, et praepositus domus, vel rector collegii, vel praefectus probationis, cum consultoribus eius loci, vel omnibus vel selectis.

Ad commissarium referent prouinciales, **30** si qua inter ipsos

erit vel controuersia, vel difficultas. Referent item, si quid habeant difficilius, et de quo sibi non constet, etiam consultis suis consiliariis, praesertim si tam graue non sit, vt ad solum generalem videatur scribendum. De quo tamen, si periculum est in mora, respondere poterit commissarius: rectores suas difficultates referre poterunt ad commissarium; sed ita tamen, vt de ordinariis consulant prouincialem. Si quid tamen, vel de ipso prouinciali habeant dicere, vel si quid sit, quod non possent ab illo consequi, de iis apud commissarium agere poterunt, vel praesentes verbo, vel absentes per literas.

Quod licet rectoribus, idem praepositis localibus et praefectis probationum intelligitur licere; poterit hoc extendi ad ministros et consultores.

Priuatis non permittetur quoties velint scribere; sed, si quid ipsos vrgeat molestius, vbi nihil reperiant subsidii per **31** confessarium, rectorem vel prouincialem, vel si quid sit, quod non facile dici debeat rectori vel prouinciali, tunc, ex consilio confessarii, poterunt ad commissarium scribere.

Haec dicta sunt de 2.ª ratione commissarii, quae tamen magna ex parte pendebit ex propria instructione generalis praepositi, pro exigentia negociorum, quae occurrent. In gerendo autem ministerio, illud imprimis et aduertet et curabit commissarius, vt in rebus omnibus conseruetur in summa, id est, in sua existimatione et auctoritate, praepositus generalis [a].

Video hanc 2.am rationem commissarii videri posse non necessariam: et quae prouincialium imminuat authoritatem, quae esset potius illi[s] augenda. Scio hoc: sed illud simul considero, non temere 2.am congregationem reliquisse hanc libertatem generali praeposito huiusmodi commissarios, qui continuum et quasi ordinarium officium gererent, non esse quidem in posterum constituendos: sed posse tamen cum necessitas vel vtilitas magni momenti, de iudicio generalis, illud officium requireret, constitui etc.; vt habetur **32** xv decr. [1] 2.dae congregationis ge-

---

[a] Quae sequuntur, addita sunt ab altero librario, Natalis nomine.

---

[1] In ms. quidem 15; in editione autem typis excusa est decr. II.

neralis: fortassis ea est futura aliquando vtilitas, vt praeteriri non debeat huius officii vsus. Vtinam necessitas nunquam adigat!

33 INSTRUCTIO PROUINCIALIUM

Curent prouinciales vt omnes omnium Patrum et fratrum facultates naturales ac etiam supernaturales habeant exploratas, et eas praesertim, quae ad ministeria Societatis obeunda sunt vtiles.

Et, quoniam danda erit rectoribus item sua instructio, nullus miretur si quando contingat aliquid legi in vtraque. Id enim consulte fiet, vt prouincialis, si quid curandum sciat, rector, quid agendum.

Exerceant pleno iure suum officium, pendeat tamen a commissario, siquis fuerit, in his, quae erunt illi commissa.

Obseruent arcas et cameras rectorum, si quid curiosum habeant vel superfluum.

Obseruent eorum victum, vestitum, seruitium, laborem vel remissionem.

Res, quae sunt maioris momenti, non scribantur ex prouincialium commissione, sed ipsimet vel scribant, vel saltem subscribant. Quae vero scribent ad praepositum generalem, omnibus subscribent.

34 Animaduertant solicite quemadmodum vtantur facultate, quam acceperint a generali, ineundi contractus; et quos inierint, eorum reddant rationem Patri generali.

Habeant catalogum omnium fratrum ac Patrum singulorum collegiorum, ac plenam singulorum informationem vel notitiam, tum rerum publicarum, tum etiam secretarum. Sint igitur ipsis penitus omnes noti. Verum, quae secreta erunt, magna cura secreto contineantur, et ita scripta, si quidem scribere illa conueniat, vt alii intelligere non possint. Dicuntur vero secreta, quae vel solus nouit prouincialis extra confessionem, vel quae ad ipsum secreto sunt relata, et alioqui ipse pro secretis habenda censet. Nam, quae sub sigillo confessionis sciuntur, de iis hic non agitur.

Cum omnium rectorum curam gerant prouinciales, tum eorum praecipue, qui noui sunt, nec vsum habent exploratum gubernandi, singularem curam gerere debent. His enim praescribendum est **35** vt frequentius scribant, ac de tota ratione gubernationis referant ad prouincialem, nec quicquam nouae rei inueniant vel addant consuetae rationi gubernandi absque consilio prouincialis; de nouo item rectore creb[r]ius scribant ad prouincialem consiliarii, quo actiones rectoris sint prouinciali compertiores.

Prouideat prouincialis, vt totam rationem gubernandi, omnem peculiarem modum, et instructionem det successori suo rector, qui suo munere est perfunctus. Tantumdem prouincialis faciet successori suo de suo munere. Accuratissime dent operam prouinciales, vt celebrentur missae, cum pro fundatoribus, tum etiam pro defunctis Societatis Patribus et fratribus. Si id iam non fecerint, Romam mittent primo quoque tempore prouinciales fundationes, annuos census, et vniuersas obligationes collegiorum, quoad poterunt, autenticas.

Curam gerant prouinciales diligentem Patrum ac fratrum, qui iam **36** diutius in Societate versantur, quos praecipue iuuare studebunt, sicubi negligentiores, vel liberiores fierent, quo possint ad perfectionem contendere, idque primo facient secretis admonitionibus; deinde, si opus fuerit, aliis etiam modis.

Quod praescriptum fuerit a commissario vel visitatore, ac executioni datum, non mutabunt prouinciales seu commissarii alii, Patre nostro generali inconsulto. Quod autem ad reliqua spectat, quae in vsu adhuc non sint, curent prouinciales vt ea mandentur executioni: nisi occurreret aliquid de consilio suorum consiliariorum, vnde pleno iudicio censeret rei alicuius executionem esse suspendendam. Tunc enim poterit ea lege illius rei executionem suspendere, si de re tota, quam primum fieri queat, Rdum. Patrem nostrum generalem reddant certiorem.

Inter alia maxime studeant prouinciales, rectorum, confessariorum, **37** procuratorum, emptorum ac eorum, qui negocia collegiorum exterius gerunt, perspectas habere conscientias: moneantque rectores ac instituant, vt idem ipsi faciant in suis collegiis.

Deligant sibi quosdam e Patribus, vel etiam fratribus, quibus fidem adhibere ac sua concredere secreta possint, quos habeant coniunctissimos, ac secreto vtantur opera eorum, pro cuiusque facultate, talento atque habilitate, ad alios, si qui occurrerint, iuuandos. Eorum tamen, quoad eius fieri poterit, familiaritatem dissimulent prouidenter.

Caueant ne rectorum auctoritatem infirmam efficiant prouinciales, aut minuant, sed illam stabiliant atque etiam augeant, quoad licebit et res patietur.

Ne rogetur confessarius de eorum vita, quorum audit confessiones. Nam si quid vitii attingat, vel opinionis sinistrae, periculum est ne integritatem laedat sigilli, vel facile non effugiet illorum offensionem, de quibus **38** respondet: sin nihil aliud quam illos laudet, facile intelligetur non multum habere authoritatis eius dictum, qui de uirtutibus potest respondere, non de vitiis.

Quod secreto de Patribus vel fratribus intellexerint superiores, in iis secreto [a] dent operam, vt eos iuuent, nec illorum, quae secreto norunt, aliquid prae se ferant interim.

Quod si id non prodesset, legitime [b] ad alia remedia procedendum erit, de quibus alibi est traditum.

Habeatur pro crimine grauissimo (ut est) murmurare de superiore: et quidem casus iste reseruandus est, et vna ex causis quapropter excludi quis a Societate possit, et debeat, praesertim si scandalum inde aliis fieret; quare constanter est extirpandum.

Curent prouinciales, ne quisquam de instituto regulisue, aut de superiore iudicium ferat ac tractet vel disputet, sinistre dubitando, scilicet, vel **39** omnino in malam aliquam partem: ii vero, quibus tales in mentem venirent cogitationes, hoc ipsum pro graui reputent tentatione aduersus vocationem, aut certe contra eius executionem; quas si vicerint diuino auxilio, Deo dent gloriam de victoria, sin pergent esse molestae, de illis referent ad superiorem, seu consiliarios, eorumque stent [c] sententiae. Caeterum cum primum prouincialis vel consultores aliquid huiusmodi deprehenderint, praesertim aduersus institutum et Societatis re-

---

[a] *secro* ms. —[b] *letigime* ms. —[c] *stet* ms.

gulas, ad generalem dent ea de re literas, si res grauior videatur: sic certior ac securior habebitur rei controuersae intelligentia, quae tandem a generali praeposito accipienda est sub summo pontifice. Interea silentium et secretum indicatur ea de re grauissimis verbis et seuera disciplina, et praecipiatur vt suspendant iudicium plane, qui in hoc vitium inciderint. Quod **40** si quis esset deploratior, pro eo vtendum admonitione illa erit, quae inferius ponitur pro deploratis fol. [55].

Curent prouinciales vt omnes obliuiscantur praeteritorum (ut D. Paulus docet), ac se ad anteriora perfectionis extendant [1] intense, progredianturque strenue magis in inchoata diuini obsequii via. Itaque requirant ab omnibus maiorem virtutem spiritus, et feruorem deuotionis et obedientiae exactionem, et vitae totius spiritualem renouationem: obseruent autem eum, qui ita non procedit, et attendant illius emendationi.

Nullus superior locum audiendis confessionibus ita sibi proprium ac singularem delegat, vt is, qui forte confessionem ibidem audiret, prouinciali vel superiori adueniente, loco teneatur cedere.

Animaduertat prouincialis, quando de aliis superioribus ad ipsum aliquid refertur, ne rem aggrauet coram **41** relatore, ne sit causa contentionis maioris inter subditum et superiorem, vel eius authoritatem ne infirmiorem efficiat; sed defendat potius illum, si res patitur, excusando aut significando se plenius intellecturum, et rem quidem notabit et reprehendet, si excusari non possit, nondum tamen de homine iudicabit: curet autem ne facilem se praebeat ad credendum quicquid aliorum relatu aut delatione de aliis audierit.

Erit autem opere pretium, atque adeo necessarium, animaduertere, ne subditi suos superiores calumnientur: neque facile cuiuis in ea re credendum est. Haec cum ita sint, prouideant tamen prouinciales circumspecte ac diligenter in primis, vt superiores suos defectus emendent. De eorum etiam vita et conuersatione interrogent in visitatione, tum alias, si videatur vtile futurum, non solum consultores, sed alios etiam, si qui vtiliter rogari poterunt.

---

[1] «quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quae sunt priora, extendens meipsum», PHILIP., III, 13.

42 Prouincialis est efficere, vt omnes, qui in prouincia sua aliis praesunt, efficaciter suis fungantur officiis: ac illi in primis, quibus ipse prouincialis praeest immediate, quibuscum agere amplius quam cum aliis debet: omnium animos in Domino erigat, consoleturque, peculiariter vero eorum, qui auxilio magis egent; sit itaque refugium, non his solum, sed omnibus, quotquot in sua prouincia viuunt, debita suauitate, dispensatione, prudentia, ac vigilantia, omnium aegritudinibus medeatur. Vltimum autem diligentiae genus erit statuere num, qui ita aeger est animo, sit in Societate retinendus, an dimittendus potius, seu ad generalem ablegandus, aut xenodochio et pauperum seruitiis ad probationem destinandus. Itaque singulari prudentia exploratum habere studeat, qua ratione optime in Domino possit cum vnoquoque agere, sua proportione et gradu.

43 Diligenter circumspiciendum est, si qui idonei videantur futuri, quibus primaria Societatis officia tuto possint in aliqua prouincia committi suo tempore, cuiusmodi sint praepositi, rectoris, ministri, nouitiorum praefecti, et eius, qui valeat exercitiis spiritualibus alios pro more Societatis instituere, concionatorum, confessariorum, procuratorum, lectorum. Sumendum autem de huiusmodi experimentum esset, committendo illis nonnunquam negocia, in quorum expeditione possit aliqua accepti talenti significatio accipi. Hac tamen in re illud est cauendum, ne a studiis suis vel alioqui necessariis occupationibus propterea amoueantur, neue eorum magnam faciant iacturam. Hoc autem specimen facilius capi de his poterit, qui consummatis studiis exercentur ad ministerium.

Habeat apud se prouincialis summorum pontificum diplomata omnia, constitutiones Societatis, decreta generalium congregationum, regulas omnes, tum suas, tum **44** aliorum officiorum, instructiones commissarii, et quae generalis praepositus ad quaesita responderit prouincialium; sciat consuetudines et traditiones Societatis approbatas, et quicquid iuuare eum possit, quo perfectius suo fungatur officio.

Ex instructionibus, quas acceperit prouincialis, quae censuerit expedire collegiis suae prouinciae, communicet rectoribus,

reliquas apud se retineat; instructiones vero, si erunt conscribendae, curet vt per eum, quem habeat probatissimum, exscribantur.

Ne prae se ferant superiores, si sciant vel coniectent, se esse delatos ad prouincialem vel commissarium vel generalem, animi se concepisse offensionem erga illos, qui ipsos detulerint: curent etiam diligenter, ne illam concipiant, et sciant id non esse hominis religiosi, sed grauem tentationem.

Nullo pacto aperiant tentationes fratrum superiores externis; eas enim nec domesticis debent.

45 Prouinciales duplicem animum induant ac tueantur: particularem, quo prosint suae prouinciae, et vniuersalem, quo vniuersae Societati.

In collegiis, vbi nostri non possunt studiis grauioribus incumbere, nutriri poterunt commode, modo in disciplina nouitiatus exerceri possint vtiliter.

Qui in ministeriis domesticis exercentur, nouitii proficere aegre poterunt, nisi eo sint numero, vt possint simul et officia domestica obire, et regulas nouitiorum obseruare.

Obseruare quidem poterit, ne nostri diebus dominicis vel festis iter aggrediantur: non tamen est necessarium. Quod si scandalum timeretur, huius rei iudicium sit penes prouincialem cuiusuis prouinciae, idque rectoribus committetur.

Curet prouincialis, vt admittantur omnes ad Societatem, qui apti videbuntur, etiamsi collegium, ad quod **46** accedunt, numerum haberet suum fratrum completum. Nam tanquam in depositum ibi poterunt aliquandiu recipi, donec prouincialis vel commissarius constituat, quo erunt mittendi; quod si non haberet collegium illud, vnde eas expensas sustinere posset, collegia illa, quo mittentur, soluent expensas et viaticum. Id si ne haec quidem collegia possint, aliunde tamen curabit prouincialis dissolui, vel ex eleemosynis; postremo vbi alia [ratio] inueniri non posset, contribuat tota prouincia. Hoc igitur diligenter animaduertat prouincialis, et curet ne rectores fiant tepidiores ad recipiendos nouitios. Haec dicta erant antequam essent domus probationis institutae. Nunc igitur longe erit facilior illa ratio; quod si domus

probationum capere non possint tam multos, ad eos alendos contribuant alia collegia. Poterunt etiam distribui nouitii antiquiores in domus professas, vel in **47** collegia, quae possint illos alere; poterunt etiam mitti in alias prouincias, etiam Romam ex praescripto generalis praepositi. Haec propterea dico tam solicite; deerimus enim Dei gratiae, si quos videmus vocatos esse a Deo ad Societatem, eos, per angustiam animi, vel difidentiam quandam, non audeamus recipere.

Diligenter animaduertat prouincialis, vbi ea ad se referantur, quae proprie ad rectoris, vel omnino ad superiorum ordinariorum officium attinent, vt illa, si fieri possit, per se non agat, sed per ordinarios. Continget enim nonnunquam si secus faciat, ipsum errare: verbi gratia: si quis a prouinciali peteret facultatem domo exeundi, et ipse concederet, inconsulto rectore vel ministro, posset error contingere, et periculum, quamuis alioqui ex his, quae ad aliorum officia proprie attinent, nonnunquam conueniet aliqua agere **48** praesentem prouincialem per se vel alio nomine, vel vt praescribat rectori, quemadmodum sit officium suum gubernaturus, et ea functione reformet collegium. Alias nihil aget in aliquo collegio, vel eorum, quae ordine geruntur, vel eorum, quae extra ordinem, vel praesens vel absens, quin ea exponat rectori, et per eum gerat, quoad res patietur ipsa, ne minor sit vnio et subordinatio ad rectorem, et fiant in illis rebus exemptiones ab immediato superiore, quae esse solent vulnera congregationum; huius rei tamen exceptio aliqua fieri potest.

Vbi reddet aliquis conscientiae suae rationem, vel generaliter peccata sua confitebitur, vel repetet (iuxta regulam) confessionem, quam alii confessario fecerit: quaeratur ab eo in confessione an reuera velit ea omnia confiteri et regulam nostram de apertione conscientiae, de **49** confessione generali, de repetitione [a] confessionis obseruare. Si vel non responderit, vel dubitauerit, vel plane dixerit se nolle; illius nec confessio audietur, nec ratio conscientiae accipietur, neque hoc fiet, propterea quod illum Societas obliget ad peccatum mortale, nisi regulas illas

---

[a] *repititione* ms.

obseruet, sed quia simpliciter nolit institutum Societatis obseruare. Quare tractandus non est, vt qui sit de Societate: quemadmodum ei, qui nolit obedire superiori, interdicitur cibus. Quod si dixerit velle se regulas obseruare, tunc illi significabitur quod sit obstrictus sub poena peccati mortalis, vt verum dicat, tum propter insigne detrimentum, quod obueniret Societati, si aliter faceret, tum quia non seruaret fidem in re grauissima, et praesertim in confessione. Etiamsi Societas neminem obliget ad peccatum mortale ob inobseruantiam regularum, tamen fere nullus est, qui non ex se adducat aliquid vnde peccet, **50** saltem venialiter, si regulas non obseruet. Vnde est illa consuetudo nostra, vt confiteamur inobseruantiam regularum, quod non possemus, si nec ex nobis, nec ex obligatione regularum peccatum committeretur. Confirmatur hoc ex D. Thoma, 2.ª 2.ae, q. 186, ar. 9 ad 1.m Et quandoquidem contingere potest, vt nullum sit peccatum, si quis regulam aliquam non obseruet, ea de re iudicium erit confessarii ex iure communi.

Quoties veniet vnus ei confessurus, cui non solet quidem, potest tamen confiteri, quacunque ex causa id eueniat, interrogabitur an velit causam dicere, propter quam suo confessario ordinario [a] non confitetur, et sibi velit confiteri; si non responderit, vel dubitauerit, vel noluerit dicere, illius confessionem non audiet; sin dixerit se velle causam totam aperire, significabit illi quod sit obligatus **51** sub poena peccati mortalis uerum dicere, quandoquidem id in confessione dicturus est, et graue detrimentum sequeretur et censeretur esse mendacium pernitiosum, si aliter fieret.

Inuigilent prouinciales et prouideant diligenter, vt necessitates vel difficultates, si quae obuenirent collegiis, celeriter intelligant, eas praesertim, quae ad gubernationem attinent, vel ad grauiores tentationes, vt statim accurrere possint et succurrere, ne contingat augeri difficultates, et detrimenta inde accipere collegia.

Curet prouincialis, vt rectores duo cubicula non habeant, sed

---

[a] *ordinarie* ms.

vno sint contenti, vt alii Patres et fratres, nec plures libros quam pro his literis, quas exercent, necessarii sunt; et in rebus aliis, vt nihil ad superfluitatem, vel quod ad fastum vllo pacto interpretari possit, habeant. Omnia vero spectent ad religiosam simplicitatem et simplicem paupertatem. Prouincialis vero, quae rectori praescribit, imitetur.

52 Dent operam prouinciales, et singulari studio curent ac diligentia, per se, per superiores alios, et per confessarios, vt nostri omnes nitantur ad perfectionem obedientiae intellectus. Quod si obueniant huiusmodi iuditia, quae obedientiae intellectus puritatem laedere videantur, pro graui tentatione illa habenda esse doceant, et vel superanda exercitio orationis, et piarum actionum ex consilio superioris vel confessarii, vel, si id non possent, facta oratione, suum iudicium referant ad superiorem, vel ad consiliarium illius aliquem, et illorum responsioni acquiescant. Quod si pergat esse molesta tentatio absque consensu, simul illam quidem existimet esse grauem, siue velle Deum illa ratione ipsos affligere et probare. Adhibeant igitur animi aversionem ad tentationem, patientiam ad afflictionem, ad probationem longanimitatem et spem, quemadmodum in aflictionibus aliarum **53** tentationum debent. Ita fiet vt inquieti non viuant, sed sperent ex tentatione prouentum. Nullus vero sit, qui pacem internam, vel in his, vel in aliis rebus quibusuis, non nitatur consequi et conseruare in Domino.

Nullus annotet iudicia sua contra superiorem, quasi in visitatione ea sit relaturus prouinciali vel commissario, sed dicet, quae occurrere poterunt, vbi fortassis interrogabitur. Hoc tamen concedi potest consiliariis, si memoriae suae non confidant.

Ne fiat ritus vel tondendi noùacula [a] barbam, vel forficibus: modo decretum congregationis primae generalis obseruetur, ne barbam nutriamus [1].

Si accideret aliquem e nostris (quod Dominus auertat) ex

---

[a] *tontendi nouaculam* ms.

---

[1] Decretum 114. Cf. *Institutum Soc. Jesu* (Florentiae, 1892-1893), II, 183.

conuersatione aliqua vel aliunde versari in periculo peccati, et id solum sciatur in confessione, is a confessario consueto ad superiorem mittendus est, vt illi confiteatur [1], qui nisi videat periculum facile vitari posse, **54** iubebit illi in confessione vt petat extra confessionem alio mitti; quod si nolit facere, non absoluet eum; quod faciet de iure communi; nam ille esset in peccato, quod vitare potest et non vult, quare absoluendus non est. Idem enim agendum esset cum quouis seculari. Vel quandoquidem est Societatis consuetudo, quod, nulla reddita causa vel intercedente, mutari soleant nostri, vel ipsis abrogari officia ex sola superioris voluntate, ea libertate poterit superior vti, si videatur. De his vero periculis interrogentur in confessione a suis confessariis nostri, praesertim confessarii, et qui extra domum fere gerunt sua officia; et obligentur ad peccatum, nisi id dixerint; illa alioqui pericula diligenter inuestigentur a superioribus.

Quoad eius fieri poterit, curetur, vt, vbi nostri habent scholas, sit aliquis, qui supplere possit lectorum intermissiones et absentias, si quae obueniant ex eorum valetudine infirma, siue quacunque alia causa.

55 Prouincialis iis, qui ad se mittentur a rectoribus tanquam deplorati, faciet facultatem, vt scribant ad generalem, vel eos ad illum mittet, quando nihil omnibus mediis possit proficere, neque mutatione vel collegiorum, vel officiorum, neque faciendo [a] eis copiam eligendi primarios ex consultoribus, vel aliis domesticis, quorum iudicio atque consiliis tandem velit acquiescere. Et tamen nullus ad generalem mittatur, nisi magna adhibita consideratione, et nisi eiusmodi sit, qui possit esse vtilis illic: et in eum casum oportet habere a Patre generali facultatem. Si vero res ea esset, vnde timeretur scandalum, vt si quis dissentiret ab instituto et Societate, cum hoc secrete est agendum, vt scribat ad generalem, ac illud simul prouidendum, ne illo interiecto temporis spacio, quo istis respondetur a generali, disse-

---

[a] *faciendi* ms.

---

[1] Vide supra, pag. 369, annot. 1.

minet zizania vel **56** contrariam instituto nostro doctrinam. Iniungatur igitur illi, si apertum periculum timeatur, in virtute sanctae obedientie, id est, sub poena peccati mortalis, ne vlli hominum, superiore et confessario exceptis, ea de re loquatur: hoc qui nollent obseruare, pellantur e domo, atque ad generalem vel in peregrinationem [a] mittantur. Nemini vero videatur mirum, si, in praedicta rerum dificultate, iubeatur in virtute sanctae obedientiae: nam facile quiuis iudicabit huiusmodi doctrinam seminari non posse citra mortale peccatum, et grauissime lesum iri congregationem, nisi illud districtissime interdicatur.

Prouinciales, cum eis videbitur, poterunt poenitentias dare rectoribus, rectores ministris, etiam in refectorio; sed fiat hoc cum aedificatione et fructu et consideratione, vt apud alios eorum authoritas, quoad poterit, conseruetur.

Quando contingeret in aliquo collegio **57** prouinciae superiorem aegrotare, ita vt non possit satisfacere officio gubernationis, vel alia necessitas obueniret collegio, quae videretur egere presentia prouincialis; aliis relictis, si tamen grauiora non fuerint, debet se prouincialis ad illud collegium conferre. Id enim exigit ratio officii sui.

Si quid, post visitationem commissarii, dicat quis vel prouinciali vel rectori, nomine commissarii, id non obtinebit authoritatem, nisi in iis scriptis, quae reliquerit commissarius, reperiatur. Nihil enim solent illi praescribere, quin scribant. Suo igitur iudicio illud facient, vel omittent prouinciales vel rectores, et tamen facient certiorem commissarium ea de re. Similiter fiet si quid quis diceret dixisse prouincialem.

Prouincialis ita rectorum, quos immediate sibi subiectos habet, praecipuam curam gerat, vt reliquorum interim et eorum praesertim, **58** qui primariis funguntur officiis, curam non negligat, ac ne priuatorum quidem. Omnium enim est illi cura commissa suo gradu, suo ordine. Circunspecte vero obseruet eos, quos in Societate sciet esse antiquiores, et curabit, vt intelligant, se libenter illorum velle opera et consilio vti, idque re ipsa per-

---

a *perigrinationem* hic et infra ms.

ficiat. Illos igitur habebit in praecio, simul operam dabit ne fiant propter antiquitatem liberiores aut negligentiores.

Eam auctoritatem, quam officii ratio exigit, cum debita animi integritate sapienter ac suauiter retineant superiores; quae et religioni Societatis consentanea sit, et rectae gubernationi rebusque gerendis necessaria et vtilis. Ea vero sit plena, simplex, humilis, sic tamen, vt omnes eos reuereantur et obseruent in Domino, nemo contemnat.

Illud quoque a prouinciali in collegiorum suorum visitatione curandum est sedulo, vt in rebus omnibus plena **59** fiat renouatio ad eam normam, quam in ratione totius nostri instituti Societas vbique seruat. Deinde vero, vt in suo quisque officio aut exercitio seu ministerio crescat piis desideriis, actionibus ac feruore sancto. 3.° illa suo ordine exequatur, quae ex instructionibus collegerit esse in visitatione agenda: atque, vt vno verbo dicam, singulari studio in eam curam animum intendere, ac omnem operam adhibere debet, vt singuli ad instituti nostri perfectionem et absolutam eius obseruationem, maxima, qua in Domino fieri poterit, cum suauitate et consolatione spiritus, promoueantur.

Modus autem gubernationis prouinciali aptus is erit, vt vno ex loco ad alium, atque item inde ad alium, loca singula sepe inuisendo, sese conferat; diutius illic commoraturus, vbi se vtilius in Domino versari posse speret, vel vbi magis erit necessarium subsistere. Praecipue vero illis tempestiue **60** opem ferat, eoque occurrat diligentius, vbi sciat causam vel necessitatem grauiorem, quae ipsius praesentiam desideret.

Superiores toti incumbant gubernationi, neque diuidant curam suam et operam, quoad eius fieri poterit. Satis multa agent, si bonam rectamque rationem reddent officii sui Deo et Societati. Sunt tamen multae partes in eorum officiis, quas si sciant, si illis afficiantur efficaciter, si pro dignitate illas gerant in Domino, nihil sit futurum temporis residui, quod aliis occupationibus impertiant. Et tamen fit fere, vt obiter aliquod ministerium Societatis obire possint, quod cum faciunt, vehementer caueant, ne id fiat cum iactura solicitudinis vel operae, quam suo officio debent.

Non dentur nostri in aulas principum, sed attendant funda-

tionibus collegiorum et domorum; et si aliqui erunt, qui in ministerium mitti possint, ii potius essent in peregrinationem ad rationem **61** professorum mittendi, vnde magis speretur Dei seruitium, maior animarum fructus. Ita tamen in hac re possemus gratificari principi ecclesiastico vel saeculari, si in eorum diocaesibus vel ditionibus peregrinentur, et ministeria Societatis exerceant nostri.

Necessarium est summorum pontificum diplomata concessa Societati, regulas communes et examen, in vernaculam linguam esse translata, idque propter laicos coadiutores, qui latinam non norunt, quibus, si legere nesciant, per alios legantur. Diplomata intelliguntur confirmationes instituti, et tamen sat erit illud Julii 3 vertere, et eam examinis partem, quae [a] ad omnes attinet, vel regulas generales et communes.

Nullus prouincialis egredi poterit ex sua prouincia sine generalis aut commissarii facultate: neque praepositus localis aut rector, aut probationis praefectus, ex praesenti sua **62** gubernatione sine licentia prouincialis.

Magna est diligentia curandum a prouincialibus, vt, qui videantur idonei ad gubernationem, designentur primum, deinde exerceantur, vt suppetere prouinciae possint, qui praesint, quorum tanta est raritas, tanta necessitas.

Quod nonnunquam a nostris est factitatum, et quidem cum aedificatione et fructu, vt suo interuentu impedirent publicos ludos chartarum et taxillorum, chartas lacerarent et taxillos contererent; id, si quando cum aedificatione et fructu fieri posse videbunt superiores, compertoque successu, committere possunt aliquibus, qui singulari sint spiritus virtute, egregia prudentia, modestia ac suauitate. Taurorum vero exagitationes publicae, quales in Hispania fieri solent, si possint per principes vel magistratum impediri, id poterunt curare nostri. Postea sunt hae agitationes interdictae a Pio $5.^{to}$, quod faciet esse hoc nostrorum officium facilius [1]. Quod si non assequantur, **63** in caueam ta-

---

[a] *qui* ms.

---

[1] Cf. COCQUELINES, *Bullarum... Romanorum Pontificum amplis-*

men vel in forum, aut in populum non se dabunt, vt eos deterreant, quod tamen alicubi a nostris factum scimus.

Curent prouinciales, vt rectores conseruent literas et instructiones omnes, quas acceperunt a commissario et prouintiali, et a generali in primis. Nam de his et commissis aliis negotiis rationem reddituri sunt in visitatione. Idem ipsi faciant; nam sunt etiam ipsi rationem reddituri commissario item in visitatione.

Vtantur commode in examinibus et visitatione prouinciales ea instructione, quae data est pro commissario, nisi aliam dederit generalis praepositus, et tamen non oberit illam etiam habere pro instructione libera.

Iam alias dictum est, ne, vbi recipiuntur literae, quae ad aliquem inferiorem mittuntur, eas superior aperiat, si sciat esse missas ab alio, qui vtriusque sit superior. Quod si vereatur, qui scribit, ne agnoscatur cuius sint literae, earum inscriptioni apponere curet **64** nomen officii sui, vel signum, quod inter eos notum sit, ne temere aperiantur, sed vt obsignatae dentur iis, ad quos mittuntur.Haec cum ita sint, videtur simul curandum, vt nihil scribatur alicui particulari, quod non sciat superior immediatus illius, vt, quantum fieri poterit, omnia, quae scribuntur, etiam ad particulares, sint directa et gubernata ab iisdem immediatis superioribus; et hoc tanti refert, quanti referre solet non facere exemptiones, aut diuisiones in collegiis et non contristare superiores. Iudicabit tamen, qui scribit, si quando hoc fieri non poterit, vel vtile non erit.

Prouincialis, vel quiuis alius superior, si aliquam viderit ex regulis nostris negligenter vel dificulter seruari, dabit operam, vt eo diligentius obseruetur, quoad eius fieri poterit. Quod si uideretur esse, vnde obseruari non posset commode, moneat **65** ea de re Patrem nostrum generalem, vt prouideat.

Necessarium in primis est, vt detur aliqua quies et auxilium,

---

sima collectio, t. IV, pars 2.ª, pag. 402, ubi sunt litterae apostolicae Pii PP. V, *De salute gregis,* 1 Novembris 1567 contra taurorum exagitatores datae. Censurae tamen et poenae illae ex parte sublatae fuerunt a Gregorio XIII, litteris apost. *Exponis nobis,* die 25 Augusti 1575 expeditis. Ibid., t. IV, pars 3.ª, pag. 308.

tum corporis, tum spiritus, iis, qui occupantur in ministeriis spiritualibus. Itaque et ipsi, praeter quotidianas quietes, saltem a prandio diebus mercurii vel iouis recreentur, atque etiam, vt solent scholastici singulis annis exerceri spiritualiter, similiter ipsi exerceantur commode.

Casus reseruati cum declarationibus omnibus exhibeantur confessariis domesticorum; aliis vero minime.

Ab his, qui petunt confessarios pro infirmis diebus dominicis et festis, petatur an sit extrema necessitas; quae si non fuerit, dicatur vt redeant, quoniam non conuenit illis diebus relinquere nostrum templum.

Si esset tantus nostrorum numerus, vt non possint confiteri die sabbati [a], nec posset numerus confessariorum augeri, pars illorum, nouitii scilicet et coadiutores, et ii, **66** qui non student, poterunt confessionis et communionis sacramenta infra hebdomadem percipere. Sacerdotes etiam infra hebdomadam confiteri poterunt: omnes alii confitebuntur die sabbati vesperi; et, si non possent omnes, aliqui die dominico mane poterunt.

Intelligant superiores esse in primis sibi necessarium, vt voluntates suorum sibi habeant conciliatas [b]: vt etiam fugiant omnes offensiones vel auersiones: quod si aliquem intelligent auersionem animi erga se concepisse, studeant primo quoque tempore illam sanare infirmitatem, et quidem diligenter.

Congregationes prouinciales ne fiant, neque rectorum, sine generalis vel vicarii facultate expressa. Non enim haberi hae congregationes ex instituto possunt, nisi vbi habendae sunt generales, quas indicit, vel vicarius generalis, vel generalis praepositus, vel etiam assistentes, iuxta **67** constitutiones. Additae sunt congregationes prouinciales ex decreto $2.^{ae}$ generalis congregationis $3.^{o}$ quoque anno ad eligendos procuratores Romam mittendos. Praeter has nulla cogi potest prouincialis congregatio.

Prouincialis adhibebit diligentiam cum omni efficacia, vt in omnibus episcopatibus declaretur et publicetur, vt nullus creda-

---

[a] *sabboti* ms. hic et infra. —[b] *consiliatas* ms.

tur esse Societatis, nisi qui habeant literas patentes autenticas subscriptas et sigillatas a suo superiori. Sic enim prouidetur, quoad possumus, vt euitentur simulationes et fraudes, quae ab aliquibus sunt factae, qui e Societate se esse finxerunt, cum non fuerint. Eadem diligentia vtatur cum personis alicuius authoritatis, qui sunt amici Societatis. Vt autem euitentur falsificationes literarum patentium, publicetur quod in patentibus erit aliqua cifra aut signum, quod nullus possit falsificare [a], et detur opera, vt reperiatur aliquod signum conueniens, quod secrete poterit communicari, tum episcopis, **68** tum eorum vicariis. Quod signum, etiam si hoc tempore non sit, fieri tamen poterit quando id necessitas exigere videbitur.

Prouincialis accipiet rationem conscientiae ab omnibus, ab vltima, quam dederunt, saltem semel in anno, et ab aliquibus illam accipiet vniuersalem totius temporis postquam venerunt ad Societatem, si ita videatur necessarium ex circumstantia personae.

Non videtur conuenire, vt prouincialis sibi reseruet, vt nullus possit ad tempus amoueri a studiis. Districte tamen debet praescribere superioribus, ne studium interdicant, nisi ob res magni momenti, et cum consilio suorum consultorum, et primo quoque tempore faciant certiorem prouincialem.

Curet prouincialis, praesertim si ita iudicauerint ii, qui in hac re pollent iudicio, vt magistri scholarum grammatices, aut singulis annis aut secundo quoque anno mutentur ad scholas altiores. Hoc enim proderit, partim ad **69** leuandum illorum fastidium, partim etiam, vt proficiant in iis facultatibus, quas profitentur.

Prouincialis, dum collegia visitat, examinet rationes dati et accepti, per se vel procuratorem prouinciae, vel alium. Hoc autem non ideo fit, quasi fidem non adhibeamus rectoribus, vel procuratoribus, quandoquidem animas eorum fidei committimus atque commendamus, sed vt seruetur debitus rationis ac disciplinae ordo.

---

[a] *falcificare* ms.

Illud quoque prouideat prouincialis, ne collegia maius aes alienum conflent, quam sint soluendo propriis annuis censibus, vel subsidio fundatorum aut benefactorum. Idem in domibus professis obseruandum erit, ne maius contrahant aes alienum, quam quod vel ordinariis vel extraordinariis auxiliis atque eleemosynis dissolui posse confidant. Cuius rei iudicium procuratoribus tantum non est relinquendum, qui nonnunquam arctius nonnihil res constringunt, quam forte opus est.

70 Habeant semper animum attentum prouinciales an purgari prouinciam oporteat, illos reiiciendo, qui illam vel corrumpunt, vel turbant, vel non sunt ad Societatem idonei. Sed hoc cum suauitate et prudentia faciant, expectando oportunitatem temporis et commoditatem, vt per huiusmodi Societatis purgationem fratres aedificentur et fortiores reddantur ad ea euitanda, quae aliis viderint esse causam tantae calamitatis. Idem animaduertant singuli rectores in suis collegiis, et rem cum prouincialibus suis communicent.

Adhibeat diligentiam prouincialis, vt superiores seruent regulam constitutionum, quae est in 3.ª parte, videlicet, vt aliquando exerceant se in humilibus officiis. Illam ipse etiam seruabit.

Superintendentes collegiis praeficere non poterit prouincialis, inconsulto generali praeposito. Et ii quidem praeficiendi videntur collegiis plenis, in quibus non humaniores tantum literas
71 et philosophiam, sed theologiam etiam doceant nostri. Poterit etiam adhiberi superintendens collegiis, quae eo numero abundant, qui a rectore solo gubernari facile non possit. Vbi etiam alioqui rector non sat idoneus censeretur, vel vbi necessario in ministerio collegii professi versarentur, erit semper superintendens professus, etiamsi post decretum [21] 3.ae congregationis necessum non sit [a].

Subministrum adiicere poterit prouincialis collegiis, quae eo numero fuerint, vt videatur minister aegre sufficere posse ad omnia particularia ministeria obeunda.

Quandoquidem solet esse molestiae et anxietatis plena non

---

[a] Haec 8 verba addita sunt, scriptis reliquis.

solum deliberatio, vnde aliquis e nostris sit dimittendus, sed etiam executio; pauca opinor erit opere praecium de his annotare: et primum quidem, quae traduntur in secunda parte constitutionum et declarationum sunt accurate consideranda et obseruanda; quae vero ad praxim et vsum attinere videntur, hoc loco annotabuntur.

72 Illud ergo primum statuendum, nullum posse a Societate dimitti professum vel coadiutorem formatum absque consensu generalis praepositi. Hos tamen, si res vrgeret, posset mittere prouincialis ad generalem, vel in peregrinationem, vel ad xenodochia, donec per literas consulatur generalis, et eo nomine, e suae prouinciae collegiis vel domibus expellere, consultis suis consiliariis. Qui vero sunt scholastici approbati, eos in grauibus et vrgentibus causis dimissionis possunt per se dimittere prouinciales. Possunt et eos dimittere, qui sunt in probatione. Sciat porro prouincialis an liceat sibi per generalem, ex omnibus, quos iudicabit a Societate dimittendos, eos Romam mittere, si qui valeant singulari aliqua facultate, vel ingenii, vel literarum, etc. Si quem tamen dimittat ex facultate e Societate prouincialis, de eo primo quoque **73** tempore faciat certiorem generalem. Poterit praeterea ex sua prouincia ad aliam mittere iuuandum, si ita inter se et alium prouincialem conueniat. Praepositis localibus et rectoribus vti poterunt prouinciales administris ad has dimissiones, quamuis illis nulla datur facultas dimittendi a Societate. Poterit tamen a prouinciali et debebit concedi, vt, si quis ob vrgentes causas et graues in domo vel collegio non videatur retinendus, vt eum ad prouincialem mittant.

Qui est aliquem dimissurus, solicitus quidem esse debet donec rite inquisierit ac definierit an dimittere debeat; deinde, etiam si aegre sit laturus dimissi damnum, et Societatis aliquod detrimentum, tamen animi magnitudine et confidentia gratiae Societatis erectus, rem exequatur, modeste quidem, sed hilariter tamen in Christo, nec confusionem propterea timebit, quasi male sit auditura Societas; quin contra potius a cordatis hominibus **74** confidet melius audituram, qui eo magis suspicient Societatem et probabunt, quod videant, non solum in ea facultatem esse expel-

lendi, qui id fuerint promeriti, sed vsum etiam illius facultatis vigere, ac eam esse dicent certam salutem Societatis, si possit se expurgare, nec eos cogatur retinere, qui laedant potius Societatem quam iuuent. Neque enim frustra nobis prouidit Deus 2.^{am} partem constitutionum, neque vt vota habeant simplicia tam multi. Sapientia igitur diuina factum hoc est, vt integritas et perfectio Societatis conseruetur; et quidem videretur alioqui arrogantia nostra esse et insolentia, si miraremur ė nostra congregatio[ne] vel deficere aliquos, cum inter apostolos Christi fuerit Iudas, inter 7 diaconos Nicolaus. Certe P. Ignatius, vt erat omnibus in rebus magnanimus, ita in dimittendis, **75** si qui essent id commeriti, erecto erat et confidenti, hilari etiam animo. Meminimus, cum dimitteret nouem fratres ex collegio romano, vsum animi iucunditate et constantia. Laudasse etiam P. Leonardum [1], rectorem coloniensem, qui simul 10 fratres dimiserat. Non propterea deserit nos Deus, quod aliquos permittit e vocatione sua excidere, sed purgat, erudit, prouehit ac perficit Societatem. Vt igitur cauendum est ne vel in desiderio recipiendorum fratrum simus abiecto animo vel imbecilli, quasi misere ambientes, vt ad nos veniant nouitii, sed fortes potius et confidentes, vt intelligant qui recipiuntur, accipere se beneficium a nobis singulare, neque nos eorum opera egere, sed illos nostra in Christo; sic vitandum, ne in dimittendis simus nimium soliciti vel anxii, vel timidi, quasi nos **76** omnia deficiant, si aliquem dimittamus. Intelligant vero, qui dimittendi sunt, beneficium fieri Societati ex illa dimissione non contemnendum. Ita fiet vt magnificetur gratia Societatis, et Deus in ipsa glorificetur: fiet etiam vt plures sese applicent ad Societatem, et quidem firmiores; et, qui admissi sunt, futurum est, ne insolescant neque abutantur timiditate superiorum in dimittendis nostris, sed potius sibi caueant et timeant. Simul illud considerandum, fieri ecclesiae beneficium, vbi nostris laboribus et impensis institutos dimittimus, qui etiamsi non sint futuri religiosi clerici, erunt fere modestiores clerici quam communiter alii solent, et instructiores ad ecclesiastica ministeria.

---

[1] P. Leonardus Kesselius (Kessel). Cf. POLANCUM, *Chron.*, II, 279-280.

Quae dicta de dimittendis sunt, ea poterunt de illis etiam intelligi, qui iniussi abeant, et a Societate deficiant. Hi enim, si parum essent idonei ad Societatem, quaerendi non sunt; non tamen **77** nisi consulte eorum vota soluentur. Si vero idonei alioqui viderentur, et recuperari possent, adhibenda cura est, vt recuperentur. Sin recuperari non possint, propter aliquam idoneam causam essent tandem dimittendi, sed longe difficilius, vt alibi dictum est.

Siquis ad carthusiam vellet secedere, si vera eius esset deuotio, et ad illam eremum vocatio, id boni consulere deberemus. Verum hactenus nullum scimus [a] vero spiritu ad carthusiam spectasse; sed tentatione et inquietudine mentis ductum, nullum vero in eo desiderio perseuerasse.

Qui ad aliam quamuis religionem discederet, posset legitime adigi, vt ad nos rediret, ea facultate, quam a sede apostolica accepimus. Speramus etiam futurum breui, vt interdicat sedes apostolica, ne ad carthusianos quidem transire possint nostri [1], quod iam concesserat Julius 3.us, sed interueniente eius morte, literae expeditae non fuerunt.

78 Et quandoquidem variae esse possint causae, quapropter exerceri debeat vel possit facultas dimittendi, variae industriae sunt adhibendae. Nam, si causa dimissionis sit secreta, et propter grauia peccata iudicetur quis (quod Deus auertat) incorrigibilis morali quodam iudicio, quae est prima causa in 2.° cap. [partis] 2.ae const., si secretum sit extra confessionem, possunt adhiberi et debent consultores, caute tamen et circumspecte, ad superioris arbitrium. Et primum quidem inquirendum et definiendum, de quo deliberatur, an is sit incorrigibilis, id est, an vehemens sit indicium, quemadmodum alii adiuuari solent, illum non videri iuuari velle, vel re ipsa quod comperiatur non iuuari, nec spem fieri resipiscentiae: deinde ne res ad plures perueniat, mittatur reuera in peregrinationem, vnde tamen iubeatur non

[a] *simus* ms.

[1] Jam non licet neque ad carthusienses transire. Cf. *Institutum Soc. Jesu* (Florentiae, 1892-1893), I, 663.

reuerti, et ita secreto dimittatur a Societate. Si nollet abire, illi grauiores essent **79** obedientiae vel experientiae iniungendae, et quas esset coniectura, ipsum non esse expleturum. Inde vero causa exterior acciperetur illum dimittendi, vel posset res legitime fieri manifesta; quod illi esset praedicendum, nisi secreto vellet abire, rem esse propalandam, vt legitime ex doctrina euangelii et ex nostro instituto possumus. Vel omnino vtendum libertate nostra. Non enim necessum est, vt causam explicemus, cum aliquem dimittimus; sed sat est constare de voluntate legitima superioris; praesertim cum dimitti aliquis possit absque aliqua culpa sua et propter defectus tantum naturales vel insufficientiam. Si vero tantum sciatur peccatum eius vel causa sub solo sigillo confessionis a superiore, qui habet facultatem dimittendi, causam quidem vel peccatum manifestare non poterit, nec de eo consulere, si tantum in confessione sciatur; sed poterit vbi alia causa, quam **80** sciat extra confessionem. Quae si non occurrat eiusmodi, quae possit esse sufficiens ad dimissionem, ibi essent occasiones verae quidem ex instituto obseruandae atque accipiendae, vnde posset obedientiis exerceri, vel experientiis Societatis, quae fortassis non esset impleturus, vnde occasio sumi possit illum dimittendi, vel consulatur illi efficaciter in confessione, vt petat licentiam discedendi, praesertim si causa perseueret. Indicetur etiam in detrimentum Societatis illum retineri, si ex quocumque genere 4 causarum, quas statuit constitutio, accidat necessitas illum dimittendi. Quod si nolit consiliis obtemperare, illi est exponendum, in mala conscientia ipsum esse, si nolit abire. Quod si esset compertum, ne absoluatur nec audiatur eius confessio; et si omnino perseueraret sacram **81** communionem sumere absque absolutione (quod nunquam fiet Christo propitio), res committenda est Deo, qui est occultorum solus iudex. Et tamen haud dubie aliquid designaret, qui tam esset impie flagitiosus, vnde accipi causa posset illum dimittendi, vel forsan accipi occasio posset, quod confessus non fuisset.

Iam vero si causa esset nota exterius, primum quidem videtur, nullum esse in Societate retinendum, qui, postquam in Societatem admissus est, incidit in aliquod peccatum graue, de

quo legitime constare posset in exteriori foro. In hoc genere sunt haereses, vel vehementes de haeresi suspiciones, homicidium vel violenta percussio, quaevis luxuriei species, peccatum quoduis, vnde infamia nasci possit, ambitio conuicta, seditio, furtum, reuelatio confessionis. Si quis etiam conuinci posset exterius, quod in peccato mortali communicasset. Breuiter, quoduis crimen, quod de iure **82** communi plectendum poena grauiori veniat. De aliis peccatis externis iudicabit generalis an, qui in ea incidisset, esset propterea e Societate eiiciendus. Et haec quidem ita videntur. Porro ea esse consentanea instituto atque adeo cum instituto coniuncta, constare potest ex impedimentis, quae essentialia dicimus et ex causis cur sunt illa sancita, tum ex causis quapropter generali praeposito abrogandum est suum officium, propter causas etiam dimissionis, quae in 2.ª parte constit. traduntur; postremo, propter Societatis integritatem, puritatem, et perfectionem ac necessariam nominis existimationem ad ministeria Societatis tam vtilem.

Qui aduersa valetudine corporali laborant, praesertim ex qua liberari facile iudicio medici non possint, ii si tempore nouitiatus in illam incidant vel illam sentiant, siue quando **83** student, legitime dimitti possunt: illi quidem, propterea quod sumitur adhuc de illis experientia: et plane est integrum ipsos dimittere, etiam si infirmitatem contraxerint ex ministeriis Societatis, modo consuetis et nouitiatus propriis; et eo quidem facilius ex ea causa dimitti possunt vel debent, quod videantur ministeria Societatis obire non posse. Igitur propter grauem valetudinem excludi possunt nouitii, expectato tamen tempore, quo meliuscule valeant, qua de re iudicabit superior, consulto medico. Qui vero iam sunt scholastici, similiter dimitti possunt. Nam quando student, Societati non inseruiunt, sed suo profectui: simul sunt in probatione studiorum, ad quae si non sunt idonei propter infirmam valetudinem, cum studia sint tractaturi vbi erunt in ministerio Societatis, censebuntur ad illam inepti. Neque his fit iniuria: sed potius **84** confertur beneficium. Nam Societas illos tum in moribus, tum in literis iuuit, illi nihil adhuc Societatem. Et tamen in his est animaduertendum diligentius, num ea sit infirma

valetudo, propter quam dimitti is possit aut debeat: deinde an scholasticus ad alia officia Societatis humilia possit esse vtilis, an etiam ad ea sit propensus. Consulendus autem semper videtur medicus, antequam quisquam propter infirmam valetudinem dimittatur. Quod siquis, nec nouitius, nec scholasticus, incidet in corporis infirmitatem, propter eam solam causam dimitti non debet: atque adeo si nouitius, vel scholasticus, in morbum inciderit, propter exercitia, quae nouitiatus vel studiorum non sunt propria, eam ob causam non est dimittendus.

Qui animi morbo laborant ita grauiter, vt uideri possint esse dimittendi, si voluntaria est infirmitas, **85** v. g. si fingeret quis causam, vt dimitteretur, vel si iuuari nollet, et animum volens abiiceret, vel nulla agitatus tentatione aut difficultate, aut ea, quam vincere posse videretur, dimissionem flagitaret, illi disciplina durior (de qua alibi) adhibeatur, vsque ad seueram inclusionem in aliquod cubiculum, non vt in carcerem, sed vt in disciplinam, et ad auxilium spirituale illi animae ferendum. Si pergeret omnino esse molestus, et melior de illo spes concipi vix posset, si quidem alioqui non ineptus videretur ad nostrum institutum, confirmandum esset illi constantissime nunquam ipsi solutum iri vota, quod nulla sit causa, quapropter liberari debeat, nec posse nos illius peccato consentire. Si tamen fieret intolerabilis, mitti posset in peregrinationem, exponendo non esse illi vota soluta, nec soluenda nunquam, necessum esse ad seipsum redire, et tamen huiusmodi tandem possent (vt alibi **86** dicitur) dimitti. Sin esset aliquis in hoc genere, qui ineptus videretur ad Societatem, statim initio accepta occasione dimitti posset.

Praeterea si quis in eodem genere magis seipsum affligeret, quam aliis esset molestus, et nihil aliud quam diceret, se esse ineptum, vel non posse pati tantam seueritatem regularum vel multiplicitatem, etc., et tamen nollet deficere a Societate, sed aperiret suam tentationem, et peteret dimitti, huiusmodi, si esset ineptus ad nostrum institutum, facile posset dimitti; sin esset aptus, absque rigore quidem vel seueriori disciplina esset iuuandus; et illud non omittendum, vt plane intelligeret, negatum iri

ipsi dimissionem vel votorum solutionem. Et tamen, si pergeret esse afflictus, posset mitti in ministerium Societatis, vel peregrinationem (si quid in ea re posset) nec in ea esset periclitaturus, adiuncto socio **87** aliquo probato. Quod si nec ita rediret ad se, et perseueraret in ipso tentatio, animaduertendum num periculum esset, ne in amentiam propterea incideret. Hoc vero si timeretur morali coniectura, posset in patriam mitti, veluti ad recuperandam valetudinem ad aliquod tempus non solutis votis, vel dari in seruitium ecclesiasticum alicuius praelati, quasi in missionem, et tandem iudicandum an esset plane dimittendus.

Qui vero animi morbo laborarent et cuperent quidem in Societate retineri, sed non adhiberent remedia suis malis, his etiam esset admouenda seuerior disciplina. Tandem vel ad hospitale mittendi vel in longissimam peregrinationem, et retinendi quidem, donec et sine scandalo aliorum viuerent et facerent aliquam spem resipiscentiae et melioris fructus.

Qui ob alias causas sunt dimittendi, de his facile intelligi potest.

89 [a] †

RECTORUM INSTRUCTIO

Si dubitat rector an e voluntate sui superioris sit aliquid facturus, id ne faciat stante illa dubitatione, quam tamen si rite expelleret, vt scrupulum, libere posset illud facere. Quae ratio communis est omnibus. Quod enim non est ex obedientia, inobedientia est, vt quod non est ex fide, peccatum [1]. Animaduertant vero rectores, vt vnice pendeant a suorum superiorum sensu, et obedientia, neque facile domo egrediantur (nam de hoc egressu dubitatio erat proposita) eamque propensionem, quae eis ex libertate, qua vti possunt, prouenit, suspectam habeant atque mortificent: habeant autem persuasum optimam esse eorum occupationem, si domi in gubernando collegio sese occupent.

Rector ex officio non habet facultatem mittendi nostros in

a Pag. 88 vacua est.

1 ROM., XIV, 23.

peregrinationem, nisi eam facultatem accipiat a **90** prouinciali, vel generalem, vel particularem.

Curent rectores, omnes omnium suorum inclinationes, facultates naturales ac etiam supernaturales habere exploratas, et eas praesertim, quae ad ministeria Societatis obeunda sunt necessaria.

Si qui ab inquisitoribus, haereticae prauitatis facti rei, in carcere detinentur, ne eos nostri defendant aliquo pacto, vel de ipsis loquantur, ita vt videantur fauere.

Accuratissime dent operam rectores, vt celebrentur missae, tum pro fundatoribus, tum pro defunctis Societatis Patribus ac fratribus.

Curam gerant rectores diligentem Patrum ac fratrum, qui iam diutius in Societate versantur, si fiant forte negligentiores, vel liberiores, etc., et curent diligenter ac prouide, vt ad simplicitatem obedientiae, et ad perfectionem reuocentur; idque primo facient secretis admonitionibus, **91** deinde, si opus fuerit, aliis etiam modis.

Inter alia maxime studeant rectores confessariorum, procuratorum, emptorum, ac eorum, qui communiter negocia collegiorum exterius agunt, perspectas habere conscientias, et eos in officio perfectionis continere: eorum etiam confessiones audient, saltem singulis mensibus [1]. Deligant sibi quosdam, quibus fidem adhibere, suaque concredere secreta tuto possint, quos habeant coniunctissimos ac secreto vtantur opera eorum, pro cuiusque facultate, talento, atque habilitate, ad alios, si qui eguerint, iuuandos, qua in re cauebunt, quoad eius fieri poterit, ne videantur exceptionem personarum sectari.

Ne rogetur confessarius de eorum vita, quorum audit confessiones. Nam si quid vitii attingat vel opinionis sinistrae, periculum est ne integritatem laedat sigilli, vel facile non aufugiet illo-

---

[1] Post decretum Clementis VIII, 26 Maji 1593, in cap. 5 Ordinationum Generalium relatum, «non licet Superioribus Regularibus confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint; aut ipsimet subditi *sponte ac proprio motu* id ab eis petierint.» Cf. *Institutum Soc. Jesu* (edit. supra cit.), I, 550, 551.

rum offensionem, de quibus respondet. Sin nihil **92** aliud quam illos laudet, facile intelligetur non multum habere authoritatis eius dictum, qui de virtutibus potest respondere, non de vitiis.

Quod secreto de Patribus vel de fratribus intellexerint superiores, curent vt id apud se secretissime retineant. Et iidem secreto dent operam illos iuuare, nec eorum, quae nouerunt, aliquid praeseferant interim. Quod si id non prodesset, legitime ad alia remedia procedendum erit.

Habeatur pro crimine insigni (vt est) murmurare de superiori, et quidem casus iste reseruatus est, et vna ex causis quapropter excludi quis a Societate posset et deberet, praesertim si scandalum inde aliis fieret; quare constanter est extirpandum.

Curent rectores ne quisquam de instituto regulisue nostris iudicium ferat, ac tractet, vel disputet, nec de superiore dubitando, vel omnino in malam partem aliquam. Ii vero, quibus **93** in mentem venerint cogitationes huiusmodi, hoc ipsum pro graui reputent tentatione aduersus vocationem, aut eius certe executionem, quam si vicerint diuino auxilio, dent Deo gloriam victoriae. Sin pergant illae esse molestae, de eis referant ad confessarium vel ad superiorem, seu consiliarios, eorumque stent sententiae. Caeterum, cum primum superior, vel consultores aliquid huiusmodi deprehenderint, et maxime aduersus institutum, et Societatis regulas, ad prouincialem dent ea de re literas, praesertim si res grauior videatur.

Curent rectores, vt omnes obliuiscantur praeteritorum, vt D. Paulus ait, ac se ad anteriora perfectionis extendant intense [1], progrediianturque in dies strenue magis in suscepta diuini obsequii via. Itaque requiratur ab omnibus maior virtus spiritus et feruor deuotionis, et obedientiae renouatio. Obseruetur autem si quis ita non procedit, et attendatur illius emendationi.

94 Nullus superior locum audiendis confessionibus ita sibi proprium ac singularem deligat, vt is, qui forte confessionem ibidem audiret, superiore adueniente, loco teneatur cedere.

---

[1] Vide supra, pag. 381, annot. 1.

Animaduertat rector, quando de ministro, subministro [a] vel de alio, qui vicem aliquam gerunt superioris, ad ipsum aliquid defertur, ne rem aggrauet [b] coram delatore, ne sit causa contentionis maioris inter subditum et superiorem, vel eius authoritatem infirmiorem efficiat: sed potius et rem, si id patitur, excuset, aut significet se rem plenius intellecturum debita indagine: et rem quidem notabit, si excusari non possit, nondum tamen de homine iudicando. Curet autem ne facilem se praebeat ad credendum quicquid aliorum relatu aut delatione de aliis audierit. Erit vero opere precium, atque adeo necessarium, animaduertere, ne subditi **95** suos superiores calumnientur. Haec quum ita sint, prouideat tamen circumspecte, vt minister ac subminister, etc. a suis defectibus emendentur, et omnibus sint aedificationi.

Rectoris est efficere, vt omnes, qui in collegio suo aliis praesunt, efficaciter suis fungantur officiis, ac illi in primis, quibus rector ipse immediate praeest, quibuscum agere amplius, quam cum aliis, debet; omnium animos nihilominus erigat in Domino, consoleturque; peculiariter vero eorum, qui auxilio magis egent. Sit itaque refugium omnibus, vt debita suauitate, dispensatione et prudentia omnium aegritudinibus medeatur. Vltimum autem remedii genus erit, statuere, num qui aeger est animo, sit in Societate retinendus, an dimittendus potius, seu ad prouincialem ablegandus, aut **96** xenodochio et pauperum seruitiis ad probationem destinandus, quibus de rebus admonebit prouincialem.

Diligenter circumspiciendum est, si qui idonei videantur futuri, quibus primaria Societatis officia tuto possint in aliqua prouincia committi suo tempore, cuiusmodi sunt rectoris, ministri, nouitiorum praefecti, et eius, qui valeat exercitiis spiritualibus alios promouere, concionatorum, confessariorum, procuratorum, lectorum, etc.; et designati deberent exerceri commode in sua facultate. Hac tamen in re illud est cauendum, ne ab studiis suis vel alioqui necessariis occupationibus amoueantur propterea, vel eorum magnam faciant iacturam. Hoc tamen specimen liberius de iis poterit capi, qui absolutis studiis instruuntur ad ministerium.

---

[a] *de ministro et ministro* ms. — [b] *aggreuet* ms.

Nullus, vel rector, vel praepositus localis, vel praefectus nouitiorum, sed **97** prouincialis tantum, dimittendi e Societate simpliciter habeat authoritatem, ex commissione tamen generalis praepositi. Verum illis liberum erit, quando id expedire censuerint, ad prouincialem huiusmodi mittere, qua de re consulent primum prouincialem, nisi res vrgeat vehementer.

Ecclesiae ac templi nostri campanis tantum signum detur ad res ecclesiasticas et sacras, non autem ad domesticas, vel ad literaria nostrorum exercitia. Ad haec enim solemus aliis campanis vti: vna ad res domesticas, alia ad lectiones publicas.

Libri spirituales (vt vocant) non prius legantur a nostris, quam per idoneos, qui ad hoc designati fuerint, domi examinentur ac probentur, accedente [a] auctoritate superioris.

Confidenter petatur eleemosyna, vt in nostris constitutionibus habetur, quando collegia fundatione carent et egent.

Ne praeseferant superiores, si sciant, vel **98** coniectent se esse delatos ad prouincialem, vel commissarium, vel generalem, animi se concepisse offensionem, sed consistant in cordis sui humilitate erga illos, qui ipsos detulerint. Curent etiam diligenter ne illam concipiant quoquo pacto animi aegritudinem.

Nullo pacto aperiant tentationes fratrum, vel imperfectiones superiores externis, ac ne domesticis quidem; nisi si quando consiliariis videantur necessario aperiendae, quod tamen sub fide seruandi secreti fiet.

Qui in ministeriis domesticis exercentur nouitii, proficere aegre poterunt [b], nisi eo sint numero, vt possint simul et officia domestica obire, et regulas nouitiorum obseruare. Hoc peculiari studio curare debet rector.

Obseruari poterit ne nostri diebus dominicis vel festis iter aggrediantur, non tamen videtur hoc necessarium. Huius rei iudicium **99** sit penes prouincialem cuiusuis prouinciae, et id rectoribus committere. Fieri enim posset, vt ad euitandum scandalum non esset inchoandum iter die dominico.

Rectores non debent discedere a praesenti gubernatione col-

---

[a] *accidente* ms. —[b] *poterint* ms.

legiorum, ne concionandi vel opera pia curandi gratia, ac ne conferendi quidem cum prouinciali vel commissario, absque speciali vel communi eorum facultate, nisi res adeo esset grauis et vrgens, vt non posset tantam pati moram. Quod cum fecerint et iudicent prouinciales non fuisse adeo grauem causam, prouidebunt ac statuent quid in simili casu agendum sit, si quid huiusmodi iterum eueniat.

Vbi reddet aliquis conscientiae suae rationem, vel generaliter peccata sua confitebitur, vel repetet (iuxta regulam) confessionem, quam alii fecerit, quaeratur ab eo in confessione **100** an reuera velit ea omnia confiteri, et regulam nostram de apertione conscientiae, de confessione generali, de repetitione confessionis obseruare. Si vel non responderit, vel dubitauerit, vel plane dixerit se nolle, illius nec confessio audietur, nec ratio conscientiae accipietur: non propterea quod Societas illum obliget ad peccatum mortale, nisi regulas illas obseruet: sed quia simpliciter nolit institutum Societatis obseruare. Quare tractandus non est vt qui sit de Societate: quemadmodum ei, qui nolit obedire superiori, interdicitur cibus. Quod si dixerit velle se regulas obseruare, tunc illi significabitur, quod sit obstrictus sub poena peccati mortalis, vt verum dicat, tum propter insigne detrimentum, quod obueniret Societati, si aliter faceret, tum quia non seruaret fidem in re grauissima, praesertim in confessione.

101 Etiam si Societas neminem obliget ad peccatum mortale ob inobseruantiam regularum, tamen fere nullus est, qui non ex se adducat aliquid vnde peccet, saltem venialiter, si regulas non obseruet. Vnde est illa consuetudo nostra, vt confiteamur inobseruantiam regularum, quod non possemus, si nec ex nobis, nec ex obligatione regularum, peccatum committeretur. Confirmatur hoc ex D. Thoma 2.ª 2.ªᵉ, quaest. 186, art. 9, ad 1.ᵘᵐ Et quandoquidem contingere potest, vt nullum sit peccatum, si quis aliquam regulam non obseruet, ea de re iudicium erit confessarii, ex iure communi.

Quoties veniet aliquis ei confessurus, cui non solet, quacunque ex causa id eueniat, interrogabit, an velit causam dicere, propter quam suo confessario ordinario non confitetur, et sibi

velit confiteri. Si non respónderit, vel **102** dubitauerit, vel noluerit causam dicere, illius confessionem non audiet, sin dixerit causam se velle totam aperire, significabit illi, quod sit obligatus sub poena peccati mortalis verum dicere, quandoquidem illud in confessione dicturus est, et graue detrimentum sequeretur, et censeretur esse perniciosum mendacium, si aliter faceret.

Nullo pacto negligatur solicitudo et cura diligens infirmorum vel valetudinariorum, et hoc nominatim notent superiorum admonitores.

Inuigilent et animaduertant diligenter rectores, vt necessitates vel difficultates, si quae obuenient in collegio, celeriter et intelligant, ac etiam referant ad suum prouincialem, eas praesertim, quae ad gubernationem attinent [a] vel grauiores tentationes, vt statim accurrere possint, et succurrere et **103** rectores et prouincialis, ne contingat augeri difficultates, et detrimentum inde accipere collegium.

Dent operam rectores, et singulari quidem studio curent ac diligentia per se, per ministrum, per subministrum, per confessarios, etc., vt nostri omnes nitantur ad perfectionem obedientiae intellectus. Quod si obueniant huiusmodi iudicia, quae obedientiae intellectus puritatem laedere videantur, pro graui tentatione illa reputare doceant, et vel superare exercitio orationis ac piarum actionum, ex consilio superioris vel confessarii, vel, si id non possint, vt facta oratione suum iudicium referant ad superiorem vel ad confessarium, vel ad consiliarium aliquem, et illorum responsioni acquiescant. Quod si tentatio adhuc pergeret esse molesta, etiam absque consensu, illam quidem existiment esse grauem, simul velle Deum illa ratione **104** ipsos affligere et probare. Adhibeant igitur animi magnitudinem ad tentationem, patientiam ad afflictionem, ad probationem longanimitatem et spem, quemadmodum in afflictionibus aliarum tentationum debent. Ita fiet vt inquieti non viuant. Nullus vero sit, qui pacem internam vel in his vel in aliis rebus quibusuis non adnitatur consequi et conseruare.

---

[a] *attinet* ms.

Nullus annotet iudicia sua contra superiorem, quasi in visitatione illa relaturus sit prouinciali vel commissario. Sed dicet quae occurrere poterunt, vbi fortassis interrogabitur. Hoc tamen concedi potest consiliariis, si memoriae difidant suae.

Ne fiat ritus vel tondendi [a] nouacula barbam, vel forficibus, modo decretum congregationis generalis obseruetur, ne barbam nutriamus. **105** Nostri cingulis ne vtantur ex corio, sed ex fimbriis nigrorum pannorum poterunt, qui solent esse firmiores, vel ex nigris vittis vilioribus.

Interiores vestes talares, quas sottanas [b] vocant itali, si alicubi clausae fiant et vsurpentur, quemadmodum in Hispania solent, ne fiat eius rei ritus, quandoquidem fere in aliis prouinciis apertas induunt nostri, non clausas, et hic fuit vsus P. Ignatii, et primorum Patrum, et romanus item [1].

Si accideret aliquem e nostris (quod Deus auertat) ex conuersatione vel aliunde versari in periculo peccati, et id solum sciatur in confessione a confessario consueto, is ad superiorem mittendus est, vt illi confiteatur [2], qui nisi videat periculum facile vitari posse, iubebit illi in confessione, vt petat extra confessionem alio mitti, **106** quod si nolit facere, non absoluet eum, id enim faciet ex iure communi. Nam ille esset in peccato, hoc est in periculo peccati, quod vitare non vult, quare absoluendus non est. Idem enim agendum esset cum quouis seculari. De his vero periculis interrogentur nostri in confessione a suis confessariis, praesertim confessarii, et qui extra domum sua fere gerunt officia, et obligentur ad peccatum, nisi id dixerint. Illa alioqui pericula diligenter inuestigabunt superiores.

Nullum permittat rector domo egredi absque socio, et eo quidem, quem elegerit vel ipse, vel ex ipsius commissione mini-

---

[a] *tontendi* ms. —[b] *sottonas* ms.

---

[1] Tota haec paragraphus edita est a BRAUNSBERGER, loc. cit., IV, 348. Sed cum illam desumpserit ex instructione in Germania a Natali relicta, antequam extremam manum suis instructionibus imponeret, desiderantur in ea illa verba *et hic fuit vsus,* etc.; quae quidem in *Cod. Vatic. 3,* Natalis manu addita conspiciuntur.

[2] Vide tamen, quae supra, pag. 402, annot. 1, monuimus.

ster. Hic socius poterit etiam nouitius esse, consulto praesertim magistro nouitiorum, et ex his quidem, qui iam diutius sunt nouitii, et probati habentur: sit vero (quo facilius socius adhiberi
107 semper possit) aliquis domi ad hoc destinatus, vt socius esse possit. Haec cum ita sint, tamen emptor solus solet domo egredi, et selecti aliqui coadiutores temporales; nullus sacerdos.

Rectores duplicem animum induant ac tueantur: particularem, quo prosint suo collegio, et vniuersalem, quo prouintiae et Societati.

Circumspecte caueant superiores, ne multiplici obedientia et labore aliquem nimium onerent, et eos praesertim, qui meliores sunt, et ad obediendum promptiores. Hac namque occasione fieri poterit facile, vt, negligentia superioris, optimi quique supra modum defatigentur, ac viribus destituantur atque inutiles fiant. Solet enim accidere, vt accurrant superiores facilius ad eos, qui promptiores sunt ad obedientiam.

Illud quoque prouideant, ne vel infirmi, vel qui ex infirmitate **108** conualescunt, liberius quam par sit loquantur, aut quaerulosi euadant, vel alioqui parum religiose se gerant, quasi qui putent se ob aduersam valetudinem non esse corripiendos, vel disciplinae subiectos. Illos igitur ad officium reuocare curent superiores, modo quidem accommodato ac leni: sed tamen qui debita non careat efficacia. Ita enim agendum est, vt intelligant nihil sibi concessum iri, quod animae salutem vlla ratione laedere aut impedire possit. Pari praeterea studio detur opera, ne infirmi eximantur ab obseruatione suae regulae, quae traditur in examine, et in 3 parte constitutionum.

Multum perpendant et circumspecte agant superiores in suspendendis nostrorum ministeriis, maxime confessariorum; et prouideant ne nostri loquantur aut tractent de causa ablationis officii, aut exercitii, cur **109** ab hoc auferatur, et alteri detur, aut cur alii non abrogetur; et simul sint diligentes (quando esset causa, quae cum Dei auxilio non erit) vt non omittant suspendere talia exercitia, et tunc aduertant, vt id fiat sine scandalo aliquo, nec laedatur existimatio eius, cui exercitium interdicitur, quod fieri poterit commode atque opportune, aut aliquod

officium illi iniungendo, cum quo prius non possit conuenire, aut vt mittatur in aliquem locum alium, aut aliquam peregrinationem, aut xenodochium, vel alia ratione et industria, vti poterit superior in re praesenti.

Ab iis, qui domo egrediuntur, superiores resciscant quid egerint, vbi redeant; quemadmodum consuetum fuit initio, et vtile est in primis ac etiam necessarium. Similiter socius reddet rationem de eadem rė, vbi redierit.

110 Superior, quando ab eo petitur facultas exeundi, sciat, non solum quo eunt, sed etiam causam, propter quam eunt, et scribet in sua cartula: «Ego dedi facultatem tali pro hoc vel illo negocio» etc. et vesperi conferet suam cartulam cum cartula ianitoris, et si non conuenient, rem examinabit. Praescribat vero ne alio diuertant, vel aliud agant, quam pro quo licentiam acceperint, nisi obiter et quod omitti non posset.

Ad maiorem commoditatem et superiorum et ianitoris, simul ne quis absque facultate e collegio possit egredi foras, ianitor habebit tabulam similem romanae cum suis locellis commodis, vbi possint reponi tabellae, quibus ascribentur nomina omnium domesticorum, etiam superiorum, quas tabellas habebunt in similibus tabulis ii, qui facultatem dare poterunt egrediendi. In tabula autem **111** ianitoris tantum erunt nomina scripta in locellis, in tabulis vero superiorum et in locellis, et in tabellis sint scripta nomina. Omnes autem istae tabellae, in quibus erunt nomina nostrorum, quas soli habebunt superiores, sint aequales. Quando igitur superior dabit alicui facultatem exeundi, dabit illi et socio tabellas suorum nominum, quas illi exeuntes dabunt ianitori reponendas in locellis suorum nominum, quod erit signum illos egressos domo. Ianitor autem illis redeuntibus dabit reddendas superioribus, et tamen nihilominus ianitor vesperi renuntiabit quamdiu illi abfuerint. Rector vero hac occasione ab illis redeuntibus interrogare poterit quid egerint [1]. Facultatem vero

[1] De hac praxi et usu tabellarum haec habentur in codice *Natal. instr. Lusit.*, fol. 263: «Tiénese licencia por una carta del P. Mtro. Nadal de 29 de Octubre 1561, para que, consultándose esto, se execute. Consultóse en Lisboa. No pareció executarse; y de esto se dió auiso al P. Mtro. Nadal.»

exeundi domo dare poterunt, in domo professa, praepositus; in collegiis, vbi fuerit superintendens, hic **112** et rector; in aliis, rector. Minister autem non dabit facultatem exeundi, nisi ex commissione, quando superiores alii abierint. Haec ratio aliquas habet commoditates. Posset tamen illud breuius prouideri, ne absque facultate aliquis domo egrediatur, si facultatem quidem egrediendi per se postulet, qui est egressurus a superiore: socium tamen petat, et quaerat per ianitorem.

Rectores audient confessiones generales in renouatione votorum, nisi eas audiant prouinciales, quod solent in alterutra renouatione [1]; et in his poterit quilibet reddere rationem suae conscientiae, iuxta institutum Societatis; et ii, qui maiori egent auxilio, confitebuntur etiam superiori octauo quoque die, praesertim si id libenter facturi videantur. Minister vero non solet audire confessiones nostrorum.

113 Coadiutores autem formati et professi reddent rationem conscientiae prouinciali, si adsit, aut suo superiori singulis annis, et etiam frequentius, si sic videbitur superiori. Vtile erit etiam, vt ipsi confiteantur generaliter singulis 6 mensibus; debent vero singulis annis.

Aduertant superiores, quando illis syndicus aliquid refert de fratribus, propter quod ipsi solent turbari, vt non ostendant illis vultum seueriorem, sed aliunde remedia adhibeant, vt illos iuuent in Domino.

Sit quidem superior animosus, et magnanimus cum omni humilitate in Domino, sed caueat ne hoc parum illum sentire faciat necessitates aliorum, et ne minus quam par est illis compatiatur. Immo debet aliorum infirmitates portare, et non sibi placere, vel nimium indulgere consolationibus suis spiritualibus.

Si videtur superiori mediato **114** ordinare immediate aliquid de aliquo inferiori, debet id significare superiori subordinato et immediato; alias enim sequerentur repugnantiae obedientiae, vel difficultates in gubernatione.

Animaduertant rectores quae [a] et cuiusmodi sint domesticae

[a] *qui* ms.

[1] Vide quae dicta sunt in pag. 402, annot. 1.

expensae, ac pari cura exigant (vt in procuratoris regulis habetur) singulis mensibus et annis ab ipso procuratore rationes accepti et expensi; procurator singulis hebdomadis ab emptore.

Caueant superiores, ne quicquam inferioribus promittant in iis, quae ad ipsorum attinent actiones, vel eo modo loquantur, vt inde possint promissionem sibi esse factam interpretari. Illorum enim, qui subsunt obedientiae interest in primis, vt actu ac re ipsa ex praesenti iuditio, voluntateque superiorum pendeant: quod si quid quasi promissum **115** colligeretur, id aliter interpretari liberum erit, vel etiam retractare. Non enim credendum est superiorem voluisse eo modo loqui, quo non debuit, nec voluisse se obligare ad id, quod postea videat fieri non debere, neque inferior debet, si quid facturum se dixerit superior, illud interpretari promisisse.

Expedit, vt superiores collegiorum vel domuum copiam libere scribendi ad prouincialem eis faciant, quorum morositati, et impatientiae vel inquietudini mederi alia ratione non possunt. Facilius interea curabunt, vt quieti responsum expectent. Quod si neque hoc sufficeret, praestaret eos ad prouincialem mittere, nisi timeretur ne hac occasione illi facilius possint vocationem deserere, atque a Societate plane deficere. Non his solum, qui inquieti sunt, debet facere scribendi facultatem rector, sed omnibus etiam, qui id velint: prouincialis vero curabit, ne ea **116** libertate illi abutantur, quod ab illo intelliget rector, si videatur id rectori significandum.

Curent superiores ac obseruent diligenter, vt praefectus templi, sacerdotes, atque aedituus recte fungantur suis officiis, et cum omnium aedificatione.

In quantum fieri poterit, non proferatur sermo imperatiuus, vt, ego imperaui, ego iussi, sed potius ego dixi, vel ordinaui: ordinabo hoc vel illud, et similia verba suauia et moderata.

Quando supererit aliquid temporis superiori a negociis gubernationis, nulla ratione conuenit illum esse ociosum, sed ponet studium in constitutionibus, in regulis et instructionibus, in his omnibus, quae gubernationem iuuare possint, aut in lectione, quae eum ad deuotionem inflammet, aut in oratione, vel omnino

in necessaria, vel **117** vtili recreatione vtetur. Erit alioqui in eius gubernatione, vt procuret vtilitatem spiritualem proximi promoueri per ministeria Societatis.

Est necessarium pro bona gubernatione (vt constitutio praescribit) preuenire tentationes, et desolationes, quantum fieri poterit, quod illum etiam habet sensum, vt prouideatur, ne quis futura obedientia grauetur, sed cum suauitate cuiuis, quod obire possit, iniungatur; nisi fortassis ex industria uiderentur aliqui exercitandi ac tentandi ob maiorem fructum.

Superiores lauent scutellas, et inseruiant mensae suis temporibus, sicut alii, non tamen tam frequenter [a].

Non dentur obedientiae particulares, videlicet vt vnus fratrum debeat obedire alicui sacerdoti, etiamsi sacerdotibus debeat ab omnibus reuerentia deferri.

118 Aduertant superiores, quando ab illis petitur aliqua facultas aut dispensatio alicuius regulae communis, sicuti non ire ad primam mensam, non audire missam fratrum, aut res similes, ne dent facultates vniuersales, nec ad longum tempus; quum enim facile sit particularium subire obliuionem, tam multae dari possent, vt confunderetur ordo domus. Quod si videbitur conuenire, vt dentur tales licentiae, poterunt quidem dari per superiorem, sed ad paruum tempus, quo finito, teneantur petere aliam facultatem ad continuandum, si opus erit.

Vtantur magna solicitudine superiores, vt confessarios nostrorum instruant de statu Patrum et fratrum, de defectibus, etc., et curent, vt de illis in confessione interrogent, et iuuent omnes, vt superius diximus, in eo foro diligenter. Caueant vero, ne petant consilium, vel iudicium **119** confessorum in aliqua re circa eos, qui illis confitentur. Sufficiet id, quod superiores in foro exteriori scire poterunt, etiam per alios; poterit illos etiam iuuare cognitio, quam ex illorum verbis aliquando sunt nacti, vel ex reditione rationis suae conscientiae, seruato tamen districte sigillo confessionis, praesertim si in confessione rationem conscientiae acceperint, quum eam aperitionem semper debeant ha-

---

[a] *frequentur* ms.

bere secretissimam. Vtcumque fiat, non solet tamen illa accipi extra confessionem.

Rector et minister conueniant inter se, vt semper vnus ex illis reperiatur in prima mensa, et alter in 2.ª, in prandio et in caena.

Ita secum reputent superiores, semper fore aliquas tentationes, et aliquos imperfectos; et cum nunquam cessatura sit eorum charitas, et diligentia in remediis adhibendis, non despondeant animum propterea, quasi omnia male cedant, nec sint inquieti, nec **120** affligant se supra modum, sed sperent longanimiter, et remedia adhibeant, quae ipsis occurrent pro re nata et ex instructionibus colligi poterunt.

Superiores aduertant, quando syndici deferunt aliquid de fratribus, vt non sint faciles in credendo, nec sequantur facile id, ad quod illos posset inclinare talis relatio. Sed curent aliqua alia via veritatem intelligere, vt ab iis, qui agunt cum illo, qui defertur. Erit etiam vtile loqui cum illo caute et explorate, vt possit sciri aut intelligi ab eodem aliquid. Itaque in omnibus procedatur cum magna cautela, circumspectione et prouidentia, et aduertatur, ne id, quod institutum est ad fratres iuuandos, vt a syndicis deferantur ad superiores, vertatur in detrimentum eorum. In re autem vrgente et periculosa, vel alioqui graui, occurrendum est et ad consilium suum ordinarium.

Si quis diceret non posse se aliquid **121** facere, quod illi superior iniungeret, non continuo debet male de illo iudicare superior; pro qualitate tamen personae, potest caute et circumspecte suspicari; et iam primum causam interrogare, tum ex ipso, tum aliunde intelligere, quare illud non possit. Quam si veram esse comperiet, mutabit illi occupationem, nisi prorsus ex infirmitate nihil facere possit. Sin causae nihil sit, sed impossibilitas videatur illa ex tentatione, melancholia, vel taedio, et fastidio, vel ex fraude siue malitia fortassis proficisci, curet superior internae mederi aegritudini, ex qua fieri potest, vt proueniat etiam reuera illa exterior impotentia. Quae si expelli non potest, et culpa aliqua id faceret, illi detur aliqua probatio, quam non possit auersari, vel humilia officia, vel peregrinatio, vel serui-

tium in xenodochio; quae si nollet obire, agendum cum illo esset vt cum grauiter tentato. Si non tam **122** culpa praesens, quam taedium et fastidium ex diuturna occupatione vel nimia, causa esset eius difficultatis [a], cum eo lenius esset agendum, ocium illi dandum, intermittendum officium, recreatio concedenda, vel omnino mutandum officium; etiamsi his quoque dari possint probationes, sed necessum non est quemadmodum aliis.

Curet rector, ne aliquis locus sit domi, vnde clanculum possit aliquis abire, ne fiat vt aliquis, graui tentatione oppressus, aufugiat: et id quidem aliis etiam industriis est praecauendum.

Vt peculiarem curam gerere debet rector magistri nouitiorum, ita ab illo iuuari debet in illa gubernatione, ne tamen sit curiosior in interrogando nimium magistrum nouitiorum. Nam fortassis aliqua in confessione nouerit: potius illi credat, et illi multa committat, vt qui habeat illos magis exploratos et cognitos.

123 Omni studio et diligentia curent superiores, vt nostri omnes in oratione et rebus spiritualibus versentur cum fructu, quod et per se curabunt, et per confessarios, qui esse solent praefecti rerum spiritualium, vbi alius designari non possit, qui illi officio praeficiatur.

Ne sint faciles superiores in dispensatione ieiuniorum et delectus ciborum, nec patiantur, vt medici ea in re sint laxi. In rebus vero omnibus ad perfectionem nitamur, et in his praesertim, quibus hoc tempore haeretici contradicunt.

Nullus superior accipiat in depositum pecunias vel aliud quippiam ab externis, nisi necessitas ad id cogeret, vel singularis aliqua sequeretur aedificatio ad maius Dei seruitium; ibi vero districtissime iubetur, ne depositum in vsum aliquem vel necessitatem expendatur (nisi **124** forte ex depositoris voluntate), sed inuiolatum conseruetur. Hoc de superioribus dicitur. Nam alios nullos id posse perspicuum est.

Poenitentiae, quae dici solent de puris naturalibus, indici poterunt, ob rem aliquam, in qua ordinariae non sufficiunt. Hae vero poenitentiae sic habent: vt primo defectu auferatur anti-

---

[a] *dificultatis* ms. hic et alias.

pastus, 2.° etiam postpastus, 3.° etiam carnes, vel pisces, 4.° simul offa, 5.° simul vinum, 6.° vt detur tantum panis et aqua; et in orbem recurrant hae poenitentiae; quae si non parerent emendationem, grauius esset prouidendum.

Catalogus mortificationum proponatur octo diebus ante tempus vacationum, vt fratres eligere possint, quas velint facere, et superiores definire, quas sint concessuri. Videant autem superiores, ne sint largi nimium in mittendis ad **125** peregrinationes. Sint autem in dandis exercitiis largiores et aliis mortificationibus, quae agi possunt domi. Hac de re videant admonitionem quomodo vacationum tempore sese gerere debeant nostri.

Ne fiant mortificationes publice, vt disciplinae, vel aliae extraordinariae extra domum; possunt tamen, probationis gratia, vel etiam mortificationis, peti eleemosynae ostiatim [a], poterunt haberi in plateis conciones, incedere male vestiti, sequi iumenta in vrbe cum onere, ferre aquam, vel onera publice. Haec cum superiorum concessione fieri poterunt.

Poenitentiis et corporis castigationibus, seuera reprehensione, ac id genus aliis, exercendi sunt nostri nonnunquam citra culpam, ad solum videlicet patientiae et obedientiae, quam **126** caecam vocant, exercitium; modo ea cum magno moderamine et circunspectione fiant, et fiant cum probatis personis, et iis, qui hoc ipsum cum fructu suscepturi videantur, et aliis aedificationi esse posse: fieri etiam nonnunquam poterit cum aliis, vt assuescant.

Solent in Hispania mitti bullae indulgentiarum. Prohibetur autem ne quis impediat, quin illae bullae accipiantur, numerata scilicet eleemosyna. Hae tamen si a nostris acciperentur, consequi posset iactura disciplinae religiosae. Nam ex facultate bullae poterit quiuis e nostris confiteri cuiuis externo idoneo confessario. Ne igitur hanc faciamus iacturam disciplinae, dicere possumus nostros non posse bullam illam accipere, quandoquidem vsum pecuniae nullius habent. Superiores vero **127** non tenentur illis dare pecuniam, vel vsum pecuniae, neque cuiquam, si id

---

[a] *hostiatim* ms.

petat, pecuniam dare tenetur superior, neque si alius eius nomine accipiat et soluat, permittet nostros bullam eam accipere, cum omnia haec sita sint in superioris voluntate. Interdicitur vero ne impediatur a bullis suscipiendis, qui liberam habet voluntatem, qui liberum pecuniae vsum, non qui non habet. Haec cum ita sint, esset tamen securius, vt eam acciperemus a sede apostolica facultatem, ne nostri absque superiorum consensu accipere possent huiusmodi bullas, saltem qua ex parte liberi fiunt, vt cuiuis confiteantur, vt ea parte ne vterentur. Concessit Societati postea Pius 5.tus, vt nostri, etiamsi huiusmodi priuilegiis gauderent, tamen non possent alii confiteri, quam designato confessario a suo superiori [1].

Ad reformationem rectamque **128** gubernationem vnius collegii, iuuat tres aut quatuor res praecipuas seligere, illasque vt obseruentur diligenter curare; ex his deinde caeterorum sequitur facilior reformatio, adhibita cura. Poterunt autem ordinarie illae hae esse. Prima id, quod iubetur de litera inchoata et obedientia intellectus. Deinde quod de loquendo summissa voce, de silentio, cum seruari debet, et de eo vt hora quietis de iis rebus sit sermo, quae ad aedificationem faciant; quod de oratione, etc.

Plurimum iuuat superiores ad rectam gubernationem sensus spiritualis gratiae, quam accipiunt a Deo, vbi ad officium suum eliguntur. Hunc sensum et gratiam tueri debent, et petere a Christo vt illa conseruet et augeat. Ipsi illis magno studio et deuotione debent cooperari.

129 Vtantur superiores ad rectam gubernationem subsidio diplomatum summorum pontificum, constitutionum, declarationumque Societatis, quibus adiungenda sunt generalium congregationum decreta, consuetudines Societatis et traditiones, regulae, Rdi. Patris nostri generalis praepositi responsa, commissarii monita, obseruationes et instructiones, tum prouincialis re-

---

[1] Memoriae lapsum hic Natalem passum fuisse credimus; non enim Pius V, sed Gregorius XIII hoc privilegio Societatem exornavit. Cf. litteras apostolicas *Decet Romanum Pontificem,* die 3 Maji 1575 datas, ubi tale privilegium Societati primo conceditur, in *Instit. Soc. Jesu* (Florentiae 1892), I, 58.

sponsa et obedientiae. Iuuabit autem ad hoc superiores omnium regularum cognitio, non solum suarum.

Tollatur de medio sensus omnis, colloquia etiam vniuersa, quae diuersitatem vel sententiarum vel animorum parere possint.

Ad negociorum, quae tractat Societas, expeditionem et rectam gubernationem, christiana quadam moderatione et suauitate et animi magnitudine, pro more Societatis, procedendum est.

130 Animaduertant etiam rectores, vt communiter ea solum fratribus narrent, quae ad aedificationem pertinent. Quae secreta sunt, vel omnino quibus non aedificarentur fratres, vel ex quibus curiose agerent, vel nulli communicent, vel consultoribus tantum, vel selectis aliis, si qui videbuntur iuuare posse consilio, vel etiam illa notitia rerum iuuari, verum sub eodem secreto illa comittent.

Superiores toti incumbant gubernationi, neque diuidant curam suam et operam, quoad eius fieri poterit. Satis multa agent si bonam rectamque rationem reddent officii sui Deo et Societati. Sunt enim tam multae partes in eorum officio, quas si sciant et illis afficiantur efficaciter, si pro dignitate illas gerant in Domino, vt nihil sit futurum temporis residui, quod aliis occupationibus **131** impertiant. Et tamen fit fere, vt obiter aliquod ministerium Societatis obire possint. Quod cum faciunt, vehementer caueant ne id fiat cum iactura solicitudinis, vel operae, quam suo officio debent.

Libri vtiles sint expositi publice in bibliotheca, alii in vno cubiculo clausi habeantur, qui etiamsi ad bibliothecam pertineant, tamen possent curiositatem fratrum excitare.

Munera, quae offeruntur, non recipiantur in collegiis dotatis, vt constitutio praescribit. Tamen si quid exigui momenti, et non ordinarie mitteretur a persona aliqua, cuius esset habenda ratio, potest aliquando accipi, aliquando non.

Quod nonnunquam a nostris est factitatum, et quidem cum aedificatione et fructu, vt suo interuentu impedirent ludos publicos chartarum et taxillorum, chartas etiam lacerarent **132** et taxillos contererent, id si quando cum aedificatione et fructu

fieri posse videbunt superiores, comperto successu, committent aliquibus, qui singulari sint spiritus virtute, atque animi modestia ac suauitate. Taurorum autem exagitationes publice, quales in Hispania fieri solent, si possint per principes et magistratus impediri, id poterunt curare nostri, in caueam vero, vel forum, aut in populum non se dabunt cum poenitentiis, vt eos deterreant, quod alicubi a nostris factum scimus.

Id quod dicetur nomine comissarii vel etiam prouincialis et non reperiatur in eorum scriptis, aduertant superiores an conueniat necne, et iuxta id, quod ipsis visum [a] fuerit, faciant. Nam nihil est, quod ad gubernationem attineat, quod non redigant illi in scriptum, et dent superioribus, et cuius exemplum non retineant.

133 Etsi ex officio procurator debeat obseruare, quo tempore sint res illae emendae, quas [b] simul aliqua copia emit, illas non emet [c] tamen nisi superiori significet, qui non negliget idem obseruare et per ministrum.

Etiamsi sit proprium rectoris rationem dati et accepti a procuratore accipere, poterit tamen illud committere ministro, si adeo peritus harum rationum fuerit, et adeo probatus, vt illi fortassis vel magis vel eque in ea re, quam sibi, credere possit rector, et tamen nunquam omittat exploratas habere rationes.

Etiamsi ex collegiis nostris dari non soleat eleemosyna, quandoquidem ea, quae habet, bona collegium, eroganda sunt in vsus collegii, et fere omnia collegia, etiam quae dotata sunt, egere soleant, et mutuo accipere pecunias frequenter, et ex abundantia (si quando contingeret) potius plures essent **134** fratres alendi in collegiis, vel externi etiam scholastici assumendi, iuxta quartae partis declarationem; tamen aliquando nonnihil eleemosynae dare alicui pauperi, qui ad nos venit, non videtur interdicendum rectoribus, modo eius rei consuetudinem non faciant, vel frequentem vsum. Censemus enim nullam nos eleemosynam potiorem facere posse, quam iis pauperibus, qui tantum ad eum finem nutriuntur, vt animas pereuntes ex manu

---

a *visis* ms. —b *quae* ms. —c *illas emere non emet* ms.

daemonis et ex inferno liberent, et ad salutem et perfectionem adducant, Christo propicio. Quae vero est consuetudo in Societate vt ea, quae remanent ex prandio et coena fratrum, quae vsui esse non possunt collegio, dari in eleemosynam possint, non ita interpretanda est ieiune, vt nihil videri possit, quo vti collegium nequeat; quae enim dicuntur vsui esse non posse **135**, ea intelliguuntur, quae commode vsui esse non possunt, vt ius, quod solet esse in illis residuum, item quod in scutellis fratrum remanet, quae frustula [a] carnium vel piscium solent relinquere fratres, modo maiuscula non sint. Frustula etiam panis, quae non sint paulo maiora. Horum omnium iudicium erit superioris, qui eo potius spectabit, ne aridior in pauperes videatur.

Jam alias dictum est vt, vbi recipiuntur literae, quae ad aliquem inferiorem mittuntur, vt eas superior non aperiat, si sciat esse missas ab alio, qui vtriusque sit superior. Quod si vereatur, qui scribit, ne non agnoscatur cuius sint literae (quod fere nunquam erit), earum superscriptioni apponere curet nomen officii sui, vel signum aliquod, ne temere aperiantur, sed vt obsignatae dentur iis, ad quos mittuntur **136**. Haec cum ita sint, videtur simul curandum, vt nihil scribatur alicui particulari, quod non sciat superior immediatus illius, vt, quantum fieri poterit, omnia, quae scribuntur etiam ad particulares, sint directa et gubernata ab iisdem immediatis superioribus; et hoc tanti refert, quanti referre solet non facere exemptiones aut diuisiones in collegiis, et non constristare superiores. Iudicabit tamen qui scribit, siquando hoc fieri non poterit, vel vtile non erit.

In collegiis, vbi erit superintendens, poenitentias, quae pro rebus maioris momenti sunt imponendae, nullus imponat sine consensu superintendentis. Ordinarias vero dabit rector ex officio vel commissione ordinaria, sine eo quod dicat aliquid superintendenti, et ex illis **137** leues aliquas ministro dandas committet. Subminister nullus det poenitentias, nec habeat commissionem ordinariam poenitentias dandi. Hic, si viderit aliqua inde-

---

[a] *frustrula* ms. hic et infra.

center fieri, referat ad ministrum, qui, si in hoc habuerit commissionem, dabit poenitentias; sin minus, recurret ad rectorem.

De defectibus particularibus fratrum, qui sciuntur extra confessionem, etiam si sint secreti, superiores, superintendentes, scilicet, rector, minister, possunt inter se tractare et cum confessario, vt iuuet eos, et nullus de his tractet cum aliis, nisi manifestissimus fructus inde speraretur. Cum quocunque tamen de secretis defectibus agatur, id fiat secrete. De aliis vero defectibus, qui non sunt particulares, sed communes multorum, vt remissio obseruationis alicuius regulae, vel aliqua **138** imperfectio, vel inobedientia communis aliquorum, possunt, immo debent, tractare et inter se superiores, et cum illis, qui in illos incurrerint, et cum aliis facilius longe. An tamen publice sint etiam in congregatione fratrum haec reprehendenda, perpendet prouidenter rector. Nam vbi perturbatio secutura potius videretur quam fructus, esset illa publica reprehensione supersedendum, et agendum de remediis aliis. Hoc enim intelligitur, etiamsi defectus sint aliquibus publice communes; tamen, si alioqui sunt secreti, ne publicentur, nisi suo ordine et loco.

Diligenter animaduertatur quales comites adiungantur iis, qui mittuntur in aliquod ministerium, et, quando ad recreationem mittuntur, num eis illi sint dandi comites, quos ipsi petunt. Aduertatur **139** tamen, quoad fieri poterit, vt non dentur comites adeo diuersae conditionis, vt pro recreatione habeant taedium inter se.

Caueatur ne alio se conferant illi, quibus facta est copia, vt confessionis audiendae gratia extra collegium eant, vel ad aliud ministerium. Quod si contingat eos, vrgente necessitate, id fecisse, teneantur, domum reuersi, ea de re, vt de aliis, superiorem facere certiorem.

Intelligant superiores imprimis esse sibi necessarium, vt voluntates suorum sibi habeant conciliatas, et vt fugiant omnes offensiones, vel auersiones; quod si quos intelligent auersionem animi erga se concepisse aliquam, studeant illam sanare infirmitatem diligenter.

Ab his, qui petunt confessarios pro infirmis, diebus dominicis

et festis, petatur, an sit extrema necessitas; quae **140** si non fuerit, dicatur vt redeant; quoniam non conuenit tali die relinquere nostrum templum, praesertim ante prandium.

Si esset tantus numerus nostrorum, vt non possent omnes confiteri die sabbati, nec posset augeri numerus confessariorum, pars illorum, nouitii scilicet, coadiutores, et ii, qui non student, poterunt confessionis et communionis sacramenta infra hebdomadam percipere, et etiam sacerdotes confiteri. Omnes alii confitebuntur die sabbati a prandio hora commoda, et si non possent omnes, aliqui die dominico mane poterunt.

Curandum autem erit, quoad eius fieri poterit, vt vel superior sit semper domi, vel minister. Quod si contingeret extra ordinem vtrumque abesse, sit eorum loco subminister, vel vnus ex consiliariis ad hoc designatus.

Sacerdotes, quemadmodum alii, **141** non egrediantur domo sine socio, quem accipient a superiori, vel ministro ex comissione. Egredientur vero (praeterquam cum ad recreationem eunt) vt moribundis opem ferant, vel vt confessiones audiant infirmorum, aut ad xenodochia, carceres, procurandamue inter dissidentes reconciliationem, vel certe ad promouenda opera alia pietatis, vel negocia perficienda Societatis, vel omnino ex obedientia. Consolationis autem ergo (vt dici solet) si visitent, vel ad gratiam promerendam vel conseruandam, id non absque certa spe fructus spiritualis, vel certa eius officii necessitate faciant, et vbi nullum timeatur periculum; et haec quidem cautio et circumspectio ibi praesertim adhibeatur, vbi mulieres visitantur, quae tamen ne visitentur, nisi quae spectatae sint virtutis et existimationis, et singularis intercedat necessitas, et expectetur aedificatio. Quando autem egrediuntur, non solum sacerdotes **142**, sed omnes alii, referant qua causa et quid sint acturi, ei a quo exeundi copiam acceperint. Ianitori vero, quo se conferant dicent, dum egrediuntur. Ianitor subnotet eorum nomina in aliqua scheda, quam vesperi dabit superiori. Reuersi deinde, mox, si queat fieri, rationem reddant superiori, eorum quae egerint, hoc vero poterit ministro committere superior in rebus leuioribus.

Sat erit si minister subscribat chirographis medicorum, quae ad pharmacopolam mittuntur, praesertim si illa subscriptione sit pharmacopola contentus.

Permittatur, qui deuotione ducitur, ferre crucem aliquam, aut Agnum Dei, atque etiam reliquias, has tamen cum magna consideratione.

Nostri patrinorum munus non obeant. Ad processiones non eant, vt solent **143** religiosi bini, sed cum populo poterunt sequi processionem, adhibito syndico, ne quid admittatur contra decentiam vel aedificationem. Dent vero operam prouinciales, vt nostros ne cogant episcopi ad processiones ire.

Aduertant rectores, si quando aliquem aliquo mittere possunt et volunt in ministerium, antequam quicquam omnino dicant vel significent ea de re cuipiam, vt accipiant rationem eius conscientiae secrete, vt rebus omnibus melius possint occurrere ac prouidere ad maiorem Dei gloriam: et intermittere fortassis illius missionem. Iis autem, qui aliquo mittuntur, semper detur specialis instructio, quemadmodum se gerere debeant in via cum aedificatione, et fructu illorum proprio, et eorum etiam, cum quibus agent; quando vero peruenient eo, quo sunt missi, superiores interrogent eos quomodo se gesserint in via, et quemlibet etiam **144** eorum separatim, et eorum primam saltem confessionem audiant [1], et generalem quidem, si ibi sint habitaturi.

Rector non intelligat ex quodam capite officii sui esse sibi indictum, ne sepius, quam semel in anno, exerceat infima officia domus ad aedificationem. Potest enim et debet frequentius, quemadmodum intelligitur ex primo cap. 3.ae partis constit.: nec in his terminus facile potest praefigi.

De singulis intelligatur an sacramentum confirmationis acceperint, vt primo quoque tempore, qui non acceperint, confirmentur. Omnes vero scholastici, qui primam tonsuram non habent, curet rector vt illam accipiant.

Tentationes fratrum leuiores, quibus rector mederi potest, non est quod ad superiores scribantur, nisi in genere: grauiores

---

[1] Vide dicta in pag. 369, annot. 1.

vero scribendae sunt, in quibus multum est momenti, vel emendationis spes non apparet, vel vnde **145** periculum timetur. Sed ad hoc secreto agendum, vtendum etiam erit aliquibus ciphris, vt dicunt.

146 DE SUFFRAGIIS QUAE PRAECIPIT SOCIETAS

Quo die [a] datur collegii possessio, celebrari debet una solemnis missa more nostro pro fundatore viuo et benefactoribus viuis.

Eodem die reliqui collegii sacerdotes pro eisdem suas missas celebrabunt, deinde bis vnusquisque proximis diebus celebrabit pro eisdem.

Singulis praeterea hebdomadis semel vna missa celebrari debet pro fundatore et benefactoribus viuis et defunctis.

Initio mensium singulorum semel singuli sacerdotes missas celebrabunt pro eisdem.

Singulis etiam annis, quo die tradita est possessio collegii Societati, celebrabitur vna missa solemnis, et a reliquis sacerdotibus suae pro fundatore et benefactoribus.

Quo die fundatoris mors intelligetur, **147** omnes sacerdotes collegii pro illius anima celebrabunt; addent singuli proximis diebus duas missas ad idem.

Et haec quidem dicta sunt pro singulis collegiis, quod attinet ad suam fundationem.

In aliis vero collegiis et domibus omnibus, quo die intelligetur ex Patre generali, vel ex suo prouinciali, esse datam possessionem alicuius collegii Societati, incipient singuli sacerdotes celebrare tres missas pro fundatore et benefactoribus illius collegii viuis et defunctis [b].

Idem curabunt fieri superiores ab iis, qui extra collegia erunt vel domos.

Quo etiam die resciscent mortuum esse fundatorem alicuius collegii, incipient singuli sacerdotes totius Societatis tres missas celebrare pro anima fundatoris.

---

[a] In margine: *Ex 1.° cap. 4.ae partis constit.* —[b] *viuis et benefactoribus* ms.

Praeter [a] haec sacra singulis hebdomadis celebrabunt in singulis domibus **148** vel collegiis, vnum, duo, aut plura, iuxta sacerdotum domesticorum numerum, vt conueniens erit, et iudicabit generalis praepositus, pro benefactoribus viuis et defunctis, in quo iudicio erit haud dubie largior quam strictior.

Ad haec, singulis hebdomadis, mensibus et annis, fiat in singulis collegiis vel domibus vnum sacrum, vel plura pro conseruatione et augmento Societatis, quod intelligitur faciendum etiam a quouis sacerdote, si ita praescripserit generalis. Alioqui vnum sacrum dumtaxat fiet singulis hebdomadis; et, praeter hoc, vnum singulis mensibus; vnum praeterea singulis annis celebrandum erit in singulis domibus et collegiis.

Praeterea (vt declaratum est a Patre generali Layne ex $4.^{o}$ cap. [b] $6.^{ae}$ partis), vbi aliquis, qui vixerit in obedientia Societatis, receptus scilicet ad probationem, diem suum obibit in Societate, singuli sacerdotes eius loci vbi morietur celebrent **149** primo quoque tempore tres missas pro anima illius; in aliis locis eiusdem prouinciae duas, in aliis aliarum prouinciarum vnam. Haec ratio fuit restricta in $3.^{a}$ congregatione, cap. 73 [1].

Ne praetermittant superiores curare, quod in constitutionibus dicitur, vt quoties celebrant pro fundatoribus, uel aliis rebus supradictis ex constitutionibus sacerdotes, toties fratres ad eam intentionem orent; quod quo facilius fiat, indicant vt id faciant cum missam audiunt fratres eodem die. Si pro aliis rebus indicatur sacerdotibus missae celebratio, erit in arbitrio superioris an pro eisdem rebus oraturi sint fratres.

150 OFFICIUM SUPERINTENDENTIS COLLEGII SUB COMPENDIO

Curet superintendens, vt sui quisque officii regulas habeat et sciat, non solum officiales coadiutores, sed omnes etiam alii, vt rector, minister, subminister, praefectus sanitatis, rerum spi-

---

[a] In margine: *Ex cap. $4.^{o}$, $7.^{ae}$ partis constit.* —[b] *$6.^{o}$ cap.* ms., sed error est manifestus.

---

[1] Sic ms., sed congregatio tertia in decreto 40 (ms. 62) suffragia extra provinciam facienda restrinxit. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 227.

ritualium praefectus, sacerdotes, confessores, praefectus studiorum, lectores, scholares, etc.

Ipse quoque omnium officia penes se habeat, eaque sciat, quo omnibus superintendere melius possit.

Curabit praeterea, vt habeat vnusquisque particularem instructionem et modum, quo officio suo recte fungatur, quod quidem voce prius et viua traditione, vel generalis praepositi, vel prouincialis, vel sua, agendum est; deinde etiam scripto, si videatur necessarium, vt omnes sua obeant munera, non prout ipsi intelligunt aut proprio sensu, sed iuxta intelligentiam et sensum Societatis, quem legitimi superiores suggerunt.

Superintendens accipere debet intelligentiam officii sui, modumque illud exequendi ab immediato superiore suo, nempe Romae a generali: aliis in locis a prouinciali ordinarie.

151 Superintendentis officium in eo consistit, vt collegio, rectori et officialibus aliisque omnibus vniuersam eam rationem, modum, et executionem praescribat, quam a suo superiori acceperit, qua per illos ipsos ministros suos collegium sit gubernaturus. Res tamen aliquas sibi soli agendas ordinarie reseruet. Nonnullas etiam alias extraordinarie, ex quarum reseruatione censeat collegii gubernationem adiuuari vel reformari posse, et has quidem reseruabit donec collegium in suum statum restituatur.

Curet, vt a se tanquam omnium superiore vniuersum collegium pendeat, praecipue vero rector.

Sciat vero quaecumque in collegio fiunt, maxime quo modo se gerat rector **152** caeterique officiales, atque etiam particulares, et, vbi opus fuerit, ipse auxilium suum conferat.

Res eas, quae sunt odiosae, per rectorem agat, vel per ministrum.

Curet vt sibi omnes habeat obsequentes cum amore et suauitate, sitque ipse omnibus certum refugium ac refrigerium in Domino.

Cogitet ac speret in Domino propter officium, quod sustinet, sibi datam iri gratiam, si seipse disposuerit cum Dei auxilio, qua explere munus suum possit, ad maiorem Dei gloriam et omnium

aedificationem. Enitatur autem, vt in omni suo ministerio Deum inueniat vtili aliqua meditatione.

Vniuersum collegium corde gestet in visceribus charitatis in Christo, illudque in oratione atque vnione cum Deo sustentet; in qua quidem offerre illud atque vnire Deo debet.

Tradat se totum gubernationi collegii, nullumque tempus alteri **153** occupationi tribuat, quod sit illi necessarium, aut vnde detrimentum patiatur sui officii gubernatio, sed potius curet ipse sese ad hanc vnicam curam colligere; non enim facile huic muneri superintendens vtiliorem aliam occupationem inueniet.

Non solum superintendat inquirendo de rebus ipsis, sed ipse per se videat, et obseruet suis temporibus, quid omni in officio et loco agatur, vt sciat quemadmodum pro suo munere melius rebus singulis prospiciendum sit.

Quae ordinarie sibi reseruabit superintendens, videntur haec esse posse, quae sequuntur.

Res reseruatae superintendenti.

Rationem conscientiae accipiet semel in anno in alterutra votorum renouatione: tunc enim omnium generales confessiones audire debet [1], et in confessione rationem conscientiae accipere; vbi vero erit maior **154** multitudo, quam vt omnium possit audire confessiones, deliget quos sit auditurus, reliquos dabit rectori aut etiam selectis Patribus audiendos. Ipse tamen etiamsi non audiat tunc plenas generales confessiones, in confessione tamen particulari, accipiet compendio rationem conscientiae. Rectori vero committet, vt in alia votorum renouatione audiat generales confessiones, et rationem conscientiae accipiat. Prouincialis vero ipse deliget quando velit confessiones audire. Nam Romae generalis non solebat totius saltem collegii confessiones audire.

Ne quis domo noctu exeat, neue ingrediatur, ipso inscio.

Ne cibum sumant extra collegium absque eius facultate, quam ipse rarissime concedet, idque ob vehementem aliquam causam, vel eximium fructum.

---

[1] Vide supra, pag. 402, annot. 1.

Ad confessiones extra domum audiendas **155** et ad ferendum morientibus auxilium non ibit quisquam, non accepta ab eo [a] facultate, nisi id commisisset rectori a se peculiariter instructo.

Neque negotiorum causa domo egredientur, nisi ex eius facultate.

Nullus ordo, nullus mos, nisi eo probante, mutetur: non probabit autem mutationem ipse, nisi consulto suo superiori, in re praesertim graui.

In regulis aut constitutionibus ne dispensetur absque eiusdem facultate, vel vniuersali, vel particulari.

Nec sine ipsius facultate, saltem vniuersali, cuiquam cibus detur in janitoris mansione; tantum eleemosina ordinaria et quotidiana pauperibus dari possit.

Nemo inuitetur ad sumendum cibum in refectorio sine eius facultate, nec dispenset in hoc superintendens nisi rarissime, et cum aperta causa et fructu alicuius momenti.

156 Nihil detur, neque vendatur, neque accipiatur ab externis ipso inscio, nisi habeatur facultas in genere saltem, vt in ordinaria collegii prouisione, et rebus paruis, sed de quibus singulis mensibus ad eum referre debeat rector.

Non permittatur externus aliquis domum ingredi sine ipsius facultate, nisi eandem in genere facultatem dederit rectori, quam cum dabit, visendi collegii causa, comites dabuntur ei, qui admittitur, probati, qui eum deducant.

Nisi ex eius consensu, domesticis officia non mutabuntur.

Neque scholarum praeceptores mutabuntur sine eius facultate.

Studiorum renouatio ad superintendentem spectabit, horarum vero mutatio, et quaeuis alia res aut ordo renouandus, si ordinaria sit mutatio vel renouatio, eam faciet **157** quidem rector, sed admonito superintendenti.

Ad eum quoque spectabit directio et ordo lectionum et disputationum, quod curabit per praefectum studiorum.

Literae omnes, quae adferuntur, primum ei tradantur, ipse vero eas rectori legendas dare poterit.

---

[a] *ea* ms.

Authoritatem dandae facultatis ad scribendas literas sibi extraordinarie reseruabit, ordinarie vero dabit rector.

Tanto pauciora sibi reseruabit, quanto maiore talento, habilitate et agendi ratione praeditus fuerit rector.

Non fiat annonae prouisio magna in quantitate, nisi ex eius consensu.

Nihil aedificetur, nisi de eius voluntate.

Nec, nisi eo sciente, poenitentia detur extraordinaria.

Quae vero haberi debeat extraordinaria, ex ipsius pendebit iudicio.

158 Praeter haec, quicquid rectori videbitur difficile aut dubium, aut momenti maioris, id ipse inconsulto superintendente non aget.

Quae extraordinarie sibi superintendens reseruabit, ea erunt, quae videret non suo ordine progredi, aut exiguo cum fructu; itaque reformatione egere. His immediate intendere ad tempus deberet ad gubernationem dirigendam.

Contra vero, quae sibi ordinarie reseruat superintendens, nonnunquam aliqua committet rectori gerenda.

Et haec hactenus de reseruatione.

Non audiet superintendens confessiones ordinarie; extra ordinem tamen, vbi aliquem credat adiutum iri, si ipsi confiteatur, illum audiet.

Habeat peculiares obseruatores, qui secrete ipsum admoneant de rebus collegii, ac peculiariter de rectore et officialibus, et hi sint probatissimi, **159** ne per libertatem huius obseruationis occasionem accipiant imperfectionis in obedientia.

Ipse vero superintendens sese componat ad exemplum totius perfectionis, quae ad rationem nostri instituti et verum eius spiritum et gratiam exigatur. Hic vero spiritus, haec gratia, et ratio nostri instituti religiosa, etiamsi sentiri magis spiritu mentis nostrae et corde intelligi, quam verbis explicari possit, illam tamen intelliget, qui Dei gratia vocatus ad Societatem, in simplicitate cordis sui deuote illam recipiens, votis confirmans, operationibus plenae mortificationis, obedientiae et humilitatis exercens, ad maiorem Dei gloriam, proximorumque vtilitatem dili-

genter studebit intelligere diplomata instituti, constitutiones, decreta congregationis generalis, regulas, receptas consuetudines et traditiones Societatis; ad haec intelligenda **160** adhibebit, quae poterit scire, de vocatione, vita et actis P. Ignatii, de Societatis fundatione ac progressu vsque ad praesentem aetatem, omnia vero exponat iuxta praesentis generalis praepositi intelligentiam et gubernationem.

Exerat atque exerceat in gubernatione tota charitatem, benignitatem et mansuetudinem Christi Iesu, Petri et Pauli, vt in formula et confirmatione instituti praescribitur generali praeposito. Nam cum esse debeat gubernatio Societatis fortis et suauis; fortitudinem intelligimus constantiam ac firmitatem in veritate gratiae et vocationis nostrae et finis Societatis, in disciplina instituti, et obseruatione constitutionum et regularum, et exequutione omnium mediorum, quae ad finem Societatis consequendum, vel necessaria sunt, vel vtilia. Ita tamen vt ex charitate, benignitate et **161** mansuetudine proficiscatur vsus ille fortitudinis et districtionis et disciplinae, vt in rigore etiam ipso, qui necessarius est aliquando, eluceat tamen spiritus charitatis et mansuetudinis in Christo. Nam necessariam [a] esse nonnunquam disciplinae seueritatem, nullus est, qui dubitare possit.

Postremo illud dicam, quod primum est in toto negocio officii superintendentis, vt pendeat actu et quidem frequenter a generali praeposito, si Romae fuerit superintendens, vel a suo prouinciali. Petat vero ab illo, ne, quod sit ordinatum in collegio a superintendente, si mutandum videatur, ita mutetur, vt non videatur authoritas superintendentis, quoad eius fieri poterit, esse imminuta. Illud praeterea postulet, vt si quem vocat e collegio generalis vel prouincialis, si quid statuit, vt id primum significet superintendenti (si videatur), ne, si illo inscio, **162** vel domo egrediantur, qui in collegio sunt, vel omnino aliquid statuatur, collegii gubernatio vnionem videatur non tenere, et contingat facere superintendentem, et bona quidem fide, contra quam iusserit generalis vel prouincialis.

---

[a] *necessarium* ms.

Danda praeterea est opera, ne per consultores vel generalis vel prouincialis impediatur subordinatio obedientiae et gubernationis collegii. Pendent enim rector et alii omnes collegii officiales et quotquot in eo viuunt, a superintendente, hic a prouinciali vel generali. Nihil igitur sese ingerant ad ea, quae ad gubernationem collegii attinent, consultores, nec alius quispiam, praeter eos, ad quos in suo gradu pertinet gubernatio, et meminerint omnes regulae, quae praecipit vt nullus sese officio alterius ingerat.

163 Quotidie ad se vocet rectorem superintendens, vt intelligat quemadmodum habeat gubernatio.

Vocet etiam nonnunquam ministrum et subministrum, vt de ipsis sciat quid geratur, quid desideretur.

Vocet aliquando et alios primarios Patres et fratres, a quibus intelligat quid agatur.

Habeat suos consultores et non omittat iuxta rationem Societatis, eos in re graui consulere.

Incumbat in eam potissimum partem, si quam continget in collegio laborare ac egere maiori superintendentia.

Si qui sint tentati vel inquieti, eorum specialem gerat curam.

Videat vt prouideat superintendens, et quidem diligenter ac solicite, vt suam obtineat authoritatem rector in suo officio et gradu, neue vel pusillo fiat animo in **164** gubernatione, vel subditi minus illi obsequentes: officium igitur suum curabit superintendens vt exequatur rector pleno quidem iure, sed dependenter tamen, quemadmodum et dictum hactenus est, et statim dicetur in compendio vsus officii rectoris.

Discrimen rectoris, vbi est in collegio superintendens, et ministri, vbi non est superintendens, sic accipi potest. Rector suum habebit officium, quo vti debet, quod immutare non potest superintendens, sed potius quo vt vtatur rector debet superintendere. Itaque quod officium habeat rector id non facit superintendens, sed quemadmodum officium suum exequatur praescribit, nisi quod sibi aliqua reseruat ordinarie, aliqua extraordinarie. At minister nullum fere habet officium, quod suo iure gerat, tantum est organum rectoris et executionis **165** officii rectoris instru-

mentum, quod motum a rectore moueatur et agat. Itaque ex commissione rectoris omnia agit vel generali et ordinaria, vel particulari et extraordinaria; et nihil habet minister vnde moueatur quasi ex officio suo iure, vt rector, sed voluntas rectoris facit vt moueatur. Quamuis enim habeat aliqua conscripta minister (vt habere debet), ea tamen vt instrumentum habebit, non vt principale agens. Est igitur minister (vt nomen indicat) organum rectoris. Rector censetur, non tantum instrumentum, sed principale agens, verum quod a superintendente in executione officii dependeat.

166 COMPENDIUM QUO PERSTRINGITUR QUEMADMODUM VTI SUO OFFICIO DEBEAT RECTOR COLLEGII VBI SUPERINTENDENS EST

Cogitet ac speret in Domino propter officium, quod sustinet, sibi datum iri gratiam, si seipse disposuerit cum Dei auxilio, qua explere munus suum possit ad maiorem Dei gloriam et omnium aedificationem et fructum spiritualem. Enitatur autem, vt in omni suo ministerio Deum inueniat, detque operam, vt in eo vtili aliqua meditatione animum exerceat.

Accipiat officii sui regulas a superintendente, et illarum intelligentiam, et modum vsus peculiarem, consuetudines, traditiones, instructionem particularem, quemadmodum sit gubernandum collegium.

Pendeat a superintendente immediate in rebus omnibus ac tota **167** gubernatione, et in his praesertim, quae superintendenti reseruantur, vel ordinarie vel extraordinarie, in Domino in suauitate obedientiae, humilitatis, simplicitatis ac charitatis, studeatque nihil habere auersionis ab illo etiam naturalis, quod faciet, si non hominem hunc in ipso consideret, sed Christum ipsum contempletur et veneretur, quantum decet.

Officium rectoris collegii, vbi est superintendens, in hoc consistit, vt sub obedientia superintendentis totam collegii gubernationem amplectatur ac curet in his rebus omnibus, quas sibi non reseruat superintendens. In his vero, quae ille reseruat, hanc habeat curam, vt admoneat superintendentem summa cum humilitate et simplicitate in Christo, si quid ex particulari obser-

uatione deprehendat, in his, quae sibi reseruat superintendens, desiderari.

Conferenda autem est exequutio officii 168 sui cum superintendente quotidie; in genere quidem de omnibus, in particulari autem, si quid sit rei grauioris.

Superintendat rector immediate in ministrum et eius officium, hunc enim habet immediatum et peculiarem exequutorem rerum, quas ipse ordinabit, illae vero erunt, quascunque non sibi reseruabit superintendens.

Superintendet etiam in subministrum et alios officiales, quod etiamsi per alios faciet ordinarie, ipse tamen inuigilabit in omnes, non solum officiales, sed etiam priuatos omnes.

Obseruabit si quid non ex ordine fiat, si qui sint inquieti, vel tentati: ex officio vero iis rebus prouidebit, nisi videantur grauiores, quam vt solus eas debeat agere.

169 VSUS OFFICII MINISTRI

Minister sciat se esse instrumentum immediatum rectoris, nec esse aliquid, quod ipsi ex officio incumbat, nisi quae accipiet curanda a superintendente vel rectore; cum enim omnia agat superintendens per rectorem immediate, et ordinarium rectori datum sit officium, actiones, quas hic per se exequi non potest, eas immediate geret per ministrum. Itaque, quae rector non poterit vel debebit exequi per se, ea committet gerenda ministro.

Habebit rector, quae ordinarie per ministrum geret, vt res particulares domus omnes obseruare, officialibus ordinariis domus superintendere, vt suo officio fungantur curare, et non id solum, sed omnes partes domus obseruare, et omnes rerum varietates, Patres, vel fratres, num suo officio et exercitiis omnes fungantur, vt possit ex his referre 170 ad rectorem, vel agere quae sibi ex commissione licebit.

Extra ordinem aliqua poterit (quo maiori erit talento et habilitate praeditus minister) illi committere rector, quae ordinarie spectare videbuntur alioqui magis ad officium rectoris.

Ordinarias poenitentias poterit dare minister ex comissione

pro leuibus defectibus, extraordinarias, vel propter grauiores defectus, non poterit inconsulto rectore dare.

Minister reputatur superior esse in collegio, et omnes illi subduntur, etiam sacerdotes et professi.

Procurator, praefectus studiorum, confessarii, professores, concionatores erunt quidem in obedientia ministri, vt vnitas obedientiae obseruetur; sed intelligat minister illis se non posse quicquam praescribere in his, quae proprie ad eorum officia spectant, **171** nisi ex nomine et expressa comissione superioris. Illi autem omnes obedire debebunt; si quid tamen iudicarent referendum ad superiorem, id libere poterunt.

Minister itaque nullum statum et certum officium aliud habebit, quam vt se intelligat esse rectoris organum, ad ea, quae peculiariter illi praescribit rector, vel etiam si volet superintendens. Officium vero accipiat suum quiuis minister a suo rectore vel viua voce, vel etiam scripto; sed quod vnus minister accipiet, non subseruiet successori ministro, nisi a rectore confirmetur, et quasi nouum tradatur, adiunctis ac detractis quae volet.

172 VSUS OFFICII SUBMINISTRI

Subminister propterea est, et dicitur, quod sit immediatum instrumentum ministri ad res particulares obeundas, atque executioni mandandas.

Subminister igitur nil per se ordinat, sed tantum est exequutor rerum, quae ipsi sunt praescripta, vel in genere vel in specie, et exactor actionum domesticarum, iuxta quod scit esse ordinatum a suis superioribus.

Est eius praecipua cura, vt, quae attinent ad culinam, refectorium, penu, cellam vinariam, cellam aquariam, bene et ordine et tempore suo sint parata, vt cubicula sint decenter ordinata, vt ne vagentur per collegium fratres, vel colloquantur intempestiue. Breuiter: vt vnusquisque versetur in suo officio.

173 Referet de omnibus rebus ad ministrum ordinarie.

Nullam dabit poenitentiam ex officio, sed de defectibus referet ad ministrum.

Si det poenitentias, eas dabit nomine et iussu ministri, vel aliorum superiorum habita facultate.

Censetur quidem superior subminister, sed sacerdotibus tamen nil iubebit, nisi nomine aliorum superiorum, vbi id illi committent; quod si iubeat, debent illi obedire.

Vocabitur frater, si non est sacerdos.

Horum officiorum esto unio et dependentia, siue subalternatio, in Domino firmissima atque exactissima, quasi angelorum sit quaedam hierarchia, qua inferiores et purgentur et illuminentur et perficiantur a superioribus, hi a prouinciali, hic a generali, hic item a summo pontifice, et a Christo Iesu.

---

174 Subminister procuratori, praefecto studiorum, professoribus, concionatoribus, etiam si sacerdotes non essent, nil praescribet, praesertim in suis officiis, et ne ex commissione quidem, quae scilicet illi non dabitur, sed soli ministro dari poterit, vt dictum est in eius officio.

COMPENDIUM INSTRUCTIONIS, QUAE IIS, QUI PRAESUNT, DATA EST, DE EO QUEMADMODUM SE GERERE DEBENT ERGA PATRES ET FRATRES

Gerit Christi personam, eiusque vicem superior.

Christo obediunt in ipso Patres ac fratres.

Christi sunt serui, non ipsius.

175 Suorum infirmitates ferat, nec sibi placeat.

In timore ac tremore suum officium gerat.

Suos omnes in spiritu humilitatis meliores se existimet ad omnia.

Imitetur in gubernatione charitatem, mansuetudinem, et benignitatem Iesu Christi, ac apostolorum Petri ac Pauli.

Fortis sit et suauis in gubernatione.

Haec, quae diximus, exerceat exteriori gaudio, et moderatione, atque actionum omnium compositione.

Naturam, si fuerit seuerior, temperet; si lenior, adhibita grauitate, componat.

Haec, quae generalia sunt, simul et quae sequuntur particularia, docebit nos Deus, si gratiae ipsius cooperari velimus.

Blande loquatur superior et suauiter.

Sereno hilarique vultu.

176 Cum charitatis significatione.

Non praeseferat culpam meminisse P[atrum] ac f[ratrum] vbi cum illis agit, sed potius illam excuset et minuat, si fieri possit.

Earum rerum, quae in ipsis laudari possunt, memoriam se tenere significet.

Ne ex imperio praecipiat, sed ex benignitate, tranquille, diserte tamen et aperte, vt si dicat:

Facias hoc. Facias hoc frater, vel Pater. Bonum erit, si hoc feceris. Hoc facias amore Dei. Nonnunquam etiam: rogo, vt hoc facias. Non dicet: mando vel praecipio; multo minus: mando vel praecipio in virtute sanctae obedientiae, vel in nomine Domini. Hoc tamen dicere poterit dumtaxat, si ita iubendo, insigne periculum vel damnum vitari aliter non posset.

177 Omnibus, qui sunt sub eius gubernatione, vbi ipsi caput aperient, ipse item aperiet, sed statim teget.

Non permittat aperto capite ante se consistere Patres et fratres; sed tamen nunc citius, nunc non ita cito, iubeat tegere, pro personarum vel rerum exigentia.

Sit vero praescriptum, vt abeuntes ex colloquiis superiorum aperiant caput, tunc tamen necessum non erit superiores caput aperire.

Subministro sacerdotes caput non aperiant, sed potius subminister sacerdotibus, quod quum facient, tunc etiam sacerdotes aperient.

Ne sit praeceps in loquendo superior vel leuis, sed moderate grauis.

Sit eius agendi ratio facilis, clara, iucunda, plana ac familiaris.

Audiat cum mansuetudine attente.

Intelligat accurate.

Nil temere et praepropere respondeat. **178** Et tamen in rebus facilibus cito respondeat.

In difficilibus, si non confidat respondere se posse ex tempore, eius rei rationem aliquam significet, et iubeat ad se rediri.

Vt cuiusque habuerit perspectam animi dispositionem, vel naturam, ita illum accipiat et tractet, sese similiter illis accomodando.

Praeseferat vero acceptum se habere aliquid boni, quod in eo est, qui cum eo agit, quod nunquam deerit, et ex illius boni grata acceptione loquatur.

Non ostendat se cuiquam difidere, sed potius ex praedicatione alicuius rei, quam probat, curet omnibus animum facere, omnium curare infirmitates.

In omnibus rebus aget spiritualiter.

In rebus spiritualibus eloquatur disertissime et planissime, et ad captum singulorum accomodate.

179 De aliis rebus ita agat, quasi ex spiritu loquatur, et agat ad aedificationem et instructionem et spiritualem profectum.

Vbi agendum aliquid vel persuadendum est, gratia Societatis nitatur et instituti, et consiliis vtatur ex illa gratia et instituto proprie desumptis: ex bullis, scilicet, constitutionibus, regulis, consuetudinibus, traditionibus et obedientiis superiorum; ex exemplis Patrum et fratrum; ex historiis Societatis, et ex praesentibus consultorum sententiis.

Communi vero iure vti poterit, quatenus ex priuilegio, quod a Deo et sede apostolica accepimus, illi derogatum non est.

Seueritatem quoque vt praeseferat, erit nonnunquam necessarium.

Seueritas vero proficiscatur ex desiderio perfectionis, ac zelo Dei, **180** cui in superiore obeditur, et hinc proficisci praeseferetur.

Sit tamen semper minus seuerus quam pro merito.

Quod autem ad magis particularia spectat:

Cum iis, qui ipsi satisfaciunt, suauiter ac confidenter aget ac familiarius, modo ne videatur ea esse personarum acceptio. Vtetur eorum opera frequentius, tum in aliis rebus, tum in fratribus iuuandis.

Et tamen nonnunquam hi sunt seuerius accipiendi, dandae illis poenitentiae, etiam absque culpa, ad eorum solidiorem profectum, aliorumque excitationem et exemplum.

Eorum vero, qui superiori non satisfaciunt, quo plura in ipsis desiderabuntur, eo maior ipsorum erit habenda cura.

Et primum, an sit eiiciendus a Societate, id est consultissime animaduertendum et expendendum.

Illudque ea in **181** re animaduertetur accuratissime, ne, huiusmodi indulgentius retinendo, congregationi noceatur.

Erit autem vtile singulis annis prouidere, re cum prouinciali consultata, an collegium sit purgandum huiusmodi importunis fratribus, quemadmodum solet corpus humoribus noxiis.

Ne facile tamen amittatur fiducia etiam de eo, qui deploratus alioqui videretur.

Qui secreto esset dimittendus, ei in peregrinationem manifestam misso, indici posset ne rediret.

Interea tamen, dum spes est iuuari inquietum posse, studium et cura est omnis adhibenda vt iuuetur.

Primum, vt, quoad eius fieri poterit, statim sciatur, quamprimum male quis habere incoeperit, et iam inde remedia adhibeantur: deinde, vt ad se eum vocet **182** superior, illum instruat solicite et iuuet.

Praeterea idem per alios curet, per confessarium, per Patres aliquos, et fratres idoneos.

Interdicat illi rector et confessarius ne versetur cum iis, qui eum non iuuant, alii idem consulant.

Per idoneos relatores intelligat minutim, quae ille agat, quae dicat, cum quibus loquatur.

Animum et studium applicet superior ad illum iuuandum nihilque negligat.

Ne ad extrema nisi consultissime veniat.

Prouideat ne locus sit, vnde iniussus abire possit.

Secreto significet ianitori et aedituo periculum, ne ille discedat per eorum negligentiam, vt accuratius suas ianuas custodiant, et ne permittant illum egredi, etiamsi dicat se habere facultatem.

183 Commiseratio illius capiat rectorem, quod illi fiat notum.

Offerat et pro se superior et pro aliis obliuionem omnium, si se emendauerit.

Ne eum verbis exasperet; quod si aliquando necessario faciet, vel ad finem colloquii illius animum industrie demulceat, vel statim curet idem praestari per aliquem idoneum.

Non significetur illi, quod animum de illo despondeatur, sed potius quod speretur.

Ostendatur non credi syndicis, sed rei compertae.

Persuadeatur illi, vt eligat vnde possit iuuari, et si quidem commode aliquid dixerit, id probetur.

Alia tamen addantur pedetentim, quibus iuuetur, quae rectori ad rem videbuntur futura.

Nullum faciat discrimen inter ipsum et alios in rebus publicis.

184 In reprehensionibus nullum dicatur illi conuicium, nihil iniurium.

Tantum culpa eius exponatur et damna, quae consequantur.

Grauiores obiurgationes vtilius per ministrum vel per alios idoneos exercebuntur, vt semper relinquatur ad superiorem refugium.

Omnia tententur remedia, quibus videatur iuuari posse, iuxta personae qualitatem.

Fiat periculum, num illi proderit facere exercitia, an velit in officiis humilioribus versari.

Detur illi plus temporis ad orationem.

Inducatur vt extra ordinem confiteatur, et communicet semel aut bis in hebdomada, si opere precium fore videbitur.

Vtatur confessarius opportune illis praesidiis, quae annotata sunt in instructione confessariorum.

185 Suaues obedientiae imponantur.

Deinde eximatur ab aliqua parte domesticarum obedientiarum.

Si nihil aliud prodesset, concedi etiam posset, vt cessaret ab omnibus et studiis et officiis, et domi ociosus contineretur, vel in aliquo cubiculo aliquot dies.

Sed, cum hae exemptiones dantur, significandum fratribus per idoneos quapropter illud fiat.

Posset etiam inuitus concludi in aliquod cubiculum, et illic aliquot dies ali [a], tum propter disciplinam, tum vt admoneri possit sui officii; nec hoc censeri deberet carcer, sed vsus maioris claustri ad tempus propter necessitatem.

Cum iis, qui propter aliquam persuasionem aut opinionem dissentiunt a superiore, quid peculiariter agendum sit praeter dicta, petendum est ex declarationibus examinis, tum ex instructione prouincialis.

Si quis secreto esset dimittendus, ex **186** iis, quae dicta sunt, ea, quibus secreto iuuari posse videretur, non sunt intermittenda.

Postremo, si nihil prodesset, mittendus est ad prouincialem, re prius cum ipso communicata, nisi periculum esset in mora. Mittetur vero cum aliquo probatissimo socio, praesertim si alias ad Societatem esset idoneus, alioqui solus mitti posset, sed in habitu tamen seculari, et absque viatico, in peregrinationem, nisi ex praesenti iudicio aliter censeat rector.

Si tamen resipisceret, qui huiusmodi est, esset cum omni suauitate, atque animi hilaritate excipiendus.

Nullusque sensus esset superiori retinendus, vel memoria significanda praeteritorum, quod simul in aliis omnibus esset curandum diligenter.

Et tamen esset commode curandum, vt aliquam susciperet poenitentiam publicam ad fratrum aedificationem **187** et confirmationem, praesertim si res fuisset omnibus manifesta.

Ad eos, qui nec placent omnino, nec displicent, iuuandos, vti poterit superior parte praedictae institutionis. Vnice autem adiuuabitur negocium hoc Dei gratia, quam habebit superior efficacem, si sibi non desit.

Adiuuabitur orationibus et sacrificiis rectoris et collegii totius.

Adiuuabitur his instructionibus, Christo propitio, et aliis praeterea industriis, quas rectorem docebunt res praesentes cum

---

a *alii* ms.

gratia domini nostri Iesu Christi, qui viuit et regnat in seculorum secula. Amen.

Superior instructio, etiamsi proprie ad rectores vel praepositos locales attineat, facile poterit ad prouinciales accommodari.

188 IHS

QUEMADMODUM SE GERERE DEBEAT SUPERIOR CUM CONSULTORIBUS

Contineat eos in omni obedientia omnibus in rebus, praeterquam quod libere et dicent iudicium suum, cum ab eis petitur, et scribent ad prouincialem et generalem, sicut ex officio illis incumbit, atque ita non sinet eos maiorem sibi libertatem sumere aliis in rebus ob id, quod consultores sunt.

Curent, vt officium, quod gerunt, omni ex parte obseruent.

Nullam admittat inter illos exceptionem, quasi vnus meliori sit iudicio quam alter. Nihilominus tamen videat apud se, cui maius talentum et gratiam Deus largiatur, vt citra vllam externam significationem, quoad eius fieri poterit, eius auxilio magis vtatur.

Meminerit quod, quemadmodum 189 consultores in Societate non constituantur ad id, vt suffragium ferant definitiuum, sed tantum consultiuum, ita et superior ex illorum iudicio pendere non debet, sed lucem et claritatem ex illorum sententiis accipere; postea vero ex seipso, implorata diuina ope, deliberare. Nisi enim ipse sibi defuerit, maius ipse vnus iudicium, quam illi omnes, etiam simul iuncti, cum Dei gratia est habiturus, illis auditis.

Si iudicium tamen proprium aliqua in re non haberet, quod habere tamen debet ex ratione sui officii et gratia, aut dubius esset post auditos consultores, diutius de re ipsa cogitare debebit, seque ipsum Deo commendare, atque ita per se ipse quid sentiat tandem definire; vel, si proprio iudicio nihil definire potest, in hoc saltem iudicio valeat, vt definiat quid ex iis sequi debeat, quae ex consultoribus audiuit.

190 In reddenda rerum, quas definierit, ratione, huiusmodi quasi excusationem ne praetendat superior: omnes consultores,

aut maior pars eorum, hoc dixerunt. Haec enim excusatio non sufficit, neque conueniens est ei, qui ex seipso de rebus debet decernere, et ex quo vno pendet deliberatio. Potius enim trepidare hoc videtur esse, vbi trepidandum non est; imo vero huiusmodi excusationes in causa esse possunt, vt superior, non tam diligenter quam deberet, animaduertat quid agat, propterea quod refugium sibi constituat ad huiusmodi excusationes.

Vt maior libertas consultoribus relinquatur dicendi quod sentiunt (qui alioqui moueri possent ad vnam sententiam magis quam ad alteram, si superioris iudicium ante intelligerent ea in re, quam proponit), ad maiorem etiam deliberationis perfectionem, debet superior id, quod in deliberationem adducit, **191** simpliciter proponere, nulla data significatione, quod magis in vnam, quam in alteram partem, feratur. Quod si quae occurrunt ea in re difficultates explicet, et rationes aliquas afferat, sint illae eiusmodi, quae difficultatem tantummodo declarent, neque vnas quam alias vehementius corroboret: denique dicat se non ad vnam magis quam alteram partem adhuc inclinare, vt non debet, non auditis consultoribus, et admoneat serio, vt libere quod ipsis videtur enuntient.

Poterit, et aliquando debebit, superior non definire, praesentibus consultoribus; id vero faciet, aut vt tempus sibi sumat longius ad cogitandum, aut quia melius illi ita videatur propter aliquam causam: dicet autem postea quid in ea re agendum sit.

Ordinaria consulendi ratio erit, vt consultores congregentur, et dicant quid sentiunt, possintque inter se de re proposita agere ac disceptare ad maiorem claritatem cum omni **192** modestia et humilitate, quorum dictis auditis, colligat superior suum iudicium: poterit etiam superior, cum ei videbitur ita expedire, petere a singulis seorsum suam sententiam, absque vlla congregatione.

Superior authoritatem suam ac decentiam retinere debet, cum omni humilitate, simplicitate et modestia, vt semper ita praecipue in consultationibus, neque in disceptationem aut disputationem ipse cum consultoribus veniat: qui quoniam in dicenda sententia et disceptatione sunt liberi, fieri posset, vt secus cum superiore agerent, quam deceret. Itaque, si quid ei videatur

dicendum, quod ad disceptationem attinere videatur, vt lucem maiorem afferat, illud faciat grauiter, audiendo illos et interrogando, absque vlla specie contentionis, qua etiam consultores ipsi carere inter se debent.

193 Ad officium consultorum addantur haec.

Consultores magna obseruantia teneant secrete, quae cum ipsis secrete tractantur. Ea vero sunt omnia, de quibus in congregatione ipsorum agitur. Itaque quid agatur, quid definiatur in congregatione prorsus ne enuntient ipsi; erit autem id superioris enuntiare vel promulgare, quando, vbi, quibus, per quos, quo pacto, quid dicto opus sit.

Animaduertant ne elatius se gerant, vel non humilime, quasi sentiant magistratum se gerere, vel officium reuerendum.

Ne curiose item agant, si non consulantur, quasi nihil possit agere superior, nisi ipsis consultis. Debet quidem ipsos consulere superior in rebus grauioribus, et in aliis leuioribus potest, etiamsi non debeat. Quae vero sint grauiora, vel de quibus conueniens sit eos consuli, etiamsi non **194** necessarium, id erit iudicium ipsius superioris. Poterunt tamen consultores per admonitorem ordinarium superiorem admonere, si inconsulte res agi videantur; et, si videatur, ad prouincialem et generalem referre.

Vbi sententiam interrogantur, ne continuo incumbant in contrariam sententiam, quam fortassis vel scient, vel coniectabunt habere superiorem, vel audient dicere alios consiliarios; sed, sepositis, quoad eius fieri poterit, cum Dei adiutorio, omnibus malis et imperfectis passionibus et affectionibus, non solum acquisitis, sed etiam (quoad eius fieri possit) naturalibus, rem audiant et intelligant, ac, facta oratione, de illa dicant, quae Dominus dederit, iuxta rationem propriam instituti, triplici principio innixi, diuino, ecclesiastico ac morali.

Etiamsi intelligant sententiam vel inclinationem superioris, ne propterea libertatem integram non retineant **195** in dicenda sententia, neque declinent a iudicio, quod alioqui erant dicturi. In ea enim re obedientia est, vt non pendeant a iudicio superioris consultores antequam definierit, sed vt suum adhibeant libere, in omni humilitate et modestia, vt coram Domino.

Eam humilitatem et obedientiam adducant in consultatione, quae faciat, non solum vt suum ipsi iudicium iudicio ac definitioni superioris submittant, vbi aliquid definierit, sed vt etiam id faciant cum consolatione in humilitate sensus sui in Christo, nihil difficultatis conseruantes. Nihil tamen obstabit quin de definitionibus rectorum possint ad prouincialem, de huius ad generalem referre, vt illi iudicent. Porro quamuis consultoribus prouincialium post prouincialis definitionem integrum sit ad generalem praepositum referre, interea tamen debebunt prouincialis iudicium suo praeferre; vt quando referunt de eo ad prouincialem, iudicium rectoris item suo praeponere **196** debent. Neque enim, si licet consultores referre ad superiores, licebit non obedire donec illorum sciatur iudicium.

Caueant consultores ne eadem repetant, quae alii dixerunt, sed simpliciter se dicant in eorum sententiam ire. Tantum animaduertant si quid velint vel addere vel diuersum dicere, et id dicant cum omni modestia in Domino.

Vnus ex ipsis, quem vel prouincialis vel commissarius nominauerit vel generalis, geret munus admonitoris, non secus atque suum habet admonitorem generalis.

His admonitionibus vti poterunt prouincialis vel commissarii consultores, nisi quod referre debebunt de iis ipsis ad commissarium vel generalem.

197 OFFICIUM ADMONITORIS

Admonitor datur commissario, prouincialibus, praepositis localibus, rectoribus et praefectis probationum, cum est probationis domus separata a collegio: sumitur autem hoc officium ex ratione officii admonitoris praepositi generalis.

Sit admonitor vnus ex consultoribus, non eius confessarius, cui adhibetur, vt liberior esse possit admonitio, et versari facilius in foro exteriori.

Nunquam hoc officio fungatur nisi prius specialem Deo orationem offerat pro eo, vt intelligat, debeat ne illum admonere ex officio.

Officio fungatur cum debita modestia et humilitate, tanquam

inferior cum superiore suo, quem habet vice domini nostri Iesu Christi. Caueat autem cum omni diligentia, ne propter hoc munus debilior reddatur ad obedientiam et reuerentiam, tum internam, tum externam, quam debet superiori.

Debet autem admonere eum secreto, et quod ad obligationem eius conscientiae attinet, etiam de quibus in foro exteriori nouerit, non solum per se, sed etiam per consultores, quos debet rogare, si quid notent.

198 Ea, de quibus admonere eum debet, sunt quae ad personam eius spectant, atque etiam officium et ministerium ipsius, quae facilius inueniet, si legat 4 cap. 9.ae partis const., et si eius officium accurate animaduertat, cui datus est admonitor. Breuiter: de omnibus et potest et debet admonere, de quibus, postquam Deo se commendarit, admonendum esse iudicauerit.

Cum admonitus de quauis re superior, remedium non adhibet, vtatur tamen admonitor actu obedientiae intellectus in omnibus, prout debet, iuxta institutum Societatis. Repetere tamen potest et debet, si videatur, et admonitionem semel atque iterum, sed eodem modo, et praemissa oratione.

Si, vbi hoc fecerit, non adhibeatur remedium, in re praesertim graui, scribet admonitor quidem localis praepositi, rectoris, et praefecti probationis, ad prouincialem; quod si hic non prouideat, ad commissarium; hoc vero etiam **199** non prouidente, ad generalem. Admonitores autem prouincialium referent de illis ad commissarium. Quod si ipse non prouideat, ad generalem. Admonitor porro commissarii ad generalem. Haec facilius praestabit, si confessarius non sit simul admonitor. Quod vt possit, commodius esset si non esset confessarius, quum necessum non sit ex constitutione, et iam hactenus 3 generales non habuerint eundem admonitorem et confessarium.

QUEMADMODUM SE GERERE DEBEAT SUPERIOR CUM PROCURATORE DOMUS VEL COLLEGII

Videat quas ad res sit idoneus, et quibus in rebus illi possit fidere, **200** atque ei in iis fidat. De hoc autem commissionem et instructionem habeat a prouinciali. Nam si solum curet rem pe-

cuniariam, minus habebit negocii: sin negocia forensia [a], plus; si vtrumque, plurimum.

Praecipue vero in iis negociis, quae non satis intelligit, procuratori fidem habeat, eaque illi sinat dirigenda: neque tamen omittat quin intelligat, quid de illis agatur, et consultores de illis consulat. Procuratoris vero iudicium in rebus, quas tractat, non leve pondus apud eum habeat.

Diligenter inuigilet, vt rationes impensarum accurate, distincte et clare describantur, et suo tempore referantur.

Detur ei, qui auxilium ferat, eo si egeat, quod ipse iudicabit superior.

Caueat ne sibi libertatem vsurpet procurator, in quibus non habet, sed in omni perstet obedientia erga superiorem omnibus in rebus, atque **201** erga alios domesticos officiales in iis, in quibus debet.

ADDITA AD OFFICIUM PROCURATORIS

Procurator, quod ad suum officium attinet, ex rectore dependeat, et ex nemine alio, qui ab illo specialem commissionem non acceperit; quod vero ad alias res spectat, ex omnibus pendeat superioribus.

Qui ei auxiliantur, in iis quidem rebus, quae sunt officii sui, ex ipso et rectore pendeant; in reliquis autem, ab omnibus superioribus.

Etiamsi habeat particulares commissiones ab aliis collegiorum superioribus, non tamen propterea ab ordinarii superioris obedientia exemptus esse intelligitur; sed de illis etiam rebus cum illo conferre debet, in his etiam ab ipso pendere, quemadmodum in domesticis.

202 Literae omnes, pecunia et res omnes, quae ad procuratorem diriguntur, primum omnium ad superiorem perferantur: ipse vero procuratori dare illas poterit.

Rem nullam, quae sit maioris momenti, agat, quin rationem sui consilii superiori aperiat. Alias autem res aget quidem ipse

---

[a] *forensica* ms.

ex se, sed accepta generali comissione a superiore, ita tamen vt statis temporibus rationem earum rerum reddat superiori.

Nihil expendat, nisi ex generali vel speciali comissione; praecipue vero nihil det omnino, neque emat, pro quoquam domestico, nisi ex comissione; nihil item negotii, vel litis, inchoet, nisi e consensu superioris.

Non patiatur vt ad se recurrant, cum re aliqua indiguerint nostri, sed ad superiorem, aut eius iussu ad eum, qui ad illud munus fuerit designatus.

Rationem reddat singulis mensibus **203** superiori, vel ei, cui ille iusserit, accepti et expensi illo mense, et singulis annis de toto anno.

Nihil sibi creditum accipiet, sine expressa superioris comissione.

Tres claues vt sint in arca, vbi pecuniae reponuntur, non ideo statuitur [a], quod rector ex aliis dependeat in sumendis nummis; sed ob id, ne procurator nummos, aut aliud, quod arca claudatur, sine superioris voluntate et vnius consultorum testimonio accipiat.

204 AD RATIONEM ET CONSUETUDINEM ANNUAM COLLEGII ROMANI PATRIBUS AC FRATRIBUS MORTIFICATIONES PROPONENDAE, PRAESERTIM VBI STUDIA INTERMITTUNTUR.

Exercitia spiritualia. Flagellatio in refectorio, quae dicitur disciplina. Ieiunia. Peregrinationes. In hospitali seruire. Seruitia domestica. Docere pueros doctrinam christianam. Petere eleemosynas per vrbem. Ferre quae emit noster emptor. Ducere iumenta onusta per vrbem. Publicas reprehensiones petere et accipere. Indui vestibus detritis et laceris. Petere vt, quod solet dari nouitiis, silentii chirographum ipsis concedatur. **205** Viuere ad rationem nouitiorum, etiam cum ipsis. Gestare aliquod cilicium. Petere ordinarias poenitentias, quae singulis hebdomadis recurrant, vt si vna hebdomada fiat vna disciplina, alia vnum ieiunium, alia gestetur vno die cilicium, alia recitentur septem

---

[a] *stuitur* ms.

psalmi poenitentiales cum laetaniis, vel ea vt frequentius fiant singulis hebdomadibus. Ferre eleemosynas ad carceres. Ad Indos petere vt mittantur, cum omni tamen indifferentia. Ire fructificatum per vicina oppida binos in paupertate. Petere mortificationem in his rebus, in quibus maiorem sentiunt repugnantiam. Dicat quiuis, si quid praeterea mortificationis desideret facere. Videant etiam superiores, si quid praeterea mortificationis pro praesenti collegii vel domus statu et rerum vel personarum exigentia sit imponendum.

206 CATALOGUS EORUM, QUAE LEGI AD MENSAM POSSUNT PRAESERTIM IN COLLEGIIS

Initio lectionis legatur semper caput vnum testamenti noui, sumpto initio ab euangelio diui Matthaei vsque ad finem Apocalipsis B. Ioan. euangelistae. Possunt legi selecti libri ex veteri testamento.

Vesperi, absoluta lectione vel praedicatione, legatur martyrologium vulgariter. Quo vero die fit abstinentia, vesperi legitur caput ex testamento nouo et martyrologium. Quo die ieiunatur, nihil legitur vesperi, sed martyrologium legitur ad prandium.

Libri, qui legi possunt ordinarie, et mutari ad superioris arbitrium, esse possunt qui sequuntur:

Historia ecclesiastica Eusebii.

Historia ecclesiastica Nicephori, **207** emendatis nonnullis, quae scribit primo (opinor) et secundo libro, quae attinent ad graecorum errores et apocrypha quaedam.

Summa historialis D. Antonini, facto initio a secunda parte de ecclesia primitiua, cap. 2.°, folio 133.°, in impressionibus, quae nunc communiter habentur, tametsi possit etiam ab initio legi, sed consuetum est inde, vnde diximus, lectionem eius inchoare.

Dialogus S. Gregorii.

Historia sanctorum, Lipomani vel Surii [a] cum annotationibus ad marginem.

---

[a] Haec 2 verba posterius addita.

Epistolae aliquae S. Hieronymi, nonnullae etiam S. Gregorii, S. Ambrosii et S. Augustini. Opera aliqua deuota B. Augustini, et sermones aliqui eiusdem, et deuota opera S. Bernardi.

Nonnulla deuota opera S. Bonauenturae.

208 Gerson, de imitatione Christi, vulgari etiam lingua; opera etiam aliqua deuota eiusdem.

Epistolae S. Catharinae Senensis et vita eius.

Omnes has epistolas et opera prouincialis seligi curabit per idoneum aliquem, ipse vero iudicium etiam suum illius selectioni adhibebit an recte habeat.

Legantur etiam, cum adferuntur, literae annuae [a] et indicae, quae ad aedificationem faciunt; singulis vero annis nonnulla ex antiquis legi iubeantur, praesertim indicis, a superiore selectae.

Regulae suo tempore legantur. Hoc initio mensis cuiusuis.

Cum legitur historia, illud videatur, vt post duos menses succedat lectio libri alicuius spiritualis, aliquot diebus, tum deinde redeatur ad historiam.

209 Vltra hos libros, poterunt quidem alii legi, sed non sine approbatione superioris. Examinentur igitur et approbentur, primum consultis Patribus aut fratribus (qui domi sunt) eruditis, postea consulatur etiam prouincialis an legi possunt.

Epistola Patris Ignatii de obedientia, quam misit ad collegium conimbricense, legi poterit, quum leguntur regulae.

In profesto celebrioris festi, et in die ipso et sequenti legatur aliquod [b], quod ad historiam et celebritatem festi attineat.

Quod si festum fuerit celeberrimum, qualia sunt natalis Domini, paschae, pentecostes, ascensionis, Trinitatis, corporis Christi, omnium sanctorum, annunciationis, assumptionis B. Virginis, sanctorum Petri et Pauli, non [c] solum vno et altero die poterit legi aliquid pro celebritate festi, sed etiam pluribus, ex sententia **210** et arbitrio superioris, quemadmodum et hebdomade sancta erunt legendae homeliae vel tractatus de passione Domini, imo vero etiam a dominica in passione.

---

a Hoc verb. posterius additum. —b Sic. —c *et non* ms.

Nihil vero legatur eorum, quae vocationis propositum tentare seu infirmare posse videantur [a], vt sunt aliarum religionum instituta.

In secunda mensa legatur id ipsum, quod lectum fuit in prima, dempto capitulo noui testamenti, pro quo legatur caput aliquod ex Ioan. Ger[sone] vulgari, vel ex alio libro, etc. pro coadiutoribus, qui, quantum fieri poterit, ibunt ad secundam mensam. Hoc scilicet fiat, si commode vniuersa secundae mensae lectio uulgari sermone esse non poterit.

Haec pro collegiis hactenus dicta sunt. Erit autem alia ratio lectionis ad mensam nouitiorum; vbi libri **211** de rebus spiritualibus agentes, de deuotione, de oratione, de morum et perfectionis religiosae disciplina, legendi potius videntur quam historiae. In domibus professis nonnunquam historiae, nonnunquam libri spirituales leguntur, nonnunquam, qui de ratione concionandi agunt ac aliis ministeriis, quibus iuuari proximus possit.

IN COLLOQUIIS FRATRUM AGENDUM [1]

De vita Christi.

De sanctorum vita.

De historiis ecclesiasticis.

De historiis Societatis tum rerum, tum personarum.

De bonis desideriis singulorum ad proficiendum in via perfectionis.

212 De bonis desideriis vt iuuentur proximi omnes, praesertim haeretici omnes et infideles.

De iis rebus, quas audierunt in lectionibus sacris, in concionibus, et inter prandendum et caenandum.

---

[a] *videatur* ms.

---

[1] De hoc catalogo haec habentur in *Instructione XIII, De spiritus renovatione procuranda,* cap. IX, § 4: «Proinde suppeditabit abunde materiam recreationi nostrae catalogus a P. Natali piae mem. confectus, qui saltem quotannis ad memoriam excitandam semel atque iterum legendus erit ad mensam.» *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), III, 372. Et in pag. 373, idem catalogus, paucis emendatis, profertur.

De rebus, quae in vsu versantur quotidiano, et iuuare possint ad aedificationem spiritualem et animi honestam recreationem.

De fructu, quem in oratione sua perceperunt; de illo sic sermonem instituendo, quasi de alienae personae fructu narretur.

De gratia et instituto Societatis; de constitutionibus; de regulis; de sua vocatione.

De his autem ad eorum perfectam obseruationem agant in spiritu humilitatis, simplicitatis, obedientiae atque deuotionis in Christo.

De virtutibus, et iis praesertim, quae religioso sunt peculiares; hae vero **213** tractentur ex proprietate nostrae gratiae et vocationis.

De vitiis contrariis, sed in his ne tractetur de vitiis, quae ad carnem spectant.

De morte, iudicio, inferno, paradiso.

De miseriis mundi.

De iudiciis Dei, et manifestis, et occultis.

De periculis eorum, qui in seculo viuunt.

De securitate eorum, qui in Societate viuunt; in humilitate tamen de his agatur, nihil eam aliis religionibus praeponendo, sed viuaci tantum spiritu, eius gratiam per Christum magnificando in corde.

Proponatur chronicon ecclesiasticum publice, ex quo historiae ecclesiasticae desumi possint, de quibus colloquantur.

Liber exemplorum item proponatur, ex quo possit etiam desumi de quo agatur, sed in hoc tamen libro prius expungantur, quae expungenda videbuntur [a].

214 Liber etiam miraculorum ad eandem rationem proponatur.

De operibus bonis, quae aguntur vel conferuntur in proximum.

De virtutibus Patrum ac fratrum, et religiosa conuersatione, praesertim eorum, qui in Domino quiescunt et absentium.

De euangelio eius diei.

---

[a] Hoc comma, ab illis verbis *sed in hoc*, additum posterius.

De historiis sacrae scripturae.

Breuiter de rebus tantum loquantur, quae possint simul et relaxationem animi afferre, et ad aedificationem spiritualem facere.

Ea vero erunt, quae minimum habeant speculationis, affectus vero habeant religiose honestos, ac suauiter religiosos.

Ne sint singulares ac solitarii in recreatione fratres. Ne leues in actione. Ne immodesti. **215** Ne in incessu incitati. Ne voce vtantur intensiori. Ne vtantur cachinnis. Ne tetrici sint. Ne verbosi. Ne iracundi. Ne contentiosi. Ne molesti vel acerbi. Ne ironici.

DE COADIUTORIBUS TEMPORALIBUS INSTRUCTIO

Instituantur omnes pro suo captu, vt Deum cognoscant, vt suam vocationem, atque vt in oratione aliquam deuotionem habeant, et sciant omnes doctrinam christianam.

Faciant exercitia spiritualia, si non omnia, saltem primae hebdomadae **216** et aliquid 2.^{ae} et 3.^{ae} et 4.^{ae}, qua in re se illorum facultati accommodabit instructor.

Nullam prorsus orationis horam intermittant; quod si hora praescripta aliis, non vacat ipsis orare, alia assignetur, qua ipsi orent.

Aliquid ipsis extra ordinem dari poterit temporis ad orationem, vt iis, qui in continuis distractionibus versantur.

Doceantur coronam vel rosarium sacrosanctae matris Dei recitare, et meditari pro suo captu mysteria, quae in eo continentur.

Ratio peculiariter ab eis exigatur, quemadmodum in oratione versentur, et in ea etiam peculiariter instruantur.

Exhortatio singulis hebdomadis habeatur ad illos priuatim.

Detur materia meditationum vel orationum familiaris, et manuducantur, donec fructum sentiant spiritus, et ipsi per se commode orationem gubernent **217** suam, non tamen omittetur propterea deinde peculiaris illorum obseruatio.

Doceantur quantus prouenit fructus ex frequentatione sacramentorum.

Quantus ex vocatione et ipsius gratia.

Quantus ex praesenti obedientia.

Quantus ex humilitate status: nam quod alii summo studio vix assequuntur, vt occasionem habeant humiliationis, illis est perpetuo concessum, ita, si paululum annitantur, cum gratia Domini magnum habebunt spiritus prouentum, vt est multorum exemplum in aliis religionibus, nominatim in S. Francisci, nec in nostra desunt.

Doceantur quantus fructus illis proueniat, quod suo labore extrinseco iuuent animas, quod alii tot et intrinsecis et extrinsecis aegre assequuntur. Iuuant enim animas ipsi, quandoquidem ministerio eorum fit, vt alii operam vel totam, vel maiorem possint animabus iuuandis impendere.

218 Doceantur quantum habere possunt fructum, si parum attendant ex meditatione continua, quam ex rebus, quas tractant, possunt desumere in Christo; qualis est, si cogitent in collegio habitare Christum cum discipulis suis, qui exercentur in spiritu et literis, vt mittantur ad praedicandum orbi, illis se ministrare, imitati Martham; et si quid accidat solicitudinis vel turbationis, nihil vehementius commoueri debent; non enim [a] solicitudines damnantur in Martha, sed quasi coniunctae cum statu narrantur. Illud igitur agendum, quod eodem loco doceri intelligimus, esse coniungendam Mariam cum Martha, vt illae ne noceant solicitudines.

Et, vt compendio dicam, instituendi sunt, vt se existiment spiritualiter viuere, spiritualiter faciant illa exercitia in Christo et gratia suae vocationis.

Historias sanctorum vel legant, vel **219** audiant, sed selectas, et ad eorum vocationem, quoad fieri poterit, accommodatissimas; libros item legant vel audiant pios, qui illorum deuotionem vel excitare, vel conseruare et augere possint.

Nihil amittant concionum, lectionum, exhortationum, recreationum quotidianarum, vel earum, quae in vinea vel horto capiuntur, similiter atque alii; quod fiet facile, si, quibus ipsi fun-

---

[a] Spatium vacuum pro uno verbo hic relictum est in ms.

guntur, ea officia illis temporibus aliis committantur, etiam scholasticis, et eisdem ipsis per suas vices.

Intelligant se participes omnium orationum, sacrificiorum, bonorum operum, quae fiunt in Societate, prout Societatis professi.

Ipsorum statum sibi persuadeant perfectissimo cuique desiderabilem esse, modo per obedientiam liceat; nec desiderabilem solum, sed desideratum etiam esse cum magna spiritus suauitate.

220 Detur cura probatioribus Patribus et fratribus, vt cum coadiutoribus habeant consuetudinem in recreationibus quotidianis, et alias, si necessum sit, quo illi contineri in officio et deuotione possint.

Prouideant superiores, vt quo tempore non sunt occupati in suis ministeriis coadiutores, vt illo tempore ociosi non sint; sed vel aliquid legant, vel audiant, vel omnino, si quiescant et ocium agant, sciatur quam vtiliter illud agant ocium [1].

254 CASUS QUORUM ABSOLUTIO RESERUATA EST SUPERIORI DOMUS VEL COLLEGII, ET AB ALIO, NISI DE EIUS EXPRESSA LICENTIA, ABSOLUI NEQUEUNT [a]

1. Quaeuis peccata mortalia, quae prodeunt in exteriorem actum; inter quae censentur quae sequuntur.

2. Furtum vel vsurpatio et appropriatio **255** alicuius rei, praesertim si iteretur.

3. Lapsus carnis.

4. Inobedientia expressa, qua quis asserit se nolle parere.

5. Murmuratio vel seditio, vel nocumentum in superiorem vel Societatem.

---

[a] In margine: *R.° N. P. Laynez.*

---

[1] Sequitur in codice, pagg. 221-232, «Instructio breuis, quanam scilicet ratione de rebus theologicis his temporibus loquendum sit.» Edita in *Monum. Paedag.*, pag. 123. Alterum exemplum hispanice conscriptum habes in cod. *Natal. instr. Lusit.*, a fol. 109, 1.ae ser.—Item, pagg. 232-245, est «Instructio pro praefecto studiorum.» edita ibidem a pag. 128.—Item, pagg. 246-254, habentur «Regulae pro scholaribus Societatis.» typis excusae ibidem, a pag. 135.

6. Recessus a sua vocatione post votum etiam simplex, vel alicuius ad id suasio.

7. Acceptio vel missio literarum absque expressa licentia.

8. Impedimentum excludens a Societate reticuisse in examine, vel in eo mentitum esse, respondendo ad serias eius interrogationes.

9. Confiteri externo sacerdoti, cum domestico licuit.

10. Absoluere a casibus reseruatis sine licentia superioris.

11. Consensus per horam vel notabile tempus durans in mortalia peccata grauiora, vt ea exequatur, praesertim si media quaerit vt illa exequatur, qualia sunt lapsus carnis, furtum, percussio **256** violenta, defectio a Societate, et his peiora.

12. Caeterum venialia, tentationes, citra consensum, non reseruantur, nisi vbi periculum scandali vel peccati mortalis immineat, si superiori non manifestarentur, qui iuuare posset.

Vbi tamen graues tentationes et diuturnae sunt, hortandi sunt poenitentes, vt cor suum superiori syncere aperiant, vt Dominus humilibus det gratiam ad eas vincendas.

Vbi autem rectores, vel superiores infra prouinciales in dictos casus (quod Deus auertat) inciderent, reseruentur prouinciali; et vbi prouinciales, generali. Ita tamen, vt, si occulta haec peccata fuerint, absoluantur quidem a suo confessario, sed iubeantur, quum commodum fuerit, superiorem adire: vbi autem manifesta fuerint, praesertim si accesserit scandalum, non absoluantur, sed statim superiorem suum adeant, sua peccata manifestaturi.

257 RESOLUTIO PATRIS NATALIS CIRCA CASUS RESERUATOS, FACTA COMPLUTI 26 FEBR. 1561, QUAE FUIT A PATRE NOSTRO MAGISTRO LAYNE PROBATA

1. In his casibus reseruatis haec praecipue aduerti debent: Primum quod omnes hi casus a Patre nostro generale censentur esse peccata mortalia, sicut manifeste denotant illa verba: «Quaeuis peccata mortalia, inter quae censentur quae sequuntur.» Rediguntur enim omnes hi casus vel ad aliquod trium votorum, ex quibus fit obligatio peccati mortalis, sicut dicitur 6 par. const.,

cap. ult.°, vel ex regulis communibus theologiae sunt peccata mortalia.

2. Deinde, quod ad particulare iudicium attinet, vtrum ex leuitate materiae, vel ex indeliberatione actus, vel alia circumstantia desinant esse mortalia peccata, confessario relinquitur iudicandum. Atque ita constat, quod nulla ponitur prohibitio aut obligatio, iuxta constitutiones nostras, quae faciat esse peccatum mortale id, quod ex se non esset.

258 Tertio, quando iudicaret confessarius aliquem ex istis casibus esse peccatum mortale, neque vllam habere circumstantiam, propter quam sit veniale, norit necessario reseruari, et confitentem remitti ad superiorem debere. Quandoquidem in ecclesia, tam in ordinariis iurisdictionibus, quam in iis, quae sunt religionum, valde antiqua multumque vsitata consuetudo est haec, vt casus aliqui superioribus reseruentur; et in religionibus quidem leuiora etiam peccata reseruari solent. In nostris vero constitutionibus, 3.ª parte, cap. 1.°, dicitur, in Societate esse oportere huiusmodi casuum reseruationem, et in decretis primae congregationis relinquuntur definiendi generali [1].

4. Quarto, cum aperte constaret, non esse plus quam venialia, obseruari expedit id, quod statuitur ad calcem horum casuum de peccatis venialibus, nimirum quod non reseruantur necessario, nisi accedat periculum per se peccati mortalis et scandali, si superiori non manifestentur, **259** quod culpam, quae esset alioqui venialis, faceret mortalem. Verumtamen vbi hoc non esset, et incurrisset quis in praedictos casus reseruatos, etiamsi venialiter, adhortatio adhibenda est confitentibus, vt superiores suos adeant; etiam si id extra reseruatos necessarium non sit, est tamen melius et vtilius, et magis conuenire ad perfectionem videtur. Quod consilium qui non amplecteretur, haberi debet imperfectus. Confessarius autem praecipuam eius curam [a] gerere debet tanquam imperfecti. Quod si ad perfectionem non

[a] Spatium vacuum relictum pro 2 verb. in codice.

[1] Congr. 1.ª, decr. 103. Vide etiam congr. 2.am, decr. 60; Ordin. Gen., cap. V, n. 3; et congr. 20, decr. 24.

progrederetur vt repeteret illa venialia peccata, potest confessarius atque adeo debet, non ob casum aliquem reseruatum, sed tanquam qui non proficiat, remittere ad superiorem, qui ei poterit dare alium confessarium audita eius confessione [1], nec erit quod amplius illius audiat confessionem. Quo subsidio vti liceat confessariis, vbi alioqui illis obueniret difficultas aliqua vel in absolutione, vel in conscientia **260** confitentis, etsi nulla interueniret casus reseruati vel opinio vel species.

ANNOTATIONES IN CASUS RESERUATOS

In 2.m

Rei etiam minimae vsurpatio et appropriatio, si formalis est, censetur reseruari; non etiam si materialis tantum est. Illa enim censetur esse contra votum, quod omni proprietate priuat, non tantum magnae rei vel mediocris, aliqua tamen interpretatione vel epieikeia [a] vti poterit confessarius, si non sit repetitum peccatum, vt possit absoluere, si repetitum sit non item [2].

In 3.m

Quacunque scilicet specie peccati mortalis, quod exterius fiat, etiam si sit secretissimum.

In 4.m

Saltem si obliget illum ad peccatum mortale superior, vel alioqui si reuera sit contra votum obedientiae.

261 In 5.m

Si attingat rationem peccati mortalis ex regulis communibus theologiae.

---

[a] *epiicia* ms.

---

[1] Vide pag. 402, annot. 1.

[2] In hac paragrapho Natalis accedere videtur opinioni illorum, qui tenebant proprietatem in quacumque materia, etiam minima, contra votum paupertatis, esse peccatum mortale. Hanc opinionem refellit Suarez, *De statu religioso*, lib. VIII, de paupertate, cap. VI, n. 4 et seqq., et ut falsam communiter doctores rejiciunt.

In 6.^{m}

Hoc aperte est mortale peccatum.

In 7.^{m}

Si illa missio vel remissio sit in detrimentum vel salutis vel vocationis eius, qui mittit, vel alioqui censeatur peccatum mortale ex regulis communibus. In hunc sensum postea explicuit generalis congregatio 2.^{a}, casum 7.^{m} [1].

In 8.^{m}

Si reticuit aliquod ex quinque illis impedimentis essentialibus, necessario reseruatus est casus, propterea quod vergat illa reticentia in insigne detrimentum Societatis, et alioqui ad serias interrogationes esse mentitus iudicetur: illas autem oportebit serias censeri interrogationes, quarum ignorantia cederet in detrimentum Societatis non vulgare.

262 In 9.^{m}

Nam quum externus confessarius nullam habeat in nostros iurisdictionem, absoluere eos non poterit. Itaque noster causam dabit illi, cur sua facultate abutatur, simul non absolutus celebrabit, vel communicabit noster. Adde quod laedet Societatem non vulgariter, vbi ab eius iurisdictione se subtrahet. Quod si ex simplicitate fiat, non esset reseruatus casus, et tantum teneretur iterum confiteri; tametsi dificile esse videatur vt ex simplicitate excusabili hoc contingere possit.

In X.^{m}

Intelligitur sciens; tametsi ignorantia fere haec nullum excusare possit. Quiuis enim tenetur, quae sunt sui officii scire. Ratio peccati mortalis est, quod vsurpet iurisdictionem in ministrando sacramento, quam non accepit, et abutatur sacramento.

---

[1] Congr. 2.^{a}, decr. 60. Vide infra, pagg. 468-469.

In XI.m

Intelligitur hic esse casus reseruatus, etiamsi consensus non exeat in aliquem **263** actum, propter periculum peccati grauis et ex quo fere consequitur infamia, et in peccantem, et in Societatem. Nam non reseruatur nisi consensus eo tendat, vt illa exequatur. Quod si videat confessarius periculum non intercessisse externi actus, non reseruatur. Itaque morosa delectatio nulla reseruatur. Nam si non solum sit consensus vt illa exequantur scelera, sed media etiam quaerant, vt illa exequantur, iam censentur exire aliquo pacto in actum exteriorem, quo nomine nihil mirum si reseruentur. Hoc postea expressit generalis in congregatione 2.a

In XII.m

Venialia non reseruantur. Minus est cur reseruentur tentationes citra consensum. Sed tamen si cum venialibus periculum peccati mortalis, vel scandalum mortale sit coniunctum, et simul vel periculum, vel scandalum euitari non posse iudicetur, nisi res ad superiorem referatur, reseruabitur hac de causa. Nam inde censetur **264** exire in actum exteriorem: ad quam rationem postea exposuit generalis in 2.a congregatione. Hoc tamen non tam videtur peccatum reseruatum quam circumstantia, quae cogit rem esse ad superiorem referendam, vt peccatum vitetur. Sed id in confessione fiat. Quod si iudicaret confessarius, vel non imminere periculum aut scandalum, vel non esse eiusmodi, quod ad superiorem referri oporteat, vel quod propterea vitari possit quod ad superiorem referatur, non reseruabitur. Nam alioqui, si periculum sit peccati mortalis, quod vitare non velit confitens, ab eo peccato nullus illum absoluere potest vt incontritum.

«Vbi tamen graues»

Quod intelligitur, vbi nullum est periculum eiusmodi, de quo dictum est, etiam si non sint peccata, ac ne venialia quidem. Nam haec reseruari non possunt. Itaque exhortandi sunt vt referant de illis ad superiorem, quo eius consilio et industria iuuari

possint ad eas superandas. Quaenam autem illae **265** sint, id iudicabit confessarius.

«Vbi autem rectores»

Vt difficultas, quae ex hoc capite oriri posset, dissoluatur, animaduertendum est primum in rectoribus non esse adeo difficilem rationem reseruationis. Nam si casus reseruati essent occulti, expectari posset donec visitaturus veniret prouincialis ad collegium, illis interim absolutis, et tunc praecipue expectari posset, si spes esset emendationis, quae si non esset, quaerenda esset occasio, qua iret ad prouincialem rector, vel euocandus prouincialis a rectore, vt ad rem grauem. Si vero acciderent casus reseruati, qui manifesti essent, id est qui conseruari secreto non possent, vt si id externus aliquis resciret, vel duo vel tres ex nostris, et scandalum coniungeretur, quod videlicet oriretur ex peccato, vel natum simul cum peccato esset, et tale, scilicet scandalum, quod suam adderet rationem peccati mortalis, mitti statim hic deberet rector ad **266** prouincialem a confessario; cui ea in re deberet obedire, vt superiori delegato, et esset minister vicerector, donec rector aliquis designaretur. Nam agere deberet prouincialis, si eam haberet facultatem, de causa rectoris (quae scilicet manifesta esset), et an esset sufficiens, quapropter esset officio priuandus, iudicare. Si vero facultatem hanc non haberet prouincialis, scribet ad commissarium vel generalem de tota causa. Haec tamen agenda sunt dissimulanter, nec diuulgari amplius quam sint. Interim poterit in alio collegio retineri rector in exercitiis spiritualibus, vel mitti in peregrinationem, vel ad seruitium hospita[lis] si conuenit, vel mitti ad generalem, si iam habeat facultatem prouincialis.

Vt autem ad particulares casus deueniatur, confessarius videat, ne facile iudicet rectorem esse ad superiorem mittendum. Et in 2 quidem 3, 4, 5 et 6, erit facile iudicare; 7 fere non erit in rectore reseruatus. De 8 et 9 facile item **267** iudicabitur. Decimus non eueniet in rectore, nisi fortassis extra ordinem. 11.us et 12.us habent coniunctum periculum grauioris peccati, vel scandali; pro ratione ergo huius periculi, confessarius iudicabit num rectores

sint ad prouinciales mittendi. Et tamen in his duobus casibus, si graue esset periculum et per se, nec remedium adhibere vellet rector, quod confessarius censeret, simpliciter non esset absoluendus, sed mittendus ad prouincialem. Deberet enim habere confessarius compertam facultatem rectorem cogendi in re simili.

Quod vero ad prouincialium casus reseruatos attinet, si in prouincia sit commissarius generalis, et si ad ipsum facilius adiri potest, quam ad generalem praepositum, commissario fiet reseruatio. Siue igitur generali praeposito prouincialis reseruetur casus, siue commissario generali, si res quidem occultae fuerint (vt dixi de rectoribus) et breui esset venturus commissarius, non erit ad **268** eum mittendus prouincialis, sed expectandus commissarius. Erit etiam expectandus commissarius, si spes sit emendationis. Quae si non esset et pergeret incidere in reseruatos casus, secreto esset quaerenda aliqua occasio, qua mitteretur ad generalem praepositum vel commissarium. Et hac in re tenebitur obedire confessario, tanquam delegato a generali praeposito: cui si nollet obedire, ne absoluatur, et res tota permittatur Deo, quandoquidem aliud fieri humana industria non potest. Sin autem casus esset manifestus, praesertim cum scandalo coniunctus, statim erit mittendus a confessario ad commissarium, vel generalem; nisi vellet generalis aliquem designare in quauis prouincia professum, qui haberetur probatissimus, cui prouincialis (vbi non esset commissarius) casus non solum secreti sed manifesti etiam reseruarentur, et qui interea dum mittitur **269** alius prouincialis, siquidem mittendus sit, viceprouincialis esset, quem generalis praepositus, non solum ad hunc rerum euentum haberet in singulis prouinciis designatum, sed etiam vt esset, qui vicem gereret prouincialis, si ille egrotaret ita, vt non posset prouinciam gubernare. Et in Indiis quidem erit necessum hunc viceprouincialem esse designatum, cui casus prouincialium reseruari poterunt. Placuit postea generali praeposito in 2.ª generali congregatione, vt huiusmodi professus designaretur in singulis prouinciis, ad quem casus prouincialium reseruarentur: verum curandum est vt ille secreto designetur, nec signum aliquod detur

quasi ad illum veniat prouincialis pro reseruato casu. Posset facilius dissimulari, si esset idem eius admonitor.

Casuum vero particularis consideratio pro prouincialibus erit fere eadem, atque fuit pro rectoribus annotatum **270** superius. Tum hoc loco illud addendum, vt, si quo modo in casum reseruatum manifestum incideret prouincialis, statim de eo scribant consiliarii ipsius ad generalem praepositum, vt iudicet num [a] abrogandus sit, vel quid faciendum cum eo sit, et eo diligentius, si ita erit res manifesta, vt quae probari etiam in iudicio possit.

De commissarii casuum reseruatione nihil statutum est, nec in casuum reseruatione, nec hoc loco est annotatum. Nam, vt extraordinarium est officium commissarii, nec modum, nec regulam vllam certam habet, nisi quam constituet in re praesenti generalis. Itaque de commissarii casuum reseruatione constituere poterit generalis, vbi instituet commissarium vel generalem vel particularem.

INSTRUCTIO PRO CONFESSARIIS NOSTRORUM

Quod ad confessiones attinet, nihil necesse est dicere de obligatione confitendi mortalia peccata; nam id **271** et omnes sciunt, et speramus in Domino, pro singulari eius benignitate et gratia, qua Societatem prosequitur, neminem post conuersionem suam in ea collapsurum.

Caeterum confiteantur omnes de venialibus periculis incidendi in peccata mortalia.

De dubio consensus in mortale.

Quod passi sint tentationem quamlibet sine speciali displicentia.

De quauis specie luxuriae, etiam veniali.

De morosa delectatione, etiam veniali, etiam quae determinata non sit.

De parua aestimatione venialium.

De omni tentatione carnali; in quo genere fere semper peccatum inest.

---

[a] *nunc* ms.

De quauis tentatione circa vocationem suam; tametsi non sibi conscius sit consensus alicuius.

De tentatione contra obedientiam, vel superiorem quouis modo.

Et de quauis graui tentatione.

Et de negligentia siue imperfectione orationis et examinis.

De negligentia circa regulas.

Quod non enitatur proficere in via perfectionis, quod non sentiat fructum in operationibus suis.

272 Quod non se preparet ad dona Dei domini [a] suscipienda.

Quodque cum eis non concurrat cum omni plenitudine.

De venialibus in casibus reseruatis.

Denique de omnibus aliis defectibus, quos ex regulis, cuiuis etiam christiano communibus, potest colligere, praesertim de defectibus in officio suo particulari commissis, siue sit superior, siue sacerdos, siue professor, siue auditor, siue aliud officium habeat.

Praeterea, quod in partitione temporis non recte se occuparit singulis horis diei. Obseruet autem quemadmodum vnaquaeque res agi debeat, deinde consideret quemadmodum eam egerit. Est autem animaduertendum, quod is, qui vel per se, vel per alium, cognoscit se esse crassioris minusque sensibilis conscientiae in peccatis aestimandis, debet operam dare vt ad mediocritatem reducatur, et confiteri etiam minores imperfectiones debet. Contra vero, si quis ita fiat delicatus ac tener, vt in perplexitates veniat, ei omittendae sunt ille minutiae venialium, atque etiam aliqua ex maioribus **273** venialibus, et danda opera, vt aliis exercitiis atque modis communibus obsistat venialibus, veniamque illorum impetret.

Remittuntur autem peccata venialia contritione, confessione generali, feruore charitatis, percussione pectoris, orationis dominicae recitatione, episcopi benedictione, aspersione aquae benedictae, si cum aliqua deuotione haec fiant, aliisque item modis. Sed modus facillimus est actus charitatis cum aliquo feruore. Reliqua ex regulis communibus intelligat confitens.

---

[a] *Domini dona* ms.

Confessarius Societatis, non solum de iis interrogare debet nostros, quae necessaria sunt aut vtilia ad progressum salutis et perfectionis, quam professi sumus, hoc est, de omnibus supradictis, etc., sed etiam is, qui confitetur, ex obligatione verum fateri debet de ea etiam transgressione, ob quam Societas ad peccatum non obligat. Fere enim fit, vt non desinat esse peccatum, quod ad ipsos attinet, qui quod deberent non obseruant, quoniam sua culpa fere sunt in ea negligentes. Accurate autem **274** animaduertat confessarius quemadmodum unusquisque incedat, et quas ad res praecipue sit inclinatus, aut facilis, et in quibus periclitetur. Atque hoc in vniuersum.

Quod ad particulare attinet, roget confessarius superiorem et intelligat quibus in rebus negligenter agatur domi, et in quibus consistat negligentia, qui sint negligentes, deque iis interroget confitentes. Omnes vero interroget, de quibus non fuerit securus, de conuersationibus, aut colloquiis, quae habuerint domi, vel foris. Quod si periculum apertum videat peccati mortalis, quod non vitauerit, norit casum esse reseruatum. Si item periculum aliquod sit, et dicat confessarius confitenti, vt ab huiusmodi conuersatione abstineat, neque tamen confitens acquiescat, dicat ei, vt superiorem confessurus adeat [1], quia cernit eum se confessario non proficere. Aduertat autem superior, vt petat ex confitente, qua ex causa confessarius eius eum audire renuerit, eique remedium praebeat, etc. Idem faciet confessarius, **275** quum aliquis superiorem adire voluerit ob casum ex confessione reseruatum, hoc est non necessario reseruatum, sed tantum ob maius bonum, hoc est dicet confitenti: «Ego confessionem tuam audio, vt proficias et ad perfectionem promouearis, tu vero id non agis: quare existimo expedire, vt superiori confitearis, et ab eo confessarium petas». Reliqua petantur ex regulis communibus, quae ad confessarii interrogationes attinent.

INSTRUCTIO PATRUM, QUI AUDIUNT CONFESSIONES NOSTRORUM, VBI PRAESERTIM DIFFICULTAS ALIQUA OBUENERIT

Confessariis reddant rationem (si qui sint difficiliores) suae

[1] Jam ad hoc obligari nequit. Vide pag. 402, annot. 1.

conscientiae singulis diebus in genere saltem de interioribus, particulariter etiam de externis. Id vero faciant, si ita malint, in confessione, etiamsi non absoluantur tunc, quasi qui inchoant confessionem.

Vbi quis grauatur tentatione, vtile est **276** si confessionem generalem dicat cum debita contritione deuota et humili, adhibita etiam aliqua satisfactione.

Iuuat priuare communione, donec melius habeant, qui difficilius emendantur. Contra vero iuuat aliquando frequentius illis communionem concedere, modo rite id possint.

Vt ipsi petant publicas poenitentias, quales sunt priuari colloquiis fratrum, priuari communi mensa, communi habitatione, loco communi audiendi missam et concionem, et alias consuetas, et eas quidem exterius referant ad aliquem defectum externum, vel ad studium proficiendi in spiritu, etc., interius vero praecipue ad internam vel secretam necessitatem.

Iuuat, si fiat electio ex exercitiis, vt inueniamus quid nobis sit vtile in primis futurum ad profectum spiritus et emendandum aliquem defectum.

Vt confessores habeant quotidianam rationem ad vesperum eorum, quorum confessiones audiunt, si non omnium, praesertim eorum, quos vident auxilio egere, et illos admonitionibus iuuent, et industriis; **277** ita tamen, vt ne videri possit id laedere perfectionem sigilli confessionis.

Examen particulare praecipui defectus facere per lineas quemadmodum traditur in exercitiis, et inire rationem, non tantum vt non peccemus, sed vt in melius proficiamus, obseruando et conferendo examen cum examine, diem cum die, hebdomadam cum hebdomada, vt maiorem animum concipiamus ad emendationem vel ex confusione, vel ex consolatione.

Qui tentatur, primum se humiliet; deinde inuocent Dominum dicens: «Vidisti, Domine, ne sileas; Domine, ne discedas a me [1].» «Domine, vim patior [2]» etc., vel simile aliquid, quod ipsum mouere magis videat. Tertio spem bonam concipiant. Quarto iudicet

---

[1] Ps. XXXIV, 22. [2] ISAI., XXXVIII, 14.

spiritualiter, et in virtute spiritus vel reiiciat, vel contemnat tentationem, et donis Dei internis haereat et diuinae virtuti, etc.

Colligere orationes ex sanationibus vel miraculis euangelii, vt: «Salva nos, Domine, perimus [1].» «Domine, si vis, potes me mundare [2].»

278 Quoties in aliquem incidat defectum, toties dicat: «Pater noster» et «Ave Maria».

Si quis (quod nunquam accidet per gratiam Dei) mortaliter peccaret, praesertim peccato aliquo graui, huic deberet dari grauissima poenitentia, quam ageret aliquot hebdomadis, vel etiam mensibus; quae tamen posset permutari, vel etiam remitti, si magna proueniret emendatio, et spiritualis prouentus.

Qui incidunt in peccata, vt eis est agenda poenitentia pro praeterito, ita etiam pro vitando futuro; nam vtrumque contritio concernit; iuuat vtrumque gratia sacramentalis poenitentiae.

Renouetur spiritus poenitentiae, et mortificationis singulis hebdomadis, et praecipue toto tempore a septuagesima vsque ad pascha.

Considera contra tentationes, qui sunt tecum, qui contra te, etc. Qui te vident: iudicia Dei contra peccatores subita: videns ac volens peccas: caue; horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis [3].

279 Exercere fidei, spei, et charitatis actum in Christo contra afflictiones carnis, adhibere vsum etiam aquae benedictae.

Pugnare aduersus tentationes et imperfectiones et malas inclinationes exercitiis virtutum, et oratione, et poenitentiis.

Timore concutere, quasi quis velit te horribiliter trucidare, et accurre ad Deum.

Meditationes ex his, quae sunt primae hebdomadae, scilicet: mortis, iudicii particularis et vniuersalis, iudiciorum Dei.

Oretur, et quidem varie, si vna ratione orationis fructus percipi non potest.

Adeatur item confessarius. Suscipiatur disciplina. Ieiunium. Adhibeatur patientia, ex expectetur Dominus. Publica poeniten-

---

[1] MATTH., VIII, 25. [2] LUC., V, 12. [3] HEBR., X, 31.

tia. Actus humilitatis exerceantur. Superior adeatur. Dicatur totum psalterium ordine. Vnum eligat ex superioris sententia, qui ipsos in spiritu admoneat et iuuet.

Indicere vt singulis hebdomadis aliqua fiat poenitentia semel, et recurrat, **280** vt vna hebdomada recitentur psalmi poenitentiales cum litaniis: 2.ª hebdomada ieiunetur vno die: 3.ª fiat vna disciplina secreta vel per vnum «Miserere» vel per «De profundis»: 4.ª poterit gestari per diem ac noctem cilicium, vel interdiu saltem, ad iudicium confessarii.

Iubeantur poenitentiae aliarum asperitatum, tum etiam digitorum ad vngues ipsos omnium acerbae dentibus mordicationes, et aliarum partium manus, vbi recipi possit mordicatio [a].

Vt voueant difficiles disciplinas, si inciderint, et cilicia gestare.

Vt quotidie offerant vota, quae habent Societatis, vel confirment propositum suae vocationis, si vota non habeant.

Curare per confessarium et superiorem, vt sibi orationes et missae applicentur.

Orare vt sibi orationes et sacrificia prosint, quae pro se fiunt.

Educere animas ex purgatorio ex priuilegio.

Iuuat in grauibus carnis tentationibus et illusionibus dormire vestitum.

Iuuat, vbi grauiter noctu tentatur quis, **281** habere excussorium ignis, et excusso igne, dedere se lectioni diuinae attentissime et orationi deuotissime ex timore et zelo [b].

Iuuat dormire in cubiculo superioris, vel confessarii [c], ministri, vel alicuius grauioris Patris et venerandi.

Opera probationum Societatis petere.

Immitti potest afflictio ex accusatione vel reprehensionibus, vt sit quod magis vrgeat quam tentatio.

Exercitium corporale. Maius tempus orationis. Vt legatur aliquis liber deuotus et appositus. Reliquias visitare et sanctissimum sacramentum.

Mendicare cum saccis.

---

[a] Haec 8 verba addita posterius. —[b] Haec 8 verba addita posterius. —[c] Haec 2 verba addita posterius.

Vt in humilitate et confusione velit et petat iuuari, et vt fiant disciplinae et aliae poenitentiae ab aliis pro ipso.

Siquis animaduerteretur tenuem adducere contritionem, etiam si sufficiens ad praesentem absolutionem reputaretur, huic est eo seuerior poenitentia externa iniungenda, donec ad se poena coactus redeat.

282 Idem agendum si cum significatione modicae contritionis identidem in idem peccatum incideret. Quod si nollet poenitentias accipere vel implere confitens, mittatur ad superiorem.

CASUS, QUORUM ABSOLUTIO RESERUATA EST SUPERIORI DOMUS VEL COLLEGII, ET AB ALIO NISI DE EIUS EXPRESSA LICENTIA ABSOLUI NEQUEUNT [a]

Quaeuis peccata mortalia, quae prodeunt in exteriorem actum, inter quae censentur quae sequuntur:

Furtum vel vsurpatio et appropriatio alicuius rei, praesertim si iteretur.

Lapsus carnis.

Inobedientia expressa, qua quis asserit se nolle parere.

Murmuratio, vel seditio, vel nocumentum in superiorem vel Societatem.

Recessus a sua vocatione post votum etiam simplex, vel alicuius ad in suasio.

Acceptio vel missio literarum absque **283** expressa licentia, quae scilicet acceptio vel missio contineat rationem peccati mortalis.

Impedimentum excludens a Societate reticuisse in examine, vel in eo mentitum esse, respondendo ad serias eius interrogationes.

Confiteri externo sacerdoti, cum domestico licuit.

Absoluere a casibus reseruatis, sine licentia superioris.

Consensus per horam vel notabile tempus durans in mortalia peccata grauiora, vt ea exequatur quis, si quidem ex illo consensu media quaerat externa, vt illa exequatur, qualia sunt

---

a In margine: *In 2.ª congr. gen. confirmati.*

lapsus carnis, furtum, percussio violenta [a], defectio a Societate, et his peiora.

Caeterum peccata venialia et tentationes citra consensum non reseruantur, nisi vbi periculum scandali, vel peccati mortalis faciant, vt venialia illa peccata vel tentationes rationem induant peccati mortalis; et eius quidem quod propterea censeatur exire in **284** actum exteriorem. At vbi graues alioqui tentationes et diuturnae sunt, hortandi sunt poenitentes, vt cor suum superiori syncere aperiant, vt Dominus humilibus det gratiam, ad eas vincendas.

Vbi autem rectores, vel superiores infra prouinciales in dictos casus (quod Deus auertat) inciderent, reseruentur prouinciali; et vbi prouincialis, generali; ita tamen, vt, si occulta haec peccata fuerint, absoluantur quidem a suo confessario; sed iubeantur cum commodum fuerit superiorem adire; vbi autem manifesta fuerint, praesertim si accesserit scandalum, non absoluantur, sed statim superiorem suum adeant, sua peccata manifestaturi. Placuit vero Rdo. Patri nostro generali, in quauis prouincia constitui vnum ex professis, ad quem in casibus reseruatis possit prouincialis recurrere, ne cogatur semper ad generalem accedere, non tamen dixit Pater generalis iudicium suum de nouo casu [b], quod illi fuerat a congregatione commissum. Porro explicationes 7, 11 et 12 casus, etiamsi in decretis editae non fuerint, iubente congregatione additae sunt casibus, qui fuerunt prouinciis cum illis communicati [c].

285 CASUS, QUORUM ABSOLUTIO RESERUATA EST SUPERIORI DOMUS VEL COLLEGII ET AB ALIO NISI DE EXPRESSA LICENTIA ABSOLUI NON POSSUNT. HI EDITI QUIDEM FUERANT A RDO. PATRE NOSTRO JACOBO LAYNEZ, PIAE MEMORIAE; NOUISSIME AUTEM A RDO. PATRE NOSTRO PRAEPOSITO GENERALI P. EUERARDO MERCURIANO RECOGNITI EX COMMISSIONE CONGREGATIONIS 2.ae ET 3.ae GENERALIS.

Furtum vel vsurpatio et appropriatio alicuius rei.

---

a *violentia* ms. —b Haec 3 verba posterius addita. —c *Communicatae* ms.

Lapsus carnis.

Inobedientia expressa, qua quis asserit se nolle parere.

Murmuratio vel seditio vel nocumentum in superiorem vel in Societatem.

Recessus a sua vocatione post votum, **286** etiam simplex, vel alicuius ad id suasio.

Acceptio vel missio literarum absque expressa licentia, quae scilicet acceptio vel missio contineat rationem peccati mortalis.

Impedimentum excludens a Societate reticuisse in examine, vel in eo mentitum esse, vnde graue aliquod incommodum posset oriri.

Confiteri non proprio confessario.

Absoluere a casibus reseruatis sine licentia superioris.

Haec et caetera alia peccata, cum manifeste erunt mortalia, reseruantur superiori domus vel collegii.

Licet autem peccata interna non reseruentur, si quis tamen saepe in ea incidisset, aut ex illis impenderet graue aliquod periculum vel scandalum, hortandus esset poenitens, vt cor suum syncere aperiret superiori. Idem etiam obseruandum in grauibus et diuturnis tentationibus, quando poenitens magno cum animae suae **287** detrimento ob suam negligentiam timeretur lapsurus.

EUERARDUS MERCURIANUS.

Romae, 21 Ianuarii 1575.

POST CONFESSIONEM GENERALEM PRODERIT IN SEQUENTIBUS MEDITARI

Agnoscendum singulare beneficium vocationis meae, vnde me vocauerit Christus, et quo vocauerit, a quanta rerum difficultate, a quibus peccatis et periculis, ad quantam gratiam, ad quam insigne vitae institutum, ad quantam animae suauitatem, considerandumque simul quam multa dona in Societate per hanc vocationem et gratiam acceperim a Deo; et de his ex intimo corde gratias Deo et habebo et agam.

Attente considerandum quam ego fuerim surdus huius vocationis auditor, quam negligens cooperator gratiae, in quantis

peccauerim, quam tenuiter aut nihil profecerim tanto tempore in Societate. De his dolorem concipiam vehementem **288** ex intimo corde, vnde concipiam profundam humilitatem atque agnitionem meae imbecillitatis ac miseriae, ac profitebor egere me diuino auxilio et gratia, et veniam a Deo humiliter petam.

Inuocabo diuinum auxilium, intercessionem sacrosanctae virginis Mariae matris Dei, omnium angelorum et sanctorum, et particulariter D. Petri et Pauli, angeli mei custodis, et sancti, erga quem peculiari afficior deuotione, vt innouare ex integro possim vitae meae rationes omnes, et ea omnia emendare, in quibus offendi, atque ad meliorem perfectioremque vitae frugem me extendere. Proponam deinde efficaci voluntate ad haec contendere in Christo, ac media omnia adhibere, quae sint ad hoc necessaria vel vtilia, iuxta meae vocationis institutum.

His apud me constitutis, induam magnam animi spem et confidentiam, singularem spiritus alacritatem et magnanimitatem in humilitate cordis in Christo, quod ea, quae propono, sim **289** executurus, non ex me, sed ex Dei misericordia, cum eius auxilio et gratia et sanctorum inuocatione in ipso.

Hac gratia ac mentis constantia et proposito, hac animi magnitudine aggrediar ad operationes meas in Christo, ad renouationem meae conscientiae et vitae; ad perfectionem instituti obseruandam. Et peculiariter duo adhibebo. Alterum est, vt consideratis iis, de quibus sum confessus, agam Deo gratias, quod mihi illa omnia condonauerit Deus; secundum, vt cum propositum habeam omnia emendandi, designem tamen aliquot praecipua capita, de quibus emendandis serio agam: quaesitis et appositis mediis omnibus et necessariis et vtilibus.

INSTRUCTIO PRO HIS, QUI SUNT IN PRIMA PROBATIONE

Erunt soli.

Visentur tamen aliquando a magistro **290** nouitiorum. Poterunt etiam inuisi ab aliquo probato ex commissione.

Commendabunt se Deo diligenter in oratione ex pietate cordis, in humilitate, ac simplicitate.

Cogitabunt diligenter de sua vocatione, non quasi de illa du-

bitando, sed illam confirmando et quaerendo vnde illam confirment magis.

Animaduertant accurate, quae illis proponentur, diplomata, regulas, examina, vt inde lucem maiorem colligant suae vocationis, et illius seriam confirmationem.

Omnem veritatem seruent in responsionibus ad omnes interrogationes, et intelligant illud mendacium fore perniciosum, si vere non respondeant.

Nihil tamen retineant dubii, quod non proponant examinatori dissoluendum.

Ne sint ociosi, et si non habent, qua in re occupentur, id petant ab examinatore.

Si qua tentatio illis accidat, si quo taedio afficiantur, id similiter significent, vt iuuentur.

291 Parabunt se diligenter ad deuote peragendam confessionem generalem, vbi illis significabitur.

Animum et cor induant pium, apertum ac promptum ad gratiam vocationis, cuius initium acceperunt, confirmandam atque sequendam; quod vt facilius sit, seculi totius obliuionem constanter animo imprimant, et amorem sequendi Christum in paupertate, castitate, et obedientia, qui est status perfectionis acquirendae, eius diuino consilio, hortatione et gratia.

INDEX INTERROGATIONUM, VNDE IUUARI POTERUNT NOSTRI CONFESSARII QUANDO AUDIUNT CONFESSIONES GENERALES PATRUM ET FRATRUM, QUIBUS SOLET RATIO ETIAM APERTIONIS CONSCIENTIAE ACCIPI

Prius videantur et communes et secretae responsiones singulorum, vt possint in confessione admoneri commodius, si quidem fiant confessiones in visitatione.

292 Quamdiu est quod confessus est generaliter.

Quam inclinationem malam, vel quas in se sentiat, vel quos habitus malos.

An habuerit conscientiam vel remorsum conscientiae de peccato mortali, postquam confessus est generaliter, et de quo et quo pacto.

An integre confessus sit semper, antequam ingrederetur Societatem; et si integre confessus non fuisset, num, cum primum venit in Societatem, sit de vitae totius peccatis integre confessus.

Num aliis confessionibus generalibus confessus sit integre.

Num externo sacerdoti fuerit confessus, vel non ordinario suo.

An verum dixerit in omnibus examinibus.

Iubeatur ea dicere, quae magis grauant eius conscientiam, vel exhibent ipsi negocium, vel difficultatem etiam in via perfectionis iuxta rationem nostri instituti. Si quis tamen sit scrupulosus, breuiter iubeatur dicere ea solum, vnde intelligat vim rationis scrupulosae, qua agitatur.

Posset deinde ex sequentibus capitibus interrogari, si ea confitens non attigisset sufficienter, vel confessario satisfactum non fuisset.

293 DE OBEDIENTIA

An aliquam tentationem habuerit contra vocationem, constitutiones, regulas, vel superiores, et quemadmodum in ea se gesserit. Num iudicium habuerit dubium vel contrarium constitutioni alicui, vel regulae, vel parti instituti. An male iudicauerit vel obmurmurauerit de superioribus vel obedientia. An sciat si quis hoc fecerit. Num non habuerit caecam obedientiam. An formaliter fuerit inobediens aliquando, hoc est, quod noluerit obedire. An non integre, prompte, fortiter atque humiliter obedierit, vel per excusationem, vel murmurationem, vel alioqui imperfecte. De inquietudine, an praesenti vel exercitio, vel obedientia, vel loco, vel superiori, vel praeceptori adquieuerit. An obedierit in examine, vel secretum aliquod omiserit dicere propter pudorem vel aliquem respectum.

294 DE CASTITATE

De tentationibus carnis. De cogitationibus morosis. De pollutionibus nocturnis vel illusionibus. De verbis vel colloquio, quod spectare possit ad aliquam turpitudinem vel dissolutionem. De nimia familiaritate cum domesticis vel externis, et de visita-

tione, praesertim mulierum. De lectione librorum vel aspectu externarum rerum, vnde excitari possent turpes cogitationes. An diligenter fugerit occasiones. De custodia sensuum.

DE PAUPERTATE

An aliquid habeat quasi proprium. An aliquid habeat contra vel praeter obedientiam superioris vel absconditum. An habeat aliquid ita charum, vt moleste sit laturus, si ab illo auferretur, et omnino de nimia affectione erga id, siue quod habeat, siue quod non habeat. An aliquid desideret habere praeter obedientiam. **295** An fuerit negligens in conseruandis rebus, quibus vtitur. An aliquid vel dederit, vel acceperit, vel a domesticis, vel ab externis iniussu superiorum [a]. An aliquid ex rebus domesticis acceperit. An aliquid stipendii vel eleemosynae acceperit pro aliquo mynisterio Societatis, vel alia quacunque ratione. An vel habeat aliquam pecuniam domi, vel extra domum, vel bona temporalia, et num de illis aliter fecerit vel cogitet facere quam ex ratione instituti.

DE PRAECEPTIS DEI VEL ECCLESIAE

Num aliquam habuerit tentationem contra fidem, et quemadmodum in ea se gesserit. An libros prohibitos habuerit vel legerit absque facultate. An debitam reuerentiam exhibuerit rebus fidei et ecclesiasticae authoritati. Num aliquo spiritu desperationis fuerit tentatus. **296** An affectione nimia vel seculari erga parentes, vel cognatos fuerit motus. An fratres pure et religiose dilexerit et cum eis conuersatus fuerit cum aedificatione et fructu. An animi auersionem ab eis habuerit. An discordiae alicuius author fuerit vel socius. An neglexerit actiones suas ad finem Societatis referre. An neglexerit bonas inspirationes. De iureiurando. De periculo peccandi. De iudicio temerario. De murmuratione. De scandalo. De detractione. De suspicione. De superbia, et sub hac de hypocrisi, ambitione, arrogantia, contentione, pertinacia, et curiositate. De inuidia. De ira. De conuitiis. De

---

[a] *superioribus* ms.

acedia. De excessu in cibo et potu vel intemperantia. An fuerit in conuiuio aliquo, etc. **297** De imperfecta obseruatione ieiunii et abstinentiae. De ingratitudine, non solum erga homines, sed etiam erga Deum et sanctos. De impatientia. De pusillanimitate. De mendacio etiam iocoso, vel officioso. De debitis in saeculo. An missam audierit diebus festis, etiam cum est in itinere. An comederit cibos prohibitos. Quomodo festa transegerit. An aliquid illi contigerit in probatione hospitalis, aut peregrinationis, quod bonam aedificationem non dederit proximo, et in vniuersum, an domi vel foris aliquod scandalum dederit. An per horam vel notabile tempus in aliquod peccatum consenserit. De tentationibus in quouis genere peccati, et quemadmodum in illis se gesserit.

DE REGULARUM OBSERUATIONE

Ex iis aliquae attinent ad fructum spiritualem immediate, aliae ad morum compositionem.

298 *De priori genere petatur:*

De oratione. De examine. De missa. De confessione. De communione. De auditione concionum et lectionum sacrarum. De expletione poenitentiae. Et in his interrogandum, an omiserint illa, vel neglexerint, an etiam ea adhibuerint, quae postulant illa exercitia. An orarint vel celebrarint pro iis, quibus iubentur fieri applicationes orationis vel missae.

In alio genere regularum interrogentur:

De acceptione vel missione literarum absque facultate. De ingressu in cubicula aliorum. De egressione e domo absque licentia, et an alio venerint quam pro facultate. De visitatione alicuius absque licentia. De eo an gesserit negocium aliquod absque facultate, vel pollicitus operam fuerit ad aliquod ministerium. De sumptione cibi foris. **299** De silentio cum quibus, et quibus temporibus est interdictum colloquium. An loquutus sit cum externis absque licentia, et quibus de rebus. De ingressu ad loca, ad quae prohibitus est ingressus. De tactu fratrum prohibito et nimia

consuetudine. Quomodo se gesserit in quiete a prandio et a coena, et num abfuerit, vel solitarius fuerit. De modestia, praesertim in ludo, in classe et foris. De colloquio rerum secularium. De moderatione et decentia in refectorio, in cibi potusque sumptione et aliis in rebus. Petatur, et quidem serio, an obseruent ad distinctionem horarum quotidianam ea, quae significantur agenda, et quemadmodum ea obseruauerint. Quae[nam] non obseruauerint. De negligentia in profectu spirituali, vel de remissione animi in rebus spiritualibus et perfectione consequenda. Poterit etiam de aliis regulis interrogari, si videatur necessarium futurum vel vtile. **300** Si quid praeterea illis occurrat in vniuersum, praeter ea, quae hoc examine dicuntur, de eo interrogent.

DE OFFICIIS

De officiis suis singuli interrogentur iuxta rationem obligationis particularis, quam singuli habent ex officio, et de aliis quidem, interrogentur ex ea facultate, quam possunt assequi confessarii, iuxta variam rationem officiorum: hoc loco tantum dicetur de officio confessariorum et sacerdotum; de aliis vbi erit ocium.

Interrogentur sacerdotes: De horis canonicis. De preparatione ad missam celebrandam. De celebratione missae. Et in his si negligenter, si parum attente, si cum defectu vel omissione aliqua, vel scandalo sint versati.

Confessarii vero: De administratione sacramenti poenitentiae, et in hoc non solum si quid neglexerint, vel omiserint, **301** vel quod ad interrogationes attinet, vel quod ad impositiones poenitentiae; sed illud nominatim est interrogandum, an aliquid periculi illis euenerit in audienda confessione aliqua, vel omnino timeatur, et num aliquid affectus sentiat in se moueri erga aliquam personam, quam audiat. An absoluerit aliquem e nostris a casu aliquo reseruato. An sciat se habere authoritatem absoluendi externos, et eam quidem, quam solet habere Societas; et an ea authoritate aliqua ratione abusus sit, vel omnino aliquem absoluerit, quem non debuit vel potuit. An in confessione agat de rebus, quae nihil attinent ad confessionem. De ministro sa-

crae eucharistiae, an aliquid illis obuenerit, quod offendiculum dederit, vel omnino non fuerit e dignitate sanctissimi sacramenti. Interrogentur de officiis suis, ex **302** iis praesertim cap[itibus] quae videbuntur [a] grauia.

Post omnes interrogationes agatur de eo capite, quod peculiariter attinet ad apertionem conscientiae, etiamsi multa sint in interrogationibus superioribus eiusdem argumenti.

Interrogentur igitur de ratione orationis, num vocaliter an mentaliter orent. Quanto cum fructu et quali. Num cum consolatione vel deuotione et quali. An lachrymas soleant habere et quales. Num alium quempiam sensum habeant [b] spiritualem in oratione et qualem. An aliquid illi euenerit in oratione extraordinarium.

De his rebus interrogètur, in missa, in confessione et communione quid illi contigerit. Quem fructum sentiat in vsu virtutum, et quarum praecipue. Num, contra, frequentes patiatur desolationes vel afflictiones interiores et ariditates mentis, vagationes, perturbationes, difficultates, et quemadmodum in his se gerat.

303 In vniuersum interrogetur num maiorem vel aequalem vel minorem prouentum spiritualem fecerit post vltimam confessionem generalem, vel apertionem conscientiae quam antea, et quo animo sit ad contendendum ex integro (quasi nihil hactenus egisset) ad maiorem perfectionem consectandam.

POST CONFESSIONEM PRO EXHORTATIONE ET INSTRUCTIONE

De pronitate naturae et fluxu in malum.

De pugna sensus in spiritum, et ex his de necessaria renouatione ex Paulo et nostro instituto.

De Patris Ignatii doctrina, quod debeamus vti potentiis ad renouationem et emendationem, et maiorem fructum in spiritu, cum diuina gratia, quemadmodum sine illa, abutendo potentiis, mentem nostram deformauimus [1].

---

a *videbantur* ms. —b *habeat* ms.

---

1 Vide *Epist. P. Nadal,* I, 17, n. 45.

De quinque punctis, in quibus post confessionem proderit meditari, qui habentur fol. 287 [1].

Commendare obedientiam, orationem, obseruationem actionum quotidianarum, humilitatem, simplicitatem et aedificationem.

Praesentiam Dei, vnionem ad Deum in charitate.

304 Meditationes vulnerum Christi, de quibus dicetur titulo de oratione.

Vt ex catalogo peccatorum, quae sunt confessi, studeant se emendare.

Illa nominatim commendanda [a], quae erunt peculiariter emendanda.

Poenitentia, id est, satisfactio, iniungenda breuis; vt scilicet imponatur recitandus psalmus «Miserere» etc. pro remissione peccatorum; septies «Pater» et «Aue» contra 7 peccata capitalia; et pro gratiarum actione et inuocatione S.[ti] Spiritus et donorum eius, item septies «Pater» et «Aue». Poterunt simul aliae iniungi satisfactiones, et debebunt, vt res postulabit, prolixiores, non solum si peccata id exigerent, sed etiam si tepiditas vel omnino si illud postularet (vt fere postulat) mentis renouatio et maior spiritus fructus, qui in his exercitiis petitur. Ratio harum satisfactionum poterit esse varia et accipi ex ea instructione confessariorum, quae habetur superius [2]. Vnam hic ascribam, cuius videtur facilior vsus: vt singulis hebdomadis aliquo tempore semel fiat vna ex his quatuor: recitatio 7 psalmorum poenitentialium **305** cum litaniis; ieiunium; flagellatio per tempus, quo vel «De profundis» vel «Miserere» recitatur; et gestatio cilicii per vnum diem. Sed harum satisfactionum remissio committatur ordinario confessario... [3].

338 INSTRUCTIO EXAMINATORIS

Qui petunt ad Societatem admitti, ii, antequam plene exami-

[a] *emendanda* ms.; at in *Cod. Vatic. 3* recte *commendanda*.

[1] Vide supra, pag. 470. [2] Pag. 464.

[3] Sequitur ordo studiorum a nobis editus in *Monum. Paedag.*, a pag. 107, cujus hic capitum titulos et paginas, ubi in ms. reperiuntur, notare

nentur, aliud examen subire debent, non solum examinatoris, sed aliorum etiam, qui ad id erunt a superiore designati. Hoc vero examen eo spectat, vt possit superior statuere an recipiendus sit ad primam probationem is, de quo ad eum ex hoc examine erit relatum; nec grauari existiment, qui examinant, si tam multa hic dicantur. His enim semel aut iterum lectis, accipient facile vnde explorare possint eos, qui ad nos veniunt, antequam in primam probationem mittantur. Ac ne interrogationes quidem habere necessum erit, sed ex habitu comparato examinare poterunt. Reliqua examinator ex officio [a].

339 Primum igitur fiat oratio Deo pro cognitione et iudicio habendo de admittendo. Postea vero ex vultu, ex corporis habitu, ex sermone, et reliquis rebus externis perspectis, colligatur aliquid ad hoc ipsum conducens.

Interrogetur cuias sit, e quibus parentibus, nobilibus, an ignobilibus, diuitibus, an pauperibus, etc. Quid ad eam vsque aetatem fecerit in saeculo.

Si sciat aliquid, et in qua facultate; et coniectura accipiatur, quo ingenii acumine polleat, quo iudicio valeat. Si sano et firmo corpore est, quot annos natus.

Si ingredi desiderat Societatem propter necessitatem aliquam, aut propter infamiam, periculumue, quod sibi in mundo immineat.

Si firmo et constanti animo desiderat seruire Deo in Societate.

Interrogabitur, si sub cura legitima parentum sit, vel tutorum, an illi consentiant, praesertim si noster sit discipulus.

340 Postea vero commode, quadam interrogandi methodo seruata, interrogabit de quinque impedimentis, quae essentialia uocamus, quae sunt sequentia.

---

[a] Praecedentia, ab illis verbis *nec grauari,* addita poterius.

---

sufficiat. «Distinctio classium grammaticae et litterarum humaniorum.» pagg. 305-311.—«De exercitiis literariis in praedictis classibus.» pagg. 311-319.—«De exercitiis literariis in theologia.» pagg. 320-322.—«De exercitiis philosophicis.» pagg. 323-324.—«Ordo seruandus in publicis disputationibus.» pagg. 325-330.—«Addita quaedam exercitiis literarum humaniorum.» pagg. 330-338.

An aliquando segregatus fuerit (vt habetur cap. 3, part. 1.ae const.) a graemio sanctae ecclesiae fidem abnegando, inter infideles, vel incidendo in errores, contra eam, in quibus reprobatus fuerit per publicam sententiam, vel se more schismaticorum ab ecclesiae vnitate seiunxerit.

An perpetrauerit homicidium, vel sit propter enormia peccata infamis.

An assumpserit religionis habitum, vel heremita aliquando cum vestitu monachali fuerit.

An matrimonii vinculo, vel seruitutis legitimae ligatus sit.

An capitis infirmitatem patiatur, vnde accidat obscurari, et parum sanum esse iudicium, vel si notabilem habeat ad id dispositionem.

341 Hic circumspecte rogentur per negationes, quasi supponatur in nullum eorum impedimentorum eos incidisse, v. g. «Non fuisti segregatus» etc. «Non homicida» etc., vel si quid moderatius.

Quod si aliquo istorum notatus fuerit, animaduertatur num praeclaris dotibus praeditus sit, an non, et vlterius in examine non progrediendo, admoneatur, vt postridie regrediatur, et interim fiat superior certior de eius impedimento, de dotibus, quibus praeditus est, vt ille iudicet quid de eo statuendum sit.

Si impedimentum nullum habuerit essentiale, erit vtile de iis, quae eodem cap. sequuntur, intelligere, sed breui compendio, quasi obiter, vim rerum.

Quod ad interiora attinet impedimenta, sunt passiones vel affectus, qui domari non posse videantur, vel peccatorum habitus, de quibus non adeo magna emendatio speretur. Intentio minus recta quam par esset **342** ad religionis ingressum, vt quae cum humano aliquo fine sit admixta. Illud tamen hoc loco diligenter inquirendum, quaenam ratio sit eius vocationis, quibus initiis, quo progressu, quibus signis constet, quo animo recepta ea sit, et confirmata, etc.

Inconstantia vel remissio animi notabilis, ex qua, qui de ingressu agit, inutilis credatur ad Societatis munera obeunda.

Indiscretae deuotiones, quae ipsae in causa esse solent, vt

aliquis in illusiones demonis, et non exigui momenti errores incidat.

Literarum ignorantia, vel ingenii aut memoriae ad eas addiscendas, vel linguae ad explicandum defectus in illis, qui praeseferunt intentionem vel desiderium vlterius progrediendi quam solent coadiutores temporales.

Iudicii defectus, et notabilis in proprio sensu obduratio, quae congregationibus multum solet facessere negocii.

343 In exteriori homine defectus in integritate corporis, morbus, debilitas, vel notabilis deformitas.

Aetas valde tenera, vel plus satis perfecta.

Aes alienum, vel ciuiles obligationes.

Illud praeterea cognoscent, quoad fieri poterit, quae cognoscenda traduntur cap. 2. 1.ae part. const., quae intelligentur ex his, quae sequuntur.

In vniuersum loquendo de iis (inquit constitutio), qui admittendi sunt, quo pluribus Dei donis naturalibus et infusis praediti ad promouendum iuxta Societatis institutum diuinum seruitium, et quo certioribus experimentis perspecti fuerint, eo magis idonei erunt vt in eam admittantur.

Vt particulatim de iis loquamur, qui in coadiutores admittuntur, ad res temporales vel exteriores curandas, qui plures esse non debent, quam qui necessarii sint ad subleuandam Societatem in iis rebus, in quibus occupari alii non possunt sine detrimento maioris boni, esse eos oportet (quod **344** ad animam spectat) bonae conscientiae, quietos, tractabiles, amatores virtutis ac perfectionis, propensos ad deuotionem, qui domesticis et externis aedificationi sint, qui, sorte Marthae in Societate contenti, et ad eius institutum bene affecti, eam iuuare ad Dei gloriam exoptent.

Quod ad externa attinet, honesta specie, sanitate, aetate, viribus ad labores corporis in Societate sufferendos, praediti esse deberent, et qui habere, vel certe habituri esse aliquando talentum aliquod ad eam iuuandam viderentur.

Admittere homines difficili ingenio, vel inutiles congregationi, licet ipsismet non inutile foret admitti, considerantes tamen

instituti nostri finem, ac agendi rationem, persuademus nobis in Domino, ad ipsius maius seruitium et laudem non expedire.

Qui ad hoc admittentur, vt in rebus spiritualibus Societatem iuuarent, considerando quid huiusmodi **345** ministerium requirat, vt animae proximorum iuuentur, sequentibus donis Dei ornari eos necesse est:

Quod ad intellectum attinet, doctrina sana, vel aptitudine ad eam addiscendam, et in rebus agendis discretione, vel certe indole boni iudicii ad eam acquirendam.

Quod ad memoriam, aptitudine ad percipiendum, et percepta retinendum.

Quod ad voluntatem, vt vniuersae virtutis et perfectionis spiritualis studiosi sint, quieti, constantes, strenui in iis, quae ad diuinum seruitium aggrediuntur, quique zelo accincti sint pro animarum salute, et ea de causa ad nostrum institutum (quod ad illas iuuandas et disponendas ad vltimi [a] sui finis de manu Dei creatoris nostri ac Domini consecutionem recta intendit) sint affecti.

In exterioribus exoptanda est sermonis facultas, ad agendum cum proximis pernecessaria; species honesta, quae aedificatione solet esse iis, quibuscum agitur.

346 Bona valetudo ac vires, quibus ferre possit instituti nostri labores.

Aetas, quae ad ea, quae dicta sunt, conueniat, quae quidem vt admittantur ad probationem excedere debet 14 annum, vt ad professionem vero 25.

Dona externa, nobilitatis, diuitiarum, existimationis et similia, vt non satis sunt, si desunt alia, ita, cum suppetent, non erunt necessaria.

Quatenus tamen ad aedificationem faciunt, reddunt magis idoneos vt admittantur, qui sine ipsis alioqui essent idonei propter dotes alias praedictas, in quibus quo magis praecelluerint, qui admitti cupiunt, eo magis erit [quisque] ad hanc Societatem aptus ad Dei domini nostri gloriam. Quo vero minus erit in eo, quod excellat, eo minus erit idoneus.

---

[a] *vltimum* ms.

Quae tamen mensura omnibus in rebus teneri debeat, vnctio sancta diuinae sapientiae eos docebit, qui id curae ad eius obsequium ac laudem vberiorem susceperint.

Haec hactenus ex constitutionibus, quae scire quidem oportet examinatorem, et ex his interrogare ea poterit, quae necessaria, quae commoda, existimabit in re praesenti.

347 Deinde vero breui quodam compendio declarabitur illi finis Societatis, modus progrediendi et perfectionis ratio in vniuersum explicabitur, praesertim obedientiae, abnegationis, mortificationis, etc., omnium virtutum et perfectionis earumdem, simul quod vota suscipiat Societatis, etc.; et tandem interrogabitur an parato sit et firmo animo, vt seruiat Deo in Societate in omni obedientia et indifferentia, in quauis re, quocumque in officio vel statu.

Ex huiusmodi interrogationibus et responsionibus, quae vel fieri possunt et solent, vel ex quibus colligit examinator quid nominatim interrogare vel obseruare debet [a], colligendum tandem est in Domino, an is, qui interrogatur, aptus sit ad Societatem; et tam informationes quam iuditia ipsa referri debent ad superiorem, cuius proprium erit ex iis, quae sibi referuntur, recipi debeat an non in primam probationem iudicare. Sin autem res non ita clara fuerit, ipsemet **348** superior poterit eum alloqui, imo semper erit melius et vtilius, vt superior post ea omnia, quae de iis, qui interrogantur, nouit, illum alloquatur.

Examen hoc semper facere debet is, cui examinandi officium et cura a superiore commissa est. Idem facient duo tresue alii Patres, qui hac in re iudicio valeant, qui designabuntur a superiore: ii esse solent consiliarii.

Hi enim omnes referent ad superiorem informationem et iudicium suum. Hoc tamen, quoad fieri poterit, animaduertendum est, ne quis ad primam probationem admittatur, antequam de eodem inquirat vnus ex iis, qui examinant, ab externis, si fieri possit, et cognoscat de parentibus, et de omnibus aliis, quae in dubium venire poterunt, et referat ad superiorem, ne forte desi-

---

[a] *debent* ms.

derio ingrediendi Societatem plus aliquid minusue asserant. Non oportebit autem responsiones huius examinis scribere.

349 Postquam ad primam probationem quis admissus erit, succedet secundum examen, quod est idem cum eo, quod late continetur initio constitutionum et incipit: «Haec minima Societas» etc.; quod faciat solus is, cui officium commissum est examinatoris: pertinet enim totum hoc negocium ad eius proprium munus; agendum autem est hoc examen non breuiter (vt superius) sed diffuse; in eo enim traditur cognitio Societatis, imprimiturque eius substantia et veritas in corde eius, qui admitti desiderat; simul qui examinat, et inquiret copiosius ac diligentius et clarius omnia cognoscet: et post primam ex superiori examine relationem, 2.^{am} dabit superiori pleniorem. Iudicabit vero superior rursus consultius, sitne is aptus ad Societatem, an non: nominatim vero fiat exactius examen de omnibus impedimentis, non solum de necessario excludentibus, sed de aliis etiam omnibus et impedimentis **350** et rebus, de quibus superiori examine attigimus.

Habeat examinator examen in manu, aut saltem in memoria, et primo referat, quae continentur in primo capite, petatque ab eo, qui examinatur, placeantne illa, an non. Deinde examinetur iuxta illa, quae dicuntur in 2.º capite. Quod si non fuerint impedimenta aliqua essentialia, interrogetur consequenter de his, quae pertinent ad 3.um caput, et responsiones scribantur, quas velit is, qui interrogatur, reliqua vero secrete poterit examinatori patefacere, vt is de ea re solum superiorem certiorem faciat. De his vero, quae ita secrete et seorsim ab examinando intelliguntur, efficiet superior [a] secretam quandam memoriam per signa quaedam, ita vt sibi soli prodesse possit, eamque secrete etiam et seorsim habebit, neminique, nisi suis superioribus **351** aut successoribus, patefaciat. Qui, omni diligentia abhibita, rem secretam apud se conseruabunt; et tandem rogabitur is, qui examinatur, velitne subiici iis, quae sibi proponuntur in hoc capite, etc. Eodem itaque ordine prosequetur in proponendis iis, quae per-

---

[a] *superiorum* ms.

tinent ad 4.um caput. Postremo rogabitur velitne ea omnia praestare, quae in eo proponuntur, an non? Haec vero 4 capita relinquentur apud eum, qui examinatur, vt melius eadem ipse consideret.

His peractis, examinabitur rursus examine peculiari ex iis examinibus, quae consequuntur 4.r capita, vt superior iudicabit; quo finito, exhibebitur illi legendum diploma confirmationis Iulii, et regulae generales, et communes: in generalibus enim continetur quid vnicuique conuenit ex constitutionibus, in aliis vero, quae vnusquisque praeterea obseruare debeat communiter, continentur.

352 Interrogabitur velitne regulas illas, omnes constitutiones, omne institutum seruare.

Animaduertatur etiam, vt huiusmodi interrogationes clarae, perspicuae et distinctae fiant, et vltimo rogabitur sitne indifferens, deposito omni iudicio et voluntate propria, vt ea omnia faciat, quae obedientia decreuerit, tam in iis, quae pertinent ad statum viuendi in Societate, quam ad quodcumque officium et exercitium.

Quo examine peracto, et relato ad superiorem cum responsionibus ex eiusdem praescripto, scribet examinator propria manu ad finem examinis hunc talem, eius nomine et cognomine scripto, examinatum fuisse a se, nominando etiam suum proprium nomen et cognomen examinatoris talis domus aut collegii, et quod nihil impedimenti in eo repertum fuerit, et quod se subiecerit omnibus iis, quae diplomatis apostolicis, constitutionibus, decretis congregationum, regulis, instituto, constitutionibus, continentur; et **353** peculiariter mentionem faciet huiusmodi examinatum ingredi Societatem cum omni indifferentia, vt ea omnia faciat, quae constituta fuerint ab iis, quorum curae, gubernationi, et iudicio commissus fuerit. Scribet praeterea illum recipi ad probationem Societatis authoritate superioris: tandem subscribet nomen suum is, qui examinatur, diem et annum, etc.

Tradat etiam receptus quaecumque habet (praeter vestes, quibus induitur, nam eas iubebitur retinere et vsu deterere, nisi essent preciosiores) procuratori domus, qui omnia scribet in

proprio libro, subsignabitque suo nomine. Idem faciet is, qui examinatur.

Animaduertat praeterea examinator, vt antequam quis primam probationem egrediatur, polliceatur quod post primum annum quouis tempore ad professionem vsque, siue ad illud tempus vsque, quo coadiutoris votis astringatur, prompte distribuet omnia bona sua, aut ea omnia, quae sibi obuentura sint (modo prius dissoluat primo quoque tempore debita et **354** obligationes, si quas habeat) pauperibus, iuxta propriam deuotionem; disponet etiam de beneficiis (siqua forte habet) iuxta propriam deuotionem, vel reddendo eadem rursus ei, qui sibi ea contulerat; quod sane intelligi debet si aliter de huiusmodi beneficiis disponi non potest, aut certe eadem tradat in aliqua opera pia, aut aliquibus resignet, quibus haec eadem sint arma diuinae [a] gloriae. Si vero bona vel beneficia voluerit dare, vel conferre iis, qui sibi sunt consanguinitate, affinitate, vel amicitia coniuncti, illud prius iudicandum erit a duobus tribusue hominibus, tum literis, tum vitae sanctimonia praeditis, quos vnusquisque elegerit, accedente tamen superioris consensu, videlicet, an cognati vel amici illi, quibus huiusmodi beneficia conferre vult, vel bona dare, pauperes sint, an non. Si iudicati fuerint pauperes, illis poterit pro sua deuotione dare; si non fuerint iudicati tales, iubebitur **355** ex integro distribuere pauperibus. Haec autem omnia fient iuxta ea, quae 4.° capite examinis continentur.

Quae praeterea agenda sunt cum examinato, antequam ad 2.am probationem veniat, ea petenda sunt ex officio examinatoris.

Finito hoc secundo examine, quod in prima probatione fieri solet, absolutaque confessione generali, reddita insuper ratione conscientiae, postea, domum receptus ad 2.am probationem, subibit aliud examen sexto quoque mense et confitebitur generaliter et dabit rationem conscientiae ab vltima confessione et apertione conscientiae, ac renouabit vota sua, si ea habuerit, quousque

---

a *diuitiae* ms.

professus, coadiutorue formatus creatus fuerit. Posteaquam vero iam quis professus, aut coadiutor formatus effectus fuerit, non renouabit vota, faciet tamen confessionem generalem, reddetque rationem conscientiae suae singulis annis aut citius, prout superior ea de re iudicauerit.

356 Examen illud, quod 6.° quoque mense fieri solet, aliter cum iis exercetur, qui intra duos annos probationis sunt, aut votis Societatis astricti non sunt; aliter cum iis, qui vota fecerunt. Huius vero rei causa haec est, in examine enim multa proponuntur, quae admittere, aut reiicere liberum erit iis, qui examinantur, vt sunt illa. «Eruntne contenti» etc. «Eruntne parati» etc. Illi vero, qui iam votis astricti fuerint, hoc modo examinandi non sunt. Non enim illis liberum est, hoc aut illud admittere aut reiicere, cum iam sint astricti voto obedientiae, quo tenentur ad omnia.

De priori examinandi ratione 6.° quoque mense intelligitur proprie declaratio quaedam in primum caput primae partis const., § vltimo.

Alium modum examinandi 6.° quoque mense intelligimus ex primo et 4.° capite examinis, et constanti traditione et vsu retinemus hanc rationem examinandi a Patre Ignatio vsque.

Primus modus conficiendi examinis **357** 6.° quoque mense erit quidem is, qui sequitur, seruata proprietate erga eos, qui uota non habuerint.

EXAMEN COMMUNE, QUOD FIERI SOLET SEXTO QUOQUE MENSE

In hoc examine de illis non instituetur interrogatio, quae ex superioribus examinibus comperta et certa adhuc erunt; sed de his tantum, quae praeterea debent intelligi ad faciliorem directionem fratrum in vocatione sua, et Societatis instituto, ad maiorem Dei gloriam. Propterea enim examina habeat oportet, qui examinaturus est.

Eodem ne statu viuant parentes, tum fratres, et sorores, quo antea?

Num in eadem fidei integritate? Quae interrogatio non temere adhibebitur, nisi vbi necessitas exigat.

Fuerit ne sanus?

An firmus in vocatione, et animo prompto, vt viuat ac moriatur in Societatis obedientia absque alio animi proposito?

358 Num in officiis vel occupationibus, in quibus versatus est, fuerit animo quieto et composito et cum fructu?

Quonam pacto se gesserit in obedientia, nominatim vero in ea, quae est intellectus?

Quemadmodum illi successerit in oratione vel vocali vel mentali, quomodo in missis vel celebrandis, vel audiendis, in suscipiendis sacramentis, aliisque rebus, quae ad deuotionem attinent, et quem modum orandi habeat, num scrupulosus?

An occupationes externae, siue studiorum, siue cuiuscunque alterius ministerii imminuerint illi vel imminuant spiritus deuotionem, vel alioqui augeant?

Passusne sit tentationes acriores in vocatione, vel aliis rebus grauioribus, quas tentationes alii intellexerint, et num eas aliis ipse communicauerit, siue internis siue externis?

Num iudicium habuerit proprium vel dubitationem de instituto, constitutionibus et regulis Societatis?

An de rebus illis disputauerit, quasi dubitaret?

359 Num vota Societatis habeat, et an melius habeat in spiritu postquam illa edidit, et an alia vota habeat?

Num in omnibus difficultatibus et dubiis, siue rerum interiorum, siue exteriorum, si ipsi occurrerint, vel occurrent, sit paratus stare conscientiae vel iudicio Societatis, proprio sensu ac iudicio deposito, et an aliquas omnino habeat huiusmodi difficultates?

An sit indifferens ad omnes status Societatis, qui adhuc non est determinatus ad aliquem statum; an scilicet sit indifferens vt sit scholasticus, coadiutor temporalis, coadiutor spiritualis, vel professus?

Qui vero est scholasticus, an sit indifferens vt sit coadiutor, vel professus?

Si indifferens sit (vt debent omnes), ad quem tamen statum maiorem sentiat inclinationem?

An sit indifferens ad omnia officia vel ministeria Societatis vel obedientias?

Cum sit indifferens, ad quod tamen officium vel ministerium magis inclinetur, quae obedientia iucundior **360** illi esset, et in qua prouincia vel collegio?

An sentiat affectum erga cognatos vel amicos seculares, qui noceat, vel soleat esse molestus, et an putet teneri se vt illos iuuet?

An exceptionem faciat aliquam generis, nationis, vel patriae inter Patres et fratres?

An nimia sit vsus familiaritate erga aliquem fratrem, vel Patrem, vel omnino externum, vel contra, aliqua auersione animi, an etiam eam exterius significarit?

An aliquid de bonis, siqua habeat, egerit, vel distribuerit et num aliquid statuat de illis agere ex instituto Societatis, et an aliquid debeat?

An mortificationes aliquas fecerit absque facultate superioris vel confessarii?

An desiderarit et desideret studio perfectionis, et propter Christi amorem et reuerentiam pati iniurias, contumelias, falsa testimonia, stultus haberi (nulla data occasione), vt Christum Jesum imitetur?

361 An aliquam passus offensionem ab aliquo Patre vel fratre, vel ipse an aliquem offenderit?

Num aliquit sciat de Patre aliquo vel fratre, quod videatur emendatione dignum, etiamsi secretum sit, modo in confessione id non sciatur: nam id tenetur superiori manifestare, quemadmodum habetur 4.° capite examinis. Idem petatur de superioribus.

An videatur sibi fructum se fecisse ab vltimo examine et votorum renouatione, et an promptior sit ad omnia, quae ad obedientiam, et rationem instituti attinent, et num maiori teneatur studio perfectionis?

Postremo interrogetur, an aliquod dubium habeat, vel difficultatem quacunque in re, num quid desideret, num quid consolationis, instructionis, vt omnia proponat confidenter, futurum vt illi satisfaciat Christo propitio.

Hoc examen excipietur scripto, quemadmodum alia huiusmo-

di, a rectore, vel prouinciali, vel commissario, qui pro ratione sui officii liberius interrogabunt, et **362** prouinciales [a] quidem de rectoribus, praepositis localibus, et ministris, commissarius etiam de prouincialibus.

Poterit vero, qui examinat, peculiariter plus minusue interrogare, iuxta variam notitiam, quam de singulis acceperit, vel habeat ex se, vel ex re presenti, vel ex aliorum relatu, ex ratione sui officii.

His etiam accedit, vt de officiis, quae domi quis gesserit, rogetur; vt si quis fuerit professor, si praefuerit audiendis confessionibus, vel concionatus fuerit, vel docuerit christianam doctrinam probationis causa. Breuiter: de quocunque officio domestico, quod quis gesserit, interrogetur.

Excipietur autem secreto quicquid secretum postulabit, quod vt facilius fiat et securius, responsiones omnes excipiet superior, et scribet in suo quaternione, referat vero per numeros ad nomina eorum, qui examinantur, quae alio loco describentur seorsim.

363 INTERROGATIONES PRO PROFESSORIBUS [1]

Quid legant?

Ex quo tempore munus obire docendi coeperint?

Quam sentiant se idoneos et robustos ad id muneris, aut ex iis, quae legunt, promotos in eruditione?

Quot discipulos habeant?

Quam bene promotos in suis studiis?

Quam obtemperantes [b]?

An inter eos sint aliqui praeclaris dotibus praediti?

An doceant diligenter? quod a rectore et praefecto studiorum certius scire poterit.

An quae legunt referant ad aliquem vsum et praxim virtutum et pietatis christianae vbi commode possunt?

---

[a] *prouincialibus* ms. —[b] *obtemperentes* ms.

---

[1] Haec formula interrogandi edita est in *Epist. P. Nadal,* I, 794, sermone hispanico; sed in multis ab hoc exemplo discrepat.

An curam habeant disciplinae et bonorum morum in classe?

An dent operam, vt scholastici regulas a Societate impositas obseruent, sicut de confessione singulis mensibus facienda, audienda missa, concione?

An curent, vt lectionibus assidue intersint, **364** et vbi abfuerint, an parentes admoneant?

An studiosi sint promotionis discipulorum in bonis literis, nihil omittendo eorum, quae ad exercitia scholastica pertinent?

An dent operam particularem iuuandis iis, maxime quos ad Societatem agnoscant idoneos, et qua dexteritate vtantur, et an aliquos excitatos nouerint et quo pacto?

An rationem reddant superiori vel praefecto suorum auditorum et sui totius muneris?

An se sentiant spiritu debilitatos, propter illud classis exercitium, et studia literarum?

INTERROGATIONES PRO SCHOLASTICIS [1]

Quibus studiis operam dedit post proximum examen?

Quam sanum se sentit in literarum studiis?

Quam propensum se sentiat ad studia et ad quae magis?

Quam aptus sibi videatur ad illa, et **365** ad quae magis, et quam foelici memoria et ingenio praeditus?

Quantam progressionem fecisse sibi videatur in studiis, et in quibus maiorem?

An ad aliquem gradum promotus [a] fuerit baccalaureatus, licentiatusue magisterii aut doctoratus?

An ita sit indifferens in studiis, eorumque ratione, vt in omnibus sinat se ab obedientia gubernari?

Quo sit animo ad perseuerandum in quibuslibet studiis ab obedientia iniunctis?

An paratus sit subire docendi munus quacunque in schola,

---

[a] *permotus* ms.

---

[1] Edita est haec formula in *Epist. P. Nadal,* I. 793; sed aliqua mutata sunt et duo interrogationes ad calcem hujus additae.

et quamdiu obedientia constituerit, confidendo cum diuina gratia, superiores in omnibus, quae constituerint, directum iri a Deo?

An videantur sibi idonei esse ad docendum in scholis nostris, et in qua; et an propensus sit ad docendum?

An studia eius imminuant deuotionem?

Reliqui examinabuntur ex suis regulis, vel conficientur peculiaria examina, ex quibus examinatio fiat, quod mihi non vacat.

366 DE IIS, QUAE AD TEMPLUM SPECTANT

Eleemosynae [a], quae dantur pro ecclesia aut sacrario, habere solet praefectus ecclesiae cum consensu rectoris: hic vero statuet, quid de iis agendum sit, neque in aliud, quam datae sunt, expendantur, et expensorum rationes exigantur.

Canere missam et vesperas, vbi cani solitum est diebus dominicis et festis, atque officium hebdomadae sanctae, id est, die mercurii, jouis, veneris, et sabbati sancti, ita intelligitur, vt id fiat, si satis multi sint ex nostris, et non desint sacerdotes confessionibus audiendis et habendis concionibus, aut lectionibus, vel aliis ministeriis magis propriis Societatis exercendis, quae ministeria propter huiusmodi officia omitti non debent. Quocirca, vbi non erunt, qui illa praestent, omitti potius debent, quam negligi propria Societatis ministeria; sed tamen detur opera, vt haec ratio externis probetur.

Ne permittantur extranei fenestras **367** aperire, quae spectant ad ecclesiam collegiorum vel domorum, nec habeatur speculum in sacristia.

Die veneris sancto, dum crux adoratur, nihil reponatur, quasi ad accipiendas eleemosynas; quod si quid eleemosynae iactatum fuerit, id totum pauperibus distribuatur publice eodem die in ipsa ecclesia.

Pro missis et communionibus detur semper ex meliori vino, quod domi habeatur; quod si non habeatur domi bonum, curetur pro missis aliunde.

---

[a] *eleemosyna* ms.

Possunt missam audituri flectere genua in gradibus altaris inferioribus.

Post cantatam missam, cani non est necessum «Salue Regina»; non est enim consuetudo, vt tunc canatur, sed absolutis vesperis.

Altare maius, vbi externi communicare solent, cancellis ligneis ex columnulis, vt fieri solet, circumdetur ad gradum infimum; si vero templum esset angustum, cancelli de vno latere ad aliud producantur, et tunc vna fiat ianua ante medium altaris. Si autem templum satis amplum **368** esset, cancelli dicti in quadro construantur, et ianuae in vtroque latere altaris, et vna in medio aperiatur. Similiter ante alia altaria erigi poterunt cancelli de arbitrio prouincialis.

In nulla missa vtentur diacono et subdiacono, etiam si dies veneris sanctus sit, sed fiat solemnitas, vt praescribunt constitutiones et non aliter; passionem autem dicere potest ipse sacerdos. Sicubi tamen esset consuetudo diaconi et subdiaconi, consulatur generalis, nec mutetur donec ille statuerit.

Thuribulo vti possunt in cerimoniis ecclesiasticis hebdomadis sanctae, et crux haberi potest argentea, et ad missam maiorem ministrare possunt duo cum superpelliceis.

Templum poterit tapetibus ornari, si illa ecclesia habeat, festis praecipuis, citra curiositatem et excessum, praecipue id fieri poterit in festo circumcisionis; alioqui sat erit ornare altaria iis ornamentis, quae domi habentur.

369 Poterit etiam ecclesia ramis ornari. In festo tamen circumcisionis poterunt aliqua tapetia commodato accipi, si domi non habeantur.

Vnusquisque Patrum quaerat ministrum sibi assignatum (qui ei inseruiat in sacrificio), si ad se non veniat ex praescripto: curabit tamen Pater ille ipsi dari poenitentiam, praesertim si saepius quaerendus erit.

Ipsa nocte, qua defunctorum commemoratio fieri incipit, pulsari debent campanae, vt in aliis ciuitatis templis solent communiter.

Pulsari etiam poterit quandocunque in ipso templo aliquem

defunctum sepeliri contingeret, etiam externum. Pulsari etiam solet, quum in aliis templis pulsantur contra tempestates.

Festum corporis Christi non solum celebretur in nostris [templis] [a] in solemni cultu, sed fiat etiam processio solemnis vel eodem die, vel infra 8.as aliquo, quo videbitur commodissimum, non longe scilicet a collegio, et simul in summo altari reponatur publice sanctissimum **370** sacramentum per totam hebdomadam. Quod si huiusmodi consuetudo, vt singulae ecclesiae suam facerent processionem, cessaret, omittenda esset quoque a nostris. Interim curandum est, vt aliis constet hoc ipsum a nostris, habita ratione temporis, praeter institutum nostrum contra haereticos pie ac sancte esse vsurpatum.

Nullus e nostris cappa indutus egrediatur ad altare orationem aliquam dicturus in vesperis diebus festis. Sed vnus in choro cum superpelliceo et stola praeerit officio, vt solet.

Antequam sacerdos missam cantaturus ad summum altare egrediatur, poterit componi calix super altare ab alio, propterea quod poscit solemnitas, vt statim incipiat confessionem sacerdos antequam ad altare accedat.

Poterunt nostri ipsa dominicae natiuitatis nocte sanctissima matutinum in ecclesia canere, atque templi sui copiam exteris facere, donec matutinis fuerit finis impositus: postea tamen claudi non solet. Nam **371** solent missae celebrari et confessiones audiri post decantatum matutinum.

In missae celebratione populi potius est plane seruiendum quam propriae deuotioni. Quare non erit diu immorandum contemplationi sanctissimi sacramenti post dictum «Agnus Dei».

Quandocunque etiam in reliquis ciuitatis ecclesiis signum laeticiae datur per campanarum pulsum, ob summi pontificis romani electionem, regumque christianorum confoederationem, victoriam contra infideles, aut vniuersalem pacem, aut ob aliam causam, publice et pie probatam, detur item in templo nostro.

DE DOCTRINA CHRISTIANA

Qui e nostris sunt auditores theologiae, praesertim provecti

[a] Omiss. in ms.

in studiis, doctrinam christianam doceant per parrochias, petita ad hoc facultate a parochis.

Si ad aedificationem maiorem fieri posset, essent pueri docendi doctrinam **372** christianam, rithmis compositam, canendo, ac ita per duos pueros institui ad hunc cantum, et per plateas ac vicos cogi et conuocari campanula, praeeuntibus et canentibus doctrinam illis duobus pueris ad hoc instructis, subsequente institutore doctrinae, ac sic duci ad templum nostrum, vt in quibusdam prouinciis fieri consueuit.

DE SPIRITUALIBUS MINISTERIIS, QUAE EXTRA TEMPLUM NOSTRUM EXERCENT NOSTRI

Est inter spiritualia exercitia ire ad audiendas confessiones aegrotorum, si vocentur nostri.

Ferre opem moribundis, si vocentur.

Cum vero ad haec ministeria proficiscitur quis, secum ducat vnum ex domesticis fratribus, et in eundo, illum etiam, qui vocatum eum aduenerit.

Danda plena exercitia spiritualia iis, qui sese colligere ac segregare omnino possunt et volunt, et agere de electionibus, et mutatione status. **373** Induci etiam ad id possunt vel etiam debent; et hi quidem exercendi sunt districte: aliis non tam districte sunt tradenda. Verum in his omnibus obseruandae sunt vltimae earum annotationum, quae initio exercitiorum ponuntur.

Ad danda exercitia praeparentur et seligantur, qui ad hoc talentum acceperint, et qui praecipue sunt ad orationem procliues.

Ad carceres eatur singulis dominicis diebus, et ad eos, qui in carcere detinentur, vtilis aliqua exhortatio habeatur ipsis conueniens, et praecipue ad confessionem illos excitet, et si pia aliqua subuentio procurari illis possit, ne omittatur. Haec praestari per fratres poterunt; sed tum erunt mittendi, qui confessiones audiant Patres.

Eodem modo ad hospitales domos vel xenodochia eundum erit, ad visitandos et consolandos aegrotos et iuuandos.

Alius fructus est magni momenti et magno studio, cura, dili-

gentia **374** procurandus, vt scholastici, et praeceptores nostri, non solum in lectionibus et repetitionibus, sed etiam, et quidem attentissime, sua conuersatione spirituali prosint discipulis et condiscipulis suis, et ad hunc finem rectores designabunt Patres, et fratres, qui in hoc intendant, vt instruantur ad pietatem, ad perfectionis etiam desiderium nostri auditores.

Confessarii scholasticorum nostrorum ad eundem fructum spectare debent fixo charitatis oculo, et desideriis magnis obsequii Dei ac domini nostri in eos, qui videntur ad Societatem idonei, illos praecipue instruendo ad deuotionem et vt vitia et vanitates fugiant, ad pietatem se colligant, et meliorem vitae frugem, et exhortando vt saepius confiteantur; doceant item eos rationem examinandae conscientiae in dies singulos, et quemadmodum recitare rosarium oporteat, et horas beatae virginis, aliis adhibitis deuotionibus, prout capaces videbuntur: nec in scholasticis **375** solum haec erunt agenda, sed in omnibus idem erit procurandum, vt videbitur prodesse posse in Domino.

Conferet ad hunc fructum spiritualem bonum exemplum et aedificatio religiosa ac perfecta, quam agnoscant in fratribus ii omnes, qui cum illis agent. Praecipue vero conferet vt singuli seu confessarii, seu Patres, seu fratres, quos adiuuare instituunt, eos Deo commendent in sacrificiis et orationibus, idemque ab aliis fieri procurent. In omnibus autem sit intentio et desiderium maioris obsequii Dei, ac consideretur quam magnum obsequium fiat diuinae maiestati, si minister vnus lucrifiat ad adiuuandas animas, easque eripiendas e manibus demonum infernalium, et totius perditionis.

Aliud genus exercitii spiritualis, si nostri selecti prodeant e collegio, et per compita et fora, vbi hominum est frequentia, inquirant quibus prosint, illis [a] se misceant suauiter et industrie, et curent **376** tandem ad desiderium confessionis adducere, confessuros post instructionem et praeparationem, quae docebuntur per nostros. Haec ratio fuit et alibi et Romae a nostris vsurpata cum singulari fructu et omnium aedificatione, quam solebat Paulus 4.[us], pontifex maximus, amplissimis verbis laudare.

---

[a] *illi* ms.

DE SILENTIO

Chirographa, quae dantur nouitiis, quibus designantur quibuscum loqui possunt, vt inde intelligant quibus loqui non possint, ea, etiamsi sint nouitiorum propria, tamen aliis, vbi necessarium videbitur, dari possunt, vel etiam vbi vtile; nonnunquam etiam ad probationem. Nullus enim est, qui vel ad omnia exercitia nouitiorum vel ad omnes eorum probationes, vel ad aliquam partem reuocari non possit, vel propter necessitatem, vel propter vtilitatem, vel propter maiorem perfectionem, vel etiam propter exemplum.

Quod dentur et auferantur chirographa silentii, non facit tempus certum, **377** sed quod profecerint in spiritu vel ipsis indigeant, vel contra, ex iudicio superiorum ii, quibus dantur vel auferuntur. Itaque euenire potest, vt post duos annos non auferantur schedulae, neque probatione eximantur, et potest fieri vt auferantur ante duos annos, et post aliquot annos potest schedula rursum dari, et probatio iterari in quouis statu. Ex his intelligitur nullum debere vel mirari vel aegre ferre, si accipiat chirographum silentii, cuius tam multae possunt esse causae et tam amplus est vsus.

Nullus, quae domi accidunt, communicet cum externis etiam deuotis, nisi id sit, quod indubie possit ad aedificationem spiritualem facere.

Nullus, neque ianitor, neque aedituus, excipiat ab externis quippiam, quod nuntiet sacerdotibus, vel aliis domesticis, nisi prius ea de re superiorem monuerit, vel habeat generalem facultatem.

Nullus praeterea sacerdotum vel aliorum domesticorum externo alicui loquatur, absque generali vel **378** particulari superioris facultate: sacerdotes quidem vocantur ad audiendas confessiones ordinarias nostri templi. Verum si aliam ob causam eo vocarentur, petant [a] a superiore veniam eundi. Superiores vero non concedant id facile absque magna circumspectione, praeser-

---

[a] *petat* ms.

tim vbi a mulieribus vocantur: tum ne inutilibus rebus terant tempus, tum vt sacerdotalis officii debita grauitas conseruetur, vt omnis species offensionis euitetur, vel etiam periculi.

Curetur vt silentium seruetur, non solum ex chirographo, sed etiam vt non loquantur per domum extra recreationes, nisi parum aut necessario, aut cum facultate, aut in rebus litterariis ex generali saltem facultate, aut consultando casus conscientiae. Breuiter: colloquia voluntaria non habeantur in tali tempore citra facultatem generalem vel particularem.

Quando schedulae silentii dandae videbuntur, id fiat suauiter, docendo cur dentur: quod si compertum erit eas non obseruari, praeter ea, quae adhibebit tum **379** externa disciplina superioris, tum secreta et confessarii et rectoris, deberet praescribere rector illis, quorum conuersatio nocet iis, qui schedulas acceperunt, vt colloquium ipsorum vitent, quod hoc modo dissimulanter fieri poterit, vt si quis conueniatur extra tempus recreationis, respondeat ea hora se non posse colloqui ex regula: in recreatione vero, si non loquatur illi soli, sed coram aliis vno aut altero. Haec est ratio efficax, vbi alter facile colloquium vitat; vbi neuter, aliis esset remediis vtendum aptioribus et acrioribus.

DE VNIFORMITATE SERUANDA

Quod ad inferiores vestes attinet, non inducatur ritus clausarum. Sed liberum sit rectori, vt aliquibus fiant clausae ad maiorem honestatem.

Nihil noui operis instituant rectores absque prouincialis arbitrio, nisi si quid est parui momenti, et alioqui **380** necessarium. Prouincialis vero in ea re considerate agat; et si quidem sit nouum collegium aedificandum, sequentur prouinciales exemplar, quod ipsis datum est. Sed prius tamen erit [ad] [a] praepositum generalem scribendum de institutione noui aedificii: quod si exemplar non habeant, illud petant a generali praeposito, ad quem etiam prius referent de quouis nouo aedificio, ad quod iudicabunt

---

[a] omiss. in ms.

non se extendere suam ordinariam facultatem re communicata cum consiliariis.

Illud studiose curetur, quoad eius fieri possit, eadem forma rerum actionumque vbique locorum a nostris obseruetur.

Nullus introducatur ritus vel consuetudo, vel circa orationem, vel in ratione castigationum carnis, vel in aliis rebus, aut contra, aut praeter ea, quae in instituto et regulis nostris vel approbata consuetudine continentur. Si quid vero videretur nouandum, id non fiat, nisi idem approbet vel congregatio vel generalis praepositus, quod tamen non facient nisi sit illud ex ratione instituti.

381 Caeterum illud simul est intelligendum, non esse positam vniformitatem in Societate in eo, vt omnia eodem pacto in omnibus locis Societatis agantur. Sunt enim multa, quae, pro locorum varietate et nationum, varia esse debent necessario; et quidem aliqua ex instituto, vt de ratione vestium intelligimus ex confirmatione Societatis, et ex constitutionibus, de varietate in celebratione missarum pro regionum diuersitate; in scholarum etiam exercitiis aliqua est necessaria seruanda diuersitas. In cibis praeterea, et victu quotidiano, in cantu missae et vesperarum dominicis et festis, etc., ex consuetudine seruatur varietas. Non est igitur quaerenda vniformitas in omnibus, quemadmodum nec in ecclesia catholica quaerimus, sed ea est quaerenda vniformitas, quae ex instituto nostro requiritur, et ea varietas conseruanda, quae vel ex instituto sit, vel contra institutum non sit, ac ne praeter institutum quidem, tamen quae probetur authoritate Societatis vel praepositi generalis.

382 Et quandoquidem contingit varias esse obseruationes in variis prouinciis, diuersos etiam ritus, hoc obseruent diligenter prouinciales, vt faciant certiorem generalem praepositum omnium particularium consuetudinum, vel rituum suae prouinciae.

Retineatur consuetudo, quae habet ne medicus coram aegroto quicquam praescribat, vel de medicinis vel de ratione victus, ac ne coram valetudinario quidem vel conualescente; sed id fiat coram praefecto sanitatis vel ministro, vel vtroque, vel saltem infirmario; et eo amplius curandum erit, ne quicquam eorum a medico praescripta omittatur.

Adhibeatur diligentia, vt medici curent nostros, non tanquam diuites vel opulentos, quo fortassis inclinabunt, tum ex parte sua, tum vbi videbunt esse fundata et dotata collegia; sed vt pauperes, ita tamen, vt nihil necessarii illis desit pro sanitatis recuperatione vel conseruatione cum Dei gratia, quoad eius fieri poterit.

Illud quoque est curandum, ne in delectu **383** ciborum medicus indulgeat facile nostris, et hoc familiariter agendum est cum medico, praesertim si qui alioqui non satis probati petunt sibi aliud vinum, vel alium cibum apponi, quod dicant nocere sibi vsitatum. Hac igitur de re iudicet quidem medicus; censeat autem superior, an illa sit medici indulgentia non necessaria; et rem ita cum medico transigat, vt sic ratio habeatur sanitatis corporalis, vt non negligatur disciplina spiritualis.

DE IENTACULO

Praeceptores et officiales, qui ordinarie in officiis suis laborant, et adolescentes vsque ad 18 annum, et valetudinarii et debiles possunt ientaculum sumere toto anno, nisi sit ieiunium. Alii aestate possunt tribus aut 4 mensibus, alio tempore non sinantur sumere, sicut fit in collegio romano. Ientaculum autem communiter est modicum panis et vini.

384 Diebus, quibus fratres communicant, nisi necessitas vrgeat, non solet dari ientaculum.

Nec merenda solet in Societate vnquam dari, nisi fratribus fabris, vel murariis, vel lignariis, vbi totum diem versantur in labore.

DE BONORUM DISTRIBUTIONE

Qui bona habent, et ingressuri sunt Societatem, aut disponunt de his antequam cuiquam loquantur de ingressu, et tunc nihil est quod prouidere possimus; aut prius petunt se recipi quam disposuerint, et tunc admoneri debent circumspecte, vt animaduertant an conueniat bona sua distribuere antequam ingrediantur, ne deinceps seipsos fefellisse doleant. Poterit enim fieri, vt non perseuerent in Societate, aut vt Societas illos dimittat. Quod si eueniret, tum demum fortassis ipsos facti poeniteret.

Simul etiam illis consuli debet, quod Christus **385** dominus noster consulit, omnibus religionem ingressuris, si videantur propensi ad illam distributionem, vt bona sua in pauperes et pia opera distribuant, vt etiam id faciant iuxta constitutiones nostras. Si hunc in modum admoniti, nihilominus dent ipsi sua amicis vel cognatis non egentibus, vel alioqui non recte distribuant antequam admittantur, non debent quidem propter hoc solum reiici, etiamsi existimari debeat illos ingredi cum magna imperfectione: sed eo magis considerandum est accipiendi ne sint an non; esset autem facilius definiri non admittendos, si humana astutia, antequam ingrederentur, cum essent commode induti, et cum suppellectili et coeteris commoditatibus, venirent tamen cum abiectis vestibus et detritis, praesertim si sua diuitibus illa dedissent vel non egentibus.

Verum si recipiendi non viderentur, non esset illis tamen indicandum propter **386** hanc causam illos reiici, neque enim reuera idcirco non admitterentur, quod bona distribuissent, sed quod per astutiam et animi duplicitatem id fecissent.

Tempus disponendi de bonis Patrum fratrumque erit in arbitrio et dispositione commissarii, vel prouincialis, si commissarius non fuerit; seruabiturque quod dicitur 3.ª parte, capite 1.°, iuxta decretum 2.ae et 3.ae congregationis generalis, et praescriptum generalis praepositi [1].

Maturo consilio vtentur prouinciales, vt praecipiant bona distribui immobilia, nec fere id faciant ante editionem votorum solennium vel coadiutorum, nisi certo sperent vel ea distributione confirmari perpetuo distribuentem posse; vel vbi firmissimus quis sit, et melius iudicetur ad Dei seruitium et pauperum subuentionem, expectandum non est diutius.

Ne praetermittatur exigere ab iis, qui admittuntur, vt promittant se dimissuros bona sua post primum annum, iuxta Societatis institutum etc. [a].

---

[a] Haec paragraphus addita posterius.

---

[1] Congreg. gen. 2.ª, decr. 23 et 41; et congreg. 3.ª; decr. 16.

387 DE NECESSITATIBUS COLLEGIORUM

Propter vrgentes necessitates collegii vel domus, nihil vendatur, e bonis praesertim immobilibus; in euidentem vero vtilitatem poterit quidem vendi aliquid, nisi repugnet ratio fundationis. Verum in rebus immobilibus hoc nullus faciet rectorum, nullus praepositus localis, inconsulto prouinciali, qui item id non faciet inconsulto Patre generali, et probante, nisi alias disertam licentiam eius rei haberet: poterit tamen prouincialis in euidentem vtilitatem vel vrgentem necessitatem aliquid ex mobilibus vendere vel commutare, et eius rei dare facultatem rectoribus. Prouidebitur vero vrgentibus necessitatibus acceptione mutui, modo ne supra vires collegii, vel spem ordinariam eleemosynarum accipiatur mutuum. Prouidebitur, Christo propitio, si **388** accuratius petantur eleemosynae, etiam per rectorem, et selectum aliquem Patrem, praeter ordinarium eleemosinarium. Poterit peti a prouinciali, vt illud collegium leuetur aliquo numero fratrum, vel ex contributione aliorum collegiorum iuuetur, si per fundationem licet. Extremae autem non euenient necessitates, si plures non alantur in domo vel collegio, quam qui reditibus vel eleemosynis ordinariis ali possint. Quod si maior numerus alatur, id fiat propter maioris eleemosynae spem, vel ex proposito maioris conatus ad illas augendas ex recta ratione collecto.

Vbi de necessitatibus collegii scribunt rectores, studeant rem ipsam plane ac simpliciter exponere, nec vtantur non necessariis amplificationibus. Dent vero operam diligentius, vt inueniant, quo pacto illis necessitatibus subueniri possit apud ipsos, et illud bona fide exponant prouincialibus.

389 DE MUTUO

Mutuum dare collegium vnum alteri potest, ita tamen vt reddendum norint. Dare vero dono vnum alteri non potest, praecipue quando dotatio a fundatore nominatim illi collegio est applicata, nec pro arbitrio Societatis bona possint distribui. Parum tamen fructuum non prohibetur dari posse: alienis vero, iis praesertim, qui ipsi soleant mutuare collegio, mutuare possumus;

aliis non debemus, quoniam ex iis mutuis saepe lites oriuntur, vel etiam acerbitates. Fit enim frequenter, vt non possint mutuum reddere, qui acceperint. Adde quod paupertas nostra perpetuo excusare nos ab eo officio potest.

DE PULSU CAMPANAE

Pro hora quietis secundae mensae pulsabitur exigua campana, quae manu gestetur.

390 Parua etiam campana manuali dabunt nouitii ea signa, quae proprie ad sua exercitia attinebunt, et non habebunt cum collegio communia vel domo professa.

Ad mensam pulsabitur hora constituta, nulla re expectata ac ne superiore quidem.

DE MISSIONIBUS

Nullus eat ex uno loco in alium sine literis patentibus eius, qui illum mittit, in quibus declaretur, saltem in genere vel specie, ratio missionis. Significetur autem de iis, qui mittuntur in probationem, quod sint in probatione Societatis, desiderantes eam ingredi. Ii autem, qui eunt in probationem, poterunt non ostendere, nisi intercedat necessitas, suas patentes, ad maiorem mortificationem, et probationem, et tamen profitebuntur in probationem se missos.

391 Quando mittitur aliquis in probationem, de quo non habetur satisfactio, ad maiorem mortificationem et probationem, ne dentur illi literae patentes, tum etiam ad cautelam, et tamen huiusmodi nunquam (quoad eius fieri posset) mittendi essent soli, nisi si quis esset deploratus, et mitteretur quasi non reuersurus.

Qui mittuntur in peregrinationem, et probationem, et sunt ad idem collegium reuersuri, mittantur ordinarie bene induti interius, vt non patiantur notabiliter, et exterius eant pauperum more vestiti pro sua humiliatione et aliorum aedificatione.

Qui vero ad alia collegia mittuntur, illic mansuri, ita mittentur vestiti, vt domi sunt, si commode sint vestiti; alioqui paulo commodius induantur; de aliis vestibus hoc intelligitur, praeter-

quam supremis; harum enim loco, parua pallia dari solent, praesertim hyeme; et si longius mittantur, quam itinere vnius **392** hebdomadis, in quo itinere non occurrunt collegia, essent illis danda duo indusia, alterum, quo induerentur, alterum ad mutandum: et hoc quidem si iter facerent singulares: sin plures, vnum indusium sufficere posset, pro mutatione: dandus est item galerus, praeterea duo strophiola, et calcei tales, qui sufficere possint ad iter peragendum, datur praeterea rosarium, et praeces beatae Virginis.

Quando mittuntur fratres ad aliud collegium, vel domum Societatis, qui illos mittit, diligenter per literas causas exponat, quapropter mittantur, et si quid praeterea est, quod desiderari possit, vt missus recte et ordine gubernetur. Si quid vero grauius occurret scribendum de misso; illas literas consultius erit illi non dare perferendas, sed per alium mittere, et prius quidem quam mittatur; quod intelligens superior satius erit si **393** dissimulet, et eo magis erit ei euigilandum vt illum iuuet opportune.

Diligenter haec disciplina obseruetur, vt nulli e nostris ob eam solum causam ad patriam mittantur, quod visere velint suos, vel quod petant illi vt se visant, ne consuetudo haec inducatur in Societatem. Quod si aliquem mittendum censuerit superior, sit necessitas tam aperta, vt nihil ex alio affectu misceri videatur; quod cum erit agendum, animaduertatur diligenter, si quod periculum cum ea missione sit couiunctum, cui obuiandum sit, et studiose illi obuietur.

Illi, qui mittuntur ex vna parte in aliam, non diuertent ad domos amicorum sine speciali facultate superioris, qui illos miserit; experientia enim compertum est, nihil inde prouenire vtilitatis nostris.

Vbi aliquis mittendus ad aliud collegium est, et nullo pacto socius illi adhiberi potest, si sit probatus rectori, potest ita mitti vestitus, **394** vt possit agnosci esse Societatis. Si non esset probatus, vel omnino aliquid timeretur scandali ab ipso prouenturum in itinere, consultius esset vt mitteretur in habitu omnino seculari. Et tunc significaretur rectori, ad quem mittitur, ex industria ita esse missum; et si quid esset expendendum in illo ve-

stiendo, ratio haberi possit a prouinciali, quisnam vestes illas esset soluturus.

Nunquam omittet rector vtilem instructionem dare, pro itinere, illi, quem mittit.

Nullus ex vna prouincia in aliam mittatur, absque facultate vel generalis praepositi, vel commissarii, vel consensu eius prouincialis, ad cuius prouinciam mittitur.

Curet diligenter intelligere, quoad eius fieri poterit, et qui mittit, et ad quem mittitur noster, quemadmodum se gesserit in itinere: et quandoquidem facile id **395** sciri non poterit, saltem illud obseruetur, quod alibi dictum est, primam missi confessionem vt superior ad quem mittitur audiat [1], vt, si quod grauius illi accidisset scandalum, etc., curet resarciri, salua tamen integritate sigilli.

DE DIMITTENDIS A SOCIETATE, ET IIS, QUI INIUSSI ABEUNT

Qui, egressi e Societate absque facultate, redeunt, ordinarie primam probationem agant: poenitentiis satisfaciant scandalo, et denuo omnes probationes obeant, ac si tunc primum ad Societatem uenirent, atque adeo seueriores ad arbitrium superioris. Poterit tamen in his adhiberi dispensatio ex causa.

His, qui legittime dimittuntur, detur huius rei testimonium, quod ita attemperetur, vt et ad Societatis **396** aedificationem facere possit, et illos ne traducat.

Ipso facto, quo superior aliquem eiicit legittime e Societate, ille remanet liber a votis, si professus non sit, neque ambiguus esse debet, quasi ipse dederit causam suae dimissionis. Nam, etiam si dederit, tamen tenet factum, nisi quando aliquis de industria aliquid ageret, vt expelleretur ex Societate, non remanet liber a votis. Verum si postea superior, rebus omnibus perspectis, malitia etiam eius praesente, eum tamen expelleret, liber remaneret.

Quod spectat ad facilitatem aut difficultatem dimittendi, praesertim nouitios, non potest dari aliqua regula melior, quam ea,

---

[1] Vide dicta in pag. 402, annot. 1.

quae 2.ª parte constitutionum habetur: possent tamen adiuuare ad executionem, et ad dubia tollenda, regulae illae, quae additae sunt in antiquo rectoris officio, et instructio, quae superius, fol. 77 [1], **397** data est superioribus, de eo quemadmodum debeant cum subditis se gerere, et illud praeterea, quod hi, qui non satisfaciunt, non simpliciter eiici debent, quia non satisfaciunt, sed quia finaliter non satisfaciunt, hoc est, nullam spem praebent, aut eam perexiguam, quod adiuuari possint, nisi cum magna et extraordinaria difficultate. Maiori autem facilitate expelli possunt et debent ii, qui sunt scandalosi nec emendantur; difficilius autem pueri, quam grandes aetate, quia minus iudicio videntur valere, et dum tolerantur, et poenitentiae illis iniunguntur, eos lucrifieri saepe compertum est, nec raro contingit, vt, qui maioris sint habilitatis pueri, magis transuerse agant, atque ii sunt magis adiuuandi, nec despondendus animus de illis est facile.

Qui ad Societatem recipiuntur, et constantes sunt in vocatione, nituntur vero vt in omnibus se accommodent **398** instituto Societatis et obedientiae, si aliquam difficultatem patiantur, vel iudicii, vel consuetudinis, quam habuerint in seculo, quod solet iis euenire, qui adulti ad nos venerunt; de his non propterea despondendus est animus, et parum sperandum de ipsis iuuandis. Sint magna charitate, et magnanimitate superiores; verum quamdiu sint sustinendi in Societate, id iudicabit superior, qui facultatem dimittendi habuerit; et de his quidem, qui huiusmodi difficultates patiuntur, semper esset consulendus prouincialis, etiam si haberetur alioqui facultas dimittendi.

Si contingeret aliquem bonae spei, et qui satis videretur nostro instituto aptus, inscio superiore discedere, reducatur, si fieri poterit, ad collegium, et pristinum obediendi statum, idque fiat omni studio et diligentia, vi etiam adhibita, si opus sit, praesertim si absque scandalo vis **399** adhiberi posse videretur. Posset itaque vel per nostros, vel etiam per seculares capi et duci; quod si reductus domum, non facile ad obediendum adduceretur, semoueatur ab aliorum consortio, ac in cubiculo aliquo maneat,

---

[1] Pag. 397.

quem interdum alloquentur aliqui ad hoc selecti, quorum colloquiis iuuari possit; nam spes est fore vt successu temporis, diuina fauente gratia, tandem iuuetur. Caeterum, si id non sufficeret, ageretque tumultuose, adducatur in deliberationem, vtrum conueniat eum mittere peregrinatum, vnde non sit reuersurus.

Quod dicitur de capiendo et concludendo eo, qui aufugisset, cum ex instituto fieri possit, et vti possimus praesidio diplomatis Pauli 3.^{i}, et 4.^{i} capitis 2.^{ae} partis constitutionum; tamen, quia raro est vsurpatum, et nec P. Ignatius vti carcere ex professo voluit, nec P. Laynez, nec congregatio generalis **400** vsum carceris praescripsit, animaduertendum superioribus est, ne facile ad eam districtionem veniant, immo vero nunquam nisi consultissime. Carcere vero ex professo non vtantur, nisi consulto generali praeposito, et non eo casu solum, qui dictus est, eo rigore vti possemus, sed si quis ex desertoribus esset petulans, scandalum et infamiam moueret in Societatem, in eum possemus ac deberemus vti nostro iure, ex bulla Pauli; quod mirum esse non deberet, cum P. Ignatius contra externos egerit in iudicio acriter (in eos scilicet, qui Societatem infamabant) per legitimos iudices, vt in Mathiam et Joannem a Mercato [1].

Possent autem a votis absolui, qui Societatem deseruissent, si idonei non sunt, vt dicitur in constitutionibus; sed tamen id non debet statim nec facile fieri, ne hac facilitate aliqui inuitentur ad defectionem. Quando vero soluendi votis essent, non aliter id **401** fieri debet, quam per dimissionem extra Societatem, et contestando huiusmodi instituto nostro idoneos non esse. Si tamen censerentur ad Societatem idonei, ad eamque vocati a Domino, non sunt votis soluendi, ne videamur consentire eorum peccato; sed esset expectandum si ad meliorem mentem redirent; et tum tandem, vbi nihil videretur spei reliquum, vel quod ita vixissent extra Societatem, vt non esset vtile futurum Societati illos recipere, vel quod obstinationem animi non viderentur emolliturі, si rogarent humiliter, vt illis vota dissoluerentur, posset id tandem fieri.

---

[1] Cf. POLANCUM, *Chron.*, I, 169; et *Epist. P. Nadal*, II, 6, 7.

Cum illis, qui, contempta diuina vocatione, e Societate discessissent, nullus praeter superiores, citra peculiarem facultatem, loquatur; idem obseruandum est cum illis etiam, qui bona superioris venia discessissent; facilius tamen his facultas concedi potest caute tamen et selectis.

402 DE COMMUNIONE, DE MISSAE CELEBRATIONE, APPLICATIONE ET AUDITIONE

Nullus e nostris communicet, nisi in missa, quam audit, vel immediate post missam, quam audit, absque licentia.

Illis, qui ad sacram suscipiendam synaxim accedunt, iniungitur post generalem confessionem, non vt symbolum fidei, sed orationem recitent dominicam. Sacerdos vero sat erit, si dixerit solita illa verba: «Ecce agnus Dei», adiunctis statim illis: «Domine non sum dignus»; deinde «Corpus» etc., et nihil amplius.

Ad maiorem faciet aedificationem, si ritus antiquus seruetur, vt omnes fratres communicent publice in templo in ea missa, quam designabit superior, et eo conuenient vno quadrante horae ante missam, in qua sunt accepturi sacram communionem; et postquam communicauerint, maneant etiam omnes sic collecti per alium quadrantem horae.

403 Quod attinet ad animae e poenis purgatorii liberationem per missae suffragium atque sacrificium, ex indulgentia summorum pontificum, id ita est intelligendum, si videlicet is, cui priuilegium datum est, sacrificium missae animae illi, quam cupit per suffragii modum e poenis liberatam, applicuerit, saltem in «Memento» pro defunctis.

Etsi alio in loco dictum est, vt fratres, quando audiunt sacrum ordinarium, id genibus flexis audiant, excepto tempore, quo euangelium legitur, quo tempore stabunt; poterit tamen aliquis stans id audire, propter aliquam indispositionem, cum facultate superioris; atque adeo propter infirmam valetudinem posset etiam sedens sacrum audire, ex eiusdem facultate. Sed huiusmodi curandum est vt priuatim missam audiant.

Sacerdos, sacramentum altaris administrans, non porriget

eidem pro ablutione vinum, quo lauit manus; poterit autem, post ministratam communionem, manus simpliciter abstergere ad corporale, vel aqua, **404** quam ipse sumet, paululum ablutus, purificatorio abstergere.

Pro ablutione, non aqua pura communicanti, sed vinum aqua dilutum detur, nisi quis sit abstemius, et in vitro detur, nisi consuetudo sit antiqua vt in calice. Vitrum vero in manu communicanti detur, vt parum inde sumat. Minister [a] autem, qui inseruit missae, ablutionem communicantibus dabit, siue ex vitro, siue ex calice, modo vnde capitur calix lineo panno sit [b] munitus [c].

In quolibet trium sacrorum natiuitatis Domini ablutio digitorum fiat, et in mundo vase (si calix nullo pacto haberi possit) reponatur, vt finito tertio sacro illius ablutio et aliorum misceantur in calice et sumantur.

Priuilegium celebrandi missam ante diem et post meridiem vsurpari potest quando necessum vel expediens videbitur superiori, vel etiam ex eius generali facultate, si non facile possit adiri.

405 Sacerdotes externi non permittantur sacrum facere in nostra ecclesia, nisi magna adhibita circumspectione. Nam fit saepe, vt offendatur populus ex illorum modo celebrandi, et illam offensionem referre facile possunt in nos. Qui autem alicuius aedificationis sunt, et alias cogniti, iis permitti potest, si nihil timeatur offensionis apud populum.

Absoluta missa, vnica tantum cruce detur populo benedictio.

In templis nostris, externis communio non nisi semel in hebdomada communiter administretur more solito, diebus, scilicet, dominicis [d], primariis etiam festiuitatibus, quae per hebdomadam incidunt. Quando tantus in eis erga sacram synaxim feruor pietatis cognoscitur, poterit etiam ministrari. Sic enim cum nostris laicis facere consueuimus, et externi quidem contenti esse debent, si cum ipsis similiter faciamus atque cum nostris.

406 Secularium confessiones facile non audiantur, nisi quan-

---

[a] *Ministrer* ms. —[b] Hoc verb. bis habetur in ms. —[c] *munitum* ms. —[d] *dominibus* ms.

do sint ad sacram synaxim accessuri, praeter vrgentem aliquam necessitatem [a], quemadmodum nec nostrorum audiuntur, praesertim si saepius, quam semel in hebdomada, confiteri velint.

Quod scribitur capite 1.° 4.ae partis constitutionum vt praepositus generalis, cum primum possessio collegii accepta fuerit, curet indici vt tres missae a singulis sacerdotibus totius Societatis celebrentur pro fundatore et benefactoribus; item vt curet idem fieri, rescita morte fundatoris, pro illius anima; intelligendum videtur vt curet et ad prouincialem simul, et ad se scribere superiorem eius collegii, cuius possessio data est, vel mortuus fundator, sed prouinciali sit curae, vt in sua prouincia celebrentur illae missae, et vt de eisdem scribat ad eos prouinciales, ad quos celerius poterunt ipsius literae peruenire quam generalis, **407** qui dabit operam vt primo quoque tempore ad reliqua Societatis loca idem perscribatur.

Praeter eas obligationes ad missas celebrandas, quae in constitutionibus traduntur, et superius sunt annotatae, nulla est alia in hoc genere obligatio in domibus vel collegiis soluenda ex constitutionibus; non enim patitur Societas se aliis obligationibus a fundatore constringi. Superiores Societatis possunt nihilominus missas indicere nostris sacerdotibus et praescribere vt applicent, tam pro communibus, quam particularibus necessitatibus vel negociis recte agendis, et pro collegiis, et pro nostris Patribus et fratribus, et pro externis. Applicatio autem missarum cum magna circumspectione agenda est.

Moneantur sacerdotes ne in missarum, vel orationum, applicatione videantur esse proprietarii, neque moleste ferant vbi superior missas applicari praescribit. Sunt enim **408** tres gradus huiusmodi applicationum. Primus gradus tam orationis, quam missae applicationis vniuersalis est ad ecclesiae intentionem, ex quo gradu nullus excluditur. Secundus gradus est specialis et personarum et rerum. Tertius vero specialissimus, et qui sacerdotibus ipsis sacrificantibus est veluti proprius. Itaque, cum Societas cuiuscunque rei causa missam celebrari praecipit, requi-

---

a 4 verba praecedentia addita posterius.

rit peculiariter secundi gradus applicationem. Vnde liquet celebrantem posse tertium gradum sibi applicare vel cui voluerit, quo fit vt tam sibi quam aliis prodesse possit semper per missarum suarum applicationem liberam.

Sciant praeterea sacerdotes nostri, quod citra superioris consensum non possunt sacra sua externis polliceri. Item non nisi ad res illas, quae ad maiorem Dei gloriam spectant, ipsos debere celebrare; id igitur faciant pro conseruatione et augmento suae perfectionis, pro ministeriis sibi **409** commendatis, poenitentibus, scholaribus, fratribusque suis, pro concionum auditoribus et aliis materiis orationis, quae alibi traditae sunt; quibus adiungi possunt aliae vrgentes causae, quas ipse peculiariter sciat, et negocia, quae ad maiorem Dei gloriam conuenire censeret.

Igitur magna est quiuis sacerdos donatus libertate hac in re, qui non modo praedictis semper, sed ratione etiam 2.[i] gradus frequenter (non enim adeo sepe iubent superiores missas celebrari, certe non deberent) poterit libere sacris suis et orationibus missarum tam seipsum quam alios iuuare. Adde quod in omnibus missis et orationibus, quas ex praecepto debent applicare, semper est nostris liberum commendare Deo quos velint.

Haec quum ita sint, tamen, vbi illo 2.° gradu dicto non potest libere applicare, debet profecto tanto maiori affectu et solatio animi celebrare, quandoquidem in eam sententiam debet merito descendere, vt plane arbitretur **410** applicationem illam, quae 2.° modo fit ex praescripto superiorum, praestantiorem esse ea, quam ipse alias e proprio iudicio vel voluntate faceret.

Nullus e nostris sacrum faciat in priuatis secularium hominum aedibus; poterunt tamen altari vti portatili nostri in suis ministeriis, quando id ratio exigeret, cum legitimo superioris consensu peculiari vel generali. Sunt enim altaria por[ta]tilia pro nostris necessitatibus concessa: poterit tamen dispensari, vt pro magna necessitate, aedificatione vel fructu possit in priuatis aedibus celebrari, decenti tamen loco, praesertim si ad id sit destinatus; et ea non desit nobis facultas, quam habemus [a].

---

[a] **Haec, a verbis *praesertim si* addita posterius.**

Seruetur certus sacerdotum ordo in missarum sacris faciendis, neque duo dicantur sacra simul, nisi magna esset sacerdotum copia, ac tunc etiam curetur, vt nunquam sacrum desit in supremo altari per id tempus, quo celebrari missae solent, et vt simul duo sacra ne inchoentur [a], sed vbi vnum sit progressum ad offertorium, **411** secundum inchoetur: et si tria vel plura essent dicenda simul, propter sacerdotum multitudinem, tamen ne simul, quoad fieri possit, inchoentur; sed commode suis spaciis distinguantur.

Post absoluta omnia sacra et eius postremi sacri communionem, ne detur communio, nisi forte paulo post alicui personae, quae tunc primum cenfessionem absoluisset.

Diebus ieiuniorum ad eum numerum sacrorum, quae solent celebrari in summo altari, addatur vnum praeterea, ne vacet tempus ante meridiem, quo non sit sacrum; et tamen fere quidem fit, vt vltimum sacrum in frequentioribus collegiis absoluatur vel meridie vel non longe ante meridiem: illud hyeme, hoc aestate.

In omnibus missis, non solum in summi altaris, accendatur in eleuatione sanctissimi sacramenti cereus. Est autem consuetudo vt non **412** extinguatur donec 2.° est leuatum sanctissimum sacramentum ante dominicam orationem; in solenniori etiam sacro solent 2 accendi. Habeatur item campanula, quae pro maiore [reverentia] pulsetur in eleuatione, et tabella, vbi consecrationis verba, «Gloria in excelsis» etc., et «Credo» sint descripta.

Quae perdita ab externis inueniuntur in ecclesia nostra, vel ad ecclesiam feruntur, ea (praesertim si sint alicuius precii) seruet aedituus, et pubblicet in frequentia ecclesiae esse aliqua inuenta et seruata, vt veniant sua quaesituri [b]; qui cum venerint, dicant quid perdiderint, et signum exponant rei, et pro iudicio superioris illis res reddatur. Quod si, elapso anno, rei dominus non appareat, vendatur res bona fide et detur pauperibus, et hoc quoque publice exponatur esse agendum.

---

[a] *inchoenter* ms. —[b] *quaesitura* ms.

413 DE GENERALI ORDINE COLLEGII

Post primam mensam, vna hora detur quieti colloquii integra, ad cuius finem pulsetur receptui. Alia hora quietis datur pro secunda mensa, ad cuius etiam finem pulsanda erit manualis campanula.

Absoluta quiete, recipiant se in sua cubicula et suis temporibus scholas adeant.

Quod inter quietem post coenam et examen intererit temporis, debet studiis impendi.

Diebus, quibus nec legitur nec recreationem agunt fratres, totum tempus, quod non insumetur in auditione missae, oratione, audiendis concionibus et lectionibus sacris, dabitur studiis literarum: nec tamen quicquam temporis vel somni vel quietis vtriusque detur studiis.

Die recreationi destinato, id est cum nullum festum occurrit in hebdomada, quod seruandum sit, exeant **414** Patres et fratres in campos vel in hortum vel vineam, si eum locum habuerit collegium; vel etiam maneant domi, si ita tempus exigat, iuxta quod rector censebit, et recreentur, vt moris est. Egredientes, mittat eos rector vel minister binos vel ternos per interualla, ne simul omnes incedant, habita etiam ratione vt simul sint, qui se invicem adiuuare possint.

Die festo, qui intra hebdomadam inciderit, et vice diei recreationis, qui haberi solet, quoniam mane concio, a prandio vesperae nostrae nostros detinebunt, parum temporis supererit ad deambulandum; videndum tamen est vt aliqua illis recreatio detur intus vel foris, quoad eius fieri poterit, vel omnino alius assignetur dies recreationis, saltem a prandio, et id quidem si vnicus dies festus occurrerit in hebdomade. Nam si duo, non erit necessarium aliam recreationem dari, paruae enim duae e vesperis sat erunt [a].

415 Vacationum tempore rebus duabus erit attendendum, nimirum: profectui spirituali, et recreationi, ac recuperationi virium corporalium. Itaque, qui spiritualiter indigebunt, his ratio

---

[a] 7 ult. verba addita posterius.

praescribetur, qua proficere possint, et sibi ipsis prodesse, aut mortificationibus, aut exercitiis spiritualibus, aut peregrinationibus, aut prolixiori orationis tempore, vel id genus aliis, quae catalogo mortificationum continentur, qui eo tempore proponendus est [1]. Quibus vero instauratione corporalium virium opus erit, his deambulationes concedantur suis diebus et studiorum remissio; poterunt etiam, si qui sint grauius affecti, in locum aliquem amenum dimitti, ad dies paucos, sed hoc magna consideratione habita, ne corporalis recreatio spirituali dispositioni detrimentum afferat, neque tamen sine exacto aliquo superiore mittantur [a].

Attendant superiores et magna vigilantia dent operam, vt Patres et fratres tempus impendant suis occupationibus et obedientiis quotidianis, neque illud **416** otiose transigant. Persuasum autem omnibus faciant in particularibus exercitiis quotidianis, si ita fiant vt decet, positam esse viam rationemque vnicam, adiuuante Dei gratia, proficiendi ad perfectionem et progrediendi ad finem Societatis consequendum.

DE RATIONE INSTITUTI

Quandoquidem Dei benignitate propriam rationem accepimus vocationis gratiae, instituti ac finis, sunt nostra omnia ad illam rationem exigenda. Itaque non probatur inter nos, si quis dicat: ita agunt fratres praedicatores, ita minores; quare nobis ita esset agendum. Acceperunt enim illi suam gratiam, suum institutum, nos nostrum, Iesu Christi beneficio.

Haec quum ita sint, tamen Societas, non solum ex aliis ordinibus monachorum, sed etiam ex tota hierarchia ecclesiastica aliqua elegit [b], quae accommodata videbantur ad rationem nostrae vocationis obseruandam, finemque nostrum consequendum; haec tamen ex nostro instituto petenda sunt.

417 Quod dicere solemus, Societatem gubernandam esse fortiter et suauiter, ita intelligi potest, quod ad fortiter attinet, vt

---

a 7 ult. verba addita posterius. —b *eligit* ms.

---

1 Vide supra, pag. 447.

cum omni rectitudine sit ratio gubernandi efficax, atque immobilis in vniuersum, et quae cum fine constanter atque magnanimiter coniungatur. Quod vero ad suauiter, vt in particularibus et rerum vsu adhibeatur moderatio, longanimitas, sustinentia, epiekia ac dispensatio, iuxta quod expedire videbitur. Nonnunquam vero dissimulare aliqua erit vtile, in aliquibus indulgere, in aliquibus condescendere, vt Dominus docebit superiores. Haec vero suauitas dirigenda semper est ad illam fortitudinem, quo tandem et melius institutum Societatis obseruetur, et certum finem illius consequamur. Emineat vero in omni gubernatione formula benignitatis, mansuetudinis, charitatisque Christi, et apostolorum Petri et Pauli, [quam] in diplomate confirmationis accepimus.

418 DE CUBICULIS

Habeatur aqua benedicta in quouis cubiculo, et etiam piae imagines, saltem vna.

Superiores et procuratores claue teneant sua cubicula obserata: ministri item et subministri. Aliorum nullus, vel cubiculum, vel arcam, vel scrinium habebit clausum, vel quicquam omnino; exquisitissime autem inquiratur, si quid fortasse desit, et seuerissime castigetur [a].

DE VESTITU [1]

Vestes nostrorum domesticae ex crassiori aliquo panno fiant, non quidem nigri, sed viridis cuiusdam [b] coloris, qui mos fuit in Societate a P. Ignatio vsque [c]; aut, si hi colores facile inueniri nequeunt, sint alterius cuiusdam honesti, vt prouincialis censuerit.

---

[a] 10 ult. verba addita posterius. —[b] In *Cod. Vatic. 3* haec 2 verba emendavit Nat. ex *uiolacei aut cinericii*. —[c] Haec ult. 9 verba addita sunt in *Cod. Vatic. 3* a Nat..

---

[1] Edita est haec instructio, quamvis non integre, a P. BRAUNSBERGER, loc. cit., IV, 348-349. Plura in nostro exemplo emendata vel aucta ab ipso P. Natali reperiuntur, ex iis quae supra, pag. 408, annot. 1, animadvertimus. Praecipuas discrepantias proprio loco notamus.

Vestimenta accipi possunt, quae dabunt parentes nostrorum, vel amici, vel benefactores; sed ita tamen, vt sciant non accipi pro illis, sed pro communitate fratrum, accipi scilicet poterunt, modo collegia dotata non fuerint sufficienter iuxta 2.um caput 4.ae partis constit.

419 Non est in Societate consuetudo vt omnes vtantur lineis calceis interioribus, nec hyeme laneis, neque sub pileo communi pileis strictis. Horum omnium poterit tamen vsus iuxta necessitatem vel regionum vel Patrum ac fratrum concedi, vt iudicabit superior.

Necessum non est vt in omnibus prouinciis Societatis vtantur nostri eadem ratione vestitus; nam propriam aliquam formulam vestium non habet Societas, sed eam sequitur ex ratione instituti, quam communis et approbatus vsus habet honestorum sacerdotum. Vsus vero Societatis hactenus est, vt in variis prouinciis et sacerdotes et scholastici et laici varium vsum vestium habeant, praesertim in pileis et supremis vestibus. Nam in prouincia Portugalliae omnes pileum rotundum gestant; sacerdotes omnes mantelum, scholastici item mantelum, sed cui haereat quidam appendix ab vltima ceruice **420** ad dorsum pertinens. Laici vero gestant mantela breuiora. In reliqua Hispania pileos sacerdotes et scholastici, quadratos quidem, sed angustos gestant, mantela vero similia scholastici atque sacerdotes. Coadiutores autem breuiora mantela. In pileis tamen coadiutorum diuersus est vsus. In Italia vix aliqui sacerdotes vtuntur mantelis et hi quidem vel superiores, vel qui aliquod officium gerunt Romae vel etiam professi; omnes vero communiter supremis vestibus talaribus cum manicis amplioribus, quam interiorum vestium, vtuntur. Pileis sacerdotes et scholastici quadratis quidem sed amplioribus, et qui angulos 4 exerant. Laici vero pileis secularibus et breuioribus mantelis et interulis vestibus, quas sotanas vocant [a]. Censetur autem haec non esse difformitas, sed potius vniformitas, siquidem habitum non habemus proprium, sicut mo-

---

a Emendata a Nat. haec ult. 6 verba ex *Fuerunt postea seculares pilei mutati in ecclesiasticos*, quae in *Cod. Vatic. 3* a Nat. exarata et dein obliterata sunt.

nachi, et accomodatus esse debet vestitus noster ad honestam quandam rationem, et vsum **421** prouinciae. Caeterum, quod ad vsum pileorum attinet, quibus vti debent coadiutores temporales, id prouinciales censebunt, quemadmodum in decreto quodam [1] congregationis primae [a] statutum est; singuli tamen [b] debent vsum suae prouinciae per literas exponere generali praeposito. Mea quidem [c] sententia de pileis coadiutorum temporalium haec esset: vt omnes in omnibus prouinciis vterentur pileis, quibus clerici vtuntur, vel paruis galeris, non enim probarem, vt, qui seculares non sunt, pileis secularibus vtantur. Sunt postea dati coadiutoribus pilei clericales; et tamen, si qui singulares incedunt, ii gestant tunc galerum [d].

Non uidetur e decentia esse, vel honestate nostra, vt permittatur fratribus propter calorem exutis caligis obambulare; ac ne in cubiculo quidem.

Si quando contingeret aliquem fratrem adeo madidam habere interulam ex **422** sudore, vt videretur detrimentum afferre posse sanitati, si illam in lecto retineret, vbi aliam habere non posset, illi concedi posset a rectore vt absque interula dormiret.

DE CONFESSARIIS

Casus nostri reseruati cum declarationibus omnibus, exhibeantur nostrorum confessariis, aliis vero minime. Casus autem externorum reseruatos habebunt etiam nostri externorum confessarii, ad arbitrium rectoris. Hi vero casus erunt illi, a quibus absoluere non possunt ex facultate, quam nostri confessarii accipiunt. Sunt vero hi reseruati, non nostris superioribus, sed vel summo pontifici vel ordinario, etiamsi fieri possit, vt ab vno casu externos absoluere possit superior, non priuatus confessarius, quod tam amplam facultatem hic non acceperit, habeat superior. Non tamen propterea **423** illi erit reseruatus casus, quum confitentis non sit superior. Tunc enim, si ad superiorem nostrum

[a] Hoc verb. Nat. manu additum in *Cod. Vatic. 3*. — [b] Nat. manu hoc verb. addit. ibid. — [c] Hoc verb. a Nat. addit. ibid. — [d] 16 verba praecedentia a Nat. addita ibid.

[1] Decr. 95. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 177.

mitteretur, non pro casu solum reseruato id fieret, sed vt plene illi confiteretur.

Non acceptentur a confessariis vel quouis alio ex nostris vota externorum virorum, multo minus mulierum.

Attendant rectores, quoad eius fieri poterit, an mulieres suis confessariis nimium afficiantur: id si aliunde scire non possint, interrogare poterunt confessarios familiariter, si quid saluo sigillo possint respondere; et si ita sit, illis mulieribus curent alios assignare confessarios, quod facere per eosdem illos poterunt, qui sunt mutandi. Quod si tandem res videretur periculosa esse, deberet confessarius ad aliud collegium vel domum mitti. Iam si, quod Deus auertat, confessarii esset in ea re aliqua culpa, ea scietur a superiore per reseruationem casus, et curabitur, obseruato sigillo, **424** vt petat confessarius alio mitti; quod si nollet, non esset absoluendus, et res tota deberet Deo committi.

Ea enim debebit esse interrogatio eius, qui audit confessionem nostrorum confessariorum, vt sciant num illis nimium videantur affici mulieres, vel illi ipsis, etc. Si quidem erit casus ille reseruatus ex necessaria reseruatione, sciet illum casum superior et prouidebit, vt dictum est. Sin de reseruatione dubitet, qui audit confessarium illum, et iudicet melius illi consuli posse per superiorem, illum non absoluet, sed mittet ad superiorem. De qua reseruatione casuum superius dictum est.

Cum ad confessiones audiendas extra domum ierint nostri, vel vt morientibus adsint, eant comitati vno ex nostris et altero ex ea domo, ad quam ierint: eodem etiam modo redeant; quod si ita fieri nequit, iudicet superior an sit aliter eundum [a].

Animaduertatur diligenter an confessarii satis eruditionis habeant, an boni sint, an admodum iuuenes. Animaduertantur eadem **425** in concionatoribus, magnaque cura et his et illis spirituales instructiones dentur opportune, praeter ordinarias regulas, quas habebunt.

Qui confessiones mulierum audient, aetatis erunt maturae, quoad fieri poterit.

---

a 11 verba ult. addita posterius.

Caute agant confessarii cum aliquem consulunt de his casibus, quos in confessione audierint, ne directe vel indirecte possint intelligi ad quem pertineant.

Mutentur confessores opportune ab vno collegio in aliud, ne immoderatas consuetudines inire possint; verum non tam frequenter. Frequentius possunt concionatores mutari, ne laborent nimium, quum noua semper adducere coguntur, vel ingrata sit earundem rerum repetitio.

Nullus absoluat in casu haereseos in Hispania, vt hac in parte iuuemus in illis prouinciis officium sanctae inquisitionis. In aliis regionibus absoluere poterunt, si eam licentiam quis **426** habeat, sed iubebit eos abiurare, et particularem, in quam lapsi erant et omnem haeresim, quod sat erit si fiat in confessione, postquam nos tantum absoluimus in foro interiori.

Admoneantur confessarii nostrorum de his rebus, quae domi non obseruantur, vel de illis instituant peculiares interrogationes et dent poenitentias secretas. Praecipue vero admoneantur nonnullorum confessores de particularibus eorum defectibus, et intelligant, cum regula aliqua irrogat poenitentiam ob defectum aliquem, illam eandem secrete in sacramentali confessione iniungi posse, praesertim si non compensetur culpa excellentia contritionis; vt si quis alterum ita tangeret, vt esset culpa, secreta illi disciplina iniungenda esset, quam regula irrogat, nisi maiorem iudicaret confessarius iniungendam.

Interrogent confessores quemadmodum proficiant inter se vel etiam **427** aliis prosint Patres et fratres, atque hoc etiam agatur de probatis, qui inter se colloqui solent, nec attendunt aliis adiuuandis sua conuersatione.

Interrogent etiam legantne librum aliquem, qui illos non aedificet et adiuuet.

Quando deesset res aliqua domi, et facta inquisitione et ordinaria diligentia nesciretur quis accepisset, admoneantur confessores, vt interrogent omnes, quorum confessiones audiunt, in genere an acceperint aliquid. Id si confiteantur, et si res sit eiusmodi, vt iudicent casum esse reseruatum, vt si iudicarent esse furtum, aut vsurpationem, aut appropriationem alicuius rei,

praecipue si aliquoties idem egerit, statim iubebunt ad se ferri, et remittant poenitentem ad superiorem; vel confessarii accipient a superiori facultatem illum absoluendi, rem vero in loco suo secreto referent. Quod si nec sic quidem ablata res restitueretur, addi poterit vt confessarii intelligant ex **428** confessione si aliquis sciat quis acceperit rem illam: tum iubeat illud renunciari sibi extra confessionem, si illud sciatur extra confessionem; ad id enim potest cogi ex constitutione.

Tandem, quum res sit intolerabilis habere aliquem in collegio, qui non confiteatur peccatum mortale, quod habet, vel ab eo non absoluatur, et tamen recipiat sacram eucharistiam, posset res tota a designato idoneo Patre ex praescripto rectoris vel ab eo rectore publice exponi in congregatione fratrum, et notari acerrime, tum significari fieri missas et orationes vt tollatur illud malum de medio nostri (quod reuera fiet), et liberetur ab illa peste sancta congregatio. Petatur vero nihil aliud quam vt secreto res restituatur. Si quid praeterea sit agendum, res praesens indicabit.

Confessores, si id exigat necessitas, poterunt, qua hora in ecclesia **429** habetur concio, audire confessiones loco ad id accommodato, non vbi habetur concio [a].

Poterunt nostri externos poenitentes, etiam in ipso mortis articulo, audire et absoluere; non tamen licet illis sacrosanctum eucharistiae sacramentum administrare, nisi vrgeret fortasse necessitas.

Non erit opus vt ille petiturus licentiam ab ecclesia domum se conferat, qui, dum confessionibus audiendis dat operam, signum primae mensae audit; nam satis censebitur regulae fecisse, si ita rem cum poenitente disposuerit, vt liberum sit ad secundam mensam tempestiue, vel certe non admodum diu post, conuenire, praesertim si necessitas hoc exigat.

Confessoribus quotidie concedatur saltem vna hora, quam impendant studiis casuum conscientiae vel aliis vnde melius suo officio fungi possint; et nisi necessitas requirat non vulgaris, ea

---

[a] 4 ult. verba addita posterius.

hora alio ne vocentur; haec autem hora sic distribuatur, vt **430** non eadem omnibus vel pluribus assignetur, vt esse semper possint, qui valeant proximo iuuando vacare.

Animaduertatur ne fiat exceptio in audiendis confessionibus, mulierum potius quam virorum; imo vero vacandum potius esset viris quam foeminis audiendis: tanto enim maior colligitur fructus, quanto maiorem illi habent authoritatem gubernandi familiam suam; suntque pluris faciendi, atque ampliores habent et male et bene faciendi occasiones, et difficilliores esse solent ad deuotionem.

Adhibeant, tam [a] confessarii omnes, quam concionatores, curam et diligentiam vt eas personas, quas spiritu ac pietate profecisse nouerint, vel sperent fructum facturas, moneant hortenturque vt quisque suo modo, vt scilicet melius poterit iuxta suam facultatem, alios iuuare curet in Domino, quantum honeste fieri poterit atque decenter, citra proprium periculum; ac tanto **431** magis id efficere contendant, quanto spes amplioris fructus spiritus affuerit, et de ea cura et ministerio referant ad suos confessarios, vbi confitentur.

Confessarii nusquam mulieris alicuius extra ecclesiam nostram peccatorum audiant confessionem, nisi in propria domo, et quidem propter infirmitatem, ita tamen vt, quemadmodum regula praescribit, possit a socio facile videri. Memoriae enim proditum est R. P. N. sanctae recordationis Ignatium cuidam sacerdoti imposuisse poenitentiam, vt tanto se temporis spacio flagellis caederet, quanto alius diceret psalmum «Miserere mei Deus» septies, cum is citra vllum scandalum, ac magna potius cum aedificatione semel mulieris cuiusdam eo in loco confessionem audisset inter priuatos parietes, vbi a socio videri non poterat, quo facto satis ostendit prudentissimus Pater quam exacte ad effugienda pericula lex haec seruari debeat.

432 Vbi casus reseruatus de consilio, non de praecepto, occurreret confessario, si facile poenitenti persuaderi non posset vt superiori id exponeret, esset tamen alias bene dispositus, abso-

---

[a] *tum* ms.

lui poterit aliquoties, ac interea curandum est sedulo vt eidem persuadeatur quod ad perfectionem maiorem spectat. Quod si fieri tandem ac perfici non poterit, ad extremum superiorem adire iubeatur, nec audiatur eius confessio [1].

Sit lectio et collatio casuum pro nostris confessoribus priuata, si non fuerit publica, et vbi neutrum fieri [a] poterit, habeatur collatio, et poterunt interesse etiam theologiae auditores. Quam frequenter lectio vel collatio habenda sit, id censebit et praescribet prouincialis.

Confesarii eos, qui extra collegia saepe versantur, rogent num vel ipsis, vel sociis aliquid contigerit, quod cum recta institutione nostra, vel proximorum aedificatione pugnet. **433** Ad casus autem reseruatos spectaret, si mortale aliquod esset peccatum, aut scandalum aliorum, aut periculum nostrorum graue; imo vero si tantum confessarius dubitaret, num peccatum esset mortale, quod contigisset reseruari, debet absolutio [deferri] superiori illius, qui in huiusmodi casum incidisset [2]. Quod si censeret confessarius peccatum non esse mortale, sed tantum notabilem [b] indecentiam, consulat nihilominus efficaciter, vt superiori id in confessione explicet, quemadmodum dicitur in explicatione casuum, qui reseruantur. Neuter vero absoluatur donec superiori reuelet, si quid contigit socio, quod vel peccati vel indecentiae saltem notabilis damnari posse videatur. Quod si non posset ex reseruatione de praecepto, illud faciet ex reseruatione de consilio, hoc est remittet ad superiorem vt iuuentur, nec audiet illorum confessiones [3].

434 Vbi reddit aliquis conscientiae suae rationem, vel quando

---

[a] Haec 3 verba addita posterius; sed librarius scripsit *fuerit* pro *fieri*. —[b] Hoc verb. additum posterius.

---

[1] Non potest nunc adigi ad confitendum superiori nisi peccata reservata. Vide dicta in pag. 402, annot. 1.

[2] Docent nihilominus communissime doctores in dubio de reservatione, si dubium sit facti, non censeri reservatum peccatum. Si autem dubium sit juris, item communiter negant auctores peccatum ut reservatum haberi debere. Cf. S. LIGORIUM, *Theol. moral.*, lib. VI, n. 600; LEHMKUHL, *Theol. moral.*, II, n. 405; BALLERINI-PALMIERI, *Opus theol. moral.*, V, 432.

[3] Vide supra, pag. 402, annot. 1.

peccata sua confitebitur, vel repetet iuxta regulam confessionem, quam alii fecerit, quaeratur ab eo in confessione an reuera velit, quae debet, omnia confiteri, et regulam nostram de apertione conscientiae obseruare; si vel non responderit, vel dubitauerit, vel plane dixerit se nolle, illius nec confessio audietur, nec ratio conscientiae accipietur; non propterea quod Societas illum obliget ad peccatum mortale, nisi regulas illas obseruet, sed quia simpliciter nolit institutum Societatis obseruare. Quare tractandus non est, vt qui sit de Societate, quemadmodum ei, qui nolit obedire superiori, interdicitur cibus: quod si dixerit, se velle regulas obseruare, tunc illi significabitur quod sit obstrictus sub poena peccati mortalis vt verum dicat, tum propter insigne detrimentum, quod obueniret Societati, si aliter faceret, tum quia non seruaret fidem in re grauissima, et praesertim in confessione.

435 Etiamsi Societas neminem obliget ad peccatum mortale ob inseruantiam regularum, tamen fere nullus est, qui non ex se adducat aliquid, vnde peccet saltem venialiter, si regulas non obseruet. Vnde est illa consuetudo nostra vt confiteamur inobseruantiam regularum, quod non possemus, si nec ex nobis, nec ex obligatione regularum, peccatum committeretur. Confirmatur hoc ex D. Thoma, 2.ª 2.ªᵉ, quaest. 156, art. 9, ad primum. Et quandoquidem contingere potest, vt nullum sit peccatum, si quis aliquam regulam non obseruet, ea de re iudicium erit confessarii ex iure communi.

Quoties veniet vnus confessurus ei, cui non solet, quacunque ex causa id eueniat, interrogabitur an velit causam dicere, propter quam suo confessario ordinario non confitetur, et sibi velit confiteri. Si non responderit, vel dubitauerit, vel noluerit dicere, illius confessionem non audiet: sin dixerit causam se velle **436** totam aperire, significabit illi quod sit obligatus sub poena peccati mortalis verum dicere; quandoquidem illud in confessione dicturus est, et graue detrimentum sequeretur, et censeretur esse perniciosum mendacium si aliter faceret.

His, qui non resident, in suis beneficiis, quae requirunt tamen residentiam, illis praeterea, qui beneficia obtinent (quae

dicuntur incompatibilia), si ad nos veniant ad confessionem, causasque afferant, quapropter liceat illis facere, quod faciunt, poterit cum hac modestia responderi, nolle Societatem in eam difficultatem ingredi, nec disputare an ipsis illud liceat, sed quum soleat proximum iuuare, non tantum vt peccata relinquat, sed vt melius agat, consultius putare, vt illorum confessiones non audiat, cum habeat compertum ipsos nolle, quod melius est, facere. Nam haud dubie melius est vt resideant: satius vt vno beneficio sint contenti. Quod si haec ratio illis non videatur esse **437** satisfactoria, illa vtamur: Nam si illos nos absolueremus, non mediocre detrimentum afferretur nostris ministeriis; essent enim qui putarent nos eos absoluere, quos legitime non possumus, siquidem difficultas illorum publica est, non etiam excusatio.

Si accideret aliquem e nostris (quod Dominus auertat) ex conuersatione vel aliunde versari in periculo peccati, et id solum sciretur in confessione, ibi a confessario consueto ad superiorem mittendus est [1]; qui nisi videret periculum facile vitari posse, iubebit illi in confessione, vt petat extra confessionem alio mitti; quod si nolit facere, non absoluet eum, quod faciet ex iure communi: nam ille esset in peccato, quod vitare non vult; quare absoluendus non est. Idem enim agendum esset cum quouis seculari. De his vero periculis interrogentur nostri confessarii praesertim, et qui extra domum sua fere officia gerunt, et obligentur ad peccatum nisi id dixerint.

438 Posset confessarius dare facultatem illis, quos audit, vt extraordinarias poenitentias faciant, quae tamen ad confessionem pertineant, et priuatim fiant; si autem publicam imponendam censeret, mittat poenitentem ad rectorem, vt obtineat facultatem, nec cogatur exponere rectori causam, quare petat poenitentiam, vel quod mittatur a confessario, nisi eam velit in confessione saltem inchoata rectori exponere.

Confessarii habeant regulas bene perspectas et notent suorum

---

[1] Non potest post Clementis VIII decretum supra adductum teneri subditus ad superiori confitendum, nisi peccata reservata. Vide pag. 402, annot. 1. Poterit tamen alia via poenitens in casu proposito juvari.

confitentium defectus, vt eo facilius illos per regulas interrogare possint et iuuare.

Si quis in confessione praeteriret aliquid, quod necessum esset confiteri, et id sciret confessarius, debet omnino confitentem admonere, si illud extra confessionem sciat; si vero sciat in confessione, quam ex complice illius audierit, praeter ea, quae communiter adduci possunt, saluo sigillo, poterit etiam illa industria vti, vt quando audit confessionem complicis, accipiat ab eo licentiam, vt illa noticia possit in confessione **439** alterius vti, si necesse sit; itaque si postea illud peccatum alius taceret in confessione, poterit illum in eadem confessione admonere; quod si nolet confiteri rite, non poterit illum absoluere.

Vt in aliarum virtutum exercitio ad perfectionem contendendum nobis est cum gratia Domini, ita in sigillo confessionis necessum in primis est, vt nitamur ad excellentem quandam perfectionem, nec quaerendum nobis in hac re solum est, quid absque peccato possimus, sed illud etiam quid perfectius, quid melius, quid vtilius, quid maiorem fructum et aedificationem faciat.

Curent diligenter confessarii, vt ii, quibus interdicitur colloquium cum aliquibus per schedulam, qua eorum tantum accipiant nomina, cum quibus loqui possunt, illud silentium obseruent: verum sciant confessarii illis esse liberum colloqui cum interdictis, modo adsint duo alii ex iis, quos possunt alloqui; simul curent vt **440** nullus familiariter agat cum iis, ex quibus vident illum non iuuari in spiritu, sed potius laedi. Item ne de iis rebus agant, quae ipsis noceant. Tum si de aliquo domestico aliquem defectum sciant, quem tanti momenti esse censeant confessarii, vt iudicent illum esse defectum deferendum ad superiorem, iubeant deferri. Pro harum rerum transgressione seueras poenitentias imponent confessarii, vt flagellationes, cilicium, ieiunia, prolixas orationes, vel saltem breues longo tempore, vbi praesertim periculum ex illis rebus timeretur; vel, si aliquoties admoniti et polliciti se facturos, non faciunt tamen. Quod si nollent ea facere, quae praescribuntur, vel si nollent poenitentiam accipere, ne audiantur eorum confessiones, sed ad

superiorem illi confessuri mittantur, etsi casus non essent reseruati [1].

Nullus e nostris confessariis accipiat pecunias vel aliud quippiam ad restitutionem faciendam vel aliam obligationem dissoluendam, vel **441** eleemosynam erogandam, nisi a superiore ad id habeat facultatem, saltem generalem; et tunc quidem non accipiet, nisi vbi audierit non posse per alium illa fieri certe et secure; nullo vero pacto accipiant, nisi habita licentia vt rem possint cum superiore communicare, tacita persona et causa. Quando vero acceperint, res est comperta non posse illa in vsum alium expendi, quam in praescriptum.

DE LITERIS

Literas, quae a commissario alicui mittuntur, nemo alius aperire poterit, nisi commissarius.

Quas mittit prouincialis alicui in sua prouincia, nemo alius aperire poterit, nisi commissarius.

Quas vero mittit generalis, nemo aperire potest, nisi is, ad quem mittuntur.

Literas, quas mittunt consultores uel collaterales ex officio, nemo aperire **442** poterit, nisi is, ad quem scribuntur uel illius superior.

Si literae aperirentur, a quo non debent, incogitanter uel ignoranter, ne legantur omnino; sed bona fide rursum obsignentur et modeste significetur non esse lectas; per errorem esse apertas.

Literae indicae, quae recens adferuntur, legentur in congregatione omnium Patrum ac fratrum; quae vero aliunde adferuntur semestres [a] vel annuae [b] legantur in prima et 2.ª mensa, a quibus siqui absint, dari eis literae possunt vt legant.

Literae tamen hae [c], quae ad animi spiritualem recreationem faciunt, etiam quae [d] aliunde mittuntur, non prius sunt publice

---

a *semestre* ms. — b Haec 3 verba addita in marg. alia manu. — c Hoc verb. posterius additum. — d Haec 2 verba addita posterius.

---

1 Vide annotationes praecedentes.

nostris perlegendae, quam vel a rectore iudicatum fuerit, vel ab alio, qui iudicio polleat, cui hoc negocium a superiore sit datum, num legi debeant: illa vero tantum legantur, quae auditoribus esse possunt aedificationi, vel quae ita emendentur, vt regionis et collegii praesentis status requirere videbitur ad aedificationem.

443 Omnes literae, quae adferuntur, primo omnium offerantur superiori, quas ipse leget, vel ab alio legi curabit, vel etiam illas tradet confidens accipienti.

Pro scribendis literis petetur etiam licentia a superiore, uel, ipso sic ordinante, a ministro antequam scribantur; et scriptae cum fuerint, diligentia adhibeatur vt legantur a superiore ipso, vel ab alio, prout ille ordinauerit.

Habeatur magna cura, vt literae, tractantes de negociis, quae ad procuratorem diriguntur, statim legantur.

Qui vult scribere ad generalem aut prouincialem suum vel commissarium, id faciet libere, sine eo quod uideantur ipsius literae; et alii dare literas non poterit, quam confessario, a quo etiam sat erit si habeat licentiam scribendi in rebus, quae ad conscientiam attinent [a] eius, qui scribit [b].

Obseruetur diligenter vt nullum omnino dent nostri scriptum cuiquam, nisi sit examinatum atque etiam emendatum ab idoneo, si necessum uideatur **444** superiori. Ille vero supprimet quod sibi uidebitur supprimendum, consulto superiore: pari diligentia curandum est vt habeant explorata superiores scripta, quae pro se parant nostri, vt emendentur, si opus esse iudicabunt.

Ne scribat aliquis e nostris ad alterum Patrem vel fratrem domi, nisi si forte ad stili exercitium ex facultate, et traditis superiori literis, vt solet.

Ratio, quam sequimur, vt facile colligamus quae in literis quadrimestribus (quae sunt postea mutatae in annuas in 2.ª congregatione generali [1]) scribenda sunt, est haec: Iubetur vnusquisque singulis diebus annotare ea omnia, quae sibi euenerint, quae

---

[a] *attinet* ms. — [b] Haec 9 verba addita posterius.

---

[1] Decr. 37. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 203.

ad aedificationem attineant spiritualem: eligantur vero duo ad finem 4 mensium, qui omnia colligant. His autem superiores adiungant quae amplius nouerint; quae quidem etiam ipsi eadem ratione et diligentia annotabunt.

Dentur scribendae quadrimestres alicui, qui et iudicio valeat et facultate dicendi, eas vero semper emendet **445** superior, si quid occurrat emendandum, antequam mittantur.

Sit aliquis admonitor et censor, num scribat statis temporibus commissarius, prouincialis, rector, et eorum consultores. Is vero erit, qui est alioqui illorum quidem admonitor, consultorum vnus Pater, qui ex eorum numero sit designatus a superiore.

Cura adhibeatur diligens vt, quae in literis quadrimestribus narrantur ad aedificationem, nullum omnino laedant, praesertim vbi fructus, qui est ex confessionibus consequutus, narratur. Nam sic sat erit [a], si ea dicantur in vniuersum, et quae ad nullum referri possint.

Sit certa ratio constituta, vnde, [et] ad quod collegium sint transmittendae literae quadrimestres, et magna cura adhibeatur ne diutius haereant in uno collegio, siue illae sint exscribendae, quod de literis indicis fieri solet, siue tantum perlegendae.

Negligendum non est vt rectorum consiliarii prouincialem admoneant qua ratione constitutiones **446** ac regulae nostrae obseruentur, et quemadmodum gubernetur collegium, et quaenam fiant dispensationes.

Praeter praedictas diligentias constituatur vnus ex fratribus diligentioribus, per quem curet rector dari literas, vel quae domi scribuntur, vel quae recipiuntur alio mittendae, et vt illae [b] recipiantur, quae ad nos mittuntur.

Seruetur modus scribendi datus a Patre nostro generali; verum hoc nunc in particulari occurrit, vt in eadem prouincia non scribatur ex vno ad aliud collegium decimoquinto quoque die, vt solebat; sed satis erit si semel in mense.

---

a *erat* ms. —b *ille* ms.

DE MODO LOQUENDI

Diligenter obseruetur regula, qua est cautum ne quis quicquam de nationibus genealogiisue cum contemptu aut vllo offendiculo loquatur: est enim in primis necessaria regula illa ad vnionem animorum conseruanda. **447** Attente igitur aduigilent superiores ne quid irrepat, quod possit hanc regulam infirmare. Id vero facient per se, per confessarios, per obseruatores, per grauiores poenitentias.

Modus hic loquendi: «Talis est meus amicus», vel «Ego sum eius amicus», tollatur, si quis sit fortassis. Quia in Societate tam vniuersalis debet esse charitas ad omnes, vt nulla ex parte dici possit aliquis magis amicus quam alter. Vltra id, quod talis modus loquendi secularium est: «Est meus amicus»; significatio etiam quaedam esse videtur, quasi alii non essent amici uel tam amici.

Curetur vt ea, quae domi inter nostros fuerint (nisi manifestissima aedificatio speretur), non dicantur exterius.

Habeatur specialis cura, ne Patres vel fratres loquantur de defectibus vel aliorum collegiorum vel sui, neue iudicent quempiam, sed bene de omnibus sentiant. Cum autem vident aliquem subtristem, quod forte per aliquam corporis indispositionem illi continget, **448** vel ex honesta alia uel necessaria causa, ne propterea cogitent, vel dicant, vel iudicent illum esse tentatum; et tamen si scirent aliquam tentationem, et maxime grauem, alicujus, statim de ea referant ad superiorem.

Modus loquendi est diligentissime obseruandus, quoad eius poterit fieri, vt quam longissime distemus a modo loquendi haereticorum omnium, nominatim vero lutheranorum et derelictorum, qui fuerunt haeretici in Hispania [1].

Qui cum externis loquitur, reddat rationem de fructu, quem ex colloquio collegerit, vel superiori, uel ei, quem ille designauerit.

Cubicula Patrum et fratrum ne vocentur cellae.

[1] Cf. MENENDEZ Y PELAYO, *Historia de los heterodoxos españoles*, t. II, lib. V, cap. I.

Ceremoniis illis loquendi humanitatis, vrbanitatisque modo eo vtantur cum externis nostri, quo sacerdotes in ciuitate vbi agunt honestiores vti solent; simplicitas addatur et humilitas religiosa ac libertas in spiritu, circumspecta tamen et prudens.

449 Nemo, qui non sit probe instructus de rebus Societatis, rationem earum reddat, etiamsi interrogetur, sed hoc ipsum remittat ad superiores exponendum.

Nullus item disputet de instituto nostro; sed, si quid addubitat, vel non intelligit, eius intelligentiam petat a suo superiore, et in eo quiescat.

Contentiones, obmurmurationes, ac earum species vel apparentiae extirpentur.

Quibus de rebus agere debeant in colloquiis nostri, id traditum in catalogo, et publice propositum est, quod diligenter curare debent superiores vt obseruetur, adhibitis secretis syndicis. Quod si sat non esset, posset iuxta praesentem necessitatem institui seria aliqua colloquii reformatio a prouinciali.

DE CONUERSATIONE

Maiorem in modum curent superiores ac contendant, vt religiose magnaque aedificatione sese gerant nostri inter **450** conuersandum cum externis: nec cum mulieribus agant nisi in confessione et de rebus, quae cum confessione coniunctae sunt, vel ad earum spectant profectum spiritualem; nec vlla vmquam familiaritas cum ipsis contrahatur. Alia enim priuata ratio in Societate iuuandarum mulierum non est, nisi quae dicta est, et per exercitia spiritualia, si hoc concedet superior et noster et illarum, vel qui illarum curam legittimam gerit, vt alicui dentur (quae dabuntur tamen per selectissimum Patrem et probatissimum in templo nostro, vbi solent audiri confessiones); iuuabuntur alioqui per publicas conciones, vt caeteri, etc.

Nullus alium interroget de eius peccatis vel tentationibus, nisi cui ex officio id competit, videlicet superior vel confessarius; et hi quidem, de peccatis praesertim grauioribus, nisi in confessione ne interrogent: de tentationibus facilius poterunt extra confessionem, nec alteri sua peccata vel tentationes quisquam

aperiat, nisi id faceret ex confessarii vel superioris consilio, vt
451 possit ab eo iuuari in spiritu.

DE PROFESSIS

Professi quatuor votorum, cum sunt in collegio, seruent regulas et sint subditi rectori, etiamsi non sit professus. Constitutio autem, quae dicit coadiutores non posse curam habere professorum, intelligitur ordinarie, sicut ordinarie non datur professus collegiis. Hanc etiam difficultatem tollet quod in plenioribus collegiis esse solent professi superstantes. Praeterea in domibus professorum ordinarium erit, vt professi subditi sint ministris, qui, vt plurimum, erunt coadiutores, saltem obediant illis nomine praepositi sui per commissionem generalem. Ita quoque professus, qui fuerit in collegio, cui is, qui praeest, non est professus, obedientiam a prouinciali vel generali habebit vt obediat rectori ex commissione.

452 Editum postea est decretum in 3.ª congregatione generali, quod tollit omnem difficultatem [1].

DE COADIUTORIBUS TEMPORALIBUS

Coadiutores nostri temporales adiuuare poterunt ad docendos pueros doctrinam christianam.

Qui recepti sunt vt sint coadiutores temporales, nec adhuc sunt formati, poterunt studiis destinari iussu prouincialis, si e maiori Dei seruitio id futurum iudicabit, praesertim si non esset coadiutorum aliorum offensio grauior subsequutura; haec etiamsi non impediat, tamen in eodem collegio non dabunt studiis operam; iis vero, qui sunt coadiutores formati, studia nullo pacto concedentur absque licentia generalis praepositi expressa.

Officiales communicabunt primo mane ante caeteros, vt commodius suis **453** officiis possint vacare.

Coadiutores temporales inferiores vestes gestent, quas vulgo sotanas vocant, breuiores, id est, paulo infra mediam tibiam.

Curetur diligenter vt admittatur coadiutorum temporalium

[1] Cf. decretum 21 tertiae congregationis gen., *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 223.

pro omnibus officiis collegio necessariis sufficiens numerus, tonsor etiam, sartor, sutor, lotor, si amplitudo collegii id requirat; et tamen erit iudicium superioris an vnus plura officia gerere possit.

Sint domi plures coadiutores, quam qui communiter ad officia domestica sunt necessarii, vt sit domi qui comitetur sacerdotes dum egrediuntur domo, quandoquidem non licet ire solis. Possunt tamen ex nouitiis comites seligi illi, quibus hoc potest tuto committi, vt qui in probatione maiores fecissent progressus: id sit quasi genus quoddam probationis. Cauendum tamen erit ne propterea iacturam spiritus faciant.

454 DE PROMOTIONE AD SACERDOTIUM

Ne ordinentur sacerdotes nostri, nec constituantur confessarii vel praedicatores, inconsulto prouinciali et [non nisi eo] probante: iuuenes vero sacerdotes non destinabuntur ad audiendas mulierum confessiones; nec qui sunt sacerdotes et dant operam literis iubebuntur confessiones audire cum iactura studiorum; saltem non alias quam diebus dominicis et festis, et tunc quidem si necessaria sit eorum opera. Quare curandum, quoad eius fieri poterit, vt alii confessarii sint in collegiis [a] sufficienti numero.

DE MUNDITIA

Aduertatur vt certis diebus fratres mundent caligas suas, et reliqua indumenta, in quibus concipi solent [b] pediculi.

Pedes ne temere inter se lauent fratres, nec, praeterquam quum recens **455** adueniunt, fiat huius lotionis vsus, ad quam sint probatissimi designati.

Caput item, si consulat medicus esse lauandum fratribus, id ne faciant ipsi mutuo inter se, sed tonsor domesticus, si quis sit domi, vel aliquis ex probatis fratribus, vel externus tonsor.

DE NOUITIIS, IIS PRAESERTIM, QUI HABITANT IN COLLEGIIS VEL DOMIBUS PROFESSORUM [c]

Nouitii, qui in domibus professorum et in collegiis proban-

---

[a] *collegii* ms. — [b] *solet* ms. — [c] 9 ultima verba addita posterius.

tur, vtantur paruo tintinabulo in priuatis suis exercitiis, quod manu pulsetur. Nam communibus in rebus signum dabit communis collegii campana.

Nouitii separatim habitent in collegio vel domo, et comedant in communi fratrum refectorio, vna cum magistro suo in separata mensa [a]. Longe tamen vtilius esset, propter [pag. 468] maiorem disciplinam et delectum eorum, quae sunt legenda in mensa, [ut proprium haberent refectorium] [b] (nisi paucitas eorum id non pateretur); et tunc quidem parabuntur eorum cibi in culina collegii vel domus, et hora prandii et coenae ferent illos nouitii ad domum suam, vel secessum, vbi erit paratus ignis, quo calor ciborum conseruetur; vbi magister nouitiorum etiam inseruiet mensae nouitiorum aliquando ex constitutione.

Patres et fratres non poterunt intrare domum vel locum probationis absque licentia magistri nouitiorum.

456 Aliqui ex nouitiis vel substitui, vel institui possunt in officium infirmarii et excitatoris, si videatur ipsorum magistro, probante superiori; in alia etiam officia, sed magna circumspectione et cautela in sacristae maioris etiam in ianitoris. Nam emptoris non poterit nisi vt socius emptoris.

Illi, qui in Societatis nouiciatu versantur, suam semotam ab aliis habeant recreationem consuetam.

Inter alia, nouitiorum pacem atque spiritualem profectum non parum promouet votorum emissio, quae poterit eis non solum concedi, si id petant, sed proponi etiam et exponi commode ante biennium (quo non obligantur) quae hac de re tradunt constitutiones et declarationes 3.ae partis [1]. Nam ea si sua voluntate faciant, eo quietiori atque alacriori animo vocationi suae cooperabuntur. Adde quod experientia habemus compertum ita sedari tentationes nouitiorum; et tamen magna circumspectione sunt exponenda, quae modo diximus [c]; **457** facilius edita iam vota,

---

[a] Quae sequuntur usque ad finem hujus paragraphi, addita sunt posterius in fine totius capitis, pagg. 467-468 codicis, addita hac nota in margine: *Haec continentur 2.° § huius tituli*. Nos autem ea proprio loco restituenda duximus. —[b] Omiss. in ms. —[c] Haec 4 verba addita posterius.

---

[1] Cap. 1, declarat. T. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 50.

etiam non consentiente superiore, probari possunt; tametsi prouidendum ne temere illa edant [a]. Haec quum ita sint, non sunt tamen instigandi nouitii vt vota edant ante biennium.

Nostri nouitii, tam doctrinam christianam, quam omnes regulas, memoriae mandent.

Qui adueniunt ex prima probatione, solent vnam disciplinam publicam in refectorio facere, vel statim vbi veniunt ad refectorium, vel postea, vbi commode illis significabitur.

Inter nouitios habitent aliqui nostri fratres, qui exemplo iuuare illos possunt, v. g. pro nouem nouitiis vnus ex nostris, qui sit decimus, et maneant cum nouitiis in recreatione in loco pro nouitiorum recreatione deputato, aut sedentes, aut ambulantes, prout illis placuerit.

Nouitii habeant schedulas, in quibus contineantur nomina eorum, quibuscum loqui possint quietis hora, et **458** si duo fuerint, quos habeant in sua schedula, sciat se etiam posse illis praesentibus cum aliis omnibus loqui, licet non sint in sua schedula, sed alta voce, vt alii intelligant.

Ex eorundem nouitiorum numero deligantur aliqui syndici occulti, qui ad id apti videbuntur.

Quorum mores non probantur in collegio, reuocentur ad probationem aliquam faciendam in domum probationis, praesertim si videntur aliter iuuari facile non posse.

Nouitii, in coadiutores admissi, tantum temporis orationi tribuere debent quantum alii nouitii; quod propterea dicitur, quod fere eo auxilio soleant egere. Quod si facile deuoti non fiant, temporis orationis erit illis danda aliqua indulgentia.

Magister nouitiorum mittat suos in ipsorum necessitatibus ad superiorem collegii vel domus cum ei videbitur. Debet autem plus illis confidere quam sibi propter illorum authoritatem et **459** officium: admonere tamen eos debet [b] diligenter de rebus nouitiorum.

Pro recreatione ad vineam vel hortum ire etiam possunt nouitii; nonnunquam etiam quando illic sunt collegiales. Ludere

---

[a] Haec, a verbis *edita jam,* addita sunt posterius. —[b] *debent* ms.

etiam poterunt illic: verum securius erit si eo die a prandio domi ludant, nec eant ad hortum.

Quod dicitur ne nouitii occupentur in officiis domesticis, ita intelligitur, ne vltra tempus, quod debent illis officiis dare communiter, occupentur, praesertim si sit conueniens numerus coadiutorum temporalium ad obsequia domus; secus enim supplere ipsi poterunt; sed curandum est ne ita occupentur, vt in nouitiatu proficere non possint.

Quod ad tempus attinet, quo in probatione futuri sunt nouitii antequam ad studia mittantur, duo sunt, quae prouideri debent: primum, vt satisfaciant deuotione, humilitate, patientia, obedientia, firmitate vocationis et omni conuersatione religiosa ei, qui collegio praeerit, qui ea de re **460** conferet cum magistro nouitiorum et consultoribus, vt iudicet sitne adhibendus studiis necne; rem etiam conferet ad prouincialem, si ab eo ad eam rem commissionem non acceperit. Videtur autem nunc non debere probatio minor esse quam sex mensium vel etiam vnius anni. Hac tamen de [re] [a] postea decretum est editum in 2.ª congregatione generali [1]. Prouidendum vero erit alterum, vt nullus ad studia accedat nisi vota ediderit; voluntarie quidem, si ante biennium [b] ad studia mittatur, quod fit ex P. Ignatii traditione. Nam post biennium, si ad studia mittatur, iam habebit necessario vota illa scholasticorum.

Ante duos annos nullus nouitius cogi potest ad vota edenda, sed praeteritis illis, omnes astringuntur et cogi debent a superioribus vt vota emittant. Quod si forte casu aliquo non emitterent, nisi intercedat protestatio, ita tractandi erunt ac si vota **461** edidissent, quoniam censeri debent illa edidisse, quod secundum constitutiones nostras facere debent, licet reuera non habeant vota, et nihilominus ad vota adigendi sunt. Si vero aliquis protestationem interponeret, in arbitrio esset superioris vel eiicere illum, uel retinere ad aliquot dies, dum prouincialem consulit, si

[a] Omiss. in ms. — [b] *biennem* ms.

[1] Decret. scil. 14, quo novitios duobus annis probandos; secundo tamen anno circa studia dispensari posse a provinciali ex generalis commissione, decernitur. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 197.

commissionem pro huiusmodi rebus non habuerit. Itaque ad euitandas huiusmodi difficultates, ne negligant superiores praescribere vt, qui duos annos transegerint, ii vota emittant. Prae[t]eritis tamen duobus annis istis, nullus desinit propterea esse nouitius, sed quando superioribus visum fuerit, aut cum vocatur vt fiat professus vel coadiutor formatus vel scholasticus approbatus, aut expectat tempus superior, vt ad aliquem gradum illum promoueat, sed interim dicit illum non habendum pro nouitio.

Postquam ingressus quis fuerit Societatem, liberari potest ab aliqua irregularitate per dispensationem ante **462** finem duorum annorum, etiamsi vota non emiserit, iuxta eam facultatem, quam accepimus primo loco in bulla Pauli 3, [anno] 1545; ab aliis etiam quibusdam, iuxta id quod conceditur in eadem bulla 2.° loco, postquam vota emiserit, modo sub Societatis viuat [a] obedientia pro tempore et firmus sit in vocatione.

Nouitii, quas afferunt vestes, quibus commode vti possunt, vsu consumant, nec scribantur in libro: si quid tamen esset vestium, quo eos vti non conueniret, id seruabitur et in libro describetur. Praeterea, si quid dedissent seruandum pecuniae, quod videretur eos solicitare posse ad recessum, statim elapso [b] id iubeantur distribuere pauperibus, nisi sua voluntate ipsi ante distribuissent, ne inde accipiant occasionem tentationis et forsan defectionis. Si qua tamen possident maioris momenti, ea non tam cito, nec nisi consulte iubebuntur distribuere [1].

463 Nouitiis in prima probatione dari possunt exercitia primae hebdomadis, vt maiori cum fructu faciant generalem confessionem, et vt habeant in quo occupentur 15 aut 20 diebus, qui circumscribuntur ad primam probationem, et haec exercitia possent statim initio facere et confiteri generaliter: deinde alia, quae 4.° capite primae partis constitutionum praescribuntur, facere; postremo debent iterum breui confiteri, et sumere sacram eucharistiam, et hoc videtur iuxta institutum fieri, vt ad confes-

---

a *viuant* ms. — b Sic; *primo anno?*

---

1 Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 9, 17, 223, 321, 423 et 470.

sionem generalem sint paratiores, praesertim in ingressu, vt hoc experimentum de illo sumat Societas, quod potest legitime ex 4.° capite examinis, etiam antequam in Societatem recipiatur. Quod si videretur superiori consultum vt aliquis tamdiu in prima probatione non contineretur, quali in genere erunt fortassis aliqui ex his, qui in coadiutores temporales recipiuntur, vel iuuenes, illis nec dabuntur exercitia, nec **464** plus temporis praescribetur primae probationis, quam quo breuiter pro eorum captu institui possunt et debent.

Si qui nouitii sunt recepti, non solum parentibus non dissentientibus, vel etiam fortassis iuuitis, sed etiam consentientibus, ii si quid habent ex parentibus, quod ipsis donare nolint parentes, id est illis bona fide restituendum, etiam si nudum nobis filium suum relinquerent. Non intelligimus tamen propterea iuri suo, si quod ipsi competit in bonis quibusuis secularibus, nouitium cedere debere.

Magister nouitiorum facultatem iis dare poterit communicandi frequentius in septimana, quibus iudicauerit expedire, qua in re magis spectare debet necessitatem quam deuotionem.

Si quid parandum est rei alicuius momenti, in nouitiorum nostrorum vsum, id non ab ipso probationis domus magistro ex se, sed a superiore collegii, vel domus parari vel emi curabitur.

465 Illa, quae ad probationem spectant nostrorum, quae quidem ordinaria sint, libere in ipsa probationis domo, et disponere et perficere poterit nouitiorum magister, in omnibus tamen a suo superiori dependebit.

Quaeret rector communiter secundo quoque mense, aut si necessitas aut occasio id postulet, frequentius etiam, a magistro seu praefecto nouitiorum, num videatur ex nouitiis quisquam instituto nostro ineptus, ne tempus in illo et opera inutiliter conteratur, et aptioris locus occupetur.

Domus probationis, si fuerit separata omnino a collegio, nec rectori collegii fuerit subiecta, per suum praefectum domus nouitiorum gubernabitur, qui sub se habebit magistrum nouitiorum. Huiusmodi domum nouitiorum non habet adhuc Societas, sed

sunt illae domus cum collegiis coniunctae, vel domibus professis, et de huiusmodi perscribuntur hoc tempore instructiones. Et tamen haec illis domibus **466** subseruire poterunt, quae facilius quam quae nunc habentur gubernari poterunt.

Magister nouitiorum vel eius substitutus non aderit recreationibus nouitiorum, sed illi probati fratres, de quibus hoc titulo dictum est, qui tamen non erunt syndici, sed selectus aliquis ex nouitiis et secretus, fratres vero illi referent etiam ad superiorem, si quid ipsis obiter non placeat.

Poenitentias pro iis defectibus, qui committuntur in sua domo, dabit nouitiis magister nouitiorum; pro defectibus vero nouitiorum, quae admittuntur in collegio, siue cum illic sua officia exercent, siue omnino cum in collegio sunt, dare poterit minister ex commissione rectoris, et tunc esset prius consulendus magister nouitiorum, si quae grauior imponenda esset poenitentia. Nam in illis, quae geruntur in sua domo, nouitii tantum subiiciuntur rectori et magistro nouitiorum; in iis, **467** [quae] [a] in collegio, etiam ministro collegii; sed tamen si negligens esset minister collegii, et poenitentiam non daret, vel admonitiones pro iis, quae recte non facerent in collegio, de iis magister probationum admonebitur et dabit poenitentias.

Magister nouitiorum et eius substitutus non erunt subiecti obedientiae ministri collegii, sed tantum rectoris.

Caueat magister probationis, ne illud studium, quod datur ex instituto nouitiis ad sui abnegationem et promotionem in omni virtute religiosa et deuotione, alio dirigatur, vel abeat in curiositatem scientiae vel speculationem. Totum enim nouitiorum studium in lectionibus audiendis et repetendis, quae annotant, quae obseruant, quae meditantur, ad mores duntaxat Societatis perfectionis proprios spectare debent unice [b].

468 DE VISITATIONIBUS EXTERNORUM

Ne sumant nostri extra domum cibum, vbi sumat simul mulier aliqua cuiusuis conditionis, neque omnino comedant extra

---

a Omiss. in ms. —b Sequitur in ms. *Longe tamen... ex constitutione.* Vide supra, pag. 533, annot. a.

domum nisi raro, et cum alicuius authoritatis viro et specialem aliquam ob vtilitatem et aedificationem, etiam superiores, nec alii sine horum licentia. In his tamen rebus **469** poterit dispensare superior, vrgente aliqua causa. Sed si sibi ea in re indulgeret superior, admonebunt de ea consultores prouincialem vel generalem.

Selecti Patres et fratres poterunt ex arbitrio superioris aliquem inuisere, si fructus aliquis spiritualis vel aedificatio expectetur; alioquin, vt solum illis satisfiat, non erit necessum visitationes suscipere.

Officium tamen illud atque pietatis obsequium, quod a nostris exhibetur infirmis moribundis, non est intermittendum, siue nocte siue interdiu, quod curabunt tamen diligenter, ne dum aliis opem ferre pie volumus, nostri in aliquod coniiciantur periculum.

Discipulos, infirma valetudine laborantes, vt per se praeceptores ipsi inuisant non est consuetudo in Societate. Si hanc facultatem superior dabit, id faciat ex certa causa, fructu et aedificatione. Hoc officium, si non per se obeunt, per infirmorum condiscipulos praestare **470** praeceptores poterunt, quod erit satis.

Visitationes nostrorum versentur in xenodochiis et carceribus. Episcopi inuisi poterunt ac principes ad fructum aliquem spiritualem, et magistratus praecipui, tum ecclesiastici tum seculares, tum alii viri graues. Mulieres vix tandem visitabuntur, nisi necessitate intercedente et fructus spiritualis spe concepta singulari, et solum quidem quae fuerint primariae vel illustres. Haec enim intelliguntur, vbi visitatio non fit ad confessionem audiendam vel moribundos subleuandos.

DE OPE FERENDA CONSANGUINEIS

Qui sunt de Societate, non obligantur, praesertim post vota edita, parentibus suis iuuandis, qui constituti non fuerunt in extrema necessitate quo tempore vota ediderunt; nec Societas ipsa **471** illis aliquid debet. Si uero essent in extrema necessitate vbi sunt recipiendi, ne recipiantur omnino. Ad maiorem tamen quietem, sciant nostri solicitudinem et curam, si ad paupertatem deuenirent parentes illorum, superiori esse relictam; qui per

opera misericordiae curabit eos iuuari, quemadmodum ordinarie eleemosynam procurat Societas pro pauperibus, eoque illos diligentius et prius iuuare curabit, quo circumstantia haec magis vrgebit.

DE EXTERNIS DOMO RECIPIENDIS

Quando religiosi aliqui, quorum est aliqua habenda ratio, ad collegia nostra venerint, **472** eis declarandus est charitatis affectus solito more, sicut ipsi erga [a] nos faciunt: et cibus dari potest in aliquo loco separato cum aliquo probato, vel etiam rectore, si ipsi ita videatur, verum nil fere vltra quotidianam portionem. Si quis tamen esset, cui is respectus deberetur, admitti posset semel ad refectorium; sed nemo vt domi nostrae dormiat admittatur, nec permittatur per domum pro arbitrio suo vagari absque vno ex nostris (qui eum comitetur), quem superior designabit. Et si quis volet loqui singulariter cum aliquibus, fiat id cum facultate superioris, adhibito socio, vel etiam non adhibito, vt censebit superior esse necessarium vel vtile.

473 Nullus externorum intromittatur domum sine praescripto vel generali vel particulari superioris; et qui admittentur, eos deducent qui ad hoc erunt delecti, nec ad cubicula ducentur, qui domum visere velint, sed per communia loca. Parentur autem honesta loca inter primam et secundam ianuam collegii, quo deducantur, qui colloqui cum nostris volunt, facta facultate. Quod si hoc collegii dispositio [b] non patiatur, iuxta tamen ianuam similis locus paretur, etiamsi interius.

Ne recipiantur hospites domum, nisi quis aliqua ex parte decreuisset nostram omnino Societatem ingredi; ob bonos aliquos fines, atque hoc ad tres dies **474** et cum facultate, vt minimum prouincialis, sicut habetur in declarationibus 4 cap. primae partis constitutionum [1]. Nam ex eo loco colligi potest aliter hospitem

---

[a] *ega* ms. —[b] *vel dispositio* ms.

---

[1] Clarius haec dicuntur in loco citato constitutionum his verbis: «B. Si aliquis ob causas rationi consonas in Domum reciperetur, qui nondum obsequio divino in hac Societate se dedicare omnino statuisset, perinde ut hospes, et non ad primam vel secundam probationem admitteretur. Sed ea

recipi non posse. Hoc confirmatur ex officio rectoris, quod magno studio confecit P. N. generalis Laynez [1], 8 cap.

DE SYNDICIS

Aduertatur vt constituantur syndici: inter nouitios quidem qui ex ipsis erunt probatiores; inter alios, qui non sunt nouitii, erunt syndici item probatiores, et aedituus debet esse syndicus rerum, quae in templo **475** fiunt; janitor earum rerum, quae in atrio et iuxta ianuam. Omnes tamen alii syndici, quoad eius fieri poterit, sint secreti, et mutentur nonnunquam.

Ei, qui publice aliquem in refectorio reprehendit (quod nos dare capellum dicimus), non est necessarium vt gratiae agantur vel venia petatur, tametsi consilium sit humilitatis.

Reprehensiones (quas capellos dicimus) ita fiant, vt nulla dicatur iniuria, sed diserte attingatur defectus, ob quem fit reprehensio, et amplificetur pro merito eius, qui reprehenditur, et iuxta instructionem superioris, nunc lepore adhibito, nunc seueritate, nunc verborum acrimonia. Simul etiam possunt et debent indicari alii defectus eodem modo, quo dictum est, modo ne ex praesumptionibus agatur, vel incertis indiciis, neue attingantur res secretae. **476** Possunt etiam notari naturales inclinationes vniuscuiusque, et res omnes exteriores, quae notatu dignae videntur.

DE PROCURATORE SANITATIS

Procuratores sanitatis constituantur in omnibus collegiis.

Sit procurator sanitatis aliquis, qui medicinae operam dederit, vel qui fuerit pharmacopola, si qui huiusmodi sint. Hi si non sint, designetur saltem aliquis, qui bono polleat iudicio, et ad tale munus aptus sit.

DE DISPENSATORE

Dispensator primum omnia, quae sibi fuerint assignata ad

in re, ultra triduum, qui aliis praeest non facilem se exhibeat, nec sine facultate Praepositi Generalis, vel certe Provincialis, id faciet...» *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 34.

[1] Exstat in *Cod. Vatic. 6,* fol. 125. Vide supra, pagg. 46-47.

dispensationem, in manuali annotet suo; simul dies ipse, mensis et annus annotabitur; deinde inscribatur **477** quoque quoto die mensis ac anni consumpta atque dispensata fuerint ea ipsa, quae consignata prius acceperat.

DE EMPTORE

Etiam si soleat solus domu egredi emptor (neque enim vllus solet esse emptor, nisi qui idem sit probatissimus frater), tamen noctu non debet exire absque socio.

DE IEIUNIIS

Non sint faciles superiores in dispensatione ieiuniorum et delectu ciborum, nec patiantur vt medici in ea ré fiant laxiores.

Abstinentia diei veneris ab omnibus obseruetur, infirmis exceptis.

Fatigatis, ieiunantibus tamen, commune remedium est dare scutellam panis comminuti, vel vuas passas ad collationem, sed ita tamen **478** [ut] modus collationis non excedatur, etiamsi ea exactior non sit.

Qui excedunt $18.^{m}$ annum, etiamsi alioqui excusari possent a ieiunio, quod scilicet $21.^{m}$ non impleuerint, bonum tamen est vt ieiunent ieiunia omnia ecclesiastica; minores autem 18 annis in 4 temporibus hybernis et veris ieiunare possunt primo et vltimo die, aliis uero vltimo die: in quadragesima alternis diebus. Animaduertatur tamen vt facilior fiat dispensatio in iis, qui $18.^{m}$ non attigerunt, neque multum dificilis in iis, qui a 18 ad 21 nondum peruenerunt. Professores, quibus diebus legunt, supposito quod ieiunando legere non possunt, non sunt obligati ieiunio. Isti tamen ieiunare aliquando debent, vt vno die in hebdomada in quadragesima, et intra annum etiam aliquando. Quod si viderit superior istos deuotione duci ad frequentius ieiunandum, cum tamen non possint, non permittet eos ieiunare. Sic etiam, **479** siquis propter imperfectionem ieiunare nollet, eum iubebit ieiunare.

Quod attinet ad dispensationem ieiuniorum et esus carnium aliarumque rerum prohibitarum vsum, consulatur medicus, et

fiat ex eius iudicio iuxta nostram paupertatem. Neque vero solum medicus respiciat quantum facultatis habeamus ad dispensandum, sed admonitus de ratione nostra viuendi religiosa, animaduertat quid iuxta conscientiam simul et artem suam praescribere debeat; hac ratione medicus moneatur ac consulatur: consultatio vero haec sit secreta. Superioris autem erit censere an medicus non necessario indulgeat, et agat apud ipsum vt illam indulgentiam temperet.

Facultas datur in absentia rectorum vicerectoribus, vt in prohibitis cibis [a] et ecclesiae ieiuniis dispensare tamdiu possint, donec illi abfuerint.

Si in abstinentia diei veneris **480** fieri debeat aliqua dispensatio cum praeceptoribus vel concionatoribus vel etiam superioribus, ea ne fiat propter statum eorum vel officium, quod gerunt, sed tantum propter necessitatem, ex consilio medici, praesertim quum ad coenam illis aliquid indulgetur.

Si quis peteret sibi concedi vt singulis diebus veneris ieiunet perfecte, non tantum abstinentiam faciat ex consuetudine Societatis, illud concedi non deberet; quia ad singularitatem spectare videretur; non si, aliis non ieiunantibus, concederetur aliquando vt aliquis ieiunaret.

Et quidem si necessitas obueniret alicui ieiunandi, posset illud ad tempus concedi vel a confessario, probante id superiore, vel etiam a solo ipso superiore. Si quis vero ob solam deuotionem ieiunium sibi concedi cuperet, etiamsi concedi possit, difficilius tamen concedendum est, quemadmodum de frequentia communionis dicitur 4.ª parte [1].

481 Vbi capitur vespertina (vt dicitur) collatio, quo die est ieiunium ecclesiae, benedictionem et gratiarum actionem dicant fratres secrete et breuiter, et illam [b], quam solebat adhibere P. Ignatius: «Nos et ea, quae sumus sumpturi, benedicat Deus trinus et unus, Pater, Filius et Spiritus sanctus. Amen.» Gratiarum actio. «Laus Deo. Pax vivis. Requies defunctis. Pater no-

---

[a] *cibus* ms. —[b] *illa* ms.

---

[1] Quarta parte const., cap. IV, § 3, decl. B.

ster. Aue Maria. Deus det nobis suam pacem, et post mortem vitam aeternam.» Solet vero addi: «Beata viscera Mariae virginis [1].»

DE MORTIFICATIONE ET POENITENTIIS

Fratribus ne detur pro mortificatione vt gestent vestes coadiutorum temporalium, ne videri possent viles illae vestes, et status ille coadiutorum temporalium habendus pro mortificatione. Si vestibus **482** mortificandi sunt fratres, dari illis possunt detritae vestes et laceratae, vel quae alioqui mortificationem pariant et confusionem.

Ministro concedi poterit aliquando publica coram fratribus mortificatio, vel iniungi etiam poenitentia, si ita videatur rectori. Huic etiam, si ita videatur prouinciali, ex idonea causa.

Vnusquisque notet proprias ac naturales complexiones et animi aegritudines, vel quae melancholicae sunt vel cholericae, etc., vel alioqui quae ad peccatum aliquod inclinant, vt eas pro virili in Christo emendare nitatur. Hoc autem, non solum a singulis pro se est curandum, adhibitis remediis appositis et mortificationibus e consilio confessarii vel superioris, sed pro his magno studio et pro se et pro omnibus est procurandum.

Carcere ne vtamur, nisi res esset tam vrgens tamque vehemens, vt **483** animam ea sola ratione lucrifieri posse compertum esset rectori ex consilio consultorum. Carcer vero tum esto cubiculum, commode ad hoc a superiore delectum, quae tamen reclusio non tam carcer esset appellanda, quam mortificatio vel disciplina, quae vsurpari etiam ob alias non tam vrgentes causas potest.

Culpae dicantur ex suggestu.

Tempore vacationum in collegiis proponantur mortificationes, quarum index datus est rectoribus [2], vt fratres petentes et illas facientes renouentur in spiritu: et si aliqui non peterent aliquam mortificationem vel forte leuiorem peterent, et in Do-

---

[1] Cf. *Monum. Ignat.*, IV ser., I, 245; et infra, pag. 556 ms. hujus codicis.

[2] Vide supra, pag. 447.

mino iudicaretur quod egerent maioribus, curetur cum aedificatione vt non amittant meritum et fructum spiritualem propter eam animi remissionem et neglectum mortificationum, sed illis mortificatio commode est imponenda.

Flagellationes, quas dicimus **484** disciplinas, quae fieri solent in refectorio, et in votorum renouatione cum aliis fratribus et Patribus, fiant super dorsum, nec durent vltra psalmum «De profundis». Particulares autem et secretae, praecipue cum longioris temporis quam vnius «De profundis» fuerint, fieri possunt in inferioribus partibus; frequentes enim et prolixiores, si ad dorsum fiant, solent valetudini obesse.

Sit in parte aliqua secretiori collegii cubiculum vnum mortificationibus destinatum, vbi disciplinae aliquae habeantur, et deuotae imagines passionis Christi, sitque huiuscemodi, vt claudi possit ab interiori parte, vt Patres ac fratres secrete agere possint disciplinas suas. Cilicia non illic erunt, sed ea seruabit superior aut aliquis ex confessariis. Quod si nulla sint domi cilicia, iubeantur fieri aliqua aspera, alia leuia; sint etiam disciplinae siue flagella eo numero, vt singuli Patres et fratres **485** suam habeant. Huius cubiculi clauem habebit rector vel confessarius. Sacci praeterea parandi ex tela nigra, ad dorsum ita aperti, vt libere possit exerceri flagellatio, vbi publice fit.

DE OBEDIENTIA

Vnio et vnitas obedientiae et subordinatio obseruentur exactissime. Referant rectores omnes in librum aliquem obedientias, quae proficiscuntur a generali praeposito vel a commissario vel a prouinciali, et illarum exigatur ratio in visitationibus.

Referent item suas in suum librum prouinciales et commissarii; nam et hi reddituri sunt rationem vel generali praeposito vel commissario.

Vbi quis ad superiores subordinatos accedit aliqua de re, interrogetur **486** an prius ad alterum accesserit eadem de re, etiamsi ad supremum accedat, et sciat quid illi responsum sit: ita fiet vt melius rebus agendis consulatur et collegiorum gubernationi.

Non sat est ad obedientiae intellectus perfectionem si quis in his, quae indicit superior, iudicium intellectus suspendat, nisi etiam illud boni consulet, et probet quod dicit superior, supposita caecitate et abnegatione, qua de [re] et de tota obedientiae ratione et perfectione in exhortationibus fuse agitur iuxta constitutiones et instituti modum peculiarem.

DE PAUPERTATE

Cum nostri pro nullo ministerio suo accipere possint aliquid, ne nomine quidem eleemosynae, illud etiam non poterunt dicere, vt eleemosyna, quae pro talibus ministeriis vel dari consueuit, vel dari parata est, detur certis pauperibus vel omnino pauperibus; neque enim ius dicere possumus vel debemus in illam eleemosynam vel etiam consilium dare quid de illa fiat; videtur enim hoc paupertatis **487** laedere perfectionem, quasi nostro aliquo commodo id dicamus, vel quasi de rebus, quae nobis dicantur [a].

Vt paupertas Societatis in sua integritate conseruetur, omnia fugiantur, quae illam tentare vel affligere possent; quo in genere illa essent, si quis quum accepisset eleemosynam, quam erogaret ad missas celebrandas, illas missas curaret a nostris celebrari, et eleemosynam conferret etiam in pia opera. Hoc vitent nostri, si possint, quod semper poterunt et debebunt, si sciant, et similia, vel plane non consentiant [b].

DE NOSTRIS QUI RECENS ACCEDUNT AD COLLEGIA

Hi nulli prius loquantur quam rectori. Id ianitor curabit, nec vllum colloquium cum eis ipse habebit vel alios habere permittet, sed tantum petet ab eis literas patentes, et qui sint, et vnde veniant, quod statim rectori nunciabit; qui si censeat admittendos, **488** statim ad se curabit accersi, et ex illis intelliget, non tantum rationem [c] missionis, sed etiam quid noui apportent, an quieto animo veniant et sint. Hi praeterea instruendi sunt quemadmodum versari debeant in collegio, et si opere precium vi-

---

[a] *dicatur* ms. —[b] Haec 4 verba posterius addita. —[c] *rationis* ms.

debitur futurum, praescribet rector ipsis, quicum sint locuturi, et qui illum debeant adire, et hos instruet quemadmodum cum illis sint acturi. Haec ita videntur obseruanda, ne ex nouo aduentu fratrum ad collegia, aliqua perturbatio vel inquietudo oriri possit; quae etiam si non timeretur, ad disciplinam tamen spectat, vt qui recens veniunt ad collegia, eos cum selectioribus consuetudinem habere tantisper, donec ipsorum mores sint explorati, et ipsi mores collegii habeant exploratos. Haec omnia fient faciliora, si superior, qui mittit aliquem, curauerit significari futuro illius superiori quid sciat, quid de eo censeat, qui mittitur, qua ratione videatur **489** gubernandus.

Literas vero curabit antea mitti vel accipi, quam ille discedat vel perueniat. Si vero huiusmodi non videretur esse recipiendus, illum vel remittet rector ad eum, a quo fuerat missus, vel ad prouincialem, vel collocabit in seruitio hospitalis. Et in hunc casum dabit instructionem rectoribus prouincialis iuxta quod censebit e re fore suae prouinciae.

DE ADMITTENDIS AD SOCIETATEM

Quanta fieri poterit industria et diligentia curetur, vt quamplurimi idonei ad Societatem recipiantur. Hoc autem fieri poterit per conciones, confessiones, conuersationes nostrorum Patrum ac fratrum ad hoc idoneorum, per orationes ac missarum applicationes.

490 Confidant autem in Domino omnes, et in gratia virtutis eius, futurum vt tam excellenti ministerio, tam fructuoso, tam necessario, quod pro maiori Dei gloria, pluriumque hominum salute suscipimus, det Deus magnos prouentus, et mittat idoneos operarios in vineam suam.

In admittendis ad Societatem seruanda est ratio examinis; hoc est, videns superior, quod, qui admitti cupit, non ostendit aliam spem quam pro coadiutore temporali, examinari illum curet pro tali; et illi, de quibus non est dubium, quod sint pro scholasticis, professis aut coadiutoribus spiritualibus, examinentur etiam pro talibus. Illi vero, de quibus, quales futuri sint, dubitatur, examinentur pro indifferentibus. Interim tamen omnibus dicatur, quod

ipsi ex parte sua esse debent indifferentes ad quemuis Societatis statum, indifferentes praeterea ad omnes **491** obedientias, et ad omnia officia Societatis, et in hac indifferentia semper debent perseuerare; et quamuis ex seipsis semper debent eligere gradum inferiorem, tamen toti in rebus omnibus sese permittere debent obedientiae.

Quum uiuaciter feruentes esse debeant superiores omnes ad curandum vt multi idonei ad Societatem recipiantur, non tamen propterea fiant negligentiores, quod vel collegia ipsorum non egent maiori numero, vel non habeant vnde alios alant. Nam, quemadmodum sint alendi, ita prouisum est. Vbi enim acceperint, quos non possunt alere, id significent prouinciali vel commissario. Hi vel mittent in alia collegia suae prouinciae, vel in aliam prouinciam, vel omnino Romam, vel omnino rationem aliquam acceperint a generali praeposito quid de illis acturi sint; non enim debemus, qui idonei ad Societatem accedunt ad nos, non recipere, et debemus magno animo esse, quod, qui illos mittit Deus, eos alet [a].

492 Illi, qui recipientur et non erunt omnino inepti ad studia, non pro coadiutoribus temporalibus examinentur, sed pro indifferentibus.

Ad recipiendos nouitios haec vtile erit animaduerti atque obseruari [1].

Primum, vt sibi persuadeant omnes, quotquot sunt in collegio, in operibus, quae ex instituto Societatis nobis sunt procuranda, nullum esse praestantius, nullum vtilius, quam si ad Societatem nostra opera vocentur quamplurimi et quam aptissimi. Nam longe melius est operarios facere ad iuuandas plurimas animas, quam singularibus animabus iuuandis incumbere.

Secundum. Cautio tamen adhiberi debet et quidem accurata, ne vehemens desiderium vocandi quamplurimos ad Societa-

---

a Praecedentia, ab illis verbis: *non enim,* addita posterius.

---

[1] Sequentia 13 puncta sunt fere eadem, quae supra, pagg. 313-316 continentur. Aliqua tamen hic emendavit, aliqua addidit Natalis; ac proinde non inutile erit ea hic, ut in *Cod. Vatic.* 7 habentur, exhibere.

tem, faciat vt modum excedant nostri, **493** quem ne excedant, animaduertenda sunt et curanda, quae sequuntur.

Tertium, ne omnes indifferenter huic negocio dent operam. Nam intelliget superior aliquos esse fortasse, quibus non conuenit id agere, quia [a] ea facultate non valent. Itaque deliget quos nouerit ad hoc tam insigne ministerium, et tam vtile, esse quam aptissimos.

Quartum. Hi autem non solum ipsi orabunt, vt haec sacra piscatio ipsis foeliciter cedat, sed procurabunt multas et missas aliorum et orationes ad hoc opus conferri.

Quintum. Diligenter et mature obseruabunt auditorum et aliorum, quibuscum consuetudinem habere poterunt, ingenia, et reliquas animi dotes, praesertim conuictorum, si qui sint, et pro virili sua explorabunt, num animi dotes eas habeant, quae faciant ipsos idoneos ad Societatem.

494 Sextum. Cum nacti iam aliquem fuerint, qui videatur idoneus, de eo referent ad superiorem (si nostrorum sit auditor), qui possit consulere, et facere animum nostro promotori, vt ad illum iuuandum incumbat, et iuuare etiam possit instructione.

Septimum. Vbi igitur constiterit aliquem esse iuuandum, ad illum scopum, primus erit gradus vt illi persuadeatur frequentia confessionis et communionis, et erunt designati in collegio aliqui Patres, qui dexteritate et vsu et spiritu ad hos iuuandos sint praestantes. Hi conabuntur illis bene contritis et confessis persuadere, vt consuetudines noxias relinquant, sectentur vero eorum [b] conuersationem, e quibus possint fructum facere spiritualem, et commode poterunt designari cum quibus possint consuetudinem contrahere. Deinde ipsis persuadeatur, vt et frequentius et deuotius orent, et libros aliquos legant spirituales, **495** quos oportebit illis praescribere, vt Gersonem, *De imitatione Christi; Pharetram diuini amoris* Landspergii; *Stimulum diuini amoris* ex Bonauentura, et eius meditationes. Item sanctorum vitas, et vitas patrum, et aliquos libellos ex Blossio et similes. Verum hi libri non sunt illis confertim obtru-

---

[a] *vel quia* ms. — [b] *earum* ms.

dendi, sed maturo consilio ac sensim suo loco. Nam si ex aliquo fructum capiant, iubebitur ille retineri donec sat videatur ex illo profecisse, et alium desiderent. Deinde poterit confessarius illis amorem rerum spiritualium inserere. Itaque odium peccatorum primum, deinde rerum humanarum contemptum, periculorum, in quibus versantur perpetuo, qui in saeculo viuunt, timorem incutere; mortis, iudiciorum Dei occultorum, simul iudicii particularis et vniuersalis Christi, inferni horrorem, paradisi amorem, spem, desiderium; **496** instillare amorem Dei et perfectionis, puritatis vitae, imitationis Christi, et sanctorum in genere. Et haec quidem proponentur, si illi iudicentur ad perfectionem vitae rationem cum diuina gratia duci posse. Haec fere omnia, de quibus in confessione cum illo agit confessarius, poterit simul et promotor ille cum eodem tractare oportune.

Octauum. Consultum non est vt particulatim de ingressu Societatis cum illo agat, nisi si ad ipsum ille prior referret; quod cum faceret, iuuandus est commode, sed ita tamen, vt illi non praeeat confessarius, sed solummodo illud principium et gratiam, quam ille adducit, nitatur promouere.

Nonum. Qui est huius rei promotor e nostris, ille, praeter ea, quae superius annotauimus, poterit, vt censebit commodum esse et oportunum, consulto superiore, alia adducere, **497** quibus negocium promoueatur; ea vero nonnunquam colligere poterit e re nata et occasionibus, quas suis locis obseruabit. Poterit praeterea promotor agere cum illo de rebus Societatis aperte, communicare noua, indicas literas et alias, quae videantur ad aedificationem facere, legendas dare. Breuiter: quaecumque ad promotionem illius spiritualem ex rebus Societatis facere poterunt, eidem erit opere precium communicare.

Decimum. Quae attigimus omnia, non solum ad confessarium pertinentia, sed quae ad promotorem, eo quidem spectant, vt illorum animi excitentur ad pietatem, qui ad Societatem idonei videntur, et vt ex principiis vniuersalibus, quae quidem spectant ad pietatem christianam et perfectionem, moueantur ipsi a diuina gratia. Verum quando ipsis res narrantur, vel exhibentur literae, etc., quae proprie ad **498** Societatem attinent, etiamsi pro-

positum nostrum sit cum illas ipsis [a] communicamus, atque adeo in toto hoc negocio intentio nostra sit, vt ad Societatem moueantur; tamen est omni studio atque industria curandum, vt illi, his excitati, a Deo ipso moueantur, et sua sponte desiderent et expetant Societatem, vt vere possint respondere se sua sponte, sua voluntate, suo iudicio ad Societatem moueri. Nam ita accipimus ex 2.° cap. examinis: Interrogandum eum, qui est recipiendus, num per aliquem e nostris ad id fuerit motus; quod si affirmaret se fuisse motum (quamuis licite et cum merito moueri potuerit), ad maiorem tamen ipsius vtilitatem spiritualem fore videtur, si tempus ei aliquod praescribatur, vt ea de re cogitando, creatori et domino Deo se totum commendet, perinde ac si nullus de Societate ipsum **499** mouisset, vt maiori cum robore spiritus, procedere ad maius obsequium et gloriam diuinae maiestatis possit. Itaque eo deducendus est, quem volumus adduci ad Societatem, vt libere possit profiteri, se, etiamsi multa audierit a nostris, quae possent illum mouere, tamen aliam se habere motionem in se per Dei gratiam, qua permotus expectat recipi ad Societatem.

Vndecimum. Haec cum ita habeant, et nulli soleamus nos consulere diserte vt ad Societatem veniat, cum nullis ita agere aperte vt illis videamur persuadere velle; extra ordinem tamen posset aliquis occurrere tantae expectationis, vel tam spectatae indolis, cui (si dubius animi rem totam deferret ad iudicium et consilium nostrum) consulere possemus quod e re illius videretur esse et Societatis: tamen **500** hoc raro continget, et nisi in prouectae aetatis hominibus vel omnino adultis vsurpandum non est. Habemus enim exemplum nostri P. Ignatii in duobus, qui nunc sunt in Societate viri primarii, et vterque tunc erat doctor. Sed simul contrarium habemus exemplum ipsius P. Ignatii in aliis duobus doctoribus, quibus nullo pacto voluit idem consulere.

Duodecimum. Vbi vero aliquis, qui idoneus videatur ad Societatem, omnino constituerit et expetat admitti, primum con-

---

[a] *ipsas* ms.

stantia eius est exploranda aliquandiu. Quod si iudicetur esse constans, tamen poterit illi significari nolle nos illum admittere, nisi habeat parentum suorum vel eorum, qui [a] legitimam eius habent curam, consensum; et ipsum debere hoc vrgere per literas, si parentes non adsint; et si vel consentiant, vel omnino non dissentiant parentes, poterit recipi. Hoc intelligitur si sint nostri scholastici, praesertim non plane adulti. Quod si eorum parentes vel tutores non essent **501** catholici, vt in Germania, Gallia, contingere potest, et timeretur iuuenem esse in periculo, etiam fidei ipsius, nisi reciperetur, possit referri negocium ad principem, catholicum scilicet, et agere vt recipi possit [b]. Et si hac via non succederet, alia esset tentanda: alia etiam exploranda esset inter catholicos, si consensus non posset a parentibus vel tutoribus extorqueri, adhibita sagaci aliqua industria in Domino.

Decimumtertium. Ad superiora illud est addendum, posse nos, vbi aliquis occurreret, quem iudicaremus fore ad Societatem aptum, et puer non esset, si iam adulta aetate, et alio pacto non videretur adduci posse ad Societatem, illi communicare exercitia spiritualia cum electionibus, in quibus esset ipsi eligendum de statu vitae suae. Esset item vtile aliis, quos ad hunc scopum velimus iuuare, vt illis consuleremus suo loco commode **502** facere confessionem generalem omnium totius vitae peccatorum semel; et non videretur alienum, si illis traderemus exercitia primae hebdomadis, et pauculas meditationes, iuxta ea, quae notantur in vltimis capitibus primarum annotationum exercitiorum nostrorum.

DE EXHORTATIONIBUS ET COLLATIONIBUS SPIRITUALIBUS

Exhortatio habeatur saltem singulis mensibus de obedientia; eam autem habeat vel superior domus, vel alius, quem ille delegerit, qui inter caeteros plus hac in re valeat.

Singulis sextis feriis habeatur exhortatio vel collatio a rectore vel alio aliquo [c], ad hoc delecto, et fiat hoc modo: quotiescunque erit inchoanda aliqua materia in **503** exhortationibus, feria sexta

---

[a] *quae* ms. —[b] *posset* ms. —[c] *alio aliquo alio* ms.

praecedenti fiat collatio de illa materia, et interroget superior varios Patres ac fratres quid in ea re sentiant, quid sciant: addet vero ipse si quid occurrerit ex tempore. Deinceps sequentibus sextis feriis, licet incertis, intermitti poterunt exhortationes, et loco illarum haberi collationes de iis, quae fuerint tractata. Possent etiam ita fieri exhortationes interdum vt durent per mediam horam tantum, et altera media fieri posset collatio eorum, quae dicta erunt.

Materia exhortationum ex praesenti collegii necessitate petetur, vt inde fructus percipiatur, licet hoc continget esse extraordinarium.

Ordinarie vero de instituto Societatis Iesu tractabitur, de constitutionibus, de obedientia, de regulis, de abnegatione sui et mortificatione, oratione, humilitate, simplicitate et aliis virtutibus, et de iis, quae magis **504** iuuent ad nostrum institutum; et fiat ante coenam, et duret per vnam horam vel circiter. Omnia vero ita dicantur, vt ex proprietate nostrae vocationis et acceptae gratiae. Spectent autem ad promouendos et inflammandos nostrorum animos ad perfectionem virtutum, amorem finis, efficaciam ministerii. Fiant vero exhortationes admodum familiariter, absque omni affectatione sermonis, absque curiosis speculationibus, in synceritate cordis et simplicitate, deuote.

In collationibus item spiritualibus dicant fratres in omni humilitate et simplicitate, non quae speculatiue, sed quae practice; non quae scholastice, sed quae deuote conceperint; non aliorum dicta recitando, sed sua sensa referendo; exponant quae spiritualiter et practice intelligunt: aliorum etiam dicta poterunt dicere, si sensum spiritualem de illis conceperint **505** aliquem, praeterquam qui dictus sit.

Modus collationis vnus esse poterit: vt roget, qui exhortationem habuerit, vt dicat vnusquisque quid sibi melius visum fuerit ex his, quae in exhortationibus audierit. Alius modus: vt interrogentur Patres ac fratres de variis rebus, quae videbuntur fore vtiles; qui postquam responderint, addet quae videbuntur is, qui collationi praefuerit.

Poterit etiam aliquando haberi collatio vniuersalis, in qua

non de re certa interrogatio fiat, sed in vniuersum vt aliquid afferant Patres et fratres, quae sibi videbuntur esse optima ad fructum spiritualem in nostra vocatione.

DE RECREATIONIBUS

Triplex in collegiis cónceditur recreatio: una a prandio et coena **506** per vnam [a] horam; alia singulis hebdomadis aliquot horis et ante et post prandium. Et hae quidem sunt ordinarie; tertia est extraordinaria, quae datur propter necessitatem vel vtilitatem extra ordinem emergentem.

Die veneris, cum non fit coena, recreatio, quae a coena fieri solet, erit dimidiatae horae, qui modus etiam obseruabitur diebus ieiunii.

Substituantur recreationis tempore frequenter aliqui, quorum opera illi subleuentur sufficienter, qui suorum officiorum ratione, ministeriis nunquam intermissis, collegio inseruient, quales sunt coadiutores temporales, vt et ipsi recreationi intersint.

Recreentur fratres in vno, vel duobus locis, si tantus sit numerus fratrum, prout ordinabitur; et hoc non sit incertum, sed sit certus et deputatus locus, quo conueniant Patres ac fratres, nouitiis dumtaxat et superioribus **507** exceptis, sed uice superiorum syndici occulti obseruabunt quid agatur et referent, tametsi superiores nonnumquam recreationi poterunt interesse.

In conuersationibus curent superiores, vt illi, qui profecisse videntur, agant cum iis, quos conuersatione iuuare possint; et si essent aliqui inter fratres, qui non iuuarentur ex conuersatione aliquorum, expediret illis dare chirographa secreta, qualia dari solent nouitiis, ad necessitatem praesentem accommodata. Si non sufficeret admonitio, poenitentiam etiam secretam confessarii his possunt dare, tum etiam superiores, si non seruarent chirographum.

Nouitii habebunt separati ab aliis suam recreationem, vt alibi dicitur.

Vt detur aliqua quies et auxilium iis, qui occupantur in ministeriis spiritualibus, vtile erit, si quouis anno hi omnes, diuersis

---

[a] *vna* ms.

temporibus modo hi, modo illi, colligant se ad facienda aliqua exercitia spiritualia, cum aliquibus aliis **508** mortificationibus, quas ipsi eligent, adhibito iudicio superiorum; vt, renouato spiritu, ad sua possint redire exercitia: praeterea his singulis septimanis debet dari aliqua honesta recreatio, aut domi, aut extra domum, saltem a prandio, vt solet dari scholasticis; sed non eodem die omnibus. Haec vero erit recreatio praeter eas, quas illi etiam habebunt post coenam et post prandium. Simul habeatur ratio vt ex quotidiana oratione et celebratione et spiritualibus ministeriis proficiant: ita fiet vt, viribus corporalibus et spiritualibus conseruatis ac recreatis, melius procedant in Dei seruitio et auxilio animarum ad maiorem diuinae maiestatis gloriam.

Horae recreationis quotidianae transigentur vna sedentibus aut deambulantibus libere inter se iis, quibus non fuerit schedula data. Et, quandoquidem haec libertas aliquibus nocere posset, prouidendum est periculo, **509** praeter chirographum silentii, curando vt iis, qui vicissim sibi non prosunt, alii probati se admisceant, admoniti a superiore vel alia industria.

Vbi habeant nostri vineam vel hortum extra ciuitatem, quo solent fratres mitti recreationis gratia, quando eo se omnes fratres conferunt, quod erit die recreationis cuiusuis hebdomadae, semper cum illis eat aliquis superiorum, vt rector vel minister. Et habeatur magna attentio ad fratres, vt cum omni aedificatione et modestia recreentur; et habebunt duos aut tres aut plures syndicos, prout erit numerus fratrum; et hi sint secreti quidem, et per diuersa loca discurrant, quod facient facile, si quidem superior curet esse illos inter se notos vt obseruent, et superiori referant; et sit semper vnus ianitor, sicut in collegio, qui stet ad ianuam vineae vel horti, dum sunt illic fratres; et aduertatur quod vinea principaliter habetur pro recreatione hac vniuer**510**sali fratrum. Quod si propter aliquam aliam necessitatem fratres alioqui eo mitterentur, vnus sit illorum superior, cui credi possit, et nunquam aliqua ratione vel casu vllo mittantur personae ex nostris, inter quas non sit aliquis, cui superiores fidere possint, quique res possit [a] obseruare et superiori referre.

---

[a] *possint* ms.

Vbi ad locum quietis venient rector vel minister, illis assurgunt Patres ac fratres, qui sederint, et omnes aperiant caput, non his solum, sed etiam subministro. Ne habeant tamen hi vsum veniendi ad fratrum quietem, vt liberius inter se loquantur.

Recreationi quotidianae deambulatio vel consessus datur in collegio et colloquium de rebus, quae ad honestam animi refectionem faciunt: nihil aliud. Hebdomadariae, praeter hanc, dari possunt: visitationes ecclesiarum; deambulationes in agro vrbi vicino; vsurpantur etiam ludi tabellarum ad mensam, iactus etiam discorum ad stilum; rotatio **511** manualis trochi; tum etiam cantus figuratus. Haec autem fieri poterunt domi, vbi hortum vel vineam, vel non habeant collegia, vel adiri ad eam non possit. Qui vero in ludo superantur, ii vel canunt submissiori voce vnum versum alicuius psalmi, astantes apertis capitibus, vel flexis genibus, vel dicunt tacite orationem dominicam, vel salutationem angelicam. Horum tamen ludorum vel cantus vsus in aliis prouinciis receptus est, praeterquam in prouinciis Aragoniae, Andalusiae, et vtriusque Castellae; quod in illis nulla sit offensio externorum; in his timeatur. Et tamen in his prouinciis etiam tentandum est vt vsus ludorum recipiatur, ad fratrum tam necessariam recreationem. Solet etiam in recreatione hebdomadaria concedi vt liceat per vnam horam legere historiam aliquam honestam, vel aliquid in humanioribus literis, si quis his rebus delectetur; eo facilius, si quis **512** quid vellet legere ex sacris literis.

DE ITER AGENTIBUS

Qui possunt, pedibus iter faciant, nisi ob negocia proficiscantur. Et ii quidem, qui in peregrinationem mittuntur, semper eant pedites: quod si id non possunt, ne mittantur potius, nisi sit necessitas missionis et impotentia missi aperta.

Summa vigilantia atque obseruatione detur opera, vt, qui iter faciunt, magna cum aedificatione id faciant.

In itinere dormiant suo quisque lecto, quemadmodum apud nos solent, nec ea in re parcant impensae.

Ne fiant quasi ex consuetudine frequentes nostrorum muta-

tiones ex vno ad aliud collegium: conuenit tamen vt aliquando mutentur etiam citra necessitatem; id tamen iudicio prouincialium.

513 Non est necessum vt iter facientes singula quaeque scribant, quae expendent, sed satis erit referre quantum pecuniae consumpserint; curandum est interim ne necessarius expensarum modus excedatur.

Qui equis vehuntur, admoneantur a rectoribus, eisque commendetur accurate, vt curam habeant diligentem equorum in hospitiis, ephippiorum [a], fraenorum, calceorum ferreorum, et huius rei ratio exigatur.

Regula, quae praescribit, eos, qui ex itinere hospitantur in collegiis, vel ex aliis collegiis missi propter negocia vt hospites habentur, subiici rectori debere, intelligitur quidem in omnibus (modo ne eorum missio vel negocia impediantur); sed rector tamen moderate vtetur eorum opera.

Scholasticis dentur scripta sua quando ab vna domo in aliam mittantur.

Qui ex aliquo collegio vel domo **514** mittuntur, his permitti solet, vt auferant tantum suum rosarium, suum librum precum, nisi quem aliquis librum haberet peculiariter notum et familiarem, illi concederet rector.

DE VIATICIS

Pro viaticis nostrorum habeatur haec instructio, vt aduertatur cui collegio est vtilis missio. Sed hoc potest fieri dupliciter: aut quod sit tantum vtilis vni ex collegiis, vnde aut quo mittuntur, et totum viaticum debet soluere illud collegium in cuius vtilitatem est facta talis missio; aut etiam potest esse vtilis vni et alteri collegio, et tunc vtrumque soluet suam partem iuxta prouincialis arbitrium. Quod si quando contingeret propter aliquam necessitatem mitti aliquem ex vna parte ad aliam, quod neutri esset [b] **515** vtile, primo isti fere mittentur in peregrinationem, et sic nullo opus erit vere viatico; et tamen si necessarium esset, videtur illud debere solui in communi a tota prouincia.

---

[a] *ephipiorum* ms. — [b] *esse* ms.

Haec intelligantur, intra prouinciam si fiat missio.

Quando vero mittuntur aliqui extra prouinciam, si Romam, videtur conuenire vt tota prouincia soluat, vbi nulli collegio illius prouinciae est bonum quod mittantur. Iuxta numerum autem personarum, quae sustentantur in collegiis ex reditibus, vel omnino ex eleemosynis, conferendum est viaticum. Ratio vero habenda est eorum collegiorum, quae ex eleemosynis viuunt, vt illis aliquid indulgeatur. Iam si collegio, vnde aliquis mittitur Romam, est bono vt mittatur, tamen non continuo videtur totum viaticum ab illo collegio dandum. Nam etiamsi sit vtile illi collegio, non semper tam **516** longe Romam vsque.

Quare erit iudicium prouincialis, vt conferant aliquid alia collegia ad has missiones. In eadem prouincia iudicabit ordinarie suus prouincialis de his, quae hactenus dicta sunt; quando autem mittuntur nostri ad alias prouincias, quis sit soluturus viaticum, id pendebit ex arbitrio commissarii vel generalis praepositi; et tamen facile erit inter se conuenire prouinciales. Nam cui bono sit est prospiciendum, et si neutri prouinciae vel nulli collegio esset bono, communiter ab vtraque prouincia videtur conferendum viaticum.

Iis, qui propter negocia mittuntur, datur viaticum; iis, qui in peregrinationem, non datur; iis, qui in ministerium vel alia ratione mittuntur, siquidem possunt absque viatico iter facere, ne detur.

517 DE SOCIIS ASSIGNANDIS

Nostris egredientibus domo dentur socii a superiore vel ministro, si eodem loco egrediendi accipiant facultatem. A solo tamen superiori, si ad alium locum iter sunt facturi; et hi quidem quando possint ire soli prouidenter praescribet, qui illos euocat, vel rector ex commissione. Ex aliis vero solus emptor solet solus egredi, et in magnis collegiis vnus aut alter coadiutor probatus solet dessignari, qui item possit solus egredi.

Superior collegii, si socios assignauerit nouitios Patribus vel fratribus, id non poterunt quidem impedire praefecti probationum eius collegii. Poterunt tamen et debebunt referre superiori

quod sibi videbitur, et superiores debent magni facere iudicium ipsorum, tanquam eorum, qui nouitios habent exploratos et cognitos, ne, eorum sententia neglecta, errent.

518 Qui datur socius concionatori, sit semper magnae fidei, praesertim cum in aliquod oppidum vel pagum eundum est, et poterit is christianam doctrinam docere illic.

Ne detur facultas ei, qui petit nominatim socium, cum eo exeundi, nisi iudicio et consideratione adhibita. Asuescant potius omnes vt singuli tantum pro se petant facultatem; relinquant curam socii assignandi superioribus.

Prouinciae procurator habebit ordinarie, qui eum adiuuet in scribendo, et in rebus aliis; quem cum procurator occupabit, minister non impediet sine iussu superioris.

Hic socius procuratoris in iis collegiis erit necessarius, vbi solus negociis et scriptioni sufficere non potest procurator.

In singulis classibus, vbi aliquo numero nostri audiunt, siquis e classe **519** egrediatur, quod absque vrgente necessitate non faciet, eum sequetur socius ad id designatus a rectore; is vero non erit semper idem.

DE INFIRMIS

Ne mittantur infirmi, ac ne alii quidem Patres aut fratres, ad alia collegia extra prouinciam sine ordinatione commissarii, aut consensu illius prouincialis, ad cuius prouinciam infirmum mittere volunt.

Quando necessitate vrgente, ex consilio [a] medici, infirmus aliquis ex vno in aliud collegium mittetur, vt illic sanitatem recuperet vel conualescat, ac non aliam ob causam, consentaneum aequitati videtur vt collegium, vnde mittetur, soluat expensas, hoc est, quicquid e crumena alterius collegii fuerit **520** eam ob causam expositum; nihil ratione suppellectilium aut laboris domesticorum supputando amplius, nisi forte pthysici essent. Nam ea occasione merito expensis annumerabitur si quid vestium perierit atque consumetur cum infirmis huiusmodi.

---

[a] *concilio* ms.

Si qui leuiter male habeant, nec videatur aduocandus medicus, quemadmodum ii tractandi sint consulendus semel est; nominatim vero vtrum dieta illis sit tenenda et quaenam: num sit vtilis futura, quam dicunt Itali panatellam vulgo, et fit ex panis frustis [a] in iure carnium, vel in aqua oleo et sale paulatim coctis: est enim compertum hanc prodesse, et dissimulatione [b] alioqui abigi posse infirmae valetudinis vanam opinionem.

Diligenter curentur infirmi nostri, et multo diligentius quam antehac vnquam, si forte sit aliquid neglectum; adhibeatur etiam opera, consulto medico, **521** si qua ratione fieri possit, vt prouideatur ac praecaueatur diligenter ne sanguinem nostri euomant, ac ne in pthisim incidant vel dolorem capitis vel stomachi, vel in melancholias siue tristiciam; hi enim morbi nostris solent esse infesti.

Curae vero infirmorum et infirmario ipsi superintendat minister, et tunc maxime, vbi non est aliquis praefectus infirmorum. Singulari etiam studio agat rector vt cura haec suum sortiatur effectum.

Infirmi, qui eos, qui cum ipsis agunt, non aedificant, moneantur cum charitate, vt sint modesti et aedificatiui; quod si non fecerint, seponant illos in vnum cubiculum, et non intromittant ad eos nisi deputatos, qui illos iuuare possint, nec ipsi offendantur. Et si ne hoc suffecerit, ea est seueritas adhibenda, quae illorum spiritui prosit, etiamsi corpori timeretur nonnihil nocitura.

522 Curetur itaque suauiter et efficaciter, vt infirmi seruent regulam examinis et 3.ae partis constitutionum, id est, vt debitam seruent submissionem, obedientiam, ac bonam praebeant aedificationem. Consulatur autem medicus familiariter in hoc euentu.

Conualescentes et debiles tractentur iuxta ordinationem medici.

Nulla personarum exceptio in cibo et potu fiat, nisi per ordinationem medici. Itaque nullus potiatur priuilegio, officii alicu-

---

a *frustris* ms. —b *dissimulationes* ms.

ius gratia, sed tantum necessitatis ergo; et ideo separetur vna mensa in coenaculo, in qua tantum conualescentes, debiles, et ii, qui propter necessitatem ab aliquo cibo ordinarie abstinent, sedeant, et aliquis illis ministret, ad hoc delectus.

Aduertetur, vt nostri onere nimio vel labore, et his omnibus, quae valetudinem minuere possunt, leuentur, **523** vt eorum valetudo conseruetur.

Bellaria vel delicati et curiosi cibi, qui offerri nobis solent, nisi re ipsa necessarii fuerint propter infirmos et valetudinarios, ne acceptentur; et cum acceptabuntur, id fiat ex consilio medici, propter necessitatem praesentem. Solet [a] tamen permitti vt paucae confectiones, si ex eleemosyna veniant, reponantur ad incidentes necessitates, vt confectio ex rosis vel ex cotoniis.

Nullus mittatur in domum parentum ad conualescendum, nisi extrema necessitas coëgerit, iudicio medici. Cum autem ierit, quanta cura de eo poterit haberi, habeatur; ac, si res patiatur, socius illi adiungatur probatae virtutis, et ratio illi perscribatur quomodo illic victurus sit, nimirum vt confiteatur et communicet singulis hebdomadis; et singulis diebus colligat se ad examen et orationem, **524** si valetudo eius patiatur, viuatque in omnibus religiose, et cum aedificatione eorum, cum quibus versabitur; et, si fieri possit, intelligatur aliunde quemadmodum se gerat. Quod si intelligeretur distrahi, prospiciendum illi esset, quoad eius fieri posset, absenti; vel omnino esset reuocandus.

DE INTERPRETATIONE ALIQUARUM REGULARUM

Summo studio curandum est ne superiorum facta iudicent inferiores, neue de iis murmurent inter se.

Vbi dicitur ne absque licentia praedicatores nostri praedicent, intelligitur proprii curati ecclesiae illius, in qua praedicant, vel episcopi illius diocesis. Nam etiam si possemus ex facultate apostolica absque illorum licentia concionari, etiam in eorum ecclesiis, tamen vt contentiones et **525** offensiones vitemus, ita consultius videtur.

---

[a] *Solent* ms.

Non licet nostris commodato quarumcunque inter sese vti rerum, vel donatione, citra maiorum consensum vel specialem vel generalem, nec epistolam inter se, ne in eodem quidem collegio mittere.

Illa regula, quae de mundicia loci secreti loquitur, non legatur in refectorio, sed scripta ponatur in illis locis.

Qui tangit aliquem contra regulam, etc., debet facere suam poenitentiam; qui vero est tactus, et non accusat tangentem, eandem. Vsus autem est, vt sit vna disciplina in refectorio, quae duret per vnum «De profundis», vel semel ieiunare in pane et aqua. Culpa vero exponetur, si videatur rectori. Alioqui poterit dici in genere pro admissis culpis.

Declarandum esse superiori id quod vnus scit de alio extra confessionem, non ita intelligitur, vt propterea **526** omnes sint censores et syndici, sed duo hic a nobis requiruntur: primum, vt quilibet sit paratus ad dicendum de aliis superiori si quid sciat, quando interrogabitur. 2.° Si sciat rem alicuius momenti, vt grauem aliquam tentationem, aut aliquam aliam rem, quam cogitaret et iudicaret in Domino esse superiori indicandam eodem secreto, vt melius suum fratrem iuuare possit, vt eam superiori declaret. Ne autem in hac re, quae est grauissima, quis suo iudicio fortassis decipiatur, vtetur confessarii, vel alicuius e consultoribus rectoris secreto consilio, nullius prodito nomine, et illius sequetur sententiam.

Vbi mentio fit de superioribus in plurali numero, fere comprehenditur etiam minister: vbi simpliciter in singulari numero, tantum is, qui praeest eo in loco aliis omnibus.

Quando interrogantur nostri, vt dicat quilibet suas inclinationes, non **527** intelligitur de actibus elicitis ex voluntate, sed tantum de inclinationibus naturalibus, qualescunque sint, aut de reliquiis consuetudinum ante actarum, aut praeteritorum actuum voluntatis, ex quibus sentitur inclinatio: exploratur praeterea aptitudo ad hoc vel ad illud. Hanc autem inclinationem vel aptitudinem debet iudicare superior, an sit mortificanda, an iuuanda, vt in omnibus iuuentur nostri ad perfectionem in Domino.

Omnes habeant regulas generales et communes, et vltimas

exercitiorum, et singuli suorum officiorum, et superiores inferiorum. Rectores etiam habeant regulas prouincialis. Collaterales vero et consultores, eorum, quibus sunt collaterales vel consultores; ac eas, donec probe norint, legant frequenter, ac in ea frequentia, tum ad regularum intelligentiam vtantur superiorum instructione: deinde non sint **528** obligati vt saepius legant, quam semel in mense, nisi si quando viderent tempus facere vt debilitetur eorum memoria vel intelligentia: tunc enim saepius deberent. Generales autem regulae ac communes legantur publice in refectorio in principio cuiusque mensis; singuli autem suas priuatim legant eodem tempore, ac deinde in refectorium venient ac dicent: «Patres ac fratres in Christo: ego hoc vel illud officium sustineo, et legi regulas meas, et agnosco me multum in eo errasse: veniam peto a Deo ea de re, ac propono, adiuuante eius gratia, emendaturum meipsum. Peto etiam a superioribus, vt mihi ignoscant, et poenitentiam iniungant, et correctionem dent et instructionem in futurum. A vobis vero, Patres ac fratres, peto vt mihi ignoscatis, et oretis Deum pro me.»

Quod quisque teneatur sub poena peccati mortalis rationem confessario **529** conscientiae suae citra vllam dissimulationem reddere, tum de quaesitis ab eo, tum etiam de reliquis omnibus, quae praeter quaesita essent grauioris momenti, intelligi ita debet, quod poenam hanc minime incurrat, si, adhibito diligenti conscientiae examine, res memoriae bona fide non occurrant: incursurum vero qui illa, quae dicenda essent, ex composito ac de industria reticeret, vel omnino mala fide [1].

Obseruetur, quoad fieri poterit, vt, qui egrediuntur domo, rationem reddant rerum, de quibus egerint.

Quod cautum est ne nostri communionem administrent externis a dominica in ramis palmarum ad illam vsque, quae in albis dicitur, id intelligendum est quando ecclesiae praecepto de communicando ad festum paschae in propriis parochiis non fecissent satis illi, qui eodem tempore apud nos venirent communicaturi; id si fecerint, **530** libere poterunt, vt quouis anni tempore etiam

---

[1] Haec intellige de eo, qui reticeret mala fide peccata mortalia nondum clavibus subjecta.

ipsa hebdomada sancta vel pascha sacram e nostris sumere synaxim.

Regula generalis, quae iubet neminem ingredi cubiculum alterius absque licentia ministri saltem, intelligitur plane vt nullus aliter ingrediatur quam de ministri licentia vel superioris, nec sat esse facultatem eius, qui in cubiculo est; et tamen solent dari licentiae generales, vt si velit quis conuenire confessarium vel consiliarium rectoris, vel suum praeceptorem, studiorum causa, vel si lumen aliunde accendere non possit, quae tamen licentiae praesenti cura gubernentur.

DE IANITORE

Ianitor exeuntes semper interroget, quo eant, vt habet ex regula; et scribat in chartula, qui sunt, et **531** cum quo, et qua hora egrediantur; scribat etiam, qua hora sint reuersi, et has chartulas dabit superiori: antemeridianas statim a prandio, pomeridianas vesperi.

DE EXCITATORE ET OBSERUATORE

Excitator tanto citius eat cubitum, quanto citius debet surgere; et obseruator ac luminum extinctor tanto amplius mane quiescat in lecto, quanto tardius aliis it cubitum.

DE STUDIIS ET SCHOLIS

Aduertatur ne ad plena artium et philosophiae studia admittantur ii, qui ad studia grauiora idonei non videntur, et hac ratione cum minori dificultate poterit fieri seminarium coadiutorum [a] spiritualium.

532 Non est necessarium vt substitutus classi, vbi dabitur, sit aeque peritus et aeque bene legat atque proprius magister; imo praestat illum aliqua ex parte esse inferiorem, vt verus magister non amittat authoritatem, vel beneuolentiam apud suos discipulos.

Ordinetur vt illi, qui videbuntur ad legendum idonei, exer-

---

[a] *coadiutorium* ms.

ceantur quandoque, et habeat curam illorum praefectus studiorum, neque publicae lectioni destinetur quispiam, quin prius, non solum probata sit eius doctrina, sed modus etiam enarrandi sit experientia comprobatus et spectata virtus.

Faciant aliqua exercitia spiritualia illi, qui cursum artium sunt incepturi enarrare. Erit praeterea vtile, si, absoluto [a] artium curriculo, secedant nostri item paucis diebus ad **533** exercitia aliqua spiritualia.

Qui literis operam dare debent, vota primum emittant, etiam ante biennii spacium; et si aliqui student sine votis, redeant ad nouitiatum quovsque illa emiserint, et superior illos ad studia mittendos iudicarit; ita enim fecit P. Ignatius; tametsi nullus simpliciter ante biennium obligatur ad edenda vota, nec sit ad vota edenda instigandus.

Vbi nostri eunt extra collegium ad lectiones audiendas, vnus ex illis sit aliorum superintendens, cui obediant omnes alii eundo et redeundo ex scholis, et quando illic sunt; et hic illorum reddet rationem, et poterit mutari singulis mensibus, vel etiam durare, vel plus, vel minus, prout superiori placuerit.

Dialogi, comoediae, tragediae, versus, orationes vel quaecunque compositiones publicandae sint, curabit rector vt primum examinentur **534** a theologo aliquo domestico, qui polleat iudicio; tum ab alio, qui iudicare possit compositiones, quod ad latinitatem et eloquentiam attinet. Haec quum sint necessaria, nonnunquam tamen rector ipse iudicabit num pauciores vel etiam plures adhibendi sunt censores, praesertim si res est grauior, vel cuius sit dandum exemplum externis. Orationes tamen vel carmina, quae recitantur octauo quoque die in schola, sat erit emendari a classis praeceptore, et ab eo referri ad theologum, ad haec iudicanda designatum, si de re, quae attinet quouis pacto ad religionem, agatur.

Vt latine loquantur fratres, adhibeatur diligentia, ad minus tempore recreationis post prandium vel coenam, ut possint, qui nesciunt, linguam vulgarem addiscere; vel, qui sciunt, maternam

---

[a] *absolutio* ms.

non dediscere. Caeterum an sit interdum maior diligentia adhibenda, id censebit prouincialis.

535 Animaduertatur grauissime et curetur ne studiorum intentio remittat virtutum et religiosae conuersationis simplicitatem: tum, vt studiorum finis, quem habet Societas, sit perfecte infixus in cordibus nostrorum scholasticorum.

Qui sunt ingenii excellentis, si sint bonae mentis, si humiles, si deuoti, iis dentur exacta studia, vt excellentes euadant in omni literarum eruditione; aliis moderata danda sunt.

Sustinere possunt nostri actus suos publicos in vniuersitatibus, et selecti ex ipsis ad gradus promoueri, sed sine expensis, saltem quas faciat collegium. Hoc tamen ne fiat sine prouincialis authoritate, si eam habeat a generali praeposito.

Doceantur nostri etiam doctrinam christianam, vnde idonei evadant ad illam publice docendam.

536 Non permittantur nostri cum externis loqui tempore lectionum et exercitationum, quae in schola aut domi fiunt, aut exercitationis corporalis. Itaque ianitor eo tempore nostros apud externos excusabit.

Si quis ex externis studio literarum non proficit in scholis nostris, admoneantur parentes eius; qui, si nihilominus perseuerare eos velint, ne excludantur.

Scholastici nostri eant ac redeant a scholis simul. Obseruetur autem hoc in eundo: vt post datum signum campanae, cum tamdiu expectatum fuerit, quamdiu satis sit vt a cubiculo longissime distante ad ianuam veniatur, ne diutius expectetur, quam quo tempore semel recitaretur «Credo». Et qui tunc aderunt ad portam discedant, aliis non expectatis; et iis detur poenitentia.

537 Animaduertatur vt, qui in inferioribus classibus sunt praeceptores, tamdiu contineantur [a] vna classe, donec ita profecerint, vt possint ad superiorem classem progredi; ne, si diutius in eadem classe contineantur, et parum promoueant in literis, et taedio conficiantur.

Obseruetur ille ordo, quem praescripsit Pater noster genera-

---

[a] *continuantur* ms.

lis Laynez, ne taedio afficiantur, qui docent in classibus latini sermonis, si diutius in illis contineantur: vt scilicet ex nouitiis, qui absoluerint nouitiatum, deligantur qui sint idonei ad docendum, vel in classibus grammatices, vel in classe humaniorum literarum, vel in classe etiam rhetorices, vt alicui illarum classium praesint, antequam studiis aliis dent operam. Ii item assumantur, qui studia humaniorum literarum vel rhetorices **538** absoluerint, antequam philosophiae dent operam; praesertim ad inferiores classes, etiamsi ad humaniorum literarum destinari possint. Et tamen nunquam qui latinas literas in vno collegio didicerint, in eodem collegio easdem doceant: poterunt in alio. Rursum ex iis, qui studia philosophiae absoluerint, ad supradictas classes assumi poterunt [a].

Postremo ex his, qui finem theologicis auditionibus fecerunt, eodem destinari poterunt, antequam in ministerium mittantur, nisi quod ex horum numero illi eximi poterunt et debebunt, qui insignem aliquam habeant facultatem concionandi: continebuntur vero in professione harum literarum ad summum 4 annis vel tribus cum dimidio, nisi aliqui fuerint, quorum animus sit propensus ad illa studia, et libenter in illis classibus versaturi videantur prolixius. Est tamen animaduertendum ex nouitiis **539** assumi potius debere, qui inferioribus classibus praesint, ex quibus ad superiores gradum faciant. Reliqui vero, etsi omnibus classibus possint praefici, tamen frequentius classi humaniorum literarum, vet rhetorices praeficientur, si et facultate valeant ex theologicis ad cursum artium praelegendum.

Magna cum modestia se gerant in disputationibus nostri; simul magnam adhibeant disputationis viuacitatem et veritatem. Inter disputandum vero, externis eum verborum honorem deferent, qui illis solet haberi in academiis generalibus; nostros [b] ita compellandos [c] modestis epithetis, et quae religiosos homines deceant, nouerint. Sed de his superius est dictum fusius [1].

---

[a] Ultima 5 verba posterius addita. —[b] *nostri* ms. —[c] *compellandi* ms.

---

[1] Cf. *Monumenta Paedagogica,* pagg. 116-119.

Scholasticorum nostrorum, qui ad maiora studia idonei non videbuntur fore, ita studia disponantur, **540** vt, post sufficientem latinae linguae cognitionem, dent operam compendio dialectices et casibus conscientiae, nec ad superiora studia contendant.

Quae haberi solent disputationes in nostris scholis diebus sabbati, in iis propugnatores esse poterunt, non nostri solum, sed etiam externi.

DE SCHOLASTICIS APPROBATIS

Scholasticus approbatus intelligitur, qui vt minimum duos annos exegerit probationem et vota ediderit, et declaratus sit etiam scholasticus approbatus a superiori suo legitime, qui scilicet iudicet illum ita profecisse in spiritu, vt iam decedere e nouitiatu possit.

541 DE MODO REDDENDI RATIONEM CONSCIENTIAE

Modus reddendi rationem conscientiae in confessione (ut compendio dicatur) esse potest huiusmodi: primo vt dicat, an fuerit obnoxius alicui peccato mortali post vltimam confessionem generalem.

De dubiis aut timoribus an incurrerint in peccatum mortale.

De malis inclinationibus, quales sint, et si sint importunae aut molestae.

De tentatione contra vocationem, institutum, constitutiones aut regulas, superiores, obedientiam, et specialiter de tentatione carnis, aut cuiusuis alterius vehementis, periculosae aut molestae tentationis.

De proprietate in iis, quae pertinent ad paupertatem.

De conuersatione, si non religiose sit conuersatus, et de quouis periculo peccati grauioris; de **542** modica aedificatione tam intra quam extra domum: et sacerdotes dicent quomodo se gesserint in confessionibus audiendis et in colloquiis praesertim cum mulieribus: de his etiam omnes alii dicent, qui exercent sua munera aut quaeuis alia extra domum. De oratione et deuotione, quomodo se habuerint in illa.

Quomodo etiam se habuerint in obseruatione regularum, et maxime praecipuarum (licet alioqui omnes praecipue censendae sint), vt v. g. non ingredi in cubiculum alterius, nihil accipere nec etiam minimum citra facultatem, non tangere alium, non amittere tempus, non scribere vel recipere literas absque facultate, etiamsi casus non esset reseruatus, si qua conuersatio ei vel domi vel foris nocuerit, et nominatim de obseruatione regularum, quae ad spiritualem fructum immediate attinent, vt num omiserint orationem, examen, **543** missam, confiteri, communicare, audire conciones, exhortationes spirituales, et de omnibus casibus reseruatis; et si dixerint veritatem quando fuerunt examinati.

Quilibet de officio suo, quo modo id obierit, in rebus particularibus, quae cuiuis male contigerint. Interrogabit praeterea confessarius, si quid sibi praeterea occurrat, et de iis, quae coniectura poterit assequi, qui rationem accipit conscientiae contigisse illi, quem audit, iuxta quod ipsam nouit particulariter.

Ex his, quae diximus hactenus, sunt multa, quae ad confessionem attinent sacramentalem; sed propterea pro acceptione noticiae conscientiae illorum admonuimus, vt sint parata siquis tantum rationem accipiat conscientiae, non etiam audiat confessionem, tametsi, vt in vera confessione audiatur ratio conscientiae, semper particularis confessio a **544** proxima est adiungenda. Iam enim vsus est Societatis vt apertio conscientiae fiat in confessione sacramentali, etiamsi ea, quae peccata non sunt, possint extra confessionem dici et nonnunquam debeant.

Alia pars, de qua accipi debet ratio conscientiae, est deuotionum, gustuum, et bonorum successuum in rebus spiritualibus et fructus animae. De his igitur est interrogandum, peculiariter vero de modo et vsu orationis, atque de eius fructu, vel ordinario, vel extraordinario.

DE ORATIONE

Qui secundo pulsu surgunt ob necessitatem, non debent omittere tempus suae orationis.

Qui tempore, quo fit oratio uel examen, occupantur necessario, iis **545** tempus opportunum aliud assignetur, quo suam orationem habeant et examen.

Quod legimus in regula communi, non debere nos, dum oramus, praeter decorem scamnis incumbere, intelligitur vbi communiter oramus, vt in missa, vel vesperis. Nam priuatim singuli situm obseruabunt, qui illis erit commodior, iuxta quamdam additionem primae hebdomadae exercitiorum. Quod si fuerint, qui causentur regulam obseruare non posse, indicabunt superiori causam, quapropter ita dicant, de qua iudicabit superior, consulto etiam medico, si opus fuerit; quae si probetur, significabitur fratribus, ne mirentur quod similiter omnes non faciunt. Si vero causa non probaretur, esset confirmandum vt omnes eandem rationem obseruarent; et tamen curabit superior, vt qui regulam illam obseruare non potest, priuatam missam audiat.

546 Quemadmodum in congregatione generali decretum est [1], nec orabunt fratres nec examen facient communiter, siue in eodem loco, praeterquam cum audiunt missam vel vesperas, vel quando aliqua communis oratio indicitur domi, quemadmodum solent litaniae, vel vnum quadrantem orant fratres postquam communionem acceperint.

Ceremoniae, quae obseruari solent in offitiis sanctae hebdomadae, petentur ex *Missali Romano.* Si quae tamen obseruari debeant consuetudines communes prouinciae, et an absque offensione praeteriri nequeant, id erit positum in iudicio prouincialis, quemadmodum iudicare an in die pentecostes columba sit emittenda. Nam si omnes ecclesiae illam habeant consuetudinem, vt emittatur columba in celebratione officiorum eius diei, nostri in eadem celebratione emittere possunt [2].

547 Poterunt nostri recitare horas suas canonicas deambulando, nisi forte ea deambulatio faceret vt attentio impediretur: posset etiam intermitti illa deambulatio, si forte adesset aliquis secularis, qui videretur offendendus, quemadmodum fortasse contingere posset in Hispania.

---

[1] Congregatio 1.ª, decr. 98. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 177.
[2] Vide supra, pag. 202.

Obseruentur fratres tempore orationis, ne contingat aliquem propter nimium literarum studium, vel alia fortassis ex occasione in oratione negligentem esse. Obseruatorem vero non necesse erit rectorem esse: poterit esse minister vel subminister, si fuerit, uel aliquis ex coadiutoribus temporalibus, qui alio tempore possunt pensum orationis absoluere suum, et coadiutor quidem temporalis commodius videtur fore obseruator.

Si quis fuerit, qui ex capitis infirmitate dicat se habere orationem non posse, si compertum fuerit eam **548** esse causam, ne cogatur mentaliter orare, sed tantum indicatur illi vocalis oratio, ad quam eam attentionem adhibeat et deuotionem, quae laedere infirmitatem capitis non possit. Quod si ne id quidem assequi poterit, audiat tamen missam quotidie et accipiat instructionem a praefecto rerum spiritualium, vt breuissimas illas orationes vsurpet [a], quae iaculatoriae appellari solent. Doceantur etiam operationes voluntatis exercere, amoris in Deum, desiderium proficiendi, amorem virtutum, seponendo [b] intellectus discursum et operationem, quoad eius fieri poterit.

Exerceantur nostri accuratissime ad exercitia spiritualia aliis communicanda, neque quisquam exercitia communicet, nisi qui prudentia sit spirituali et vsu orationis probatus.

Ter ad orationem publicam pulsetur in domibus et collegiis Societatis: **549** vesperi, mane et meridie, etiamsi non sit ita pulsandi in eo loco publicus [usus] [c].

Nullus e nostris credat facile vel temere abducatur opinione nouarum reuelationum vel uisionum; quod si aliquem [d] vsuueniat audire res huiusmodi, referat de iis ad prouincialem vel commissarium, ac tum demum iudicet de illis reuelationibus. Poterunt tamen prius de illis referre ad rectorem [e], quemadmodum ad illum vel ad theologum domesticum referre solent de iis, quae audiunt in confessione, saluo sigillo, vt consilium accipiant.

Habenda memoria est illorum in orationibus et missis, qui ad Societatis ministeria mittuntur, tum etiam occurrentium necessitatum, neque sunt haec negligenter agenda.

---

[a] *vsurpent* ms. — [b] *seponando* ms. — [c] Omiss. in ms. — [d] *aliquos* ms. — [e] emendatum in ms. ex *superiorem*.

Coqui semper suum socium habere debent; ita fiet vt successiue **550** orationi, matutino praesertim tempore, vacare possint. Eo enim tempore, cum vnus erit in oratione, alius curabit rem culinariam. Quod si socium habere non possit, coquus tamen aliquod tempus accipiat liberum vt orationi det operam. Id videlicet curabit superior.

Ne praetermittatur, cum Patres dicunt missas pro fundatoribus, vt fratres etiam orent ad eamdem intentionem.

Ponatur tabella in ingressu coenaculi, in qua notatae sint orationum et missarum applicationes ordinariae et extraordinariae.

Fratribus solet dari facultas communicandi aliquibus solemnioribus festiuitatibus, praeter dies dominicos, imo vero indicitur vt communicent, vt in die natiuitatis, circumcisionis, epiphaniae, anunciationis, ascensionis, corporis Christi, in die sanctorum Petri et Pauli, et aliorum apostolorum, **551** S. Joannis Baptistae, assumptionis beatae Virginis, omnium sanctorum: et quando hae festiuitates in die sabbati vel die lunae occurrent, transferatur communio dominicae in dictas festiuitates. Aliis festis indici non solet; concedi potest, praesertim ob necessitatem spiritualem.

Post prandium aut coenam ne fiat consuetudo eundi e vestigio ad ecclesiam, neque simul, neque seorsum, ad agendas gratias, sed satis sit quae in refectorio sunt actae.

Scholastici non amplius quam horam vnam ordinarie orationi dabunt, prout constitutiones et decretum [primae] [a] congregationis generalis praescribunt. Modus autem eius hic erit, vt mane media hora integra orationi tribuatur, ante prandium 4.ª pars horae, examini tantumdem, vespertino examini antequam eatur cubitum suus item quadrans.

Caeterum vt in hoc tempore orationi destinato proficere possint **552** fratres, aduertendum est, quod iis, qui facile profectum spiritualem ex eo tempore orationis, vel non accipiunt, vel non conseruant, et spiritu ac deuotione infirmiores fiunt, concedi pot-

---

[a] Omiss. a librario. Est in *Cod. Vatic. 3*, Nat. manu exaratum.

est alia media hora quotidianae orationis praescripto tempore, quemadmodum concedi vt confiteantur [et] [a] communicent semel intra hebdomadam. Alii id, quod ordinarie est praescriptum, sequantur. Sed animaduertendum est illos duos horae quadrantes, qui examinibus tribuuntur, non necesse esse, totos examini dari; sed, facto sufficienti examine, si quid supersit temporis, id alteri orationi impendi potest, praesertim [b] in tanta exercitatione et frequentia examinandi. Dedit postea secunda congregatio generalis facultatem generali praeposito augendi hoc tempus; addidit illi dimidiam horam [1].

553 Oratio sit vocalis aut mentalis, prout superintendentes eius magis conuenire viderint unicuique particulatim. Quod si vocalis fuerit, sit ordinarie de horis B. Virginis; si autem ordinarie non sit vocalis, fiat tamen quotidie aliqua vocalis oratio.

Horarum B. Virginis pars poterit dici in missa, praesertim vbi non auditur missa ex praecepto ecclesiae, et sacerdos secrete orat; quae vero alta voce ab eo dicuntur, ea attente ac deuote audire oportet.

Erit vtile in primis quo collectius ac deuotius oremus, maiorique cum fructu, si praeparationes praemittantur, quas exercitia praescribunt in annotationibus primae hebdomadae, tum vesperi, tum mane, tum paulo ante orationem.

Fructus spiritualis accipi potest ex iis, quae in lectionibus **554** et concionibus audiuntur, vel in refectorio, vel in ecclesia; tempus etiam dabitur omnibus, quod satis sit, vt sese colligant ante confessionem diebus sabbati. Diebus vero dominicis quadrantem vnum horae habebunt fratres ante missam, in qua sunt communicaturi, et alterum post acceptam communionem; et hunc quadrantem 2.m transigent simul eodem in loco, vbi communicarint,

---

[a] Omiss. in ms. — [b] Quae praecedunt, prius ita in *Cod. Vatic. 3* habebant: *neque enim totus quadrans examini est dandus, nisi parti examinis, quae gratiarum actioni, vel orationi, vel etiam poenitentiae indulgere quis velit prolixius.*

---

[1] Vide supra, pag. 250, annot. 1; et ASTRAIN, loc. cit., vol. II, lib. III, cap. II, n. 11, ubi de orandi ratione a Societate usurpata praeclare disseritur.

nisi in ecclesia communicarent; nam tunc venient ad chorum, vbi suum quadrantem orabunt.

Sacerdotes vnam horam habebunt ad orationem, praeter horas canonicas, quas ex communi obligatione recitant. Verum quibus diebus celebrabunt missam, cum ante missam necessum sit se probare et examinare, examinis tempore recitare poterunt horas canonicas; qua etiam parte diei confitebuntur, eius partis examen non tenentur habere Patres vel fratres. Item, quo die communicant, non **555** obstringentur ad examen, quod fit proxime ad prandium, et cum vesperi die sabbati (vt solent) confitebuntur, possunt tempus examinis vespertini aliis orationibus occupare.

Particulares praefecti orationis, si proprius designari non possit, erit suus cuique confessarius, superior vniuersalis; atque hanc curam inter praecipuas habebunt, quam suo gradu non omittent ipsi, etiam si sit proprius praefectus orationis.

Meditationum et orationis rationem iis, qui per se bene progrediuntur in oratione et proficiunt cum gratia Domini, non erit necesse mutare; sed tantum scire oportebit, quid agant, et, cum fuerit opus, eos dirigere. Aliis meditationis materia danda erit, orationis etiam ratio erit praescribenda vt videbitur praefecto.

Benedictio mensae et gratiarum actio **556** erit illa longior quae Roma [a] allata est. Atque hoc in prima mensa. In 2.^{a} vero singuli per se benedicant et gratias agant breuiori formula, quae est huiusmodi: «Benedicite. Deus. Nos et ea, quae sumpturi sumus, benedicat Deus trinus et vnus, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Amen.» Pro gratiis agendis: «Laus Deo, pax viuis, requies defunctis. Pater noster. Sed libera nos a malo. Amen. Christus Jesus det nobis suam sanctam pacem, benedictionem et post mortem vitam aeternam. Amen. Beata viscera Mariae Virginis, quae portauerunt aeterni Patris Filium. Amen.» Ita enim benedixit mensae et gratias egit P. Ignatius donec vixit [1].

---

[a] *quam Romae* ms.

---

[1] Haec 11 verba propria manu addidit Natalis in *Cod. Vatic. 3*, unde in hunc codicem relata sunt. Nonnullas, quas dicunt, variantes hujus benedictionis vide in *Monum. Ignat.*, ser. IV, I, 245.

557 Materies petitionis in oratione haec esse potest.

Septem petitiones orationis dominicae, ad quas omnes aliae reducuntur.

Petitiones omnium orationum missae et horarum canonicarum.

Pro ecclesia sancta catholica romana.

Pro summo pontifice.

Pro cardinalium collegio.

Pro omnibus episcopis, et peculiariter pro eo, in cuius episcopatu commoramur.

Pro omnibus parochis.

Pro omnibus religionibus et superioribus et religiosis earumdem.

Pro Societate peculiariter; et pro praeposito generali.

Pro omnibus Societatis prouincialibus et superioribus, praecipue pro **558** prouinciali eius prouinciae, et superioribus eiusdem collegii aut domus, in qua tunc sumus.

Pro omnibus prouinciis Societatis, praesertim pro India et regionibus septentrionalibus.

Pro ministeriis Societatis, proque eorum ministris, et peculiariter pro domus aut collegii in quo sumus.

Pro omnibus Patribus et fratribus Societatis.

Pro conuersione haereticorum.

Pro conuersione infidelium.

Pro his, qui sunt in peccato mortali.

Pro animabus purgatorii.

Pro salute et perfectione vniuersarum animarum, et praecipue eorum, quorum curam et administrationem Societas gerit.

Pro vniuerso statu ecclesiastico suisque ministris.

Pro omnibus regibus et principibus christianis, praecipue pro illis, **559** quorum prouinciam incolimus.

Pro illis, qui laborant in extremis.

Pro omnibus tentatis.

Pro his, qui in periculo peccandi sunt.

Pro protectione Dei, beatissimae Virginis matris, et omnium

angelorum et sanctorum, contra daemones et peruersos [a] homines.

Pro aegrotis omnibus.

Pro his, qui persecutionem patiuntur.

Pro pace inter principes christianos.

Pro pace vniuersa et particulari.

Pro sanitate et aëris temperie.

Pro productione conseruationeque fructuum terrae.

Pro his, qui sunt in periculo maris.

Pro his, qui versantur in bello aduersus infideles et haereticos.

Vnusquisque peculiariter orationem faciet pro suismet necessitatibus, periculis, salute et perfectione, praecipue pro ea re, in qua maxime se deficere cognoscit.

Pro quauis re, quam superiores commendarint.

560 Pro omnibus necessitatibus, quas norit peculiariter, tam fratrum quam externorum, tum priuatis tum publicis.

ARGUMENTA SOLITAE MEDITATIONIS POTERUNT ESSE HAEC, QUAE SEQUUNTUR

Omnia mysteria vitae Christi.

De aeterna generatione, qua a Patre aeterno generatur Filius ab aeterno.

De productione qua Pater et Filius ab aeterno spirant Spiritum sanctum.

De incarnatione Jesu Christi; et peculiariter de tota vita eiusdem passibili et mortali, hoc est de operibus et mysteriis eiusdem, vsque ad resurrectionem exclusiue. Haec omnia diuidenda per partes iuxta methodum in exercitiis traditam.

De resurrectione eiusque mysteriis.

561 De ascensione et missione Spiritus sancti.

Quonam pacto totius mundi curam gerat Xpus. et gubernationem, praesertim ecclesiae catholicae et orthodoxae. Quemadmodum omnem potestatem exerceat in coelo et in terra.

De X.[i] peculiari totius Societatis administratione, praesertim

---

[a] *preuersos* ms.

eius partis, in qua quis commoratur: ac quo modo peculiariter animam meam et personam gubernet.

De iudicio peculiari, quo vnusquisque, qui ex hac uita discedit, iudicatur vel ad perpetuas inferorum poenas, vel ad purgatorium, vel ad vitam sempiternam.

De iudicio extremo et vniuerso, quo iudicabuntur omnes: quidam, scilicet, ad beatitudinem sempiternam, quidam [a] vero ad aeternos inferorum cruciatus.

De tribus aliis nouissimis, videlicet, de morte, inferno et paradiso.

562 Quonam pacto Deus est in omnibus rebus per potentiam, essentiam et praesentiam; et hac consideratione omnes possunt et debent fructum et vtilitatem percipere, magna cum reuerentia maiestatem illam diuinam et infinitam Dei omnipotentis, in cujus conspectu omnia nostra fieri debent, contemplando.

De vita et perfectionibus sacratissimae virginis Mariae matris Dei.

De vitis sanctorum.

De mysteriis et festis, quae in ecclesia totius anni curriculo celebrantur; quando vero festum non erit, recurrendum ad argumenta quaedam communia meditationum.

De hierarchiis et ordinibus angelorum.

De hierarchia ecclesiae.

De perfectionibus diuinis.

De operationibus Dei essentialibus.

563 De totius vniuersi creatione, administrationeque omnium rerum ante et post incarnationem Filii Dei.

De operatione denique Dei cum omnibus rebus.

De miseria peccatorum.

De periculo, in quo est peccator.

De uanitate mundi.

De perditione tot animarum.

De permissione Dei in lapsu et perditione tot angelorum et hominum.

---

[a] *quidem* ms.

De aliis iudiciis Dei occultis et manifestis.

De calamitatibus nostri temporis.

De communibus inimicis: mundo scilicet, carne et cacodemone.

De mandatis Dei ac de omnibus iis, quae ad doctrinam christianam pertinent, scilicet, de symbolo fidei, de decalogo, de 7 sacramentis, oratione dominica, etc.

De fide, spe et charitate.

De donis Spiritus sancti.

564 De virtutibus moralibus earumque partibus.

De fructibus spiritus.

De beatitudinibus.

De humilitate.

De simplicitate.

De obedientia.

De mortificatione.

De paupertate.

De castitate omnibusque uirtutibus.

De instituto Societatis et vniuersali Societatis gratia et vocatione.

De gratia uocationis cuiusque particulari.

De votis Societatis eorumque gratia et vi.

De partibus et ministeriis Societatis.

Poterunt etiam meditationes fieri ex his, quae leguntur in sacris literis, aut doctoribus sanctis, vel in libello de imitatione X.[1] et similibus. Illud idem fieri poterit in his, quae pertinent ad theologiam scholasticam, si qui fuerint, qui hoc praestare possint.

Ex omnibus rebus creatis haberi potest oratio, speculando in ipsis, **565** laudando et amando creatorem, conseruatorem et gubernatorem earumdem, etc.

CAPITA QUAEDAM, QUIBUS IN SPIRITU ADIUUARI POSSUMUS

Omnia facere ad maiorem gloriam Dei.

Amore prosequi institutum Societatis.

Finem illius diligere.

Amare et optare labores ad finem ipsum consequendum.

Obedientia perfecta.

Oratio practica et ad opus extensa.

Humilitas.

Simplicitas.

Amor mortificationis.

Amor patiendi.

Modestia et aedificatio in locutione.

Amor contemptus sui.

566 Diligentia in obseruationibus quotidianis.

Ob oculos mentis perpetuo Deum habere.

Exercere seipsum in operationibus virtutum theologicarum, praesertim charitatis.

Auxilio et gratia Dei et quotidiano vsu sibi comparare consuetudinem Deum diligendi, quasi perpetuo quodam actu, et re ipsa, ita vt semper eius amore interius commouear, vel actu vel saltem virtute. Sic enim fiet facile vt veluti substantia aut forma omnium nostrarum operationum sit charitas, omnia opera meritoria vitae aeternae. Facile enim omnia ex illo principio dirigentur.

Omnia ex spiritu Dei, ex corde, et practice cogitare, audire, et loqui: spiritu quidem Dei, a quo omnia bona ortum et consumationem habent, cuiusque diuinae maiestati tribuenda sunt omnia. Corde vero, vt magno quodam charitatis ardore, et eo animi pio **567** affectu, qualem res postulat, de qua agitur, omnia cogitemus, audiamus, loquamur, agamus. Practice autem, vt omnia dirigantur ad operandum ad maiorem gloriam Dei cum eius gratia et auxilio [1].

In operationibus omnibus 4 principia sequemur. Primum, a quo omnia dependent, qui est Deus ipse, Christus, eiusque gratia et doctrina. Secundum est ecclesia sancta romana. Tertium sunt virtutes morales earumque vsus. Quartum, ratio plena nostri instituti et vocationis.

---

[1] Haec Natalis documenta a V. P. Baltassare Alvarez in suis ad novitios adhortationibus usurpata fuisse testatur Ludovicus de la Puente, *Vida del V. P. Baltasar Alvarez,* cap. XXI, § 1.

Vt fructum accipiam ex gratiarum actione, pro vocatione mea, primum gratias summa cum humilitate et deuotione habere et agere, quod me ad Societatem vocarit.

Secundo, eodem spiritu gratias et habere et agere Deo, quod me huius vocationis capacem fecerit, praestiteritque peculiarem gratiam, qua vocationem audirem, et praesto essem ad Societatis ingressum.

568 Tertio, gratias etiam agere, quod dignatus fuerit me in hac Societate votis constringi, quae fuit singularis gratia.

Quarto, quotidianis precibus contendere a Deo, vt tum propter se, merita vnigeniti filii sui Jesu Christi saluatoris nostri, ac per intercessionem ac merita sacrosanctae virginis Mariae, sanctorum omnium et angelorum, vt mihi conferat maiorem huius instituti et gratiae peculiaris cognitionem, perseuerantiam denique et incrementum in obseruatione eiusdem.

Quinto, dilatare virtutes theologicas ad maius spiritus incrementum in hac vocatione: fidem quidem, credendo firmiter Deum ipsum mihi collaturum auxilium et gratiam ad consequutionem finis huius vocationis, si ego ipse mihi non desim. Spem vero, omni confidentia, sperando ex gratia diuina me participem fore **569** huius vocationis, si illi cooperer: charitatem denique, amando, laudando, et summis laudibus extollendo diuinam ipsam maiestatem, propter beneficium cum in me, tum in Societatem collatum.

DE OCTO BEATITUDINIBUS PROPRIE AD NOSTRUM INSTITUTUM

«Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum.» Offeramus Deo, fratres, holocaustum et perfectam obedientiam bonorum nostrorum omnium, exteriorum, corporis atque animi, per paupertatis, castitatis atque obedientiae vota, vel certe per animi propositum et vocationem. Qui sunt nouitii eadem offerant Deo. Coelestium bonorum possessionem pro his reponit nobis Christus.

«Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.» Contendamus illis praesidiis, consulente, **570** adhortante, vocante, atque authore Christo, vt passionibus et prauis affectibus repressis

atque expugnatis, mansueti ac pacati simus, tum in nobis, tum erga alios. Ita fiet, vt animus noster dominetur terrenis ac noxiis omnibus, atque imperfectis cogitationibus, nec illis se subiiciat, sed terram viuentium possideat.

«Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.» Non solum peccata nostra lugeamus, fratres, sed et proximorum, iuxta finis nostri rationem; hinc enim consequetur spiritualis consolatio, ac gaudium in Spiritu sancto.

«Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur.» Salutem et perfectionem simul et nostram et proximorum, ad maiorem Dei gloriam ita appetamus, ac si cibus is esset noster et potus, non solum spiritualis, sed corporalis etiam, quo loco et esse debet atque existimari: noster **571** hic sit cibus, noster potus, nostra vita: pariet haec esuries in nobis, haec sitis, spiritualis cibi et potus refectionem ac diuinam saturitatem.

«Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.» Nec his simus contenti desideriis, sed illa conferamus ad misericordiae eximiae virtutis exercitium; nec doleamus solum de malis ac peccatis nostris ac proximi, sed etiam de his habeamus compassionem intimam atque efficacem, quae videlicet faciat, vt, non solum pro proximis nostris oremus, eorum mala miserati, sed pro eorum peccatis et alia penitentiae opera faciamus, et bonorum, siqua sunt in nobis in Christo, proximos faciamus participes. Fiet haud dubie vt a Christo Jesu misericordiam consequamur, et sentiamus manum Domini adiutricem in opportunitatibus in necessitate.

572 «Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.» Studeamus cor mundum habere, non solum a culpa omni, sed etiam ab omni imperfectione, et actiones nostras omnes; et contendamus semper intentionem animi nostri ad maiorem Dei gloriam et honorem, plurimarumque animarum salutem et perfectionem dirigere. Fiet vt Deus clementissime nobis sui nominis ac diuinitatis cognitionem singularem gratificetur.

«Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.» Ne negligamus singularem, quam accepimus a Deo, vocationis nostrae gratiam; sumus enim vocati, Dei singulari benignitate, vt simus

pacifici, hoc est, ministri atque conciliatores pacis inter Deum et homines. Incumbamus igitur toto pectore in Christo ad ea opera, quae dedit nobis Deus, quibus hanc reconciliationem et pacem conficiamus. **573** Proueniet nobis maior vis diuinae in nobis filiationis atque generationis, vnde in dies fiant nostra ministeria efficacia magis, ac proximo magis vtilia, et Deo grata magis.

«Beati qui persequutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum.» Agnoscamus nobis esse a Deo concessum beneficium illud eximium, vt non solum in hac vocatione ac gratia, in his ministeriis, nos exerceamus, sed etiam persequutiones propterea patiamur, quibus terreri non debemus, vel a feruore spiritus et actionum nostrarum deterreri, sed inflammari potius ad omnem pietatis perfectionem. Desiderare etiam ac deposcere eo nomine omnem pati persequutionem, mortem etiam oppetere in Christo. Ipse enim Jesus, dominus et Deus noster, reponet nobis coelestis patriae gaudium, honorem, gloriam ac vitam sempiternam. Amen.

574 DE ORATIONE DOMINICA PECULIARITER PRO NOBIS

Orationem dominicam numquam omittamus eo animi proposito atque intentione dicere, qua dicit ecclesia Dei, nunquam non ad omnem proximum referre, sed tamen ad nos etiam conferre debemus peculiariter. Modi vero, quibus ad nos referamus orationem, varii esse possunt. Vnus tamen hic non erit inutilis, vt, cum dicimus:

«Pater noster, qui es in coelis», agnoscamus quidem cum vniuersa ecclesia coelestem patrem; illum inuocemus et simul innouemus spiritum vocationis nostrae, profitentes nos non habere patrem, non cognatos, non patriam; breuiter, nihil in hoc seculo, neque patrem nostrum. Cognatos, patriam, diuitias nostras in coelo esse, viuendum esse vitam coelestem, vt nihil haereat nobis carnis, nihil terreni.

575 «Sanctificetur nomen tuum.» Hic finem nostrum praecipuum petamus impleri, vt omnia fiant ad maiorem Dei gloriam et honorem; vt santificetur, glorificetur, atque honorificetur in dies magis Dei nomen, tum in nobis, tum in vniuersa ecclesia.

«Adueniat regnum tuum.» Aliam finis nostri partem, quae ad proximum attinet, hic postulemus; omnem scilicet salutem et perfectionem, tum in nobis, tum in proximo; hoc enim est regnum Dei diuinius, si quis, non solum salutem consequatur, tum in se, tum in proximo, sed etiam cum salute omnem perfectionem. Simul petamus octo beatitudines, nominatim vero puritatem mentis ac corporis, et castitatis perfectionem.

«Fiat voluntas tua» etc. Petamus hic obedientiae perfectionem; vt, quemadmodum intellectu, voluntate, exequutione **576**
perfectissime Deo obediunt angeli et sancti in coelo, eamdem nos obedientiae perfectionem prosequamur. Simul petamus, vt media omnia, quae ad finem nostrum ducunt, ea perfecte diuino auxilio impleantur.

«Panem nostrum» etc. Vitae, tum temporalis, tum spiritualis, sustentationem petamus: peculiariter vero nobis paupertatis perfectionem postulemus; simplicem victum a Deo optemus, non e nostris bonis; Deus enim nos alit ex paupertate, quam illi sacrauimus. Deus nobis dat eleemosinam vnde viuamus. Pro nobis item, et pro iis, quos iuuamus, petamus fructum ex sacrificio et sacramento eucharistiae, quod in vniuersa ecclesia catholica fit et affertur; simul orationis gratiam, et rerum spiritualium prouentum, exclusis temporalibus omnibus, per paupertatem, et vitae spiritualis perfectionem.

577 «Et dimitte nobis» etc. Hic precamur veniam peccatorum, non nostrorum et omnium solum, sed eorum peculiariter, quos peculiariter habemus commendatos, et quos nostris ministeriis iuuandos suscepimus. Obsecramus simul, vt et in nobis et in proximis fiant nostrae actiones, quas exercemus, ad poenitentiae praedicationem et alia ministeria efficaces.

«Et ne nos inducas» etc. Nullum a tentatione sinas expugnari, neque nos permittas a tentatione earum rerum, quas reliquimus per vocationem et nostra vota, vel ab alia quauis tentatione superari, sed facias in tentatione prouentum, et confirma nos in nostra vocatione et gratia: facias item nos efficaces, vt aliorum tentationes sedemus et abigamus.

«Sed libera nos» etc. Sed protege atque eripe et nos et omnes

a malo, quod habitat in carne nostra, a concupiscentia scilicet, vt nihil nobis noceat **578** caro, nihil praeterea demon, nihil aduersitates, vel, quae proueniunt a mundo, mala. Castitatis vero, obedientiae ac paupertatis, tum reliquarum virtutum omnium imperfectionem a nobis depellas; a poenis etiam, quas pro peccatis meremur, de tua misericordia eripias, a suis etiam poenis eos, qui in poenis purgatorii detinentur.

«Amen.» Hoc respondet ecclesia. Orat enim nobiscum ecclesia. Obsecrat vt quae petimus assequamur, ac confirmat illa nos esse assequuturos in Christo. Simul nos in Christo et ecclesia dicimus: «Amen.» Angelos et sanctos oramus, vt dicant nobiscum: «Amen.»

AD FRUCTUM ALIQUEM SPIRITUS ACCIPIENDUM SEQUENTES MEDITATIONES POSSUNT EXERCERI

Primo die meditemur circa **579** circumcisionem, considerantes deuote dolorem Christi, sanguinis effusionem et compassionem B.[mae] virginis Mariae.

Secundo die, circa orationem Christi in horto consideremus mortem, quae Christo repraesentabatur, saeua nimis et truculenta, etc. Atque hinc Christi tristiciam, taedium, dolorem et agoniam. Deinde sanguineum sudorem per totum corpus in terram decurrentem. Postremo virginis sacrosanctae compassionem, quae etiamsi praesens non erat, haec tamen absens summo cum dolore contemplabatur.

Tertio die contemplemur flagellationem Christi, sanguinis effussionem, dolorem et compassionem B.[mae] virginis Mariae.

Quarto die consideremus actum coronationis ex spinis, sanguinis effusionem, dolorem et compassionem B.[mae] virginis Mariae.

Quinto, vbi percussus est arundine, coronatum spinis caput, ex qua percussione nouus dolor extitit, noua effusio sanguinis, et noua B.[mae] virginis Mariae compassio.

580 6.° Considerari etiam potest, cum imposita fuit crux Christo, vt eam baiularet, sub cujus pondere haud dubie commota fuisse eius vulnera, et consecutum maiorem dolorem, ma-

iorem sanguinis effusionem, maiorem B.^{mae} V. Mariae compassionem.

7.° die, considera deuote actum crucifixionis, dolorem, effusionem sanguinis, compassionem B.^{mae} V. Mariae.

8.° die considerandum cum leuatur crux et figitur, in qua leuatione haud dubie maiorem dolorem sensit Christus; consecuta etiam maior fuit effusio sanguinis, maior B.^{mae} V. Mariae compassio.

9.° die contemplandus Christus pendens in cruce tres horas, quo tempore incrementum sumpsit dolor et sanguinis effusio, ita acerbe, vt ex violentia doloris et effusionis sanguinis copia moreretur Christus. Summa etiam compassio consideranda est B.^{mae} V. Mariae.

10.° die considerandus Christus mortuus in cruce pendens et actus transfixionis **581** lateris, quo transfixus est latus eius dextrum, simul et cor Christi. Hic iam non dolor considerandus, qui nullus erat, sed rei summa indignitas et atrocitas, et efusio sanguinis et aquae, et B.^{mae} V. Mariae compassio.

11.° Contemplandus est Christus in sepulchro, et eius vulnera omnia, tum 5 praecipue, tum alia omnia ex verberibus et coronatione inflicta [a], et in his apertum cor Christi erga nos.

Considerandum illa esse vulnera, quae ipsum ad mortem acerbissimam et ignominiosissimam pro nobis sustinendam perduxerunt. Recolenda Deiparae Virginis compassio, et deuotio nostra addenda. Illud etiam addendum mortuum quidem Christum, sed diuinitatem eius vnitam corpori ac etiam animae, per quam Christus mortuus spoliat infernum, etc.

In superioribus omnibus meditationibus dabit Christus, deuote et cum humilitate et simplicitate cordis meditantibus, tum alios fructus vberrimos, tum ad illud singulari deuotione est contendendum, vt mortificationem passionum nostrarum **582** consequamur per sensum spiritualem dolorum et sanguinis effusionum Christi ac compassionis Deiparae virginis Mariae, tum vt aperiatur nobis fons vitae coelestis et rerum spiritualium ac

---

[a] *inflictae* ms.

diuinarum contemplatio et gustus in Christo, augmentum etiam virtutum omnium, amor vocationis nostrae, instituti et finis Societatis.

12.° die considerand sunt vulnera omnia, illa praesertim X.ⁱ resuscitati, et cum magna cordis nostri exultatione et iucunditate meditandum, quomodo vulnera illa confortabant corda apostolorum. Addatur etiam consideratio exultationis et gaudii, quod ex illis percipiebat beatissima V. Maria: fiet, Christo propitio, vt exhilarent [a] ac roborent vulnera illa cor nostrum in X.º

13.° Eadem vulnera Christi gloriosissima regnantis in coelo contemplandum, quae sunt supra quam a nobis intelligi potest fulgentissima atque speciosissima. Illa decore suo ac fulgore diuino penetrent corda nostra, **583** exhilarent atque confirment. Addamus etiam B.mae V. Mariae diuinam illam consolationem in fulgore illorum vulnerum in coelo.

Postremo considerari possunt vulnera Christi, vniuersum orbem iudicantis, quae summo gaudio et animi consolatione replebunt animos iustorum et corpora; damnatorum vero et animos et corpora summo terrore, horrore atque dolore afficient.

Potest etiam haberi illa contemplatio vtilis, facilis et quotidiana, vt frequenter consideremus Deum esse praesentem, vt infinite bonum, simul vt infinite iustum; ita concipiamus ex priori consideratione amorem Dei et filialem timorem, ex 2ª. vero timorem initialem vel etiam seruilem, qui tamen non excludat charitatem, sed introducat et augeat.

584 ✝ Jhs.

RATIO QUEMADMODUM RECITARI POSSIT ROSARIUM [b] VITAE CHRISTI, SI QUIS EX DEUOTIONE MOUEBITUR AD ILLUD RECITANDUM.

Poterit recitari rosarium vitae domini et saluatoris nostri Jesu Christi, vitae scilicet increatae, ac vitae creatae mortalis,

---

[a] *exhilerent* ms. — [b] *rossarium* ms.

postquam humanam carnem assumpsit vsque ad resurrectionem exclusiue, tum vitae creatae immortalis, infrascripto modo [1].

Pater noster, etc. *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto,* etc. —Considera mysterium aeternae generationis Jesu Christi domini nostri, qui aeternaliter a sempiterno Patre est genitus. «Filius meus es tu, ego hodie genui te [2]»; et non recitatur hic salutatio angelica, ad significandum Christum dominum in hac generatione non habere matrem.

Pater noster. Aue Maria.—Considera incarnationem Jesu Christi, domini nostri. Elisabeth a sacrosancta virgine visitatam etc. vsque ad natiuitatem.

585 *Pater noster. Aue Maria,* etc.—Pueri saluatoris nostri natiuitatem et reliqua primi anni eius vitae mortalis mysteria, pastorum, scilicet, circumcisionis, magorum, praesentationis, et vsque ad fugam in Aegyptum, vbi fuit vsque ad annum sextum, quo rediit: pro 4 vero annis, qui inter primum et sextum intercedunt, recitantur ex litaniis quae sequuntur:

Pater de coelis Deus, miserere nobis; et est annus secundus vitae Domini mortalis.

Fili, redemptor mundi, Deus, miserere nobis; et est annus tertius.

Spiritus sancte, Deus, miserere nobis; et est annus quartus.

Sancta Trinitas, vnus Deus, miserere nobis; et est annus quintus.

Pater noster. Aue Maria, etc.—Considera mysterium reditus ex Aegypto in Nazareth, beato Joseph reuelatum. «Ex Aegypto vocaui Filium meum [3]»; et est annus sextus vitae mortalis, inter quem **586** et duodecimum, quo continetur mysterium, quando fuit inuentus Dominus in templo disputans cum legisperitis, intercedunt quinque anni, pro quibus recitantur ex litaniis, quae sequuntur:

---

[1] Hujus rosarii spherulae majores et minores in margine codicis ita circulis notantur, ut singulis *Pater noster* majores circuli respondeant, dempto *Pater noster* anni 33 vitae Christi, cui respondet crux in margine descripta. Caeteris vero invocationibus parvi circuli appositi conspiciuntur. Omnes autem circuli linea inter se in rosarii formam connectuntur.

[2] Ps. II, 7.

[3] OSEE, XI, 1; MATTH., II, 15.

Sancta Maria, ora pro nobis; et est annus septimus.

Sancta Dei genitrix, ora pro nobis; et est annus octauus.

Sancta virgo virginum, ora pro nobis; et est annus nonus.

Omnes sancti seraphim [a], *orate pro nobis;* et est annus decimus.

Omnes sancti cherubim, [b] *orate pro nobis;* et est annus vndecimus.

Pater noster. Ave Maria, etc.—Considera mysterium, quando dominus Jesus fuit ab eius sacratissima virgine matre (die 3.° postquam eum amiserat) inuentus in templo, in medio doctorum, et est annus $12.^{us}$

Reliqui sunt 17 anni vsque ad 30^{m}, pro quibus prosequendum est in litaniis [c].

Omnes sancti throni, orate pro **587** *nobis;* et est annus $13.^{us}$

Omnes sanctae dominationes, orate pro nobis; et est annus 14.

Omnes sanctae virtutes, orate pro nobis; et est annus 15.

Omnes sanctae potestates, orate pro nobis; et est annus 16.

Omnes sancti principatus, orate pro nobis; et est annus 17.

Omnes sancti archangeli, orate pro nobis; et est annus 18.

Omnes sancti angeli, orate pro nobis; et est annus 19.

Omnes sancti patriarchae, et prophetae, orate pro nobis; et est annus 20.

Omnes sancti apostoli et euangelistae, orate pro nobis; et est annus 21.

Omnes sancti discipuli Domini, orate pro nobis; et est annus 22.

Omnes sancti innocentes, orate pro nobis, et est annus 23.

Omnes sancti martyres, orate pro nobis; et est annus 24.

Omnes sancti pontifices et confessores, orate pro nobis; et est annus 25.

588 *Omnes sanctae virgines et viduae et continentes, orate pro nobis;* et est annus 26.

Omnes sancti et sanctae Dei, intercedite pro nobis; et est annus 27.

---

[a] *seraphin* ms. —[b] *cherubin* ms. —[c] Haec 13 verba addita sunt in margine a Nat.

Sancte angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate superna custodi semper, rege, atque guberna; et est annus 28.

Sancte N. ora pro me peccatore. Hic nominabis sanctum, pro tua peculiari deuotione. Quod si aliquos praeterea sanctos in huiusmodi rosario nominare volueris, poteris singulis ordinibus sanctorum coniungere nominatim quos velis.

Pater noster. Aue Maria, etc.; et est annus 30, quo continentur misteria, scilicet: venit Jesus in Jordanem ad Joannem, vt baptizaretur ab eo, etc. Descensio Spiritus sancti in forma columbae. Testimonium Joannis Baptistae, «Ecce Agnus Dei [1]» etc. Jeiunium et tentatio in deserto, etc. Quae **589** mysteria et reliqua, quae suis annis vel annotata sunt, vel annotabuntur, non ideo intelligas attingi, vt quoties preces ex huiusmodi rosario offerre velis, toties ea omnia meditari et considerare debeas; sed vt habeas mysteria in singulis globulis designata, quibus ita vti poteris, vt singulis diebus generalem quidem omnium mysteriorum habeas memoriam; vnam autem quotidie accipias, incipiendo a primo globulo, de quo mediteris; consistet vero meditatio in suo globulo, qua absoluta, poterit progredi rosarii recitatio.

Pater noster. Aue Maria, etc.; et est annus 31, quo continentur mysteria, scilicet: nuptiae in Cana Galileae, quando Dominus conuertit aquam in vinum. Initium publicae praedicationis Domini. Demoniacus ad Capharnaum liberatus; et quod circuibat dominus Jesus docens et sanans omnem languorem. Laeprosus **590** mundatus. «Domine, si vis» etc. «Volo: mundare [2]». Centurionis puer sanatus. «Domine non sum dignus [3]» etc. De filio viduae suscitato. De quietatione maris ad uisum Christi. De duobus daemoniacis. De paralytico. De muliere, quae fluxum sanguinis patiebatur. «Si tetigero [4]» etc. De filia archisynagogi suscitata. De duobus caecis illuminatis. De muto daemoniaco. De conuersione Magdalenae et ministerio Marthae, etc.

Pater noster, qui es in coelis. Aue; et est annus 32, quo diuersa etiam continentur mysteria, vt est illud: «Fatigatus Jesus

---

[1] JOAN., I, 29.
[2] MATTH., VIII, 2, 3.
[3] MATTH., VIII, 8.
[4] MATTH., IX, 21.

ex itinere, sedebat sic supra fontem, et ecce mulier Samaritana [1]» etc. De regulo. «Vade, filius tuus viuit [2]». Refectio quinque milium quinque panibus. Ambulatio supra mare, etc. De languido sanato ad probaticam piscinam. De caeco nato. De sermone Domini. «Ego sum pastor bonus [3]» etc. De muliere **591**
Cananea. «Domine, dimitte eam» etc. «Non sum missus nisi» etc. «At illa magis clamabat... Non est bonum sumere panem... Etiam Domine: nam et catelli [4]» etc.

Pater noster; et est annus 33, quo tres tantum menses superuixit. In eo continetur plenitudo miraculorum et consummatio mysteriorum omnium mortalis vitae Domini: ex quibus sunt ea, scilicet: 2.ª refectio turbae septem panibus. De caeco Bethsaidae sanato. Confessio Petri. «Tu es Christus Filius Dei viui»... «Tu es Petrus» etc. «Tibi dabo claues [5]» etc. Sermo Domini. «Si quis vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam [6]», etc. Transfiguratio Domini. De spiritu muto et lunatico. De adolescente. «Vade et vende omnia [7]» etc. At ille tristis abiit. Suscitatio Lazari. Decem laeprosi sanati in via, qui clamabant: «miserere nostri», etc. E quibus vnus et ille
592 samaritanus, «regressus est cum magna voce magnificans Deum [8]» etc. De Zacheo. De multis caecis illuminatis. De die palmarum et gloria susceptionis Domini in Hierusalem. De coena Domini. Postremo hic continentur omnia mysteria sacratissimae et acerbissimae Christi passionis vsque ad sepulchrum inclusiue. Posset hic dici loco angelicae precationis, vel simul cum ea, versiculus ille, scilicet: «O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus [9].»

Pater noster. Aue Maria, etc. Mysterium sacratissimae resurrectionis domini nostri Jesu Christi; et est initium vitae eius creatae immortalis. Adde mysteria 39 dierum vsque ad ascensionem.

---

[1] JOAN., IV, 6.
[2] JOAN., IV, 50.
[3] JOAN., X, 11, 14.
[4] MATTH., XV, 22-28.
[5] MATTH., XVI, 13-19.
[6] MATTH., XVI, 24.
[7] MATTH., XIX, 16-22.
[8] LUC., XVII, 12-19.
[9] JEREM., THREN., I, 12.

Pater noster. Aue Maria, etc. Mysterium admirabilis ascensionis Domini, etc. vsque ad pentecosten.

593 *Pater noster. Aue Maria,* etc. Mysterium missionis Spiritus sancti in apostolos et discipulos, etc.

Pater noster. Aue Maria, etc. Considera quum Christo domino data fuisset protestas omnis in coelo et in terra, vt coelum et mundum vniuersum et specialiter suam sanctam catholicam, apostolicam atque orthodoxam ecclesiam romanam gubernet; pro hac Deum deprecare.

Pater noster. Aue Maria, etc. Considerabo qualiter sua infinita misericordia instituerit Societatem Jesu, ac qualiter eam vniuersam, praepositum generalem, prouinciam, collegium, in quo sum, et superiores omnes meos, animam praeterea et corpus meum [regat], pro quibus omnibus Deum deuote precabor.

Pater noster. Aue Maria, etc. Qualiter omnes animas ab hac vita mortali migrantes iudicet particulari **594** iudicio, vel ad infernum, vel purgatorium, vel paradisum, Dominus, et meam, dum migrauerit, iudicabit, etc. Orabo pro hora mortis et pro animabus purgatorii.

Pater noster. Aue Maria, etc. Qualiter in nouissimo et in magno illo die vniuersam carnem iudicabit et reddet vnicuique iuxta opera eius, bonis scilicet vitam et gloriam sempiternam, malis autem mortem et ignem aeternum. Orabo vt in die iudicii liberet me Dominus, etc.

Non est autem praetermittendum vt, sicut sub quolibet globulo fit mentio alicuius anni vel mysterii vitae Domini, sic etiam gratiae habeantur et agantur Deo, pro Xpi. domini eius anni meritis et mysteriis, et per ea simul vt aliquid ab ipso petatur per merita et mysteria eius anni, vt diligenter exerceantur illae partes orationis, gratiarum **595** actio, petitio et obsecratio, si non in singulis globulis, saltem nominatim in globulo, in quo de mysterio peculiariter meditaberis. In vniuersum autem, post absolutum rosarium, de omnibus gratias agas, per omnia aliquid petas.

Sunt in hoc rosario globuli 42, signo crucis pro vno computato, qui numerus poterit etiam referri ad significationem 42 ge-

nerationum dominici generis: ab Abraham, scilicet, vsque ad Dauid sunt generationes 14. A Dauid vsque ad transmigrationem Babilonis, generationes 14. A transmigratione Babilonis generationes 14 vsque ad Jesum Xpm. dominum nostrum, qui cum Patre ac Spiritu sancto viuit et regnat Deus in saecula benedictus. Amen. Laus Deo.

POTERUNT ET QUAE SEQUUNTUR APPLICARI AD ROSARIUM VITAE X.[1]

Potest, qui volet, in percurrendis **596** 42 globulis versari in petitione virtutum, donorum, etc.; vt si primo globo petat fidem et eius incrementum, petat vero cum gratiarum actione atque obsecratione per merita illius anni, vel per virtutem illius mysterii; 2.° spem; 3.° charitatem; 4.° prudentiam; 5.° temperantiam; 6.° fortitudinem; 7.° iustitiam; 8.° donum sapientiae; 9.° donum intellectus; 10.° donum consilii; 11.° donum fortitudinis; 12.° donum scientiae; 13.° donum pietatis; 14.° donum timoris Domini; 15.° beatitudinem paupertatis spiritualis, et promissionem coniunctam regni coelorum; 16.° beatitudinem mititatis [a] et terrae, tum meae, id est potentiarum, tum viuentium possessionem; **597** 17.° beatitudinem luctus cum consolatione spirituali; 18.° beatitudinem esuriei et sitis iusticiae cum spiritus gustu, nutritione et satietate; 19.° beatitudinem misericordiae cum consecutione misericordiae a Deo; 20.° beatitudinem munditiae cordis cum visione Dei, in hac vita, per fidem et dona spiritus, et contemplationem viae; in futura, per beatificam visionem; 21.° beatitudinem pacis conciliandae inter Deum et homines ac inter homines ipsos, inter me et Deum, et homines, cum selecto dono filiationis diuinae; 22.° beatitudinem persecutionum propter iustitiam cum consummatione regni coelorum in nobis; 23.° Petamus similiter fructum spiritus, charitatem; 24.° fructum gaudii spiritus; 25.° fructum pacis sanctae atque spiritualis; **598** 26.° fructum patientiae; 27.° fructum longanimitatis; 28.° fructum bonitatis; 29.° fructum benignitatis; 30.° fructum mansuetudinis;

---

a Sic, pro *mansuetudinis*.

31.° fructum fidei; 32.° fructum modestiae; 33.° fructum continentiae; 34.° fructum castitatis. 35.° Ad confirmandum votum paupertatis, petenda gratia, et ad illius obseruationem perfectam. 36.° Idem agendum de voto castitatis. 37.° Idem pro obedientia nostris superioribus praestanda, et per hanc Deo. 38.° Idem pro voto obedientiae, quod facit Societas professa summo pontifici, et pro 4.° scholasticorum. Nouitii vero ad desiderium suorum votorum referre haec quatuor loca possunt. 39.° Petenda gratia pro intelligentia catholica et orthodoxa sacrarum literarum et diuinarum traditionum; **599** 40.° pro intelligentia sacrorum canonum, tum summorum pontificum, tum conciliorum; 41.° pro intelligentia sacrorum doctorum, et aliorum omnium scriptorum catholicorum, tum omnium scientiarum, quae ad sacras literas intelligendas et ad animas iuuandas sunt vtiles. 42.° Petendum vt nobis gratificetur Deus veram intelligentiam instituti Societatis, et spiritualem fortitudinem et vires praeterea ad illud implendum, ad maiorem gloriam diuini nominis, et multarum animarum salutem.

Qui literis operam non dant, in his 4 vltimis signaculis poterunt orare, vt haec 4 donet Deus Societati, sibi vero vt in simplicitate cordis et humilitatis, possint illa per superiores intelligere, quae sunt necessaria et vtilia ad vocationem suam perfecte implendam.

Qui in Societate non viuunt, hi, si religiosi non sint, in 35 possunt petere paupertatem spiritus, et auaritiae odium. In 36 castitatem, ad quam tenentur, et eius perfectionem. **600** In 37 obedientiam ad spiritum Dei, ad bonas inspirationes, ad rectam rationem, et ad eam, si quam debent, oeconomicam obedientiam vel politicam. In 38 obedientiam ad principes seu superiores, vel ecclesiasticos, vel seculares. In tribus sequentibus, si praelati, parochi vel theologi sint vel theologiae studiosi, idem quod nostri petere poterunt: alii vt Dominus dignetur largiri intelligentiam illarum rerum ecclesiae et eius praelatis, concionatoribus, parochis etc., et per hos sibi. In 42 vt Dominus gratificetur intelligentiam spiritus pro suae vitae gubernatione ad gloriam diuini nominis [a].

---

[a] Sequuntur 8 paginae vacuae, numeris 601-608 signatae.

609 DE TONIS

Ad tonos nullus eat, qui occupatus necessario sit in suo officio. Praefectus tonorum dabit thema pro tonis particularibus.

Coadiutores temporales non erit necessum tonis adesse; poterunt tamen adesse, non facere tonos vel concionari.

Nouitii poterunt adesse tonis collegii, nisi eadem hora in propriis officiis occuparentur.

Toni in collegiis ne intermittantur haberi diebus dominicis, scilicet, et festis post meridianam quietem, per quartam partem horae; sed tamen necesse non est vt in aliis prouinciis illa actio vel pronuntiatio adducatur, quae solet Romae fieri. Sat esto si, eisdem verbis conseruatis, in his tonis, quos dicimus communes, vel aliis verbis adhibitis ad imitationem communium, in his tonis, quos particulares dicimus, nostri in tonis exerceantur; pronuntiatio vero 610 et vocis accommodatio et tota ratio actionis fiat vt postulabit nationis vel regionis natura et consuetudo. Nam primus tonus [a] enuntiat. Secundus mouet affectus suauiter. Tertius deterret.

Hae igitur tres varietates fiant vt exigit regionis conditio et vsus; faciant vero tonos duo vel tres, pro multitudine fratrum; nec intermittantur communes toni, tametsi frequentius fiant particulares.

DE PROBATIONIBUS

Ii, qui iam sunt in domum recepti, nisi omni ex parte illis fidat superior, non eant peregrinatum [b] soli, quasi pro experientia.

Quando nostri peregrinantur, non debent diutius morari in hospitalibus. Visitare tamen infirmos deberent quandocunque in ipso recto 611 peregrinationis itinere xenodochia occurrerent.

Ad inseruiendum xenodochiis et eam probationem explendam non negligant superiores nostros mittere: qua in re illud est

---

[a] *totus* ms. —[b] *perigrinatum* hic et alias ms.

considerandum diligenter, num conueniat nostros solos eo mittere, num vt illic continenter dies et noctes sint, vel aliquot horas antemeridianas, et item aliquot pomeridianas, pro rerum, locorum ac personarum qualitate. Neque enim in consuetudinem est ducendum, vt illuc non dormiant nostri, quod in aliqua prouincia ceperat fieri, cum illud possit ex instituto fieri, cui fidendum est in Domino.

612 DE HOSPITALIBUS [a]

Illi, qui deputantur ad ministrandum xenodochiis, nulla ratione nec inseruiant mulieribus, nec illarum ingrediantur habitationes; nec etiam ibi confessiones audire [aliquis] poterit sine particulari facultate, et tunc socium habebit domesticum, qui vtrumque videat et confitentem mulierem et confessarium, vt solet.

Aduertatur quod ad xenodochia poterunt mitti primo qui veniunt ad Societatem, etiam antequam ad primam probationem recipiantur, si non habeatur eorum tanta satisfactio, quanta requiritur, et sic ex tali missione ad xenodochia habebitur experientia quid de illis sperandum sit: praeterea mittuntur iam recepti ad xenodochia pro probatione ordinaria. Alii possunt mitti, vt iuuentur in spiritu, etiamsi multos annos exegissent in Societate; **613** alii, quia de illis superior dubitat an recte procedant, aut etiam vt inde occasionem sumat illos ex Societate dimittendi; in omnibus vero procedatur cum omni consideratione in Domino. Possunt etiam nostri ad hospitalia mitti pro ministerio ordinario Societatis.

Nostri, qui inseruiunt hospitalibus, vel qui in his, qui in carcere detinentur, iuuandis occupantur, possunt quidem curare vt eleemosynae dentur pauperibus illis, sed omnino eas dari curent alicui homini ad hoc delecto probatae fidei. Ipsi enim eleemosinas ne accipiant distribuendas, nisi si quando erit omnino necessarium, et id quidem cum superioris speciali facultate.

---

[a] Hic titulus prius scriptus fuerat ante praecedentem paragraphum. Deinde huc translatus est.

DE EXERCITIIS SPIRITUALIBUS

Si aliquis per conuersationes 614 externas iacturam sentiret spiritus et aliqua ex parte secularis fieri, et parum aedificare proximum, seipsum iuuare contendat ordinariis Societatis remediis, diligenter et industrie in spiritus suauitate. Remedia autem ea intelligo, quae adhiberi solent: nempe, legere libros spirituales vel partem eorum, externas etiam mortificationes exercere; omnia vero ex consilio vel confessarii vel superioris; qui, ex rei et personarum varitate, varia addere poterunt vel etiam mutare media, et curent omnino ne negligatur mentis dissipatio ex deuotionis iactura.

Exercitia spiritualia dentur iis, qui in Societatem admittuntur, nec videtur causa vlla esse posse cur mutentur in alias experientias, seu probationes, sicut caetera mutari possunt cum iudicio et dispensatione superiorum. Nam et iis, qui pro coadiutoribus corporalibus recipiuntur, dari debent, moderatione tamen adhibita, 615 pro eorum captu. Itaque omnibus erit per exercitia transeundum, cum hac obseruatione, vt ii, qui sunt ad Societatem determinati, non dentur electiones, saltem de statu. Facilius autem dabuntur omnibus exercitia primae hebdomadis cum aliquibus meditationibus, vt introducantur in rationem meditandi: nec tamen omittatur quin dentur vniuersa, exceptis electionibus, vt dictum est, cuiuis idoneo; neque videtur esse ratio vlla posse cur omnia non dentur idoneis. Haec ita in vniuersum dicuntur: particularia ordinarii superiores viderint.

Exercitia nostris dari solent duobus modis: vno ad probationem simul et fructum spiritualem, alio tantum ad fructum spiritualem. Priori modo dantur, vel in prima probatione exercitia primae hebdomadis, vel, vbi sunt ingressi secundam, statim etiam reliqua. Hoc priori modo sumitur experientia, quantum et qua ex parte 616 spiritus possit, is qui exercetur; non solum quaeritur fructus spiritualis. Secundo modo dantur exercitia, vel propter necessitatem, vbi aliquis fieret remissior in rebus spiritualibus, vel infirmior; vel etiam ad maiorem fructum com-

parandum in spiritu; quae omnia erunt sita in iudicio et gubernatione superiorum.

Mulieribus ne dentur exercitia sine consensu maritorum, aut parentum, aut tutorum, neque monialibus absque consensu suorum superiorum. Liberis vero mulieribus vt dentur, eo maius erit consilium et prouidentia adhibenda. Et aliis quidem [a] mulieribus dantur fere primae hebdomadae paulo amplius sine electionibus. Monialibus autem plura etiam, cum iudicio tamen et sine electionibus, saltem status. Aliis item mulieribus, non nisi in ecclesia; monialibus, vbi designabunt earum superiores, modo in sua **617** clausura ipsae sint, nostri exterius, intercedente ferreo cancello, et velo, vt solet.

Eligantur ad danda exercitia, qui ad hoc talentum acceperint, et dentur cum magna exactione cum dantur integra; quando vero integra non dantur, seruentur vltimae regulae ex iis, quae habentur in principio exercitiorum.

Qui hactenus e nostris exercitia non egerint, illa transigant et exacte quidem, si eorum patiatur valetudo vel capacitas, adhibito iudicio superioris, absque electione status; poterit tamen fieri electio de eo quemadmodum in Societate proficiant magis, omnia subiiciendo superiorum arbitrio, quicquid in hoc genere elegerint.

Externi (si fieri potest) domi exercitia non accipiant; si qui tamen domi accipiant, ii soluant impensam.

618 Quod vt plurimum fieri ita debere, ex eo principio deducitur, quod nimirum profitemur paupertatem. Quamobrem cauendum est ne simus profusi in expensis, ad quas non obligamur, nihilominus tamen, si vel collegium esset diues, vel rector honesta ratione agendum aliter censeret, vel non dubitaretur quin ille esset facturus satis ex se, non opus foret quicquam exigere.

Consuetudo tamen exercendi intra collegii septa meditationibus externos sicubi fuerit, non immutetur, nisi extra collegium idem fieri commode queat. Quod si intra collegium dentur exercitia, id fiat separato ab habitatione fratrum loco, quoad eus fieri poterit.

[a] *quibus* ms.; sed melius in *Cod. Vatic. 3*, Natalis manu *quidem*.

Vbi essent externi, quibus exercitia primae hebdomadae essent subministranda eam ob causam tantum, vt generalem rectius instituerent confessionem, vel **619** alioqui si non exacte exercitia traderentur, non expedit vt domi vel in collegio excipiantur.

Magna diligentia adhibeatur, vt qui talentum videntur habituri ad tradenda exercitia, illis exacte tradantur; et in hoc sciant omnes magnam esse vim positam, hinc ingentem sperari debere fructum, hoc esse primarium ministerium Societatis et imprimis efficax; habeatur igitur delectus eorum, qui hac facultate valent, et hi primum nostris dent exercitia ex superiorum obseruatione et instructione; dein externis, vt superioribus videbitur.

DE TENTATIONIBUS

Si aliquis e nostris diceret superiori, se id non posse facere, quod illi praescribitur, ne continuo eatur ad suspitiones, vel iudicia; sed causa inuestigetur, cur ita dicatur, nam ea esse **620** potest infirmitas corporis vel etiam mentis, vel ex his mixta, vt fortassis non possit, et mentis quidem vel voluntaria vel inuoluntaria, vel omnino mixta ex vtraque; hoc est desolatio, taedium, ariditas mentis, melancholia, quae solet inuitis euenire, vel vitium aliquod, vel partim vitium partim desolatio: haec vero inquirenda sunt absque praeiudicio in alterutram partem, composito ac quieto animo. Si igitur reperiatur esse causa infirmitas corporis, et fides habenda est illi praedicationi impotentiae, et adhibenda remedia infirmitati, tum per medicum, tum per superiorem, si videretur vtile, vt mutetur eius occupatio in aliam, vel detur otium, praesertim si proueniat infirmitas ex lassitudine. Si non est haec causa, sed mentis desolatio, vel etiam melancholia, aspere tum cum his non est agendum, sed suauiter; et tametsi reuera ille mentis affectus non faciat illam **621** impotentiam, sed solum animi infirmitas, dissimulanter tamen est agendum et curandum variis mediis et experimentis vt illo fastidio leuentur. Iuuabit autem alias illi occupationes dare, quae spectant ad animi exhilarationem. Sin causa deprehendatur voluntaria, ibi vero vtendum remediis valentioribus, sed moderate tamen et amanter

exhortandus ad meliora serio, tum a confessario, tum a superiore, et huius consilio etiam ab aliis idoneis, augendum tempus orationis, concedendus frequentior vsus sacrae communionis, inducendus ad exercitia spiritualia. Breuiter: illis mediis vtendum, quorum est vsus, si aliquorum conuersatio non placet superioribus; et eo diligentius, si duplicitas animi accedat ad deprauationem; et haec quidem fiant donec constituatur, an ille retinendus in Societate sit.

Nominatim vero proderit si praedictis fere omnibus, dato tempore aliquo **622** occupationibus vacuo ac libero, dicatur cum industria et modo decenti, bonum fore vt alia exercitia experiantur. Verbi gratia: qui dicit se non posse concionari, confessiones audire, legere, aut studere, statuatur in officio aliquo domestico moderate, vt ferre potest. Confert etiam vt curetur illis dici a medico, qui reuera ex imaginatione laborant propria, nulla eos detineri aegritudine corporali. Item, facere vt intelligant necesse esse vt se adiuuent, et dimittant conceptas apprehensiones, vt melancholias et voluntarias [a]; proderit autem ad hoc vt exeant aliquando in vineam aut villam, aut mittantur in aliud collegium, vt 12 uel 15 diebus relaxato animo vacent, et alia huiusmodi, quae Deus indicabit superioribus. Iam, si mixtae erunt infirmitates, mixta erunt remedia adhibenda.

Si quis animaduertatur in **623** vocatione inconstans vel incertus aut minus rectus vel purus, quod ad finem attinet, quemadmodum (quod Deus auertat) si studendi desiderio trahatur, vt deinde ad seculum redeat, aut huiusmodi sit aliquid impuritatis, admoneatur eius confessarius vt eum diligenter ea de re examinet, qui si notabile quid in eo inuenerit, illum non absoluat, non ob id solum quod sit ille casus reseruatus, sed etiam quod censeatur status peccati mortalis, a quo si non recedat, non potest absolui; et tamen si reducatur, mittendus est ad superiorem pro casu reseruato.

Si esset domi quisquam aduersus maiores suos male affectus, ac animo inquietior, si id a superiori non possit deprehendi, id

---

[a] Sic; at superflua videtur particula *et*.

tamen sciet confessarius, qui postquam omnia adhibuerit, quae ad conscientiae forum spectare nouerit, copiam ei faciat scribendi **624** prouinciali, ac simul iubebit bono eum esse animo, et deponere omnem illam cogitationem, epistola vero ab ipso confessario mitti poterit; responso vero accepto, iubebit illi acquiescere.

Cum sint praeueniendae tentationes fratrum, vbi superior certo sciet aliquem tentandum ex aliqua obedientia, et speret tamen illam posse vincere tentationem, non omittet, quin illam praescribat, et tamen vtile esset vti insinuatione aliqua, vt vel libenter obedientiam illam susciperet, vel bono animo vinceret difficultates.

Si vero certa esset coniectura quod non esset subiturus obedientiam, nec superaturus difficultates, esset consultius et vtilius vt illi non imponeretur illa obedientia, sed esset animus adiiciendus serio vt iuuaretur, donec illam et omnes obedientias posset facile subire. Iis tamen posset **625** id praecipi, quod non essent facturi, si consulto ita uideretur agendum ad captandam occasionem, vnde possent eiici e Societate, qui alioqui viderentur eiiciendi.

DE ELEEMOSYNIS

Nemo omnino eorum omnium, qui in obedientia Societatis viuunt accipiat, ne nomine quidem eleemosynae, pro quouis ministerio aliquid, quod sciat quouis exteriori signo pro ministerio dari; et tamen viuent professi ex eleemosynis, eorum etiam, qui apud ipsos confitentur, et quibus concionantur. Collegia quoque, quibus redditus non sufficiunt, ex eleemosynis viuent, etiam iis, quas largientur discipuli, aut alii eorum parentes vel tutores. Si tamen isti omnes dicerent: propter hoc ego do tibi, non essent **626** accipiendae, atque adeo vbicunque intercedit signum sensibile, quod detur vnum pro altero, illud accipere non possumus. Vt si statim post celebratam missam, aut confessionem auditam, aut habitam concionem daretur eleemosyna, etiamsi dicerent quod non pro ea daretur.

Nostri non accipiant eleemosynam vt aliis eam [a] distribuant, sed tantum dicant offerentibus, vt ipsimet illam tradant; et poterunt dicere quibus eam dare debeant, postquam id cum superiore communicauerint, quam facultatem accipient ab iis, qui dare volunt eleemosynam secrete, et quia interdum solent personae, quibus erogandae sunt, esse verecunde pauperes, curent superiores omnibus in locis, vt habeant aliquam externam personam familiarem magni exempli et securitatis, quales non solent deesse, quae possunt distribúere tales eleemosynas.

627 Nullum possumus nos obire ministerium, pro quo, quum nos nihil ne nomine quidem eleemosynae accipere possimus, alii tamen accipiant. Vt si quis rogaret a nobis missas, pro quibus ipse acciperet eleemosynas pauperibus erogandas, vel vt doceremus in collegio exigeret, et ipse didracta [b] ab auditoribus acciperet in pauperes distribuenda.

Si quid domum ad nos mittatur nomine eleemosynae vel vtcunque donationis, si quidem accipiendum sit, petatur cui mittatur vel detur. Si alicui nominatim, ne accipiatur, nisi profiteantur se illi non dare sed communitati.

DE LITIBUS VEL REBUS FORENSIBUS

In iudicio literae apostolicae non **628** producantur, citra peculiarem, aut certe generalem prouincialis consensum; is vero hoc in consultationem suorum deducat, ac etiam aliorum, quos iudicabit esse consulendos. Ex harum autem praesentatione si consentientibus consultoribus timeretur scandalum, consulendus prius esset generalis.

Si rector daturus est literas procuratorias alicui, vt census collegii recuperet, habeat prius facultatem eius rei a prouinciali in genere vel in specie.

Si rector aliquem contractum sit initurus, admoneat diserte prouincialem, et accipiat ab eo facultatem, si eam habuerit prouincialis.

Quod ad legatum seu donationem attinet, quae fiat Societati,

---

[a] *eas* ms. — [b] Sic, pro *didactra*. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 565 et 584.

exigendam, negocium detur alicui externo, de quo bona sit spes fore quod diligentem ea in re se praebeat **629** et fidum cum authoritate literisque procuratoriis Societatis, qui singulari moderamine omnem operam adhibebit, omniaque experietur media vt, aliorum cum aedificatione, recuperetur quod legatum Societati fuit vel donatum. Quam in rem, dum de recuperandis donatis vel legatis agitur iuridice ac litigiose, vel omnino ad forensem aliquam causam, nullus e Societate sese ingerat: quod si vehemens aliqua necessitas id flagitaret, possit aliquis de Societate cum illis, apud quos lis agitur, priuatim agere, quae viderentur dicenda, modo publice in iudicio nullus e nostris compareat, sed procurator dumtaxat.

DE NEGOTIIS

Non fit contra regulam, quae prohibet **630** geri a nostris negocia secularia, etiamsi pia sint, si quis alicui, quem confidat fore in pauperes misericordem, siue illius audiat confessionem, siue non audiat, commendet vt det vel aliunde conficiat eleemosynam pro pauperibus; modo eleemosynae illis pauperibus non per nostros distribuantur; quae tamen intelligenda sunt, si quis habeat a suo superiore eam facultatem, siue in generali, siue in particulari, de illis rebus tractandi.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

Beneficia ne recipiantur a nostris, quasi in depositum, et vt solet dici in confidentiam, vt scilicet alii accipiant fructus et ad eorum voluntatem resignentur, quibus et quando velint.

Professi vel coadiutores, beneficia nec **631** recipere possunt, nec sustinere possessionem eorum, si quam habuerant; alii, etiam si habeant vota, possunt quidem sustinere possessionem eorum, quae habent, donec censeat superior; noua recipere non possunt, nisi siqua sint, ad quae ius aliquod ipsis competat legittimum. Nam votum paupertatis simplex in his, etiamsi non priuet iure vel praesenti vel futuro, si quod habeant, ad beneficia, nouum ius adquirere vetat; proprietate vel praesenti vel debita ex iure praesenti non priuat; noua, etiam futura, priuat.

Haec quum ita sint, curata tamen beneficia vel adire vel retinere non permittuntur nostri. Similiter dicendum de adeundis haereditatibus secularibus. Nam professi vel formati coadiutores nullas possunt adire, nec illorum nomine collegia vel domus. Alii, etiam si vota ediderint, possunt ea retinere vel adire bona, ad quae ius habebant quum vota ediderunt, non ad alia [a]. Sustentare enim in hac ratione **632** paupertatis possunt sua iura, vt distribuant; noua iura vel bona adquirere non possunt. Sin vota non ediderint, non solum possunt ea bona retinere, quae possident, et illa adire, ad quae ius habent, sed noua iura et bona adire. Et haec quidem dicta sunt ex ratione voti. Nam faciet forsan [b] offendiculum quod capient, qui erant successuri ad bona, quae noster, habens vota, adit, vt res tota fiat dificilis et vix possimus ius nostrum obtinere. Viderint superiores. Verum quid dicendum quando iussus est aliquis distribuere vel renunciare bona vel beneficia, siue ante, siue post uota scholasticorum? Nam hic priuatur legittime et iis bonis, quae possidet, et iure quod sibi competebat ad futura. Quid igitur de iis, ad quae ius nullum habebat? Nam his etiam se priuat. Videtur dicendum eo etiam iure se priuare, hoc est omni spe bonorum, vt est in constitutione. Nam si iuri [c], quod ei legittime competit, iubetur renunciare, multo magis ei [d], quod illi adhuc non competit.

633 DE LECTIONE ET ALIIS CIRCA MENSAM

Cum fit lectio mensae, reliquis ceremoniis, si quae irrepserint, praetermissis, vbi primum mantile explicuerit qui primus assidet mensae, lector, pileo deposito, signet se signo crucis, impositoque pileo capiti, nisi quando legitur caput ex euangelio, lectionem incipiat, reliquis nihil horum agentibus; nec est consuetudo vt ad finem lectionis dicatur: «Tu autem, Domine», etc.

Si superior collegii praesens sit in refectorio, dicet benedictionem mensae, aut designabit, qui dicat. Idem faciet minister, absente superiore. Si vero vterque absens fuerit, magister no-

---

[a] *ad* posterius additum fuit. —[b] *forsam* ms. —[c] *iure* ms. —[d] *eo* ms.

uitiorum eam dicet. Si autem hic desit, tunc sacerdos, qui primum locum dextrae partis refectorii tenet, benedictionem dabit.

634 Nemo, praeter superiorem, in mensa loquatur, nisi qui vt lectorem corrigat sit institutus, a quo lector correctus bis repetet, etc.; superior tamen non facile quemquam alloquatur in mensa.

ORDO CULINAE

Fiat fornax parua ac cooperta, apertis foraminibus, quae excipere possit ollas omnes, quae igni sunt apponendae, ad eam speciem, quae Roma peti ac mitti potest, facile descripta; ita fiet vt quae in olla coquenda sunt pro domesticis, minori longe impensa parentur.

Praeter hanc, furnus fiat paruus, vbi caro assari potest, et ex ouis, herbis et caseo confectae placentae, **635** quae solent in Italia diebus sabbatinis ad prandium vel coenam, vt minor fiat impensa, parari.

Post prandium et coenam, transacta media hora prioris quietis, vnus vel duo vel plures fratres, prout opus fuerit et frequentia collegii patietur, vestiti saccis ex lino crasso ab anteriori parte cum manicis, destinentur ad scutellas abluendas et discos, etc. atque hi mutentur suis diebus.

Comprehendantur autem in his per vices suas, non solum sacerdotes, sed omnes etiam superiores, neque vllus excludatur, nisi cui notabile damnum afferet illud exercitium, ex praescripto medici; hoc vero facient dimidia hora. Nam nimium grauari videntur fratres, si totam horam quietis dent illi exercitationi, etsi confestim a prandio vel coena.

636 DE REFECTORIO

In quatuor parietibus refectorii ponantur optimae imagines, inter quas non desit coena Domini, et haec quidem in capite solet affigi.

Quando fit concio in coenaculo, sit semper aliquis theologus, pollens iudicio, qui obseruet concionantes, num aliquid dicant reprehensione dignum, quod ad doctrinam pertineat; non debet

tamen illos concionantes interpellare, sed concione peracta, antequam e suggestu descenderint, illos emendet publice, si res fuerit manifesta, magna suauitate et moderatione, ne confundantur ex his, quae per imprudentiam dixerint. Si vero res fuerit dubia, illam notabit et conferet et resoluet cum superiore, ac deinde die sequenti curabitur per aliquem alium publice emendari. Et quia difficile esset hoc onus vnum solum sustinere, vbi est magna **637** copia fratrum et conciones sunt quotidianae, cura haec detur tribus aut 4, ad id munus aptis, quorum quilibet sua hebdomada munus suum obibit. Praeterea obseruabit alius actionem concionum tantum; hic erit praefectus tonorum et qui actione in concionando ipse valeat; non erit tamen necessarium vt inter concionandum illos emendet, quemadmodum eos solet, qui faciunt tonos; sed postquam e mensa discesserint, tametsi poterit etiam aliquando inter concionandum (consulto tamen superiore) emendare.

Materia concionum refectorii erit conformis ei, quae habetur in 3.ª parte [Const.], cap. primo. Addetur praeterea materia, qua videbuntur iuuari posse fratres, pro ratione temporis et necessitatum collegii spiritualium, non tamen secretarum. Materiam vero siue thema dabit superior vel praefectus tonorum, a superiore instructus, **638** vna hora antequam sit concionandum, nisi ad mortificationem vel probationem nonnunquam statim daret.

Collatio fiat ex pane solo, tantumque 4.ª pars eius panis apponatur, qui ordinarie vno pastu comeditur, vel etiam 5.ª

Vt initium fiat comedendi, nullum sit signum aliud, nisi cum incipiat superior, qui in refectorio fuerit, aut qui primus consederit [a].

Vt vero finis sit, non sit aliud signum, quam quod ille idem exurgat; quod antequam faciat, dicat lectori: «Satis est», et expectet donec omnes absoluerint, nisi fortassis abuti videretur aliquis illa moderatione, et postquam nullus comederet, ipse tamen longius perseueraret comedens. Porro comode fieret vt, qui

[a] Hoc verb. obscure notatum et emendatum est.

praeest mensae, etiamsi ante alios absolueret suum prandium vel coenam, tamen ne mantile suum plicaret priusquam alii absoluissent; frustula etiam panis com**639**ederet minuta, ne si ipse omnino cessaret, alii qui ampliori cibo egent, permoti illius exemplo, celerius desinerent quam illis vtile esset fortassis.

Vinum, antequam apponatur mensae, misceri poterit aqua, prout validum fuerit, et est vtile hoc fratribus vt ita fiat; quantum vero aquae sustinere possit, id iudicabit rector; et adiungent tamen singuli aquam, cum bibent.

Consuetudo, quae fuit antiqua, vt, qui ad mensam legit, dicat aliquid super his, quae legit, non necessario obseruanda est. Huic tamen alia successit, vt, qui legit, si quid sibi notatu dignum videatur, illud repetat; si quis tamen aliquid vellet dicere, non esset interpellandus, modo commode videretur esse dicturus.

Ad refectorium, si simul cum rectore veniat prouincialis suus et commissarius, sedebunt hi primi loco suo et gradu. Si ex iis ne rector quidem adsit, nihilominus non erit **640** vacuus nisi vnus locus, et secundo sedebit minister, si fuerit sacerdos, quod deberet esse. Si vero contingeret simul et rectorem esse in mensa et ministrum (quod non solet esse), minister non habebit locum certum in mensa, sed sedebit inter simplices sacerdotes. Post rectorem vero vel ministrum, vbi in refectorio non aderit rector, succedent professi inter se sine ordine. Deinde sacerdotes alii, item inter se absque ordine. Inter fratres etiam nullus erit ordo seruandus, nisi quod subminister primo loco sedebit. Si vero contingeret adesse prouinciales vel rectores externos, habebunt quidem externi prouinciales vel rectores locum ante prouincialem vel rectorem illius collegii.

Assignetur mensa vna, in qua sedeant ii, qui aut conualescentes sunt, aut valetudinarii [a], aut ex naturali aliqua necessitate necessario delectum aliquem **641** ciborum seruare debent ex praescripto medici ac etiam superioris; et sit aliquis coadiutor exercitatus [b] [qui] commode illis cibos [c] apponat, ita fiet vt reli-

[a] Verba *conualescentes sunt aut valetudinarii,* alia manu scripta sunt. — [b] A verbo *seruare* usque ad *exercitatus,* posterius addita fuerunt in margine. — [c] Hoc verb. additum posterius.

qui omnes vno eodemque cibi genere et obsequii modo vtantur facilius.

Singulis diebus a prandio et coena mundentur mensae, condanturque omnia et vasa et mantilia in locum suum, qui necessario habendus erit iuxta refectorium, vel in refectorio, si commode fieri potest.

Quotidie abluantur ante prandium et vesperi ante coenam ciathi, et coclearia mundentur, si illis vsi fuerint. Reliqua vasa aquae et vini bis in hebdomada mundentur. Quod si saepius opus fuerit, iudicent superiores.

Oportune incipiant mensae sterni, ita vt parata sint omnia cum pulsabitur quadrante ante prandium [a] et coenam, quo tempore incipient aquam apponere et vinum.

Ordo praeparandi mensam hic erit: vt sint orbiculi pro singulis, ac super unoquoque ponatur panis, supra panem **642** mapula complicata, ante orbiculum autem cultellus cum cocleari.

Cum apponitur primum ferculum, quod antipastum vocamus, ante orbem cuiusque locabitur, et quod reliquum fuerit vel ossium vel fructuum, etc., in disco reponatur, qui, vbi scutella adfertur, amouetur; illa vero super orbem collocatur.

Antequam absoluerint appositam offam, ne expectandum sit, afferantur carnes vel pisces vel oua in disco, quem vnusquisque ante orbiculum statuet, acceptoque ex eo cibo, eo quod supererit in discum reposito, discum orbiculo cooperiet, et promouebit ad aliam mensae partem.

Vasa vini sint mediocriter grandia, vt vinum capiant, quod tribus ad minimum satis sit ad vnam refectionem, ea sint, si fieri possit, ex stanno.

Vasa aquae sint intus et foris vitriata, ciathi vero eius capacitatis, quo satis sit vt quis ordinarie semel bibat, nec ad summum implendus sit cyathus [b].

643 Ad apponenda vasa vini et aquae fiant quidam tanquam orbiculi ex ligno, ita excauati, vt bases vasorum capere possint: si ita fieri non posset, tabellae idem fere praestabunt. Apponatur

---

[a] 3 verba praecedentia alia manu exarata sunt. —[b] 6 ult. verba addita posterius.

autem vas vnum vini, et aquae alterum, pro tribus; et locentur e regione eius ex tribus, qui in medio sedet.

In refectorio inseruiant scholastici. Poterunt etiam frequentius adhiberi nouitii, si qui in collegio probabuntur, praeter eum, qui refectorii curam habet et eius adiutores, qui sunt ordinarii ministri mensae; extraordinarii vero mutentur pro tempore, quod superiores iudicauerint.

Sit vnus in prima mensa et alter in 2.ª, qui dicatur censor mensarum, atque hic videat si quid desit; praecipue vero obseruet quem modum in comedendo fratres seruent, an aliquid agant inter comedendum, quod minus deceat, an comedant cum voracitate, an immoderate vinum bibant, **644** an potent aquam ex vase ipso: denique sit earum rerum obseruator, quas constitutiones exigunt, hoc est: vt cum temperantia, honestate, et decentia interna externaque cibus sumatur. Itaque hi obseruatores singulis hebdomadibus mutentur ad primam et 2.ªᵐ mensam, qui praeter id munus, quod dictum est, etiam eos adiuuabunt, qui refectorio ministrant, in rebus praesertim extraordinariis, in quibus fortasse erratur. Intelligantur haec in amplioribus collegiis; in aliis poterunt esse censores, qui mensae inseruiunt; vel etiam aliquis ex his, qui comedunt; vel is, qui primus sedet in mensa.

Vbi sumptus est cibus, apponatur senis vel etiam pluribus quibusque discus vnus, vt singuli micas, quae ante ipsum residuae fuerint, in illum coniiciant, et quod ante se fuerit mantili mundet.

Quod residuum fuerit ex portionibus **645** fructuum, colligatur. Carnis etiam et panis frustula, absoluta mensa, in ollam, et quod reliquum fuerit offae, coniiciantur pro pauperibus. Atque haec committantur duobus fratribus, qui illa colligant et distribuant in pauperes, et priusquam dent, iubeant eos aliquam recitare orationem, aut paulatim doceant eos doctrinam christianam, nisi fuerint tales personae, cum quibus non ita agi conueniat. Totum autem hoc iudicio superioris fit: duoque isti fratres singulis hebdomadis mutari poterunt [a]. Caueat autem superior

[a] Quae sequuntur usque ad finem huius tituli posterius addita fuerunt.

ne sit tenacior erga pauperes: indulgeat potius vt maiuscula frustula panis et carnium vel piscium, frustula etiam casei et pauci fructus residui separentur pro pauperibus, curet etiam vt non solum offae, quod fratribus [a] remanebit, pauperibus detur, sed ordinet vt plus offae paretur quam pro fratribus, et omnia dispensentur pauperibus, inter quos eligatur semper aliquis verecundus, qui non teneatur venire ad ianuam.

DE VOTIS

In renouatione votorum videntur esse describenda vota ab vnoquoque et subscribenda nomina atque cognomina propria, adiecto loco, die et anno confirmationis. Praeterea sit liber quidam, quasi votorum archetypus [b], vbi descriptum sit votum, cum primum editum a quouis fuerit, manu propria etiam subscriptum, cui **646** voto subscribent identidem sua nomina et cognomina in renouatione cum die et anno, et testabuntur se vota renouasse, subscribet item suum nomen, qui fecerit sacrum, in quo sint vota confirmata, et hunc librum habebit rector.

Describantur vero a singulis tam saepe ad maiorem deuotionem et spiritus recreationem, maioris item obseruationis causa et confirmationis, fitque simul subscriptio in libro, firmioris recordationis causa, quandoquidem facile possunt paruae ac dissolutae chartae, vbi essent ipsa vota, perire.

Absolutis primis duobus annis, omnes emittent vota sua iuxta constitutiones, et si forte dubitaretur de alicuius profectu, non ideo debet ille **647** intermittere vota, quia remanet semper libertas illum dimittendi et a votis absoluendi, si non satisfecerit vocationi suae.

Qui, astrictus voto, recipitur in Societatem, si votum non sit religionis determinatae, dixit congregatio generalis [1] ei suspensa esse vota, donec sit in Societate, etiamsi non faciat professionem. Ratio vero est: nam quando est nouitius absque votis, suspenditur illorum votorum executio, et commutatur in

---

[a] *fratibus* ms. hic et infra. — [b] *architypus* ms.

---

[1] Congregatio prima, decr. 132. Cf. *Instit. Soc. Jesu* (edit. cit.), II, 185.

exequutionem eorum, per quae se parat ad edenda religionis vota nouitius. Vbi vero edit vota simplicia, non solum executio censetur commutata, sed votum etiam in votum, quod etiamsi non sit solenne, est tamen perpetuum ex parte vouentis, et sic satis fit capiti *Scripturae,* extra. *De voto et voti redemptione;* praesertim quum plane impleat votum religionis, qui in Societatem admittitur et retinetur. Et tamen nostri, si **648** soluerentur votis, redituri essent ad priorum votorum obligationem. Quae vero sunt vota determinatae religionis, ea non intelligimus commutari, sed solemus hactenus videre, si ex merito personae videatur causa esse, quapropter facultate, quam accepimus dispensandi, vtamur in his, si tamen habitum nullum religionis induerunt; nam si induissent, res fuerit difficilior, et noua esset opus dispensatione.

Professi et coadiutores formati non renouant vota.

Qui student, et actu nouitii non sunt, renouabunt bis in anno vota: ad natiuitatem et festum D. Joannis. Erit autem conueniens vt id fiat die circumcisionis et die S. Petri et Pauli in Junio. Nam, quum sint confessiones agendae, ratio item conscientiae aperienda 6.° quoque mense, videtur cum instituto coniunctum, vt tunc fiat votorum renouatio. Adde consuetudinem, **649** etiam viuente P. Ignatio, et non est difficile interpretari constitutionem, quam facultatem det declaratio rectoribus, etc., illa tempora mutandi in particulari aliqua causa: vnde intelligi potest generali praeposito licere ex vniuersali causa vniuersaliter interpretari, saltem donec consulatur generalis congregatio, qua de re dicitur in Scholiis [1]. Sic est interpretata 2.ª generalis congregatio postea [a] [2]. Renouabunt item vota bis in anno, qui nouitii non sunt nec professi vel coadiutores formati.

Reliqui, qui vota habuerint, et actu nouitii sunt (sunt autem actu nouitii, qui non exegerunt biennium in Societate vel qui

---

a 7 verba praecedentia, addita a Nat. in *Cod. Vatic. 3* post 2.am congregationem, in hoc codice habentur paulo superius, inter verba *quam facultatem;* sed signo postea a Nat. notata sunt, ut in hoc loco ponerentur.

---

1 Vide NATALEM, *Scholia in constitutiones et declarationes,* pag. 324.

2 Decr. 64.

habentur pro nouitiis a suis superioribus, siue studeant, siue non), ter in anno renouabunt vota, nisi superiori videatur aliquando etiam saepius id esse agendum ab illis, ad promouendos eos ad deuotionem. Festa vero poterunt esse natiuitatis Christi, et S. Joannis: **650** reliqua festa 1 vel 2 eliget rector, modo examina fiant et generales confessiones sexto quoque mense et sua renouatio.

Qui in Societate supra duos annos non fuerint, cum primum edent vota, si suo arbitrio et deuotione eo tempore edere velint, vtile erit vt id faciant, etiamsi secreto tamen, adhibitis duobus testibus, vel omnino elapso biennio edant [a] ita vota, ac si tunc ederent [b] primum, vt illa non dicatur confirmatio superioris obligationis, sed noua obligatio; petant tamen formulam a superiore. Renouabunt autem ante biennium vota seorsum, non cum aliis, et tamen alta voce, sicut dictum est, et praesentibus aliquot ex domo, etc.

Modus autem renouandi vota hic erit: vt, sacerdote, post peractum sacrificium, non conuerso ad fratres, sed ad sanctissimum sacramentum, **651** et in alterum altaris latus secedente paululum, posito sanctissimo Sacramento super patenam, aut prolata custodia aperta, dicatur primo ab omnibus confessio generalis, et detur absolutio, deinde legantur vota a singulis ordine, manu eorum scripta et firmata, apposito titulo in hunc modum: confirmatio votorum tali die, etc. Atque vbi omnes legerint, accipit sacerdos sanctissimum sacramentum, et vertit se ad vouentes; hi dicunt simul «Domine, non sum dignus» etc.; et porrigit ordine singulis sacram synaxim, praeterquam sacerdotibus, qui postea celebrabunt. Haec est vsitata ratio renouandi vota in Societate ex interpretatione constitutionis.

Consuetudo iam obtinuit, vt pridie ante votorum renouationem sese semel omnes flagellent in choro quamdiu psalmus «De profundis» recitatur, praecedente letania cum suis **652** orationibus: at si multi fuerint, in tres quatuorue noctes praecedentes diuidantur. Qui autem hoc agent, sint ab aliis seiuncti vbi non videantur, extinctis etiam luminibus, etc.

---

[a] *edat* ms. —[b] *ederet* ms.

Significetur renouaturis vota, ea propterea renouari, vt memoria obligationis renouetur, et deuotio ad votorum obseruationem excitetur, simul vt purior fiat et perfectior Deo oblatio, et, si quid fuerat fortassis imperfectionis, depellatur, et firma semper sit obligatio, vel etiam perfectior, vel noua, si fictio aliqua intercessisset, quod nunquam erit, Christo propitio.

DE CONCIONATORIBUS

Ne det facultatem rector concionandi vel audiendi confessiones, nisi consulto prius prouinciali et de eius licentia. Esset vero securius, si illos **653** examinaret prouincialis ipse; sed tamen poterit ex informatione et sententia rectoris et consultorum absens praescribere.

Concionatores ne agant nimium confidenter in concionibus suis, sed paratam et scriptam, quoad eius fieri poterit, habeant concionem, quam etiam communicauerint cum superiore vel cum eo, quem ille designauerit, nisi sat sit eruditus et probatus concionator.

Habeatur aliquando concio latina ab scholasticis ad linguae exercitationem in refectorio.

Singulis noctibus a nostris in refectorio concionem habendam esse, in iis collegiis tantum intelligitur, in quibus plures sunt quam 50 scholastici. In reliquis habeatur vt minimum singulis dominicis diebus, aut singulis festis et dominicis, aut alternis, aut 3.° quoque die, prout videbitur superiori, et numerus fratrum feret vel postulabit.

Qui concionantur per pagos, possunt accipere refectionem, in honesta aliqua **654** domo. Quod si possit cibus sumi in hospitali vel domo curati, ne sumatur alibi, nisi prius licentia a rectore habita fuerit. Si vero nullus illum inuitaret, posset petere eleemosynam etiam ostiatim [a] ad cibum parcum, sed tamen ad necessarium.

Si possint pedites proficisci sine detrimento valetudinis, ita proficiscantur concionatores, praecipue si non longe habenda sit

---

[a] *hostiatim* ms.

concio. Alioquin vehantur equo eodem, equitando vicissim concionator et socius, si sit opus.

Illi, qui ex nostris comitatum eunt concionatores, si possunt, communionem accipiant [a] vbi habenda est concio, si quidem sint communicaturi.

Facultas concionandi in plateis dari poterit etiam a rectore, dummodo aedificatio et vtilitas appareat; cum consensu tamen episcopi vel eius vicarii id fiat.

655 Tametsi in regulis vltimis exercitiorum caueatur non esse quidem publice de praelatis aut principibus obloquendum, posse tamen nostros eos admonere sui officii priuatim; haec tamen admonitio cauendum est ne prodeat in publicam acerbitatem et infamationem; quod si timeatur, supersedendum est potius illa priuata admonitione et omnino enitendum, vt ea admonitio fiat per alium. Quod si necessitas vrgeat, et alius non sit, qui admoneat, tanta prudentia et animi moderatione res est transigenda, vt plane admonitio suauiter accipiatur, et fructum pariat bonum, neque vnquam fiat absque expressa facultate rectoris, nec hic eam det nisi id sibi liceat per prouincialem, saltem generali licentia.

656 DE SUBORDINATIONE SUPERIORUM

Minister, subminister et alii omnes officiales dependeant a suo superiore, quantum ad totum suum officium, ita vt nullus horum possit dicere superiori, hoc vel illud esse sui officii; relinquas me facere illud. Superior enim potest sibi reseruare quod ipsi videbitur, vbi censebit ita conuenire pro maiori Dei seruitio.

Interim tamen cuiusuis superioris est exercere officiales in suis officiis, et non gerere absque necessitate inferiorum officia; satis enim illorum officia faciet, si illos bene gubernauerit, et effecerit vt quilibet bene fungatur suo officio. Hoc tamen intelligitur (vt necessarium est intelligere) in his officiis, in quibus officiales non habent libertatem; vt sunt consultores, admonito-

---

[a] *accipere* ms.

res; superior enim non debet illos in eo impedire, in quo habent libertatem.

657 Multi superiores subordinati non impediunt sed potius iuuant gubernationem, et quietem subditorum expediunt. Subordinatio enim facit vt pendeant singuli a suo immediato, et per hunc omnes a mediatis superioribus vsque ad supremum; et fiat connexio quaedam et fluxus spiritus constans. Subditi autem hoc habent in omnem euentum leuamen. Nam si ex accidente aliqua tentatione vel perturbatione, vel aliqua quauis causa offendantur de superiore immediato, licitum est eis recurrere ad mediatum, et aperire ei suum animum, quod non solum de rectoribus et praepositis localibus intelligitur, sed etiam de prouincialibus.

DE APPELLATIONE INTER NOS

Nomina, quae acceperunt in baptismo nostri, ne mutentur, nisi sint **658** gentilium. Cognomina autem quando non recte sonarent, mutari possunt in alia, quae essent vel ex parte patris vel ex materna prosapia desumpta.

Dari potest nomen vicerectoris alicui, rectore absente.

Ministrum in Galliis, propter infamiam nominis ministri, comparatam [a] ex haereticis, vocare possunt magistrum domus, vel vicerectore[m], vt est in 4.ª parte constitutionum.

62

†
Jhus.

DEL MODO DE PROCEDER DE LA COMPAÑÍA [b] [1]

1. Aunque el modo de viuir de la Compañía, quanto al

a *comparatum* ms. —b Hic titulus Natalis manu additus est.

[1] Ex archetypo, a P. Jimenez scripto, et Natalis manu emendato et aucto, in codice *Collecta per P. Natalem,* foliis 346v-349r. Alterum exemplum hujus monumenti, ante Natalis emendationes transumptum, edidit P. Astrain, ex codice *Instructiones et regulae cum ordinationibus P. Natalis,* fol. 232, in *Historia,* pagg. 197-199. Hoc alterum exemplum in priori parte, quae hispanice est scripta, cum nostro archetypo concordat, paucis

exterior, sea común por justos respetos, es tamen de pobres; y, quanto al interior, se esfuerça con la gracia del Señor tener mucha perfectión.

2. Sigue la perfectión de todas las virtudes, en ellas, en el modo y circunstancias y más de las más perfectas, y muy intensamente la obediencia y la abnegación y oración mental exercitada y extendida en todas las operaciones; no dexa tamen la vocal, etc.

3. No busca ni quiere más del mundo, de lo que Christo nuestro señor, hoc est, ayudar á las almas y por esto padescer y morir y en todo imitar á Jesux.°

4. Examina con mucha diligencia la uocación de cada vno por spíritu y discreción, y la confirma y ayuda por largas probaciones, y specialmente por exercicios spirituales y exercicio de perfecta obediencia.

5. Tiene libertad grande en poner á cada vno en su grado y ministerio, probado su talento.

6. Tiene rigor *mesclado con suauidad* [a], constancia y vniformidad en todo su modo de proceder, hoc est [b], comer, uestir, y todas sus operaciones, procediendo fortiter et suauiter.

7. Tiene promptitud [c] en todos sus ministerios por salud de las ánimas.

8. Tiene inclinación special á ayudar que se conuiertan los hereges y infieles, y ansí tiene special luz contra las heregías y infidelidades.

9. Tiene la conuersación alegre, clara, deuota, fácil, familiar y común.

10. Tiene facilidad de hallar oración y á Dios N. S. en todas las cosas, mediante su diuino fauor y ayuda.

11. Sigue y abraça la verdad en todas las cosas y en ella se firma [d], y de ella se guía en el Señor nuestro.

---

[a] Haec 3 verba Nat. manu addita, omitt. alt. ex. —[b] Alt. ex. habet hispanice *esto es*. —[c] Alt. ex. *prontitud suma*. —[d] *afirma* alt. ex.

---

exceptis, quae proprio loco notantur. Altera autem pars, latino sermone lucubrata, in altero exemplo desideratur. Quae Natalis propria manu exaravit, italicis litteris notamus.

12. No tiene coloquio ni conuersación, sino por algún fructo spiritual mediate ó immediate.

13. Tiene mucha claridad y mucha charidad con todas las religiones y en la uerdad y gracia del Señor en ellas; y esto estiende etiam á todos los religiosos.

14. Dessea y se esfuerça á todos los hombres ayudar para la salud y perfectión de sus ánimas y vida y especialmente de poner cada vno en su vocación y uerdad de su camino para la gloria, de modo que conozca á Dios en spíritu, y pueda por sí, con la gracia del Señor, no solo ayudar á sí, mas etiam á los otros, con toda obediencia á la yglesia sancta y al vicario de Christo y sus legítimos superiores.

15. Procura de valerse de la virtud diuina, obrar siempre en el Señor, y en él ser, mouerse y viuir en spíritu.

16. Procura de caminar siempre de bien en mejor y obrar á mayor gloria y alabança de Dios.

17. Nunca han de ser ociosos; sino, quando en sus yglesias ó casas no tienen ocupaciones spirituales, van á buscar quien ganen á Jesuchristo, y han de tener el fin de la Compañía muy actuado siempre delante los ojos de su coraçón.

18. Sigue juntamente le perfectión de spíritu y doctrina, ministra tamen y haze principal instrumento del spíritu, y síruese de la doctrina y de todas las virtudes morales y actos dellas, y de todos dones naturales con toda libertad y claridad en el Señor.

19. Sigue y platica muy de ueras la mortificación en todas cosas que sean contrarias ó que pueda[n] impedir á la perfectión.

20. Sigue muy specialmente la obediencia del entendimiento.

21. Tiene libertad en el Señor de conuersar y tratar con todos, chicos y grandes, por salud de las ánimas; y con esto, no tiene familiaridad con mugeres, etiam deuotas; sino que trata con todas con grauedad paterna in Christo; y ansí no toma cura de monjas, por serle proprio de ayudar á todos, cada uno en su uocación, á seguir la uerdad y perfectión della á mayor gloria y seruicio de Dios N. S. y salud de las ánimas; y ansí predica y da exercicios y á monjas y á religiosos, y los reduze con la gra-

cia del Señor á perfectión de obediencia en manos de sus superiores, etc.

22. Tiene ordinario desseo de padescer opprobrios, iniurias, etc. por Christo [a].

23. Tiene la Compañía, *vltra los superiores, syndicos obseruadores* en las cosas exteriores, y superintendentes en las cosas interiores; *y vsa con mucha diligentia y fructo de los auisos dellos para aiudar á los suyos* [b].

24. Los superiores tienen bien con quien consultar; mas no son obligados á seguir el consejo de los consultores [c].

25. Tiene el general de la Compañía quatro assistentes [1], los quales obseruan su modo de proceder, y en sus casos pueden auisar la Compañía y congregarla para la prouisión dello, y deponer al general, si fuere menester, y ansí tienen los prepósitos locales y rectores sus consultores, los quales auisen al general y prouincial, etc., y los prouinciales los suyos, y auisen al general, etc.

26. También tiene sus casos reseruados á los superiores y consuetud que no haya cosa secreta fuera de la confessión, que no se pueda manifestar al superior.

27. Prometen en la Compañía los professos, y todos lo proponen y offrescen de no ser en ningún tiempo en alargar [2] la pobreza y modo della en la Compañía.

28. Offrescen todos que ninguna dignidad pretenderán, ni en la Compañía, ni fuera della, ni consintirán en la tal electión, sino por mandado del papa, del general, ó de la Compañía, *que oblig[u]e á peccado, mas ni el general, ni la Compañía puede á esto obligar sin semeiante mando del papa* [d], etc., según consta en las constitutiones y sus declaraciones.

---

[a] *injurias y trabajos por Cristo* alt. ex. — [b] Haec paragr. in alt. ex. ita habet: *Tiene la Compañía síndicos en las cosas exteriores y superintendentes en las interiores.* — [c] Haec paragr. et sequens obliteratae sunt in archet.; in alt. ex. habentur. — [d] Haec verba, a Nat. addita, desunt in alt. ex.

---

[1] Nunc quinque numerantur; tempore autem P. Natalis quatuor erant assistentes.

[2] Id est, *ensanchar*, relaxare.

29. Tiene la Compañía *gran* [a] indiferencia y plena resignación al Señor en mano y persona del superior.

30. Ninguno dura en la Compañía finalmente, ficto, y que de ueras no siga á Christo en la perfectión y se humilie plenamente en el spíritu de la Compañía.

31. Hay promptitud en la Compañía con la gracia del Señor de yr á qualesquier infieles, etiam adonde se vee facilidad de morir por Christo.

32. Camina por la uía del spíritu, y milita sub crucis uexillo Deo ac soli Domino, ac Ecclesiae eius sponsae, sub romano pontifice, Christi in terris vicario, seruit.

33. No se gouierna la Compañía ex jure comuni en todas cosas, sino por sus speciales priuilegios de la yglesia sancta *en muchas* [b].

34. Sigue la Compañía mucha exactión y diligencia en que, quando vna ánima le viene en manos, no dexarla hasta tanto que la ordene y concierte en el Señor en todo lo que es capaz para su salud y perfectión.

35. El modo de proceder de la Compañía es fortiter y suauiter, in spiritu et *veritate* [c], ut interior sit sensus, sit et uirtus spiritus, exequutio *suauis* in ueritate spiritus fundata amplexatur *autem* Christum [d] ut [qui est] uia, ueritas et uita.

36. Tiene special cuydado y obseruación contra toda nouedad de doctrina en la yglesia catholica, y ansí ella sigue la común doctrina de los santos y de los doctores comúnmente recebidos; y nueuas opiniones no las toma para hazer comunes, sino que las juzga ex comunium receptione, sin alguna curiosidad [e].

37. Spiritus Societatis, claritas in Christo occupans ac dirigens proprietate quadam spiritus in vnione charitatis perfectae atque ecclesiae et summi pontificis obedientia.

---

[a] Hoc. verb. omitt. alt. ex. —[b] Haec duo verb. omitt. alt. ex. — [c] *virtute* alt. ex. —[d] Pro his 8 verbis alt. ex. habet: *et verax et in virtute spiritus fundata; amplexatur vero Christum.* —[e] Alt. ex. *y nuevas opiniones no las juzga ex communi receptione, sin alguna curiosidad;* ubî forte aliqua verba omissa sunt a librario. Et hic explicit alt. ex.

38. Spiritus Societatis plena resignatio in viuacitate spiritus et vnione ipsius in Deum cum Christo. Itaque nihil habet proprii sensus, qui uere uiuit in Societate, uel etiam inclinationis *vel sentit vel sequitur,* nisi quo sentit inclinari superiorem; id enim si sentiat, illo toto animo fertur cum plena libertate; *rursum* ad aliud quoduis, *si illud* significet rursus superior. Tum etiam nullum amat secretum habere, nec in sua conscientia, nec in actionibus, nec amat, accipere secretum, praeterquam in confessione, quod non possit superiori explicare.

39. Fortitudinem habet magnam Societas in suis ministeriis ac rebus gerendis sui instituti ad iuuandas animas, et hanc a fine, qui perfectionem complectitur charitatis in Christo.

40. Habet libertatem quandam spiritus superiorem, ut facile sit Deum inuenire, hoc est, deuotionem atque animi quietem in Deo, tum etiam contemplationem in rebus omnibus [a].

41. Habet claritatem in rebus, ut nihil uideatur esse magis ab scrupulis alienum.

42. Sequitur uero in suis actionibus, et coniungit tria principia: diuinum, ecclesiasticum, morale; jus scilicet diuinum, ecclesiasticum et morale, quae necessario sunt coniuncta.

Tiene modo de hablar de las cosas spirituales y de todas, común, etc. [b].

63

P. HIERONYMI NATALIS

TRACTATUS DE TRADITIONIBUS ET CONSUETUDINIBUS SOCIETATIS JESU [1]

Multus est consuetudinum utilium et traditionum usus in Societate, ut in ecclesia Dei est et [c] in omnibus institutis religiosis.

DE TRADITIONIBUS SOCIETATIS [d]

Traditio Societatis dici potest quod praescriptum a Patre

[a] Haec paragraphus obliterata est. — [b] Haec ultima paragraphus addita est posterius, ejusdem P. Jimenez manu. — [c] Hoc verb. addidit Nat. — [d] Hoc verb. addidit Nat.

[1] Ex archetypo, a Natali propria manu emendato, in *Cod. Vatic. 6*, fol. 333-337.

Ignatio, quasi per manus acceptum, legitime est probatum; et tamen ex constitutionibus uel ex regulis auctoritatem non habet.

Consuetudo, quae nullo certo auctore, obtinuit tamen usu legittimam auctoritatem.

In traditionibus non sunt acta omnia Patris Ignatii, quae scilicet singulari priuilegio soli illi conueniebant, neque vt a nobis imitanda usurpabat [a], ut tam raro celebrare, non recitare horas canonicas, sed breuem numerum orationum ex rosario [b] [1]; non enim patiebatur uehemens deuotio uel frequenter illum celebrare uel prolixius orare; non habuit assistentes [c], etc.

Nonnullae traditiones aeditae sunt in 2.ª editione decretorum [d] primae generalis congregationis.

Traditio est ut ante biennium nulli dentur studia, nisi sua uoluntate uota emiserit. Ut professi quatuor uotorum doceant doctrinam xpianam. 40 dies, quo anno uota aediderint: deinde ex praescripto superiorum.

Ut fiat abstinentia diebus veneris.

Ut non fiat oratio communiter, sed priuatim a singulis.

Si in itinere unus incidat in morbum, remaneat alius, ut illius curam gerat.

Potest suscipi cura in moribus et doctrina puerorum pauperum orphanorum, similis conuictorum.

No sean confessores los de la Compañía de mochachos recogidos en congregationes, si no tuuiesen en lo spiritual toda autoridad y de disponer los muchachos de vna parte á otra.

Breuiter: dicit P. Ignatius: vbicunque sint societates aut congregationes, ne sint nostri ordinarii confessarii, nec quicquam curae accipiant earum uel illorum, qui earum societatum curam gerunt principalem.

Traditiones sunt Patris Ignatii trium impedimentorum interpretationes, 2.ⁱ, 3.ⁱ et 4.ⁱ, ut explicatur in scholiis [2].

---

[a] Emendatum a Nat. ex *neque nobis ut usurpando imitanda usurpabat.* — [b] *rossario* ms. — [c] Prius sequebatur: *noluit esse separatos nouitios,* quae delevit Nat. — [d] Emendatum a Nat. ex *inter in primis illa 100 decreta.*

---

[1] Cf. *Monum. Ignat.*, ser. IV, I, 475.

[2] Cf. NATALEM, *Scholia in constitutiones* (Prati, 1883), pagg. 5-7.

Ut habeatur uinea uel hortus, ubi recreentur fratres et ludant.

Ut canatur in choro missa, non solum uesperae; quae traditio non obtinuit in omnibus collegiis, nam in Lusitania nullus canit in nostris collegiis uel domibus; in reliquis Hispaniae non usurpatur gregorianus cantus, sed unitonus; Viennae etiam figuratus usurpatur.

Ut non habeat Societas protectorem certum, defuncto Carpensi cardinali, sed ut omnes cardinales sint uti protectores.

Non agere familiariter nostros cum foeminis, quae illustres non sint.

Ut literarum, quas scribit generalis, exemplum retineatur.

Ut toni fiant, et quidem praescriptis uerbis.

Ut breuioribus tunicis utantur coadiutores.

Dari reprehensiones publicas. Facere poenitentiam comedendo in paruula mensa.

Ne statim post biennium uel triennium fiant uel professi uel coadiutores.

Ratio uictus refectorii et mensarum, etc.

Ut cantentur matutinae in vigilia natalis Domini.

Ut, congregatis fratribus, dicantur litaniae.

Ne quid detur ad collationem preter panem in diebus ieiuniorum.

Colligi aliae possunt ex quodam quaternione, ubi primum scripsit P. Polancus, dein ego; et ex actis P. Ignatii [a].

DE CONSUETUDINIBUS SOCIETATIS VNIUERSALIBUS [b]

Lectio martirologii a coena.

Non abstinere die ueneris, ubi est ieiunium in hebdomade.

Renouare uota ad natalem Domini et festum diui Petri uel circiter: itaque non obtinuit constitutio.

Facere disciplinam, qui sunt renouaturi uota, dictis litaniis.

Facere disciplinam, qui ingrediuntur 2.am probationem, uel statim, uel cum persuaderi suauiter possint.

---

[a] Hanc paragraphum in marg. addidit Nat. —[b] Haec duo verba addita sunt a Nat.

Fateri culpam ex suggestu.

Et quidem, ubi generalis residet Romae, paucae sunt introductae consuetudines, nam uehementer et P. Ignatius et P. Laynez cauerunt nequa consuetudo introduceretur uel ritus, ipsis inconsultis. Tamen quae fuerunt introductae consuetudines, uiuente P. Ignatio, illae possunt habere uim traditionis; quae aliorum generalium tempore, eae erunt simplices consuetudines.

Ut singulis diebus celebrent omnes sacerdotes, etiam si ex constitutione non uideantur obligari.

Ut in diebus festis solennioribus fratres communicent, etiam si frequentius quam octauo quoque die uideatur id prohibere constitutio.

Obtinet consuetudo ut 8° quoque die fiat de rebus spiritualibus exhortatio, tametsi non sit necessum ex constitutionibus nisi 15° quoque die.

In domibus nouitiorum statuitur habendas exhortationes 8° uel 15° quoque die; usus tamen habet ut 8° quoque die non omittantur in collegiis [a].

Ut proponantur et fiant mortificationes, quo tempore fiunt uacationes studiorum, praesertim illae maiores diebus canicularibus.

Consuetudo ut habeamus coadiutores, qui ea obeant opera, quae sacerdotes non essent obituri, quae in genere sunt fabri lignarii et ferrarii, latonii [b], pictores, sculptores, tornatores [c], pistores, etc.

Non cauetur constitutione, ut non recipiatur ad Societatem, qui, natus 23 annos, non habet principium eruditionis literarum; et quando 3 capite declar. 4 part. statuitur de externis scholasticis, qui in collegia nostra accipi possunt, interpretamur constanter de nostris etiam.

Quae dicuntur 4 cap. 4ae par. constitutionum de renouatione uotorum, de solis scholasticis dicuntur; et tamen ea usurpamus pro omnibus, qui professi non sunt uel coadiutores formati.

Hactenus de consuetudinibus.

---

a Haec paragraphus obliterata est. — b Sic; *latomi*? — c *tornitores* ms.

Ut scribatur historia fundationis collegiorum. Scribatur praeterea chronicon Societatis. Ad haec catalogus professorum et coadiutorum formatorum, apposito die et anno.

Poterit ex examinibus visitatorum [a] confici catalogus omnium Patrum et fratrum collegiorum illius temporis.

Poterit ex eorum [b] relatione et scriptis colligi status collegiorum, quid curandum, quid cauendum, quid agendum, quomodo gubernandum quoduis collegium sit.

Sint multi in Societate, qui nec sint [c] scholastici, nec coadiutores, nec professi ex statu, nec habeantur [d] pro nouitiis. Exercebitur ita simplicitas et humilitas nostrorum [e].

Solent prouinciales et rectores, pro suo quisque ingenio, scribere ad generalem uarie; exemplum est Canisius, Lanoyus et Leonardus [f]; sunt admonendi quemadmodum debeant scribere et si quam habent phrasim in scribendo emendandam, eam [g] iubeantur emendare. Admonendi ne in alterutram partem sint nimii: vel querulosi et anxii, vel fidentes et securi. Hi laeta omnia scribunt: illi fere tristia [h].

Accuratissime est annotandum ea, quae debeant caueri in singulis partibus Societatis, praesertim in antiquis superioribus et ministeriis; et hoc quidem ex experientia sumi potest, supposita instituti intelligentia.

Constitutionum exemplar P. Ignatii est confirmandum, alioqui, ni probato eo a congregatione, non est fides certa [i].

Ex aliis partibus constitutionum et declarationum, tum ex examine et decretis congregationis generalis, consuetudinibus, traditionibus, in compendium colligenda, quae legunt nouitii in prima probatione.

Ne egrediantur domo nostri absque socio; parentur uero in singulis domibus et collegiis probatissimi ad hoc ministerium et multo diligentissime instruantur: hi referent ad superiorem quid egerit socius, etc.

---

[a] Emendatum a Nat. ex *meis examinibus*. —[b] Emendatum a Nat. ex *mea*. —[c] *sunt* ms. —[d] *habentur* ms. —[e] Ult. 3 verba addidit Nat.
[f] Ult. 6 verba obliterata sunt. —[g] Emendatum a Nat. hoc verb. ex *ut*. —
[h] Ult. 22 verba addita sunt a Nat —[i] Haec paragraphus a Nat. obliterata est.

Obedientiae et humilitatis perfectio in Societate exigit, si quis de quacunque re deferatur uel accusetur, ut is uerum statim fateatur superiori legittimo, in eodem foro tamen, in quo illud scitur, neque se excuset, totum uero se permittat uoluntati ac iudicio superioris sui; quod si uideat falsam esse delationem, uenia reuerenter petita, potest ueritatem suae innocentiae ostendere simpliciter, praesertim si eo res spectet ut periclitaretur de exclusione; porro si fides defensioni suae non adhibeatur, conseruet tamen pacem spiritus et patienter ferat etiam exclusionem; et tamen illi patet confugium ad commissarium uel generalem praepositum, apud quos similiter aget atque dictum est, eiusque consilio. Si id uelit praecipere obedientia, religionem adeat aliam, etiam si [a] excluderetur propter falsam delationem; quo euentu nihil potest esse acerbius nihil tristius [b]; nam si poenitentiae iniungerentur ac probationes, gaudendum potius, etc. Haec non solum ratio religiosae obedientiae nostrae postulat, sed diserte exponit ratio humilitatis tradita in exercitiis et locus ultimus 4.[i] capitis et 2.[us] § 7.[i] capitis examinis [c].

Num conuenire, Societati esset opere pretium, cum episcopis uel etiam summo pontifice, ut eos, qui dimittuntur a nobis post uota aedita, episcopi de manu nostra traditos exciperent, solutos quidem e Societatis obligatione, sed non ab speciali episcopi, cui traderentur [d], obedientia; praesertim sacerdotes, et si iniussi discederent, ut ab episcopis cogerentur ad nos redire uel sibi libere a Societate concedi.

Superiores Societatis omni studio et diligentia dent operam, ut habeant beneuolos, tum sibi et collegio, tum Societati, eos, qui gerunt primum magistratum, tum saeculare, tum ecclesiasticum; ea enim coniunctio non parum conferre poterit ad gubernationem collegiorum, et continendos in officio, siqui ex nostris discoli efficerentur. Esset etiam utile nonnunquam [e] cum illis familiariter agere de rebus et gubernatione collegii, praeser-

---

[a] Emendatum a Nat. ex *modo non*. —[b] Emendata haec 2 verba a Nat. ex *uel difficilius*. —[c] Ult. 5 verba addita sunt a Nat. —[d] *traderetur* ms. —[e] Emendatum a Nat. ex *Nonnunquam etiam esset utile*.

tim cum ecclesiastico, ubi [a] qualitas personae ad id inuitaret; hoc enim nonnumquam facere solebat P. Ignatius, quod tamen cicumspecte est imitandum. Esset etiam in primis utile [b], si cum summo pontifice familiariter etiam de rebus intrinsecis Societatis ac dificilibus agi posset, vel cum uno aut altero cardinali; ex toto collegio lectissimo [c].

64

†
Ihus.

ANNOTATIONES COMMUNES COLLECTAE EX VSU VISITATIONUM [d] [1]

Antequam dentur alicui uota solennia et de ea re agatur; in cuius est potestate ut illa dentur, is audiat confessionem eius generalem totius eius uitae; ea enim cognitione uti poterit, ne illi uota illa concedat ex his, quae alibi diximus de usu illius notitiae [2].

---

[a] Emendatum a Nat. ex *ubi praesertim*. —[b] Emendatum a Nat. ex *Romae etiam esset in primis utile*. —[c] Sequitur duplex paragraphus obliteratus. —[d] Hic titulus est autogr. Natalis.

---

[1] Ex archetypo, Natalis manu emendato, in *Cod. Vatic. 6*, fol. 324-332. De tempore, quo hae annotationes scriptae sunt, si earum titulum initio positum consideremus, et aliunde ea, quae circa finem ait Natalis, «ut curet generalis ad se transmitti ex cunctis collegiis, quae extraxerunt superiores omnes prouinciales quidem ex litteris P. Ignatii, suis, P. Laynis, P. Francisci...»; facile eruitur Natalem sub P. Everardo Mercuriano collegisse et extrema manu donasse haec documenta, quae in variis suis prouinciarum lustrationibus annotaverat.

[2] Quae in hoc loco et alias asserit Natalis de usu notitiae ex confessione acquisitae, intelligenda sunt, non de confessione nuda, sed modificata et qualificata per redditionem rationis conscientiae ad normam nostrarum constitutionum. Tempore etenim Patris Natalis gravissimis theologis probabatur sententia, quae tenebat, salvo sigillo sacramentali, quod quidem servandum erat a superiore audiente confessionem subditi, posse illum uti notitia ex confessione habita ad subditi gubernationem, etiam externam; ita tamen, ut nemo omnino, excepto subdito, qui conscientiam suam superiori aperuerat, suspicari posset aliquid exterius a superiore ordinari ex notitia in confessione acquisita. Quae quidem sententia hodie prorsus rejicienda est. Cf. P. AUGUSTINUM OSWALD, S. J., *Commentarius in decem partes Constitutionum Societatis Jesu*, n. 385; S. ALPHONSUM M. DE LIGORIO, *Theol. Mor.*, lib. VI, n. 656; BALLERINI-PALMIERI, *Opus theol. moral.*, V, 377 et seqq.

Idem fieri debet ubi aliquis est creandus prouincialis, uel rector, uel in ministerium est mittendus, etc.

Complutensibus, quod non sint emendata exercitia, quae illis reliqui.

In collegiis, ubi nostri non possunt studiis grauioribus incumbere, nouitii nutriri poterunt commode.

Que no se interroguen todos de los superiores, sino solos los consultores, y los otros omnia bene interpretentur; quod si non possint, referant ad consultores et ipsi conseruent [a] ad mentis suae statum et humilitatem.

Vt nostri, non solum bene loquantur de sancto officio, sed curent ut deferantur haeretici, praesertim in Hispania [b].

Ordenar que no se haga contrato ninguno sin expressa licentia.

Caueant nostri ne indulgeant familiaritati mulierum, et non excusent quod non consentiunt passioni, uel quod non peccarent, etiamsi esset moriendum milies, etc.

Qui comes est alicuius, sciet quo est iturus a superiore, et ne illum alio comitetur; quod si mulieri secrete uult loqui, id non permittat, uel si quid loquitur, id faciat eo praesente et utrumque uidente. Intelligitur non eundum cũm socio, si alio uult ire quam accepit licentiam, nisi periculum esset apertum, ne solus ille abiret; sed rediens id statim renuntiabit superiori.

Quemadmodum de imaginibus fieri solet [c] Romae, ita de spherulis benedictis et de agnis Dei, rosariis et reliquiis, siquas habent nostri, fieri posset [d], vt mittantur sortes et mutentur [e].

Omnes coadiutores germani pedetentim studeant et discant scribere, ut tandem uel sint simplices sacerdotes, vel iuuare docendo in infimis classibus possint, et identidem recipiantur; quae videtur fore [f] piscationis in Germania utilis ratio.

Traditiones Societatis obseruentur et [g] consuetudines gene-

---

[a] Emendatum a Nat. ex *uideant*. —[b] Haec tria verba addita sunt ab ipso Nat. —[c] Emendatum ex *fiebat*. —[d] Emendatum ex *possit*. —[e] Haec omnia a verbo *rosariis*, excepto verbo *sortes* Nat. manu exarata et addita sunt in margine. —[f] Emendatum a Nat. ex *erit*. - [g] Haec particula addita est a Nat.

rales; nulla uero noua consuetudo generalis, uel particularis, uel regula vim [a] obtineat inconsulto generali.

Conferendum cum Patre quod regulas communes in Portugallia aliquas expunxerim, uel ad rationem regionis accommodauerim.

An retinendus sit usus diaconi et subdiaconi in collegiis aliquibus Hispaniae, etc., hoc est, Caesaraugustae.

An sit [b] in Portugallia introducendus cantus missarum et uesperarum diebus dominicis et festis.

Modus confessionalium 4 sedium, ubi nostri audiunt confessiones, is placet, qui in Germania est vsitatus, vt duae sint cellulae, vndique asseribus constantes, praeterquam quod sint aptae extrorsum, et craticula intercedat in pariete, qui diuidit cellulas, fortis quidem, sed suis paruis foraminibus distincta, tantum ad vocis receptionem. Ea est ex laminis ferreis exalbatis: in altera sedes est et sustentaculum ad sinistram; in altera commodum reclinatorium, quo nitantur genuflexi confitentes [c].

Pragae non recipiunt facile ut appellentur sacerdotes. Tum num sit mens Patris, ut sit media hora exercitii corporalis, ut uidetur esse praescriptum in regulis [d] rectoris.

An pueris Societatis possit concedi, ut ludant aliquando tempore quietis post prandium, ne fiant melancholici.

Scholasticis, qui non sunt approbati, potest ex constitutionibus plus dari temporis orationis; nam adhuc reputantur nouitii; ita fieret magnum compendium temporis ad orationem.

Vt eorum, qui, uel a nobis iniussi discedunt, uel dimittuntur, uel petunt ut ipsis uota soluantur, uel qui sunt inepti, ne soluantur facile uota. Illis iubeatur ut in seruitio alicuius ecclesiae uel praelati sint, praesertim si spes concipi possit in Domino hac ratione futurum vt ad bonam mentem redeant, nec existimationem interim Societatis sint lesuri [e].

---

[a] Hoc verb. addidit Nat. — [b] *sint* ms. — [c] Tota haec paragraphus a Nat. exarata est; nam prius haec tantum in ea habebantur: *De modo confessionalium 4 sedium, ubi nostri audiunt confessiones, placet quae fiunt in Germania.* — [d] *regulis in* ms. — [e] Haec ultima, a verbis *praesertim si spes,* manu Nat. addita sunt.

In fundationibus collegiorum tantum fiat mentio ministeriorum, ad quae praestanda obligat se Societas, ut constet Societati libertas scholasticos ex reditibus collegiorum alere in uniuersitatibus, et haec libertas, si fieri possit, explicetur in fundatione [a].

Ad titulum uoluntariae paupertatis, uoto quidem conceptae, et sufficientis litteraturae ex generali concessione sedis apostolicae, ordinentur nostri, uel interpretari potest ad hunc titulum ordinari; itaque si dimittantur a Societate, nil est quod episcopi conqueri possint; in paupertate enim uiuere debent, nec ipsi illos tenentur alere.

Vt separentur concionatores liberi, qui circumeant.

Que se atienda en España á hazer subiectos para que se pueda tomar assumpto de porcionistas como en Roma; porque con esto se hará seruicio al Señor, plazer á muchos príncipes, y se ganarán subiectos de buena manera.

Diligenter sunt, qui recipiuntur, interrogandi num diligant magis parentes quam Patres et fratres, et an uellent illum affectum abiicere.

Non ita est tractanda Germania, quasi negligatur, et quasi aliena natio; ne nostri etiam illud ferant egerrime.

Iurisdictio directiua, quam exercere potest in universitatibus Societas, declaretur pro collegio dilingensi.

Nimium delicate fere nostri nutriuntur, nec habent in uictu et uestitu et aliis obiectis patientiae probationem.

Vt non admittantur promiscue ad studia, uel grauiora, uel omnino ad studia, qui ad ea idonei non sunt.

Vt omnes, qui idonei uidebuntur, dent operam litteris humanioribus commode, praesertim in Germania [b].

Nullus procuret a suis accipere unde alatur in studiis, saltem suo consilio et voluntate, quod ne iubeant rectores absque consensu prouincialis, qui non consentiet, si inde nostros debilitatum iri timeat in vocatione vel religiosa disciplina [c].

Detur negotium rectori maguntino, ut emat bonos libros

---

[a] Haec 9 ultima verba a Nat. addita sunt. — [b] Haec 3 verba a Nat. addita sunt. — [c] Haec ultima, ab illis verbis *saltem suo consilio,* manu Nat. addita sunt.

Franchfordiae, tum etiam Antuerpiae nostri, et Louanii et Parisiis et in Hispania.

Los espejos de Maguntia y de Inglestat se quiten.

Qui sunt supremi in congregatione, ne agant cum tentatis, ut illos iuuent, nisi post adhibitos omnes consultores alios et praesidia, quae adhiberi possunt, vel saltem ne id faciant inconsulto superiore [a].

Cum primum ueniat uisitator, uideat si quis sit in collegio tentatus, et illius est cura peculiaris habenda, ne ueritus reformationem, propellatur a demone ad desertionem uocationis.

Est plenum periculi [b] ut nostri doctores disputent in scholis publicis et sint pars uniuersitatum; solet enim ex his ledi vehementer disciplina [c].

Sit disciplina peculiaris [d] pro professis et antiquioribus et specialis oratio.

Commissarius uel uisitator, postquam audierit confessiones generales, quando erit abiturus, audiat omnium reconciliationes, ut animaduertat quemadmodum melius habeant [1].

Vt, quando mittuntur ad initia collegiorum, non mittantur nisi qui sint probatissimi.

Exponenda est 2.ª pars constitutionum de dimissione, saltem causae dimittendi et usus ostendendus, et confirmandi nostri, ne animum despondeant propter dimissiones; ea est enim hominum malitia, Societatis uero perfectio.

DICENDUM IN COLLEGIIS, PRAETER CAETERA [e].

De praeparatione ad missam uel celebrandam uel audiendam.

De oblatione cordis in missa.

De mortificatione.

De obligatione constitutionum.

De libertate spiritus.

---

[a] Haec 7 verba Natalis manu adjecta sunt. —[b] Emendatum a Nat. ex *Est difficile*. —[c] Ultima 7 verba sunt addita a Nat. —[d] Hoc verb. a Nat. additum est. —[e] Prius ita hic titulus positus fuerat: *Fuit dicendum Compluti:* dein Natalis manu emendatum ut supra.

---

[1] Vide dicta superius, pag. 402, annot. 1.

De canonibus obedientiae.

De uotis simplicibus et eorum apologia.

De modo procedendi Societatis.

Studiose agere, ut simus deuoti.

Exercere operationes cordis in Deum, etc.

Nullus dimittitur a Societate absque causa, etiamsi possit absque culpa.

Quomodo ab ultima confessione est confitendum.

Quomodo ab ultima ratio est reddenda conscientiae.

Quemadmodum se gerere debeat cum doctoribus prouincialis.

Tentamus Deum, si non attendimus diligenter ad gubernationem: et hoc est accurate amplificandum.

Non uidetur obseruandum ut non recipiantur, inuitis parentibus, iuuenes, qui non sunt discipuli in Germania; quod ut sit facilius, curandum ut, si de aliquo sit dificultas, de eo ad principem referatur causa, et illius fauore uti possimus et molestias superare.

Est uehementi cura animaduertendum et cauendum ne inter rectores et prouinciales inueterascat discordia, uel inter ministrum et rectorem [a].

Obseruandum est vt [b] pro nullo dicamus missas, quas habeant pro obligatione, ne uel pauperum sacerdotum imminuamus prouentum ex his missis, uel ne omnino ad impuritatem hoc interpretari possit paupertatis.

Accipiant rectores ad noctem ab aedituis claues ecclesiae, quemadmodum solent domus accipere.

Interrogent confessarii de regularum inobseruantia in genere, nominatim de praecipuarum, et quos coniicient illas non solere admodum curare.

In uisitatione habeatur ratio ultimae uisitationis, et interrogentur alia, de quibus eo tempore non constabit; non ea de quibus ex superioribus examinibus constabit.

Curandum omni studio ut triennium tantum sint in officio

---

[a] Prius addita haec fuerant; *quod nos docent exempla;* quae deleta sunt. —[b] Emendatum a Nat. ex *Esset consultum si non.*

prouinciales, tum etiam commissarii, siquidem continenter sint futuri.

Videndum an in usu benedictionis mense romano fiant mutationes generales. Lanoyus introduxerat Pragae.

Visitato uno collegio, scribat qui uisitat substantiam uisitationis ad generalem praepositum, et expectet eius responsum, ne, si quid noui faciat, id generalis improbet ac mutet.

Statim cum uenit ad collegium uisitator, curet ut missae et orationes pro se et collegio [a] Deo offerantur.

Proueer á semejantes casos de de y de [b] y lo que los officios no sean sino ad tempus, aunque el otro no haya de ser tan bueno, y el bueno sea su consultor; y uer que mala ne inueterentur, sino que al principio se prouea y que se atienda al gouierno uniuersal, y que sea más de un secretario del general, y que los assistentes attiendan á sus prouincias, y que sean 3 comissarios continuos, vno de España, Italia y Sicilia, y otro del Settentrional y otro para India [c].

Vbi in aliquo collegio egent lectore uel concionatore, etc., et petunt a generali subsidium, non solum scribat id rector, sed prouincialis [d], qui bona fide videbit primum an ex prouincia possit illi necessitati prouideri [e]; quod si nulla ratione possit, tum tandem scribat.

An seruanda sit in Germania regula aeditui, quae iubet, pridie quam sit concio, uesperi esse pulsandum.

Si quis esset impure uocatus et uota primum fecisset etiam non integro animo, explicandum quod per renouationem illae tolluntur impuritates.

Qui promittunt distribuere bona post annum, quid de iis fiet, vbi discedunt ante? Videntur amplius non teneri. Dicendum

---

[a] Haec duo verba a Nat. addita sunt. —[b] Sic, tribus spatiis vacuis relictis. —[c] Prius ita scriptum fuerat: *Settentrional, y que luego que yo sea en Roma, salga otro uisitador general para España con licentia del rey, y para Francia y las otras prouincias setentrionales.* Postea, Natalis manu, ut supra. —[d] Prius ita haec scripta fuerant: *Vbi in aliquo collegio est necesse ut mittatur aliquis lector uel concionator, etc., non scribat id rector, sed prouincialis.* Natalis ut supra. —[e] Emendatum a Nat. ex *prouidere.*

illam promissionem esse conditionalem, scilicet, si in Societate perseuerent.

An usurpandum ut confessarii omnes confiteantur rectori, saltem singulis hebdomadis uel decimo quinto quoque die.

Caueri debet ne singuli commissarii generales Societatem ad suam rationem procedendi applicent. Ad hoc iuuerit ut exploratis superioribus uisitationibus uniuersalibus, ea probentur uel reprobentur, quae uidebuntur, et det[ur] certa ratio uisitandi.

Semestres confessiones et apertiones conscientiarum erunt utiles professis et coadiutoribus, si non renouationes uotorum.

An erit utile non dare litteras dimissorias his, quibus inuiti damus licentiam, ut Hierspech, et forma earum debet praescribi.

An fiet iusiurandum nil lucrari rectorem collegii commensalium, etc.

Si podrán iugar á los birlos, como hazen en sola Vienna.

Vt iuuetur collegium aliquod, proponere in congregatione omnibus: quid sibi uideatur agendum ad reformationem collegii; et ut singuli suam dent sententiam scripto.

Curare ut habeam librum B. Elisabeth Ziphra [1].

In Germania magna est habenda ratio principum, etiam secularium, ut illis satisfiat, propter eorum monarchiam.

Ne deterreant superiores suos consultores, contemnendo quae consulunt.

Continenda in officio animi magnitudo et [a] exultatio, quae solet proficisci ex deuotione uel rerum successu, uel sensu gratiae uocationis, uel ex desiderio iuuandi proximos, ne sensilis illa consolatio faciat ut minus considerate res agrediamur, quasi recta ratione neglecta.

Ne scribat secretarius ea, quae dicit superior [b], nomine suo; sed diserte dicat [c] illud dicere superiorem [d]; reliqua intelligatur scribere ex commissione.

---

[a] Haec particula addita est a Nat. —[b] Prius sic scriptum fuit: *Ne P. Polancus scribat ea, quae dicit Pater*. Natalis ut supra emendavit. —[c] *dicit* ms. —[d] Emendatum a Nat. ex *Patrem Nostrum*.

---

[1] De Elisabetha Cifra, vide *Epist. P. Nadal,* I, 8-10.

Danda opera, et omni studio contendendum et curandum, ut domus probationis erigantur cum redditibus ad eam rationem, quam ego saepe explicui, ubi scilicet [a] omnia opera domus professae plene exerceantur ex probatione, hoc est, per eos, qui professi adhuc non sunt, qualis est fundata Villareii in Hispania. Posset etiam institui domus probationis, in qua plane viuerent ex eleemosynis, quae non minus ipsi prouenturae sperari possunt, quam domibus professorum, eadem enim praestabit ministeria domus probationis atque professa [b].

Prouinciales in Germania possunt esse ex alia natione; non tam facile rectores: et non possunt tantum, sed debent etiam; nam, praeter alias vtilitates, illa etiam consequitur, vt qui ex germanis erunt idonei ad gerendas prouincias, ii conferre operas suas poterunt ad iuuandam ministeriis Societatis miseram ac calamitosam nationem [c].

Vbi fundandum collegium occurrit, antequam recipiatur uel aliquid promittatur, non sat est habere qui possint docere, sed oportet habere qui bene instituti moribus et religione bene ornati sint, et idonei ad gubernandum collegium, etc. [d].

Fiant missiones ex collegiis Germaniae, ut solent ex Hispaniae.

Quando datur alicui uiaticum, quantum id sit, significandum est illi, ad quem mittitur, ut sciat num nimium profuse expenderit, et quid reliquum fiat.

Scribant rectores si qui sint turbati, et quomodo habeant, quos scitur non solere esse quietos.

Ratio est instituenda quemadmodum probare possimus operas nostras in tam multis collegiis et tam uariis ministeriis, cum sint permulti imbecilles et quibus parum confidi possit, alii defessi et quasi defecti uiribus, et pauci qui idonei sint, quibus missiones committi possint, pauci qui superiorum munus gerere

---

[a] Hanc particulam addidit Nat. —[b] Natalis manu addita, a verbis *qualis est fundata;* quae quidem antea ita a librario scripta fuerant: *fit simul alantur nouitii ex dotatione et eleemosynis conquisitis.* —[c] A verbis *et non possunt* Natalis manu addita sunt. —[d] Ultima 5 verba addita sunt a Nat.

possunt; et quidem harum rerum remedium esse potest, primum, si purgetur Societas iis, qui parum hactenus satisfecerunt superioribus. Deinde, si magno cum delectu ad Societatem recipiantur. 3.°, si maiori studio et diligentia probentur, prolixiori etiam tempore, et ut seria opera detur instituendis domibus probationum, ut alibi annotaui. 4.°, ut confirmentur collegia recepta; et donec omnia sint confirmata, nullum nouum accipiatur, uel pauca omnino et insignia. 5.°, ut instituantur missiones in omnibus prouinciis, praesertim in Germania. 6.°, ut exerceatur disciplina in antiquiores. 7.°, ut instituantur commissarii, visitatores in nationibus, vt dictum est [a]. 9.° [b], ut generalis, aliis occupationibus praetermissis omnibus, attendat totus gubernationi. 10.°, ut assistentes curam habeant suarum nationum diligentem [c]. XI.°, ut fiant plures secretarii Patris generalis, et ne gerat omnia negotia, vel scribat omnes litteras unus. 12.°, ut maior cura habeatur Indiarum et Germaniae, et praesertim Germaniae, cuius, vt est in conspectu sedis apostolicae et occidentis totius, ignorari non possunt detrimenta, vt etiam secundae res: nam Indiae sat diligenter solet prouideri; harum enim [d] nationum ministeria augent Societatem uehementer. 13.° Videat litteras, quae scribuntur, generalis, eas praesertim, quae ad gubernationem attinent uniuersalem, uel singularem habent difficultatem. 14.° Dentur exercitia diligenter omnibus, qui exercitati non sunt, et certis temporibus repetantur [e]. 15.°, vt non sint Romae nisi selecta ingenia et indoles, et exerceantur in gubernatione, qui ad eam ualere aliquid possunt. 16.°, vt curet generalis [f] ad se transmitti ex cunctis collegiis, quae extraxerunt superiores omnes: prouinciales quidem ex litteris P. Ignatii, suis, P. Laynis, P. Francisci et ex commissariis: alii ex his, si quid habent; et ex prouincialibus, quae (inquam) extraxerint; ut omnino habeant earum rerum [g],

---

[a] Emendatum a Nat. ex *ut mittatur primo quoque tempore commissarius generalis. 8.°, ut quemadmodum in Hispania, ita instituatur commissarius in aliis nationibus commode.* —[b] Sic, numero 8.° praetermisso. —[c] Emendatum a Nat. ex *peculiarem.* —[d] Haec omnia a verbis *et praesertim Germaniae* addita sunt Natalis manu. —[e] tota paragraphus emendata a Nat. ex *Dentur exercitia diligenter, et inprimis Germanis.* —[f] Emendatum a Nat. ex *Pater.* —[g] Hoc verbum iteratum est.

quae [a] ad gubernationem attinent; nam multa fortassis erunt pro ratione temporum mutanda. 17. Colligantur item [b] Romae ex litteris P. Ignatii et Laynis ordines transmissi ad prouinciales uel rectores, et confirmentur, uel emendentur, si sit necessum. 18. Separentur extraordinariae, si quae videntur communicandae prouincialibus; nam sunt iam communicatae, quae sint ordinariae [c]. 19. Fiat accuratissima instructio, qua vtantur prouinciales, ad eos e Societate dimittendos, qui vel idonei non videntur, vel de quibus dubitant, vel a quibus scandalum timent, vel qui secretam aliquam habent causam, vel sunt importuni, vel negocium facessere non desinunt superioribus, et id genus de aliis, vt synceritati prouinciarum possit mederi; cum qua instructione esset coniungendum, vt liberum esset prouinciali in Vrbem aliquos, antequam dimitterentur, mittere, praesertim si qui essent, a quibus magnus fructus alioqui sperari posset [d].

65

Ihūs.

Fol. 260 PATRUM DICTA ALIQUOT

PATER NOSTER LAYNEZ [e] [1]

In hanc vallem miseriae detrusi sumus propter peccatum; ideo in ea non debemus expectare nisi castigationem et disciplinam a Domino.

---

[a] Quae praecedunt, a verbis *superiores omnes* manu Natalis adjecta sunt exceptis illis: *ex litteris P. Ignatii, suis;* qui locus ita prius habebat: *quae extraxerunt ex litteris P. Ignatii, suis, et prouincialium res, quod ad gubernationem attinent.* —[b] Hanc particulam addidit Nat. —[c] Ita, Natalis manu, emendatum. Prius ita erat: *Separentur quae extraordinarie et ordinarie spectant ad superiores, nam utrarumque est necessum ut accipiant a generali praeposito facultatem peculiarem propter offitium.* — [d] Tota haec paragraphus addita fuit manu ipsius P. Natalis. —[e] Hic titulus Natalis manu exaratus est.

---

[1] Ex archetypo, Patris Jimenez, ut videtur, manu exarato, et Natalis manu emendato, in codice *Collecta per P. Natalem,* fol. 260-264r, et 270v-273r. Alia monumenta a Natali collecta in *Monum. Ignat.*, ser. IV, I, 471, ex eodem codice protulimus. Hic autem reliqua ad historiam Societatis pertinentia hic damus. Folia codicis numeris crassioribus in textu notamus. Initio hujus monumenti haec nota habetur «R. 2.»

Multum proficeret homo in via spirituali meo judicio, si plantaret in corde suo hoc desiderium: velle in omni loco, tempore, actione, cogitatione, locutione, in omnibus denique, maxime placere Deo, et ad hoc applicaret studium suum.

Bonus subditus non debet considerare imperfectiones superioris, sed solum uirtutes, et in illo solum considerare Deum.

Signum boni Patris spiritualis, et eius, qui, velut alter Moses, vult se ex Aegypto remouere, et per desertum ducere te in terram promissionis est, si curat, et hoc a te quaerit, et in hoc te adiuuat, ut perdas affectum temporalem et carnalem, etiam naturalem, et facit propriam voluntatem vincere, et te tandem vniri cum tuo sponso, qui terra promissionis est, fluens melle et lacte.

P. FABER [a] MAGUNTIAE CUM INTERROGARETUR DE INSTRUCTIONE PRO ITINERE [1]

Aliqui volunt liberari a malo, ut a paupertate, fame, siue labore, recurrendo primo ad creaturas, nempe ut per illas adiuuentur. Alii recurrunt quidem ad creaturas, sed per Deum, rogando eum ut a creaturis adiuuentur, et per illas liberentur a malis, ut sunt aliqui, qui, existentes in aliqua necessitate, rogant Dominum ut liberet illos, ut: «Domine, da nobis panem, da nobis hoc uel illud, moue istum vel illum» etc. Alii quidem, perfectius ambulantes, non desiderant liberari ab illis, sed fortificari immediate a Domino in illis, rogando ut det patientiam, fortitudinem, auferat timorem, et huiusmodi, ut illa fortiter sustinere possint, providentes malis interioribus, et non curantes de exterioribus, abiicientes illorum solicitudinem, vt docet Xpus., simul animaduertentes, vt nihil admittant, quod speciem aliquam tentationis Dei esse videatur.

[a] Emendatum a Nat. ex *Ex P. Fabro.*

[1] Quonam tempore haec instructio et cuinam data fuerit, licet in ipsa non dicatur, nullum dubium esse potest quin anno 1542 vel 1543, quo tempore Faber Maguntiae diversatus est, et probabiliter duobus ejus sociis Joanni Aragonio et Alvaro Alphonso, vel forte Stephano, de quo haec ipse P. Faber scripsit in *Memoriali,* pag. 242: «In die sancti Valentini martyris, quae fuit 14 Februarii [1543], Stephanus a nobis recessit Romam versus.» Cf. *Cartas... del B. Fabro,* I, 170, annot. 5; et *Monum. Ignat., Epist.,* I, 205.

260v Aliquando ex pusillanimitate et debilitate spiritus debilitatur corpus nostrum; e contra ex fortitudine animi fortificatur corpus nostrum; quare in laboribus debemus abiicere omnem timorem, pusillanimitatem et huiusmodi; nam spiritus portabit corpus nostrum.

Debemus nos habere circa homines in cibo et potu et colloquiis, non tamquam uolentes ut probent nos lingua, sed aedificantes conscientiam illorum. Sunt enim aliqui respicientes conditiones hominum: solent se ita gerere, ut uelint ab aliis probari tamquam affabiles et humani; et huiusmodi non tam re uera aedificant conscientiam illorum, ad quam respicientes alii ita curant viuere, ut Deo ipsi et illi semper placeant, qui quidem semper, quod rectum et bonum est, non potest non laudare.

Quando ingredimur ciuitatem aliquam seu oppidum, debemus inuocare angelos, archangelos et sanctos et patronos illius ciuitatis seu oppidi, salutantes illos et inuocantes in nostrum auxilium, ac si aliquos homines inuiseremus. Ita cum eis debemus colloqui, et deprecari illos pro ciuitate seu oppido, quod in curam habent, ut uelint illud regere, gubernare et intercedere Dominum pro illo, ut moueat corda ad penitentiam, etc.; agere gratias pro beneficiis collatis illis partibus, pro fructibus, pro flumine, et pro huiusmodi, considerando quam multi sint, qui omnia illa beneficia recipiant, et quam pauci, qui illa recognoscant, agere gratias Domino [a] nomine omnium.

Quando uidemus aliquos ignotos in via, etiamsi milites uel alii homines sint, non debemus admittere suspiciones aliquas contra illos, sed cogitare illos bonos esse, et bene imprecari illis animo, et quodammodo vniri cum illis vinculo charitatis et amoris, et sic fugiemus [b] timorem et iudicia temeraria et huiusmodi; et si quid sinistri occurrerit, non debemus illa recipere tanquam ab homine, sed tanquam a Deo, sine cuius uoluntate nihil potest nobis contingere, et sic accipiendo, tanquam a manu Domini, debemus patienter et aequanimiter sustinere.

In triplici differentia sunt uerba nostra: uel representant con-

---

[a] *Domine* ms. — [b] Emendatum a Nat. ex *fugeremus*.

ceptus nostros, et sic possumus dicere esse uerba cogitationum, **261** vt quando aliquis ea, quae concepit uel intelligit, explicat uerbis; uel sunt in declaratione aliorum uerborum, ut sunt interpretationes scripturae et huiusmodi, quae possunt dici uerba uerborum; uel explicamus facta siue opera aliorum uel nostra, ad laudem Domini, et ista possunt dici uerba factorum siue operum: et quamuis, ut plurimum, homines delectentur primis et secundis uerbis, quibus noster intellectus pascitur, tamen homines, qui maxime desiderant operari, magis delectantur ultimis uerbis, tanquam magis utilibus, quibus erudiuntur quomodo operandum sit, qua arte, qua uia, etc.

Loquendo de studentibus, dicebat, quod non deberet esse eis molestum descendere ad adipiscendam linguam latinam, uel ratiocinari et huiusmodi; nam magis durum nobis uideretur si homo descenderet ad adipiscendam linguam maternam, si ad intelligendum, et huiusmodi, descenderet, quod Deus fecit; nam effectus paruulus, successu temporis adeptus est linguam maternam, cognouit et intellexit notitia seu intelligentia, quam uocant experimentalem; et nedum ad hoc descendit, sed etiam ad hoc, ut paulatim crescerent pedes, manus et reliqua corporis membra; quod si recte consideremus, in nobis etiam magnum videtur, quanto magis in Deo.

Dicebat, in omnibus beneficiis Dei debere nos considerare tria, nempe: rem ipsam, datorem ipsum, et quo animo [a] dederit. Hinc erit quod quodcumque beneficium magni aestimemus, quod in rebus humanis solet contingere, quando illa tria eueniunt, ad quae si non aduertamus, plerumque ingrati habemur ab hominibus, cum non tanti facimus donum quanti debeamus.

Dicebat, quod, quemadmodum in arduis et magnis operibus faciendis solemus praemeditari quomodo illa faciamus, desiderando iam ante illa facere cum omni perfectione, et postquam facta sunt, si in aliquo errauimus, poenitet nos, considerando: in hoc uel illo erraui; similiter etiam in uerbis; ita etiam deberemus in orationibus nostris ante iam praemeditari: ego **261v** debeo

---

[a] Emendatum a Nat. ex *animo quo*.

orare hoc uel illud tali hora uel tali tempore; et iam ante maxime desiderare illam fieri cum attentione, deuotione et exauditione, etc. Postea autem quam facta est, cogitare in quo defecerimus, et male nos habere de illis erroribus. Sic enim fiet ut cum fructu aliquo oremus aliquando. Mirum enim dicebat esse quod circa facienda vel dicenda tantam solicitudinem habeamus, et circa orationes nostras tam pigre nos habeamus, cum maioris momenti sint aliis dicendis uel faciendis, quantumcumque bonis; pigri enim ad illas accedimus, et frigidi inde recedimus.

Simplicitas et bonitas debet aliquando vincere rationem naturalem, hoc est, quamuis ratione naturali nobis uideatur irascendum, tristandum et huiusmodi, tamen bonitas et simplicitas debet illa ferre. Aliquando affligimur in animo, et quamuis uera spiritus nobis dicit, reprehendendo nos de multis, tamen, quia inquietat, non est bonus spiritus; quia spiritus Domini lenis est, et suauiter nos reprehendit.

[P. LAYNEZ]

Dicebat Pater noster Laynez [a]: quando aliquis eligitur a Domino pro instrumento ad operandum aliquid in alio, ille tunc bene operabitur; sin minus, nihil faciet, etc. Debemus igitur in ipso sperare, in ipso operari [b].

Idem [c], cum, ut ad eleemosynas faciendas suos deuotos hortaretur, ab aliquo moneretur, dixit: opus est primo lucrari animas; cum uero ad Deum tractae fuerint, tunc ipse eas docebit quomodo debeant et quando facere eleemosynas, et tamen bonae adhortationes non sunt omittendae [d] etc. [e].

262 Remedia contra suggestiones demonis.

Si aliquando tentaris ut a proposito tuo recedas et in laboribus ac afflictionibus non persistas, considera quomodo Xpus. fixus cruci manet immobilis, nec ab illa separari uult, etiamsi in maximo dolore sit, et recedere absque peccato posset [f].

---

[a] Emendatum a Nat. ex *Dominus Laynez*. —[b] Haec tria verba addidit Nat. —[c] Emendatum a Nat. ex *Dominus Laynez*. —[d] 7 verba praecedentia sunt addita a Nat. —[e] Quae sequuntur non clare apparet an sint ejusdem P. Lainii, eo quod ante illa inserta fuerint aliqua ex S. Epiphanio de Sma. Virgine Maria. —[f] Haec ultima 5 verba obliterata sunt in ms.

Si aliquando tentaris de eggressu tuae religionis, ut aliam ingrediaris, cogita si iam in illa esses et a superiore tibi iuberetur, ut aliam ingredereris et ibi perpetuo maneres, an obedires: si sic, cogita tibi modo illud esse impositum; sin minus, non bene dispositus es ad obedientiam, et te ipsum debes dimittere, et non locum: aliter nunquam inuenies pacem.

Semper quando veniet aliqua suggestio mala contra proximum, debes statim ut id animaduerteris genuflectendo aliquam orationem pro illo facere, et id continuare quousque desierit suggestio.

262v Dicebat Dominus Didacus [1]: si aliquis cogitat se sufficientem pro aliqua religione, quam ingressus est, tunc insufficiens est; si uero non pro illa sed pro alia, minus sufficiens pro alia, quam non est ingressus, erit; si pro utraque, nullibi sufficiens erit: si uero iudicat se nullibi esse sufficientem, permanendo in illa, quam ingressus est, pro illa sufficiens erit.

Idem [a]. Cum uellet aliquem pusillanimem exhortari ut permaneret in uocatione sua, dicebat: vide: quando aliquis debet alicui diuiti ac bono principi soluere centum aut mille aureos, etiamsi inter eos sit aliquis nummus non ita sufficiens ponderis, tamen cum non habeat alterius ualoris alium, benignus ille dominus non recusabit inter illam magnam summam accipere duos uel tres etiam non iusti ponderis: ita etiam, quando ego et tu simus imperfecti in hac Societate, tamen inter tam multos bonos bene illorum intuitu nos recipient vel retinebunt [b].

P. ARAOZ [c]

Si homo, orationi deditus et ad perfectionem contendens, extirpatis scilicet vitiis grauioribus [d], se dat considerationi suae imperfectionis et defectuum, ingreditur abyssum miseriae, unde non poterit facile euadere, sed periculum est ne illic immerga-

---

a Hoc verb. a Nat. exaratum est. —b Haec duo verba a Nat. exarata sunt. —c Hic titulus a librario scriptus est. —d 10 verba praecedentia Nat. manu in margine addita sunt.

---

1 Quisnam sit hic dominus Didacus, in ms. non explicatur, sed non dubitamus ad eumdem P. Didacum Lainez haec spectare.

tur. Debet igitur [a] magis considerare bona, quae facit, et in illis uidere imperfectiones et in illis curare ut etiam perfectius operetur; et in hoc uersari magis proficuum est. Nam ita considerare suas imperfectiones in genere et in illa consideratione diutius morari parum prodest [b]. Debet igitur [c] formare quandam conclusionem se imperfectum esse et miserum, et postea considerare quomodo ea, quae exercet, perfectius exerceat. Debet etiam curam habere actuum interiorum, illa examinare, illa perficere et cum illis magnam rationem habere.

262v Debet cauere, quando mulieres proficiunt in rebus spiritualibus cum ipso, quia naturale est quod quis amet in alio, quod per ipsum Deus operatus est, ne effundat cor erga illas, sed semper reservet cor suum Deo; et ne fidat multum illis, quia ualde sunt mutabiles; debet illas adiuvare quantum potest, **263r** de caetero admirari de quacumque etiam minima perseuerantia. Debet curare primo ut ostendat eis quaerere salutem et profectum et blande incipere, sed successu temporis duriorem se prebere, et ne homo turbetur postea, debet semper in proficientibus videre bonitatem Dei operantem pro tunc, et sic Deum laudare in eis pro eo tempore, et cognoscere fragilitatem hominis, et non fidere in eo.

Cogitatio de inferno est maxime proficua, nedum incipientibus, sed et proficientibus et perfectis. Sicut enim litteras tractant, seu prima elementa, et pueri, et grammatici, logici et theologi, sed vario modo: pueri solum cognoscunt elementa, aliqui iam syllabas, maiusculi iam legunt, et grammatici intelligunt, et theologi ex eisdem litteris plura speculantur, ut patet in isto verbo «Hierusalem»; quia pueri solum uel litteras cognoscunt, uel syllabas legunt; illam vocem grammaticus iam intelligit civitatem; theologus animam et ecclesiam triumphantem. Sic ex meditatione inferni, incipientes timorem eliciunt; proficientes humilitatem; perfecti amorem. Et sicut pueris datur panis et hominibus, et panem comedunt cum quocumque alio cibo, sic debent spirituales meditationem mortis, iudicii et inferni, et

[a] Hoc. verb. a Nat. additum est. — [b] Haec 2 verba a Nat. addita sunt. — [c] Haec particula a Nat. addita est.

consideratione inferni dicebat se magnum amorem elicere, ex paradiso timorem. Debes autem considerare te meruisse poenas illas, et locum illum tibi conuenire, et sic te in illo collocando (consideratio enim nostri illuc nos debet mittere) conseruaberis in humilitate, patientia et amore; comparabis te cum Juda, et uidebis te maiorem peccatorem: ille mortalem Christum, et maxima tentatione impulsus, et triginta nummis, tu uero eum immortalem pluries pro minimo uendis et crucifigis. Vnde considerando te non esse in illis poenis, videbis magnam misericordiam Dei, et quaecumque pateris nihil esse, verecundaberis coram Jŭda et Lucifero, nedum coram fratribus. Vnde quidam hac consideratione ita commotus fuit, ut, **263v** cum esset cum aliis pauperculis, non audebat coram illis apparere et sic innumemeros fructus ex hac consideratione poteris elicere, si exercitatus in ea fueris. Sed continuatio est illa, quae dat gustum in exercitiis spiritualibus. Dabit tibi laetitiam, quia considerabis te meruisse poenas, quae superant omnem sensum et nostram considerationem, et quod Dominus det tibi tam multa bona, nempe lucem, cibum, etc., cum ille Epulo solum guttam aquae desideravit et non potuit obtinere.

Deberet homo etiam se exercere in habenda praesentia Dei, et ita se habituare, ut animo illuc statim feratur, sicut contingit his, qui, habituati in aliquo, qui etiam non cogitantes illuc tendunt.

In consideratione inferni debes facere comparationem, si illi hoc bonum uel illud haberent, si poenas illas commutarent in hanc paruam, quam patior, quanti facerent.

Ex aestimatiua nascitur amor. Si nos aestimamus ea, quae Dominus pro nobis facit, amabimus eum. Non aestimamus, quia non cognoscimus nos, et non iudicamus nos ipsos dignos inferno, nam tum magni aestimaremus ea, quae recipimus a Domino.

Ex hac consideratione humiliabitur homo, ut etiam admiretur quod Deus det ei bonam cogitationem; si desolatus est, consolabitur, uidendo quod non habet maximam illam desolationem, quam meretur. Si in aliqua siccitate est, consoletur etiam, considerando, se non habere illam maximam siccitatem. In hac con-

sideratione videbis iustitiam Dei erga damnatos, et misericordiam erga te et amorem; uidebis etiam quantam reuerentiam debes fratribus et maxime superioribus et quantum humiliari Deo quando communicas, quod uelut alteri Judae det corpus suum, quod detur tibi tempus poenitendi. O Domine, si tu aperis viam, magna consideratio est haec contra superbiam, impatientiam, acediam et reliqua uitia, et maxime ad gratitudinem in omnibus beneficiis. Debet esse maxima communicatio intellectus cum uoluntate, ita ut, intellecta **264r** aliqua ueritate, illam comunicet uoluntati intellectus ut faciat, quemadmodum Martha, uiso Domino, uocavit Mariam, et dixit: «Magister uocat te [1].» Ita uult Deus uoluntatem, et intellectus debet excitare uoluntatem, et ducere ad Deum, sicut gallina, inuento cibo, communicat pullis, ita intellectus; aliter aridus manet spiritus, et si in omnibus quae legimus curamus ut intellectus et uoluntas cibentur, magnos thesauros acquiret statim homo, sicut quando, duo marsupia habens, illa duo implet, ditior erit, quam si vnum solum impleret. Sic P. Franciscus de Borja curat, ut omnia specǔlativa ad affectum reducat, et sic maxime proficit, aliter est ueluti qui, piper habens in ore, linguam haberet calidam et os; et stomachum frigidum.

270v PATER NOSTER IGNATIUS [a] [2]

Ihus.

Saepe Deus ex aliis uult docere ex humilitate, ut quod tua industria, intellectu, artibus, doctrina noñ potuisti consequi, id alius te doceat, et experientia discas te multa ignorasse nimis.

Vt operam, industriam, potentias tuas dedisti ad peccatum et ad habitus comparandos, ita eisdem [b] omnino mediis cum divina gratia [c] post ueram contritionem uult Deus te illa [d] dele-

---

[a] Haec inscriptio est autographa Natalis, qui etiam unicuique paragrapho hoc signum propria manu addidit *I.us*, id est, *Ignatius*. —[b] Hoc verb. a Nat. emendatum. —[c] Haec 3 verba addidit. Nat. —[d] Hoc verb. addidit Nat.

---

[1] JOAN., X, 28.

[2] Haec dicta S. Ignatii, nonnullis emendationibus a Natali expolita, habentur in codice *Natalis opuscula*, pagg. 1-5.

re, et hic est uerus fructus [a] poenitentiae, nec aliter uult Deus delere habitus ex peccato comparatos [1].

In determinationibus, si est consolatio in aliqua, et uenit desolatio, ea esse solet confirmatio prioris [b].

Facta generali confessione, non est scrupulose agendum, ut semper uelimus aliqua peccata neglecta confiteri, uel oblita, sed quietanda est conscientia. Cogitet se confessum toties, tum generaliter, et adhibita quidem sufficienti diligentia, aliud nihil requirit [c] Deus [d].

Si seruirem ego principi seculari, iam olim ab eo fuissem iustitiatus, verum seruio ei, etc. Intellexi dixisse illum propterea quod miserator et misericors. Valet uero huiusmodi meditatio ad tollendos scrupulos.

Narrat uitam suam, sua peccata, persecutiones, carceres, infirmitates, ita mouet mire [e]. **27lr** Mouet uero, siue quod uideantur tot effectus gratiae Dei per illum, siue quod semper est feruens in contemplatione, quod maximum habet momentum ad efficaciam sermonis, omnia uero operatur spiritus Domini, cui sit gloria in aeuum.

Non solet attendere ad ea, quae narrantur de gustibus spiritualibus in oratione, sed solum ad soliditatem sententiae, quasi uideatur innuere, hoc esse necessarium, non illud [f].

Deus contra nobiscum agit, quam huius seculi homines, nam

---

[a] Haec 4 verba addidit Nat. — [b] Emendatum a Nat. ex *ea est confirmatio prioris necessario*. — [c] Emendatum a Nat. ex *requiret*. — [d] Post hanc paragraphum haec sequuntur, a Nat. obliterata: *Perseuerandum: nam Deus, qui haec gratificaturus est, maiora est gratificaturus, donata tamen ex iustitia distributiua (quae tamen tota gratia ipsius nititur) quod iustum est pro meritis, pro laboribus, addit praeterea semper ultra ex sua misericordia.* In margine: *I.us* i. e. *Ignatius*. — [e] Post hoc verb. prius ita sequebatur: *Hoc ego interpretor illum facere ad exemplum Pauli, tametsi illi non fuit fructus, bis in actis Apostolorum; fuit tamen haud dubie alias uberrimus per hanc rationem exhortandi, ubi nactus erat benignitatem auditorum;* quae a Nat. obliterata sunt. — [f] Prius ita sequebatur: *et mihi probatur hoc in primis; nam quod contra, uidetur ex inopia spiritus proficisci, ubi uerba tua non sunt efficacia, nisi perdas secreta tua, quae tibi in oratione gratificatur Deus.* Haec autem obliteravit Nat.

---

[1] Cf. *Chron. P. Natalis, Epist. P. Nadal,* 1, 17, n. 45.

homines in nostris operationibus, si quid est mali, si quid imperfectionis, ad id attendunt, illud notant, illud accipiunt; Deus uero, si quid boni agimus, illud intuetur, ad nostras uero imperfectiones conniuet.

Laudauit si quis summam curam adhibeat ad comparandam facultatem concionandi, etiam per ethnicorum lectionem, Demosthenis, Ciceronis, etc., paratam aliquam habere concionem, et priuatim se exercere in illa, inuenire aliquem, quem imiteris, non esse prolixum, sed pauca dicere, bene explicata et cum anhelatione spiritus ad affectus mouendos.

Dixit mihi de ipso magister Laynez: est Deo familiarissimus selectissime, nam visiones omnes, tum reales, ut uidere praesentem Christum, Virginem, etc., tum per species et repraesentationes, iam transgressus, uersatur nunc in pure intellectualibus, in vnitate Dei. Intellexi postea ego ab eodem P. Ignatio [a] versari illum in personis diuinis, ac inuenire uaria dona et distincta a distinctis personis [b], sed in hac contemplatione maiora dona invenit in persona Spiritus sancti, tum etiam illud intellexi ipsum [c] in contemplatione **271v** Deum inuenire quoties se dat orationi, quacumque ratione, neque certam regulam et ordinem illi esse seruandum, sed uarie exercendam orationem et uariis meditationibus quaerendum Deum [d]. Si quis uero ex proxima gratia in oratione habita inchoat, non damnauit, sed dixit esse incipientem.

Ad principia suae conuersionis totus erat ut conferret, quae ipsi spiritualiter significabantur, cum spiritualibus; postea illud desiderium abiit, et aliam est viam ingressus, ut solus soli Deo uacaret [e].

---

[a] Haec 2 verba Nat. clarius exaravit, nam librarius hac nota *I.us* usus fuerat. — [b] Prius ita sequebatur: *quasi si Pater per Filium, ut per canalem, gratiam suam comunicaret,* quae delevit Nat. — [c] Duo verba *illud ipsum* addidit Nat. — [d] Tota haec paragraphus ab illis verbis *tum etiam illud intellexi* emendata est a Nat. ex *tum etiam intelexi in contemplatione ipsum esse et Deum inuenire quoties se dat orationi, neque certa regula et ordo seruandus, sed uarie exercenda oratio et uariis meditationibus quaerendus Deus.* — [e] Prius haec sequebantur: *Utrum sit melius, non facile diceret; prius potest esse necessarium; nam cum illuminatio prior*

Rex habet duos filios: vnum mittit ad summa negotia, ad bella dificillima, alium habet secum in mensa: ille maius habet repositum praemium. Ita est qui actionibus uersatur charitatis ac arduis, prae contemplatiuis. Visus est hoc dixisse ex sensu interiori, sed ego hoc loco intelligo actiuam uitam superiorem, de qua alias [a] [1],

272v Nullus est in hac domo, in quo considerem tot peccata quot in me [b].

Poenitens est inducendus, ut se et sua omnia Deo resignet, et se existimet quasi esset frustum niuis e coelo deiectum; quod si sit princeps, et magnam habeat familiam, debet habere censorem, qui eum reddat certiorem de rebus omnibus, etiam minutis, ut nullum domi habeat, qui Dominum offendat.

273r Daua un exemplo á vno que dudaua después de hauer entrado en la Compañía y aprouechádose en ella, si entraría en otra; que si supiesse uno que puede hallar 10 balas de [c] oro, las quales están escondidas debaxo tierra, si las buscare con diligencia, y este huuiesse entrado en vna stanzia, y buscando y fatigando en ella huuiesse hallado en aquel lugar siete ó ocho dellas, ¿dónde habría de sperar de allar las otras que le quedan, meior que donde ha hallado las otras? etc. [d]

---

sit necessario unione, in illa potest coniungi error, uel omnino falsam esse illam contigit per transformationem satanae; vel, si non falsa, a Deo non esse, et nihilominus excitari amorem, in quo non est error, ut sibi arbitror contigit, cui fuit in imagine Virginis lux copiosa, ex qua uisione tot lacrymae, tanta fuit humiliatio subsecutà, et tamen post tres aut quatuor dies cognouit illusionem fuisse. Haec omnia obliterata sunt a Nat., ut videtur. —[a] Sequuntur in codice sententiae B. Fabri, quae infra damus; hic autem simul omnia, quae ad S. Ignatium spectant, colligere melius visum est, ut ex foliorum notatione apparet. —[b] Ante hanc paragraphum haec prius scripta fuerat, quam Nat. obliteravit: *Ne moneas me, Ponti, in articulo mortis de vanagloria, sed quod gratias et dona Dei conculcauerim.* Sermo autem Ignatii ad P. Pontium Cogordanum erat. Titulus in margine, ad totam hanc seriem spectans, Natalis manu exaratus, ita habet: *P. noster Ignatius.* —[c] Haec particula a Nat. addita est. —[d] Haec ultima paragraphus alia manu exarata est; sed in margine Nat. manu haec consueta nota habetur: *I.us*, id est, *Ignatius.*

---

[1] Id est, vitam activam cum contemplativa conjunctam, seu vitam mixtam, qualem alias ipse P. Natalis describit, quae proculdubio perfectior est.

271v P. FABER [a]

Cum oras pro defuncto, facias loco illius confessionem, discurrens per mandata, etc. «Domine, si quid peccauit in primo praecepto, sic, etc. parce.»

Familiariter rogandi sancti et Deus ipse, cum illis colloquendum, necessitates ostendendo, etc.

272r Aliquando tenera quaedam quasi indignatio profuit, ut ei, qui Crucifixum orabat, et dicebat: «Domine, si hoc non facis, conquerar ad tuam matrem.» Nonnunquam quasi exprobrare, ut qui dicebat: «Tot annis tibi seruio, et hoc non mihi das.» seuero quodam affectu, quasi pueruli ad matrem.

Qui desiderant nostro ministerio vti [b], ii se facile aperiunt: his igitur difficile non est in Xpo. [c] quae ad rem sunt, persuadere, et medicinam adhibere; sed si quis est alienus ab hoc desiderio vel [d] pertinax, nunquam illum adoriaris qua ex parte laborat, ut de concubina, si est concubinarius, sed primum negotiare ut cor illius emollias, et uoluntatem sanes locis comunibus inferni, paradisi, exemplis sanctorum, passione Christi, etc.; et si quid ipse de suo statu ingerat, ne permittas in illo immorari, *ne induretur* [e], sed ab illo abstrahe, et, quantum potes, *perge emollire,* nonnumquam *tamen* erit consentaneum [f], ut non solum praeceptum contrarium praedices, sed etiam consilium, ut tandem ipsemet erubescat, et uolens lubensque ad salutem suam nitatur.

Principium ut aliquem Deo lucreris in omni exhortatione et negotio spirituali, si feruorem eum charitatis, quem ad omnes habes, in illum exeras [g], nec aliquam amaritudinem uel irritationem aduersus illum uel sentias uel indices.

Quater locuta legitur virgo Maria in euangeliis: antequam

---

[a] Hic titulus a Nat. est exaratus. Singulis hujus seriei paragraphis Natalis hanc notam «φ», id est, «φάβερ» apposuit. —[b] Emendatum a Nat. ex *Si quis nostrum quaerit ministerium.* —[c] Emendatum a Nat. ex «συν Χριστῶ». —[d] Haec 5 verba addita sunt a Nat. in marg. —[e] Emendatum a Nat. ex *nam indurabitur.* —[f] Emendatum a Nat. ex *quantum potes emollias; non nunquam erit consentaneum.* —[g] Emendatum a Nat. ex *si feruorem charitatis, quem ad omnes habes, illum in illum exeras.*

conciperet, semel, in quorum uerborum termino concepit; 2.°, ante partum, cum sanctificatus fuit Joannes in utero matris; 3.°, anno duodecimo Christi: «Fili, quid fecisti nobis sic [1]?» etc., vbi initiatus est populus iudaicus doctrinae Christi; 4.°, in primo signo Christi in Cana Galileae, ubi pie intelligitur quemadmodum et a nobis sit oranda mater Dei, et quemadmodum ipsa preces fundit Christo: «Vinum non habent.» Quod uero respondit tunc *Xpus.* [a], nunc non respondit, nam venit iam hora eius, etc. Sed audiendum quid dicat Virgo sacrosancta, ut efficaces sint eius preces: «Quodcumque dixerit uobis, facite [2].»

272v Quatuor notanda sunt in salutatione angelica: *Gratia plena,* tu diuina gratia es plenissima, ego omni gratia destitutus: exora mihi gratiam. *Dominus tecum,* semper fuit, nunc in utero praesens corporaliter, semper interim in animo tuo praesens; o quam longe me ab eo separarunt peccata mea: fac, Domina, impetra, Domina, ut mecum sit, etc. *Benedicta tu* etc. O quantis donis tu polles; quam ego omnibus malis sum onustus: fac, Domina, ut aliqua me benedictione dignetur filius tuus benedicere; *Et benedictus fructus* etc. Quantum tu fructum mundo attulisti, et ego quam nihil unquam boni egi: oro, Domina, ut fructum aliquem ego tandem incipiam facere poenitentiae, etc.

Semel *Aue* pro hora mortis, iterum pro die iudicii, 3.° ad euitandas poenas inferni, 4.° ad consequenda gaudia paradisi. Quatuor haec multum iuvant cum Christo ad uitanda peccata, ad tentationes sedandas, tum ad uirtutes adipiscendas.

Gratiae aliquando agendae, discurrendo per omnes potentias et partes corporis simul, et deploranda illorum peccata, et gratia obsecranda [b].

---

[a] Hoc verb. addidit Nat. —[b] Ante hanc ultimam paragraphum haec prius scripta fuerant, quae sunt obliterata: *Gratiae agendae; petendum ut nobis ignoscat Deus peccata, ut praeterea gratiam accumulet.*

---

[1] Luc., II, 48. [2] Joan., II, 5.

66

P. HIERONYMI NATALIS

IN EXAMEN ANNOTATIONES [1].

«Fuit a Sede Apostolica nuncupata Societas Jesu [2].» Vt aliae partes instituti, ita et hoc nomen authoritatem accepit ab apostolica sede, principium tamen a Dei ipsius inspiratione. Nam ratio nostrae uocationis militia quaedam est sub uexillo Xpi., quod et totis exercitiis colligimus, et *in* meditatione praesertim *Regis temporalis* ac Uexillorum sentimus; nam in meditatione *Regis temporalis* uocamur a Christo Jesu summo et angelorum et hominum, *et rege et* duce ad societatem sui belli, quod aduersus mundum, carnem, teterrimosque daemones gerit, donec tradat regnum Deo et Patri, atque *euacuet* omnem principatum, potestatem et uirtutem [3], nomina nos damus atque conscribimus digito Dei in illam militiam sacrosanctam. *Ex Vexillorum vero* meditatione intelligimus Xpi. Jesu, ad ipsumque imperatorem Christum nos concurrere, cum eo in aciem *procedere,* in acie stare, ex acie *per* illum confligere. Hac ratione primum uocatus est P. Ignatius; hac per illas meditationes nos uocat Xpus. in Societatem suae militiae; ita nomen eius vicario in terris romano pontifici sub uexillo crucis dare nos in formula instituti nostri legimus. Quemadmodum *autem* confirmata fuerit diuina haec inspiratio et appellatio, audite, fratres mei. Nam cum iam primum ueniret Pater Ignatius Romam, antequam quidquam d confirmatione Societatis ageretur, atque in itinere oraret, ecce apparuit illi Xpus. Jesus, crucem baiulans, audiuit uero Deum Patrem in spiritu, ac sensit quod se ad Xpum. applicaret, et in illius seruitutem et sequelam assereret ac diceret: «Ego uobis ero propitius.» Haec sese audisse ab illo confirmat P. Lainez,

---

[1] Ex archetypo, Natalis manu emendato, in codice *Miscell. de Inst., I*, num. 8, foliis 1, 2, 5, 15-17. Vide dicta de hoc Natalis scripto, supra, pagg. 26. 27. Quae italicis typis notamus, Natalis manu emendata vel addita sunt. Usus est hoc codice P. Astrain, *Historia,* I, 106, 107.

[2] Haec verba desumpta sunt ex *Examine,* cap. I, § 1. Cf. *Constitutiones Soc. Jesu lat. et hisp.*, pag. 2.

[3] I Cor., XV, 24.

qui erat ipsi eo in itinere socius [a]. Ad haec cum ageretur de formula instituti, quo illam sedi apostolicae offerrent Patres confirmandam, ut in re grauissima, ad internam quandam deuotionem atque spiritus sensum compositus P. Ignatius enixe ac confirmate postulauit a sociis ut *illud* nomen Societati facerent, id se rogare et contendere ab omnibus ut sibi concederetur. *Eodem illud spectat* [b], cum enim incidisset sermo, ut fit, de nomine congregationis nostrae, post Societatis sc. confirmationem, et diceret quidam: «quid si aliud nomen Societati faceremus» respondit Pater noster ex animi deuotione constanter illud nomen praeter Deum nullum posse immutare [c]. *Quibus ex rebus* satis aperte possumus intelligere *ex diuina inspiratione* fuisse a Deo illud nomen *Societati impositum*. Socii igitur sumus X.[i] Jesu ex illustri quadam atque eximia in nos benignitate ac gratia...

... magna et salutis et perfectionis nostrae pars in iuuando proximo constituta sit; quocirca *vbi* ad ministeria mittimur a superioribus, nihil addubitemus quin maximus sit nobis futurus *prouentus* ex ministerio in proximum, ad hoc enim uocamur, ad hoc *nostrae* religionis *gratia* proprie ducit et iuuat. Memini ego, cum insinuaret mihi Pater Ignatius, ad initia mei ad Societatem ingressus, ut praedicationibus et proximo operam darem, et ego ineptitudinem meam de meis peccatis et miseria excusarem, respondisse Patrem: «Hoc, inquit, pacto proficies, si ad proximi salutem attendas». Ut semel igitur dicam, nullus suo iudicio in[n]ixus quod imperfectus sit, quod ineptus quod in periculo uersetur; uel grauetur, uel ambigat proximo inseruire; sed, explicata cunscientia superiori, si mittatur, magno animo ac pleno bonae spei aggrediatur opus: fiet ex singulari Jesu X.[i] gratia, *qua* suam complectitur Societatem, ut et nihil periclitetur, et magnum breui prouentum perfectionis consequatur, modo rationem ministerii Societatis amplectatur et imprimis non omittat spiritum per orationem suo tempore refocillare»...

---

[a] Haec 15 verba praecedentia deleta sunt a Nat., qui ita incoepit ea emendare: *Hoc ego,* quae etiam obliteravit, et non emendavit. — [b] Emendatum a Nat. ex *Ego quoque sic commemini.* —[c] Praecedentia ab illis verbis *Eodem illud spectat,* linea transversim ducta, obliterata sunt.

... orationem autem magnam esse religiosi instituti partem certum est, eamque inprimis necessariam, orationem eam dico, de qua Paulus «Orabo (inquit) spiritu, orabo et mente [1]», quae omnis complectatur spiritualis exercitii partes, purgatiuam, illuminatiuam atque unitiuam. Diligenter igitur haec et magna auiditate complectitur Societas in dulcedine spiritus in X.° Jesu; nullum enim e suis non exercet primum illis meditationibus, quae ad poenitentiam attinent, ueterisque hominis expoliationem, dein contemplationibus omnium mysteriorum Christi, in quibus ad sensum uiae, ueritatis ac uitae aspirare desyderamus; demum in amore conquiescimus, ut unde proficisci debet oratio, in eo finem collocemus, in charitate, scilicet, summa ac diuina uirtute, ut ex hac eiusque feruore ac zelo ad nostra ministeria egrediamur in hilaritate spiritus atque humilitate cordis nostri ac suauitate fortiter in X.° Jesu. Haec ex libro exercitiorum nostrorum colligimus. Illud uero non omittam (etiamsi proprius hic locus non est, ut de oratione dicam, sed alius): Patrem Ignatium scimus singularem gratiam accepisse a Deo vt in contemplatione S.^mae^ Trinitatis exerceretur libere ac conquiesceret: nunc quidem gratia contemplandae totius Trinitatis ducebatur, in illam ferebatur, in illam uniebatur toto corde magno sensu deuotionis atque spiritualis gustus; nunc Patrem contemplabatur, nunc Filium, nunc Spiritum sanctum; et hujus quidem contemplationem accepit, cum alias frequenter, tum uero (quasi si unice dicas) ad annos suae peregrinationis ultimos; hanc rationem orationis concepit Pater Ignatius, magno priuilegio, selectissime; tum illud praeterea in omnibus rebus, actionibus, colloquiis, ut Dei praesentiam rerumque spiritualium affectum sentiret atque contemplaretur, simul in actione contemplatiuus [a] (quod ita solebat explicare: Deum esse in omnibus rebus inueniendum); hanc uero gratiam ac lucem animae suae, quodam quasi splendore uultus, claritate ac certitudine actionum suarum in X.° explicari vidimus, magna nostra omnium admiratione, et magna cordis nostri

[a] Emendatum a Nat. ex *contemplationis*.

[1] I Cor., XIV, 15.

consolatione, et quasi deriuatum [a] in nos nescio quid illius gratiae sensimus. Quod igitur priuilegium Patri Ignatio factum intelligimus, idem toti Societati concessum esse credimus, et gratiam orationis illius et contemplationis in Societate omnibus nobis paratam esse confidimus, eamque cum uocatione nostra coniunctam esse confitemur...

Superiores autem atque orationis praefectus hanc moderationem adhibeant, quam scimus Prem. Ignatium habuisse familiarem, et instituti Societatis dicimus propriam, ut si quem iudicent in Domino bono spiritu in oratione progredi, illi nihil praescribant, nihil illum interpellent, quin potius illum confirment atque animent, vt progrediatur in Domino suauiter quidem ac fortiter; sin erit aliquis, qui uel non proficiat, uel non bene progrediatur, uel illusione aliqua ducatur, uel errore, eum ad ueram orationis uiam ac progressum enitantur reducere in Christo Jesu...

... quoad eius fieri possit, omnia transigantur perfectissime et ad finem nostrum appositissime [1]. Horum uero omnium, ut totius instituti rationem reddebat Pater Ignatius illustrationem illam eximiam mentis suae, quam singulari Dei benignitate ac magno diuinae gratiae priuilegio accepit ad initia suae conuersionis Manresae, quod oppidum est in Tarraconensi [b] Hispania; ex illa enim luce, ex illo principio, ex illo diuinae benignitatis priuilegio, haec lux, gratia haec, quam in Societate sentimus et amplectimur, quae nos exhilarat in spiritu mentis nostrae, quae nos consolatur atque animat, ex illo inquam principio, ex illa luce ac gratia a clementissimo Patre coelesti in uniuersam Societatem, omnesque eius partes atque in omnia ministeria deriuata est atque inducta [2]; hanc gratiam ratio semper recta consequitur

[a] *deriuatam* ms. —[b] *Terraconensi* ms.

[1] Prius loquebatur de poenitentiis et afflictationibus ad normam nostri instituti moderandis.

[2] Ex hoc loco et aliis similibus, a Natali nobis relictis, revelatam fuisse sancto Ignatio ideam Societatis et formam nostri instituti probat P. ASTRAIN, *Historia*, I, 107.

ac declarat, tum experientia; austeritatem enim uitae si quaeramus, fratres mei, illam ex instituto accepimus...

67

EXCERPTA

EX NATALIS ADHORTATIONE 6.a

DE MINISTERIO VERBI DEI [1]

... Non dubito quin et vos, et omnes quotquot in Societate viuunt, magnum incrementum Societati sint allaturi, hoc est vberiorem fructum in animabus ad maiorem Dei gloriam. Hoc tamen addam de hac re, quod vobis animum augeat, spem et alacritatem in X.° Audiui ego, audierunt item alii, P. Ignatium, quum affirmaret meliores futuros in Societate, qui post illa initia erant futuri. Meliores ipse quidem dicebat de sua [a] humilitate. Ego tamen semper intellexi ampliora et vberiora [b] fore Societatis ministeria et fructus; sed ita tamen, si nostrae gratiae, si nostrae vocationi non desimus: et confido ego quidem non [c] defuturos et animaduersuros inflammata esse ministeria nostra diuina illa charitate, quae ad perfectissima quaeque nititur et nostra omnium corda inflammat suauiter semper et feruide.

His praelibatis, audite nunc de singulis ministeriis, et quidem ad propriam nostri instituti rationem accommodate; ad Patres enim et fratres Societatis haec dicimus, non ad alios.

Quid igitur esse praedicationes intelligimus? Illam rationem concionandi publice, qua non solum docetur populus verba Dei, quaenam credenda, speranda, et agenda sint, quae fugienda; sed adhibentur animorum motiones, tum suaues et ad virtutem allectiuae, tum illae etiam, quae a vitiis deterrent, concitatius. Et tamen, etiam quum solummodo docemus in concione, ita esse

---

[1] Ex autographo, in codice *Miscell. de constit.*, in quaternionibus 6.°-9.° Vide dicta de hoc codice, supra, pagg. 32, 33. Incipit hoc monumentum ex adhortatione ad vitae perfectionem consectandam, uberesque in Ecclesia fructus producendos. Sequuntur ad calcem 6.i quaternionis, quae hic, utpote ad historiam utilia, exhibemus.

---

[a] *suo* ms. — [b] *uberia* ms. — [c] Hic inc. quaternio 7.us

debet illa oratio sedata, vt gustum secum afferat et quasi spiret [a] odorem, qui cordibus audientium se insinuet fructuose. Hoc magnum est in ecclesia ministerium, quod e prophetiae dono proficiscitur in ecclesia X.[1] Sed tamen animaduertant concionatores donum huius prophetiae esse posse in his etiam, qui iuxta suam prophetiam non viuant. Dicunt quidem splendide et potenter pro concione, viuunt tamen in tenebris vitiorum vel vitae infirmitate atque imperfectione. Hi ducuntur gratia sensili, gratia gratis data, docent vitia deuitare et imperfectiones, ad perfectionem contendi; ipsi, si paululum attingantur aliqua reprehensione aut mortificatione, produnt suam miseriam deplorandam. Quid igitur faciet noster concionator? Ne naturali dono (siquidem nati videntur aliqui ad concionandum) confidat: neque vero si quid praeterea Dominus illi dederit prophetiae, illo solum nitatur, sed vitae puritatem et exemplum, et charitatis feruorem adiungat; sine hoc enim spiritu deputet esse suas conciones vel effoetas, vel si fructum afferant (vt fieri aliquando videmus), videat ne de illis sit tandem, quibus dicturus est Xpus. (Matt. 7.) «Nunquam noui vos, etiamsi prophetaueritis et multas virtutes feceritis», quod Deus omen auertat.

Non est igitur ita concionandum, vt pessimi quique possunt concionari; sed illud attente est animaduertendum, si naturalis facultas, vel etiam ex dono Dei gratuito profecta, tantam potest efficaciam verbi conciliare, quid non sperandum ab excellentiori virtutum et donorum facultate, praesertim vero Spiritus sancti charitate et sapientia? Huc igitur incumbite, concionatores, vt facultates, quas ad suggestum adducitis, vim accipiant, non a donis vel naturalibus vel gratis datis tantum, sed ab iis, quae gratum hominem faciunt; atque adeo coniungatis omnium virtutum copiam [b] spiritualem, quae aliquid vtilitatis vestris concionibus afferre possit. Illud etiam in animum vestrum inducite, vos non aliis solum concionari, sed vobis et primum et potissimum. Vos doceatis, vos excitetis omnibus affectibus ad vitae puritatem et perfectionem. Xpus. in vobis loquatur, in vobis et

---

[a] Sequitur unum verb. obliteratum. — [b] Dubia lectio. Scriptum videtur *carregiam*. Sensus vero *copiam* vel aliud simile postulat.

per vos efficax sit eius verbum; quod quum sit plane infinitum, diuinam habet maiestatem, suauitatem, virtutem, consolationem.

Sed quibus studiis literarum dare operam debet noster concionator? Antequam hoc dicam, audite traditionem ex Patre Ignatio. Sciebat vir ille sapiens excellens esse ministerium praedicandi verbum Dei in ecclesia, tum in Societate in primis necessarium et vtile. Nam quum noster sit finis vt animarum salutem et perfectionem procuremus, nulla vis maior ad hoc admoueri potest, quam concionum si demas [a] sacramenta, quae ex opere operato (vt loquuntur theologi) sunt efficacia. In illis enim omne ministerium verbi Dei continetur, docendi, exhortandi, mouendi, affectus omnes cum omni industria et spiritus vehementia: fons in his aperitur diuinarum scripturarum et sapientiae et scientiae Dei. Haec igitur quum sciret P. Ignatius et doceret, illud praescribebat nullam artem liberalem, nullam scientiam, quae afferre aliquid vtilitatis ad ornandam concionem posset, esse a nostris concionatoribus negligenda. Audiui ego, quum quidam illum consuleret an Ciceronis orationes legerentur, vt inde aliquid subsidii ad conciones comparare posset, respondisse Patrem: posse. Hinc illud praeterea est quod tantam diligentiam et exercitationem ad conciones adhibendam curauerit atque instituerit; hinc quod in constitutionibus accurate de concionatorum praeparatione tradiderit; hinc quod tonos (quos dicimus) instituerit, qui attinent ad actionem et pronuntiationem, quae pro varietate nationum diuersa est, ne quis credat, qualiter Romae toni a nostris fiunt, ita in omnibus prouinciis fieri debere.

Eodem spectant tam frequentes conciones in refectoriis collegiorum et domuum probationis. Illud item meminimus voluisse P. Ignatium, vt, qui aliquid facultatis pollicebantur ad conciones, vt ad ruinas illas immanes antiquae Romae vocem exercerent et actionem, adhibitis obseruatoribus. Huc praesertim contulit omnia studia literaria, atque etiam accurate solebat commendare studium humaniorum literarum et phrasim eruditam sermonis vulgaris. Ex his P. Ignatii traditionibus satis constat in quae-

---

[a] Obscure exaratum.

nam studia futurus noster concionator debeat incumbere. Et primum quidem a superioribus explorari debet: nostri, si quam naturalem facultatem habeant ad conciones et inclinationem; quod etiam in nouitiatu obseruari poterit et debebit; experientia enim nos docet aliquos esse ita ineptos natura ad concionandum, vt nulla industria, nulla exercitatio illos iuuare posse videatur: alios contra ita aptos, vt paruo negotio magnos faciant in ea facultate progressus: alii sunt inter hos medii, qui etiamsi cum dificultate, tamen aliquo loco possunt poni inter concionatores.

In primis opera non est ludenda nisi ad mortificationem; atque etiam vbi non sat constet de ineptitudine. In secundos sunt iam inde a nouitiatu oculi coniiciendi et accurata institutio adhibenda. Tertiis item diligentia est admouenda, vt eorum naturalis dificultas vel inhabilitas deposcit, saltem tantisper, donec spes aliqua profectus ostendetur [1].

Magna autem cura eorum, qui ad conciones destinantur, illa esse debet, vt diligentissime in nouitiatu exerceantur, primum vt funditus extirpent veterem hominem, et amatores euadant omnis mortificationis, vt in obedientia sint insignes, in orationis omni genere excellentes, summa euadant simplicitate cordis et humilitate. Breuiter: omnibus virtutibus religiosis vt sint ornatissimi. Et illud studeant superiores in primis illos docere, quemadmodum Societatis institutum cognoscant, et finem nostrum penitus habeant cordi impressum. Haec enim, quae nunc perstrinxi, omnibus quidem nouitiis sunt procuranda diligenter; sed destinatis ad conciones vt maiori sedulitate et studio adhibeantur, facit maior fructus, qui ab his speratur, et maius contra detrimentum, quod ab illis accidere potest, si perfecti non euadunt religiosi, quemadmodum qui excellenti sunt ingenio vel insigni aliqua habilitate praediti, magna cura sunt instituendi. Neque vero erit scopus, quo intendit superior, vllis aperiendus, saltem ante studia literaria; tantum animo est ille finis gerendus.

Haec porro studia spiritualia non sunt tantum in nouitiatu

---

[1] Prius *ostenditur*, dein *i* conversa in *e*.

procuranda, sed quum in literarum studiis versantur futuri concionatores, conseruanda diligenter, et, quoad eius fieri poterit, augenda quotidiana oratione, sacramentorum praesidiis, inflammato finis amore, exercitio virtutum, repetitione exercitiorum nouitiatus in studiorum intermissionibus.

Iam vero, quod ad literarum studia attinet, si noster concionator valeat ingenii magnitudine, et amplitudine, vt plena studia capessere possit, in omnibus est exercendus. Et primum quidem vulgarem linguam, qua speratur concionaturus, conseruare debet atque etiam polire, absque omni tamen affectatione. In latinis literis accurate debet versari, grammaticam dico atque humaniores literas, vt pure, proprie, copiose atque eleganter et scribere et loqui valeat. Cui facultati, rethorices ars et studium addi debet praecipua in primis cura, diligentia, atque exercitatione; hac enim arte multum est vsurus in concionibus, atque vtinam ars esset rethorices inuenta, qua orator xianus. institueretur proprie ad conciones ad populum habendas! In qua arte illa quidem conferrentur, quae Aristoteles, Cicero, Quintilianus tradunt; ea vero adderentur, quae illi ignorarunt: virtus xpianae. religionis, vis virtutum, efficacia gratiae ac donorum Dei, rerum spiritualium sensus. Breuiter: vt ars esset oratoria, per quam spiritus et sanctimonia cordibus auditorum imprimeretur. Qua de re alias fusius dicemus, X.° propitio.

Postquam noster orator in his studiis, de sententia superioris, audito praefecti studiorum iudicio, sufficienter profecerit, tum erit operae precium si praeficiatur classi rethorices vnum aut alterum annum. Deinde ad philosophiam naturalem et moralem traducendus est. Sed tamen curandum illi erit ne studia humaniorum literarum et rethorices interim contemnat, sed fructum, quem ex illis accepit, conseruet. Det igitur operam vt latine de rebus philosophicis loquatur atque scribat. Erit autem diligentior opera ponenda in studiis logices et moralis philosophiae quum [a] tamen reliquas philosophiae partes accuratissime debeat tractare. Hinc ad theologiae studia praeclare instructus adibit,

---

[a] Obscure scriptum.

et in scholastica quidem ita versabitur exacte, vt ex cuius eruditione summum fructum sit accepturus. Valet enim scholasticae theologiae eruditio, praeter methodum, quam tradit, et [a] totius theologiae quasi perfectam quamdam scientiam, vt firmius habeat concionator in religionis negocio definitiones, nec titubet in rebus grauissimis, vt hi solent, qui scholasticen non attigerunt, vel leuiter perstrinxerunt. Quae incertitudo et semper fuit vehementer euitanda, et hac tempestate esse posset vehementer pernitiosa. Ex theologiae igitur scholasticae studio referat methodum certam totius theologiae et iudicii omnis theologici doctam firmitatem atque constantiam.

Verum in his studiis animaduertat noster orator sibi non esse sistendum, sed ea ad sacrarum literarum intelligentiam esse conferenda. Itaque, vt esset operae precium primo aut etiam secundo cursus theologici anno tantummodo scholasticen audire, ita postea attente audiat lectionem sacrarum literarum, et illa studia ad haec applicet atque accommodet. Exerceantur repetionibus et disputationibus sedulo. Adiungenda praeterea eruditio linguae graecae atque etiam hebraicae; non mediocris cognitio conciliorum, canonum [b] ecclesiasticorum, ecclesiasticae historiae, casuum item, quos vocant, conscientiae, exercitatio.

Haec vero studia, quae hactenus dixi, vbi tractat, illud praesidium non omittat parare ad ornatum et efficaciam concionum, vt obseruationes faciat ex his, quae legit, audit, cogitat, orat; et in librum referat, et locos communes, qui vtiles postea esse illi possint.

Post autem finem studiis impositum, non solum tertium illum annum probationis obire debet exacte, sed sua studia, quae debebunt quidem esse semper ad praxim futuram relata, eo tempore, ex praescripto constitutionum, curabit non omnino solum, vt prius, ad praxim conferre, sed vsu, executione, voluntate, obseruatione animi, et spiritus viuaci et prudenti intentione in X.°

Vnum addam, quod etiamsi superius dici potuit, volui tamen in vltimum hunc locum differre, vt altius cordibus vestris infige-

---

[a] Obscure notatum. —[b] Obscure exaratum.

retur: cauendum scilicet esse vehementer ne nostra tractentur studia seculariter vel imperfecte, sed religiose, vt omnia, quae agimus, debent. Hoc fiet si cum mentis intentione et studiorum exercitio coniungantur orationis fructus et sensus spirituales proprie cum studiis coniuncti, quasi si dicas esse debere nostra studia spiritualia, et quae eo vsque attingant, artes vel scientiae vnde prodeunt. Non dico solum vsque ad scientiarum principia, sed eo vsque praeterea penetrent, vbi illorum est [a] principiorum fons et auctor. Verum de hac ratione studiorum rursum erit dicendum, quum de scholasticis nostris vel professoribus agemus.

Nunc de lectionibus video esse dicendum. Harum [b] aliae sunt sacrae, quae in ecclesiis haberi solent. Aliae promiscuae, quae habentur in scholis. Vtrasque complectitur finis noster. De vtrisque hoc loco agendum: plenius de sacris, nam de aliis proprius est locus, vbi de collegiis dicemus.

Sacrae lectiones differunt primum ab iis, quae habentur in collegiis, etiam de theologia, quia haec speculatiue [c] potissimum tractantur, et ad intellectus eruditionem dificillima quaeque persequuntur. Illae in praxi versantur, et ad communem populi captum et aedificationem fiunt accommodate. Rursus autem a concionibus differunt lectiones ecclesiasticae, quod conciones plurimum sunt in mouendis animorum affectionibus; lectiones plurimum in docenda veritate. Hae sedatam habent actionem, pronuntiationem, elocutionem; illae in his rebus omnes neruos intendunt. Et tamen (quod superius attingebam) esse debet cum lectionibus conuenientia [d] vt affectus animi moueantur, non oratorio illo artificio et veluti pompa, sed quiete, placide, suauiter. Nam quamuis actio et pronuntiatio lectoris debent ex primo tono (vt nos loquimur) sumi, debet tamen sese parare lector, ex animi sui simplicitate et humilitate ad deuotionem et spirituales sensus imbutus et pertractus, suam lectionem explicare; fiet enim ille fons spiritus ad auditores deriuetur et quasi instilletur quadam cum amoenitate atque iucunditate in X.°, qui est magnus lectionum fructus. Huc si non pertingat lector, illud saltem praestare

[a] Bis hoc verb. est in ms. —[b] Obscure scriptum. —[c] *speculatiuae* ms. —[d] Obscure exaratum.

non omittat, vt practice legat, hoc est, non solum doceat intellectum, sed voluntatem instituat ad obseruationem mandatorum et consiliorum Dei et Ecclesiae, quo pacto se paret, quibus viis illis insistat, quibus rationibus fructum referat. Si enim haec accurate tradantur, fiet fortasis vt, etiamsi qui legit sensus spiritus et deuotionis non admisceat; qui audit tamen, cum deuotione illa recipiat et cordi imprimat.

Det autem operam opportune lector, vt debet in suo genere concionator, vt auditores adducantur ad sacramenti poenitentiae et communionis sacrae frequentiam. Porro sapienter finis noster haec duo ministeria praescribit, concionum et lectionum, vt sunt varia hominum ingenia et naturales facultates dicendi, vt diximus. Et qui ad conciones habilis non erit, poterit is ad lectiones delegari, modo sufficienter sit doctus et pius.

Haec quidem per se dicta videri possunt vt intelligatur quae sit propria lectionum ratio. Sed tamen continget, qui sit concionator, vt is legat. Quid igitur? Licebitne huic miscere concionis actiones et lectionis? Proprie et ordine agendum est: non licebit, sed ad propriam rationem lectionum sese accommodare debebit concionator legens, et meminisse se legere, non concionari, nec debere sua actione oratoria committere vt alii lectores videantur iacturam facere existimationis, vbi fimbrias non explicabunt oratorias. Verum video futurum vt dissimulandum plerumque sit cum concionatoribus, etiamsi, admoniti quidem, redeant tamen ad ingenium.

Caeterum studia lectoris similia erunt iis, quae concionatori praescripsimus, tametsi hic non tam anxie tractabit artem rethoricam; theologiae tamen dabit operam diligentissime. Nam quo doctior est, qui legit in ecclesia, eo maiorem habet auctoritatem et plenius ac profundius docet, vnde, etiamsi alia desint, maior est fructus sperandus. In sacris vero literis debebit lector esse exercitatissimus, et in docendo catechismo, non solum doctus sed etiam copiosus et clarus. Iam vero de lectionibus scholasticis quum alibi sit agendum, illud solum dicam hoc loco, nunquam fuisse Societatem illud ministerium accepturam, nisi simul morum institutionem suscipere se cogitasset. Itaque non sunt lectio-

nes illae scholasticae, quae saepenumero videntur steriles, atque ab spiritu alienae, a fine Societatis seiunctae, inter has enim simul et salus et perfectio auditorum quaeritur ac procuratur. Itaque lectiones illae et exercitia scholastica instar hami nobis sunt ad animas expiscandas. Sed de his alias et opportunius et fusius. Nunc ad alia ministeria procedamus.

Et aliud quodcumque verbi Dei ministerium. Est magna in ecclesia Dei gratia, excellens officium, ministrum esse verbi Dei, quod in spiritu intelligamus, fratres. Xpus. est verbum Dei infinitum: huius sumus verbi ministri, ipse enim nos mittit, ipse nos docet, ipse nobis est verbum interius, ipse dat nobis vt verbum audiamus doctrinae, ac sentiamus ab ipso procedere, ipse dat nobis efficaciam et charitatem, praebet sermonis et vim diuinam. Magnitudo ministerii verbi explicari a nobis non potest; sentitur tantum in spiritu in X.°

Huius ministerii praecipuae sunt partes, de quibus iam diximus: conciones et lectiones sacrae. Et tamen statim in vniuersum omnem rationem verbum Dei ministrandi complectimur in feruore spiritus; non enim videbatur haec vniuersalitas tam cito explicanda, quum alia ministeria verbi subdantur. Sed similiter [a] fieri solet in sacris literis; dicuntur enim aliqua per anticipationem. Sed quaenam sunt illa ministeria verbi, praeter ea, quae partim dicta sunt, partim subdentur?

Primum, spirituale colloquium priuatum, in quo eximium est iuuandi proximi praesidium atque subsidium; de quo praeclare dicere solitus erat P. Ignatius, egregia etiam docere; quod enim publice faciunt pro suggestu concionatores et lectores apud multitudinem, id priuatim summae vtilitatis est conari apud singulares. Et hic quidem maior est libertas, maior etiam vis, vbi potest ex vario responso vel affectu verbum accommodari. Ita fit vt quasi praeda in casses nostros conclusa sit, vt, X.° iuuante, elabi dificulter possit, si viri simus in X.°

Ad hoc ministerium acceperunt a Deo aliqui insignem facultatem, inter quos fuit P. Petrus Faber, primus socius P. Igna-

[a] Dubia lectio hujus verbi.

tii; hic enim fuit in colloquiis piis efficax in primis et potens; nullum enim aggrediebatur, etiamsi alienissimum a rebus spiritualibus, qui tandem non — — mutaretur. De quo solebat Ignatius dicere: «Petrus [?] educit de petra [?] aquam [a].»

In hoc ipso excelluit item P. Franciscus Xauierius, magnus ille pater indorum et japonensium. In hoc vero P. Ignatius fuit admirabilis, vt enim erat charitate in proximum inflammatus, discretione spirituum et prudentia morali praestans, ita se breuitate et suauitate sermonis ad eos, quibuscum agebat, sese accommodabat, ita se insinuabat, vt miros animi motus in illis excitaret; et fere ita contemplabatur praesentes, quasi ad eius animum et interiora penetraret; ita loquebatur, vt eius sermonibus contradici non posset. Adde quod nescio quid diuinae virtutis ac lucis videbatur ab eius vultu veluti spirari, quae videntes ad spiritum non mediocriter commouebat.

Per hoc verbi Dei ministerium praeclara multa fecit ipse Ignatius. Et illud primum, quod nouem illos primos socios sibi adiunxit. Capit hoc ministerium quidem omne artificium concionatorum, vbi facultas non deest et res postulat; sed tamen proprium magis est collocutoris, vt sedate et placide sese mentibus insinuet, suauiter agat, exerat charitatis feruorem. Et vt aliqua attingam [b] eorum, quae ex P. Ignatio audiuimus de hoc ministerio, audite.

Quod nunc dicebam, ipse, non solum tradebat plene, sed agebat exerto quodam amoris feruore suaui in eum, quem iuuandum assumebat: totum eius pectus occupabat et animum. Amabat quidem in illo, etiamsi homo esset flagitiosissimus, naturam, fidem, alias virtutes, si quas habebat vel opera bona, siqua vel habuisset aliquando, et ea se probare significabat, praedicabat etiam amanter. Coniungebat zelum salutis illius animae contra omnia, quae aduersari poterant, praesertim contra daemonem, vitiorum omnium auctorem atque incitatorem. Docebat vt animaduerteretur quali ille conditione viueret et vixisset, quali ingenio, qua corporis complexione, id est, num colericus an

---

a Quae praecedunt, valde obscure sunt notata. — b Hoc. verb. imperfectum reliquit Nat.

flegmaticus, sanguineus, an melancholicus, quid rerum in vita egerit, agat. Hoc propterea inuestigabat, vt sese illi prorsus adaptare posset prouidenter.

Addebat nihil initio de peccatis vel virtutibus capessendis esse agendum, sed de rebus (si ita res ferret) indiferentibus, et fere de iis, quae illi fortasis vsuvenissent; vt, militi de bello; mercatori, de mercimoniis; nobili, de magistratu et rebus, quae in republica vel regno geruntur siue aguntur; ecclesiastico, de rebus ecclesiasticis, de gubernatione ecclesiae; similiter cum aliis agendum de sui status rebus, vel omnino ab illis curandum vt materia colloquii proponatur, et illi est accipienda grato modo, modo mala non sit, etiamsi secularis.

In his vero colloquiis est attente inspiciendum vt huiusmodi materia colloquii deligatur, aliquid vnde de salute illius agere possimus opportune. Hanc rationem agendi solebat P. Ignatius hispanice explicare: entrar con la dellos y sallir con la nuestra; id est, adire eos pro eorum voluntate, ad nostram tamen euadere. Dicebat enim non esse statim de vitiis, de virtutibus, de mysteriis X.[i], vita et morte agendum, ne antequam nos audirent libenter, eos a nobis nostra zeli importunitate abigeremus et faceremus vt nihil vellent audire. Neque, etiam si nos lubenter audiant, ad detestationem [a] peccatorum est statim insiliendum, sed post illud de rebus humanis vel politicis colloquium, prius de gestis sanctorum, de X.[i] vita, doctrina, morte, virtutibus, est tractandum, vnde fiet transitio ad vitiorum detestationem in vniuersum. Nec ad eius vitia veniendum, nisi ipse det ansam, quam placide apprehendere possimus. Nonnunquam etiam (vt etiam P. Faber dicebat) alio declinandum est et detrectanda illa particularis et indiuidua vitiorum tractatio. Et tamen si nunquam ipse de suis rebus ageret vel consuleret, eo certe perueniendum est, vt consulamus confessionem, prius particularem, dein generalem, frequentiam sacramentorum, modum orandi, sectandi bona opera, Deo [b] seruiendi. Quod si fortase eueniat vt aliquis nostra quidem consuetudine libenter vtatur et frequenter, et

---

[a] Obscure notatum. —[b] *Dei* ms.

tamen nunquam velit de rebus agere spiritualibus, et quae ad salutem animae suae pertineant; ibi vero agendum aperte cum illis est, non de rebus indiferentibus et quae illis sint gratae, sed seuere de inferno, iudicio Dei particulari et vniuersali, de infortuniis et calamitatibus, quae peccatoribus accidere solent, de occultis et horrendis Dei iudiciis, vt vel ad meliorem frugem, si fieri potest, hoc ariete moueatur, vel offensus et deterritus amplius non reuertatur; sic enim fiet vt tempus in illo non teratur incassum.

Haec non ita dicuntur quasi alia ratio non sit seruanda pro re nata et ratione [a] personae, rerum, temporis, occasionis, quae se offeret; omnia enim gubernabit pia et deuota prudentia collocutoris; sed lineamenta quaedam sunt data, quae Dominus sua prouidentia gubernabit, si eius gratiae et vocationi nostrae deesse nolimus.

Hoc ministerii genere vtiliter vtentur nostri post conciones et lectiones sacras; inde enim commoti animi auditorum facilius et audient pium colloquium et ex illo fructum accipient.

Erit praeterea vsus fructuosus huius colloquii in collegiis, delectis vel fratribus vel Patribus, quibus detur negotium consuetud[in]em habendi cum auditoribus nostris, ex quibus fiet non solum vt ad meliorem vitae xianae. frugem promoueantur, sed vt ad Societatem etiam Deus selectissimum quemque adducat.

Est item huius ministerii vsus, in plateas et concursus hominum vt exeant nostri, et obuiis sese placide ita insinuent, vt paulatim eos ad confessionem inducant ac etiam adducant; quae ratio Romae fuit admodum fructuosa, vbi gregatim ad confessionem adducebantur operae mercenarii e rusticis; et primo quidem docebantur ab aliquo fratre quemadmodum essent suam conscientiam examinaturi et peccata confessuri, dein iubebantur se parare; tandem ad [b] confessarium perducebantur.

Hoc ministerium non tantum nostri exercere debent per se, sed per alios etiam, quod fiet si iis, quorum confessiones audiunt,

---

[a] *ratio* ms. —[b] Bis haec particula scripta est in ms.

et cum quibus habeant spiritualem consuetudinem, persuadeant vt eodem vtantur apud domesticos, cognatos et amicos; mulieres similiter, apud mulieres cognatas, domesticas, familiares; nunquam tamen inter se viri et mulieres, nisi sint legittimi coniuges, huic ministerio dabunt operam ad omnem sinistri nominis opinionem euitandam.

Est autem inter conciones et lectiones et hoc priuatum verbi ministerium, aliud quasi medium, vbi scilicet aliquo conueniunt viri multi, vt de rebus spiritualibus colloquantur familiariter, aliquo conuentum gubernante ac dirigente actiones. Hoc genere incoepimus nos vti Messanae in Sicilia, vbi erectum est illud collegium, sed rudi quodam modo [1]. In templum nostrum conueniebant fere singulis diebus pii homines ex iis, qui nostris confitebantur et nostras audiebant lectiones ecclesiasticas ad nostrum aedituum. Is habebat paratum librum pium, quem legebat vnus, alii attente audiebant, nonnunquam etiam inter se de rebus spiritualibus colloquebantur. Illud postea (vt audio) intermissum est. Romae fuit, post illud tempus, secularium sacerdotum congregatio instituta ad diui Hieronymi, quae similem fere rationem obseruat [a]: conueniunt frequentes in exedram amplam: ibi quum consederint, vnus assurgens venit ad sellam, vnde breuem exhortationem habet ad conuentum. Is prius designatur ab eo sacerdote, qui primas illic gerit; nec est necessum, qui verba facturus, eum esse e domesticis sacerdotibus, frequenter enim est de externis. Vbi ille auditus est [b], nonnunquam interrogantibus aliis de rebus piis respondet. Nonnunquam orant; tum commendant vt oretur pro occurrentibus necessitatibus Ad finem cantores decantant piam iuxta ac pulchram aliquam cantilenam. Sic consessus dissoluitur.

Nos simile institutum accepimus non ita pridem in collegio genuensi, quae res tum a generali praeposito non fuit comprobata, quod sciam. Illud tamen habet consuetudo Romae in colle-

---

[a] *obseruant* ms. —[b] Prius *una hora auditus est*, quod emendavit idem Nat.

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal*, I, 107-108.

gio nostro et in germanico, vt scholasticorum habeantur congregationes, in quibus de rebus ad pietatem facientibus agatur, praeside vno e nostris. Et quidem si quis a me sententiam rogaret, censerem nostrum esse hoc genus ministerii, in domibus praesertim professis. Sed certam esse rationem designandam atque statuendam, quae obseruari deberet, et sperarem ego futurum vt multae animae hac ratione ad pietatem promouerentur, multae lucrifierent Xpo...

Succedit item formula instituti: *«et per spiritualia exercitia»*. Dedit nobis de sua bonitate Deus, attribuit sedes apostolica, insigne illud ministerium iuuandi et nos et proximum per exercitia spiritualia, id est, per doctrinam et methodum meditationis, contemplationis et orationis. Intelligimus vero, non solum nostram illam methodum, cuius est auctor P. Ignatius, sed illam praecipue. Qua in re singularem agnoscimus Dei benignitatem; dedit enim nobis quasi extra ordinem peculiarem quamdam doctrinam, qua ad orationem et nos instrueremus et proximum, quum ratio alioqui huius institutionis communis sit omnibus, quae gratia Dei auctoritate apostolica certior facta est, vbi Paulus 3 exercitia nostra confirmauit. Hinc est quod debeamus magnam spem collocare in nostris exercitiis, praesertim cum illa videamus tam vberes prouentus et nostris et aliis attulisse.

Fuit illius methodi exercitiorum auctor P. Ignatius Dei beneficio atque instinctu, et quidem eo tempore, quo ad poenitentiam et ad orationem ad vrbem Manresam secessit, longe a patria, in Cathaloniam, Hispaniae inferioris prouinciam. Secessit enim, vt ipse spiritualiter exerceretur et poenitentiae operam daret. Quae igitur ipse experientia comperit sibi profuisse ex iis, quae omnibus putauit fore vtilia, in [a] libellum redegit.

His exercitiis quoad vixit, ab initio vsque suae conuersionis, vsus est et pro se, et pro aliis. Per haec statim in Hispania, antequam veniret Lutetiam Parisiorum, multos ad pietatem promouit. Per haec Lutetiae nouem illos primos socios eo adduxit, vt renuntiarent seculo et ipsius sequerentur animi propositum pro-

[a] *et in* ms.

ximos iuuandi, quum illos prius colloquio priuatim commouisset ad pietatem. Per exercitia viri primarii ad Societatem ducti sunt.

Itaque Societatem hactenus videmus per eos et initium et incrementum accepisse et esse gubernatam, quos ad eam Deus per exercitia vocauit. Fuit exercitiorum nostrorum amplissimus fructus in omnium ordinum hominibus. Saepe numero sunt data exercitia, non solum singularibus monachis, sed integris monasteriis. Contigit etiam, quod ego habeo compertum, vt monachi, quem erant in nouitiatum accepturi, dissimulanter mitterent ad nos, erudiendum in oratione per exercitia.

[Per] exercitia ad nostrum quidem institutum fuerunt plerique perducti, multi etiam ad alia. Illud tamen soleo ego inter caetera admirari, quod viri doctrina praestantes, et quidem theologi excellentes, qui antea, vel exercitia nostra contemnerent, vel etiam oppugnarent, et qui alioqui nihil ex iis, quae in exercitiis traduntur, ignorarent, ita fuerint vsu exercitiorum commoti, ita mutati, vt magno animi sensu profiterentur se tunc primum esse theologos, tunc primum intelligere quid sibi defuerit [a] post tam multa studia, et lectionem, et libros, et disputationes. Minimus siquidem sensus interior, quem solet in exercitiis Deus benigne elargiri, eximiam animis affert consolationem atque satisfactionem. Hinc fit vt maior me admiratio plerumque subierit, quid sit tandem quod, quum sciamus exercitia nostra nihil reconditum habere, nihil quod ex medio euangelio et doctrina non sit sanctorum desumptum, quid enim prima hebdomade tradimus, nisi communem quamdam methodum ad comparandam peccatorum contritionem; quid 2.a et 3.a et 4.a quam meditationes vitae, mortis et resurrectionis X.i? Quartae addimus ad amorem Dei consequendum vnam meditationem — — [b] praeterea modos orandi, — — annotationes aliquas et obseruationes. Omnia igitur [exerciti]a quum videantur communia et cuiuis theologo peruia, et cuiuis etiam in uia spiritus versato obuia, quid facit vt tantam habeant efficaciam in animos hominum et ad pietatem et deuotionem informandos? Videas enim fere homi-

[a] *defuerint* ms. —[b] Consumpta charta, aliquot verba hic et infra desunt.

nes post exercitia adeo mutatos, adeo ad pietatem excitatos, vt moueant omnibus admirationem, nonnulli etiam inde occasionem accipiant, uel detrahendi, uel calumniandi, quasi mala aliqua arte vtamur. Ego quidem multa possem dicere vnde illa videantur esse efficacia et vim accipere exercitia. Animus eius, qui exercetur, vnice ad spiritum applicatus, et quasi compulsus, spes concepta, secessus, frequentia orationis, methodus tradendi exercitia — — — [prud]entia instructoris, et obseruatio accurata, gubernatio omnium exercitiorum, praesidium, quod datur, siquid perturbationis accidit. Sed haec humana sunt omnia. Illud [a] igitur ego soleo praedicare gratiam esse Dei peculiarem, et quidem coniunctam cum nostrae vocationis et instituti gratia, qua de sua benignitate Deus dat vt et nos primum spiritum euangelii Filii eius imbibamus intimo corde, et vim accipiamus illum aliis imprimendi. Dat enim illa gratia rebus et rationi toti [b] exercitiorum peculiarem energiam et efficaciam, qua ad pietatem et deuotionem intime animi moueantur, et, vt ita dicam, per hanc rationem meditationum vult Deus, quod cum summo piorum dolore deploratur, restitui. Quotus enim quisque veram rationem orationis assequitur, quis veram rerum spiritualium cognitionem et sensum? quis efficaciam verbi Dei, quis ad mysteria vitae, passionis, mortis, resurrectionis X.i vero corde et spiritu penetrat, quis illis excitatur ad imitationem et ad vitam in melius commutandam? Breuiter: videmus fere iacere orationem, deuotionem periise, contemplationem ignorari, sensus spirituales exulare, esse fere xpianos., etiam qui boni habentur, speculatiue pios et effoete. Voluit igitur Deus per exercitia spiritualia praesidium afferre huic parti suae ecclesiae [c] laboranti.

Dicas: nimium hoc erit arrogans, si praedicamus nos per nostra exercitia fulcire labantem orationem. Hoc nobis non arrogamus; diximus enim, non tantum nostra exercitia intelligere nos, sed haec praecipue nos amplexari et vsurpare, neque de nostris aliud, quam narramus historiam. Faxit Deus vt alii praestantio-

---

a Hoc verbo inc. quaternio 9.us —b Obscure scriptum. —c *in suae ecclesiae* ms.

rem reperiant methodum instituendi omnes ad orationem et rerum spiritualium cognitionem et vsum!

Huic ministerio P. Ignatius tantum tribuit, quantum potuit. Maxima arma solebat haec nostra praedicare, quibus ad ipsius seruitium Deus tantam dederat efficaciam, neque aliam methodum voluit vnquam orationis vel dare vel permittere. Primam experientiam [a] de his, qui se dedunt Societati, voluit per haec exercitia institui; huic enim sciebat principia accipi et vim, vnde ad omnem orationis perfectionem et, si velis, sublimitatem euadere possimus. Per exercitia, si qui spiritu debilitarentur, volebat refici atque recreari; et, vt vno verbo dicam, contendere nos vitam viuere spiritualem volebat per exercitia; per ea nos instrui, per ea spiritum et deuotionem conseruari in nobis et augeri; nam etiamsi aliquando secedere ad exercitia fructuosius obeunda debemus, perpetuus esse debet nobis exercitiorum vsus in quotidianis nostris meditationibus atque orationibus.

Vt autem ad alia ministeria, ita ad hoc sunt selecti Patres deligendi, qui facultate naturali habiles videantur; non enim omnes hac facultate valent; sed siqui natura sunt ad orationem propensi et pietatem, si prudentes, cauti, atque circumspecti et amantes virtutum. Neque solum in his est deligenda illa naturalis aptitudo, sed virtus, deuotio, exercitatio rerum spiritualium et vsus, tum institutio, quam acceperit ab iis, qui sunt in tradendis exercitiis exercitati.

Vnum si dicam, ad alia transeo: eum, qui dispensat exercitia, ita deuotione debere affici in tradendis exercitiis, ita sensibus spiritualibus permoueri, vt ex abundantia et virtute suae deuotionis et sensus in X.°, etiamsi paucis verbis agendum ipsi est, tamen vim imprimere possit ei, quem instruit. Illum item debet iuuare orationibus, missae sacrificiis, haec etiam ab aliis pro illo impetrare. Qui vero exercetur, ita debet primum parare, vt, exclusa omni curiositate, cum simplicitate cordis et humilitate ita secedat, vt, vniuerso hoc seculo seiuncto [b], ad Dei regiam et colloquium accedat per exercitia, intellecturus quid velit Domi-

[a] In ms. sequitur *constituit*, quod superfluum videtur. —[b] Confuse exaratum.

nus, quid ipsi loquatur, eo desiderio ducatur, vt diuina institutione ad eius voluntatem faciendam promoueatur. Et de exercitiis quidem haec hactenus.

68

ORDEN DE ORATION [1]

†

INSTRUCTIÓN QUE DIÓ EL P. NADAL LA PRIMERA VEZ QUE VISITÓ SPAÑA

Aduiértase el modo que tiene por gracia del Señor la Compagnía de aprouecharse en la oración.

Primeramente da los exercitios spirituales con toda exactión á los que rescibe, no solo por les aprouechar en alcançar principios, modo y facultad en el Señor de hallar oratión y aprouechar en ella; mas se les dan los exercitios por experientia y probatión, si para la oratión son aptos. Después en dos años de ordinaria probatión tiene vigilantia en el Señor, [con va]rias experi[entia]s y exerci[tios] que se alcançe hábito y facilidad, no solamente en la oratión, mas en la perfectión della y de todas virtudes, y que se imprima íntimamente con feruor de charidad

[1] Ex autographo, in *Cod. Vatic. 6,* foliis 404r-407v, quibus clauditur totus codex. Vide quae de hoc monumento annotata sunt supra, pag. 56. Hanc autem de oratione instructionem annis 1553 vel 1554 datam fuisse ex ipso titulo a Natali exarato eruitur. Nam primo in Hispaniam ab Ignatio mense Aprili anni 1553 ille missus fuit, ibique et in Portugallia usque ad mensem Septembrem sequentis anni permansit, ut ipse in suis ephemeridibus scripsit: «Solvimus ex Hispania in die S. Michaëlis.» Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 143, et II, 31. Hoc monumentum, omnium, quae Natalis de oratione lucubravit, antiquissimum, eo tempore scriptum fuit, quo ille, ab Ignatio Societatis spiritu recenter informatus, missus est in Hispaniam, illis litteris patentibus munitus, in quibus haec inter alia a Societatis conditore asserebantur: «Cum in regnis Hispaniarum multa sint... quae nostra praesentia uel alicuius, qui mentem nostram omnino nouerit, et nostra auctoritate fungatur, indigeant.» Ex his prudenter colligere possumus hanc orandi rationem ad mentem S. Ignatii prorsus scriptam fuisse, quod etiam ex variis ipsius Ignatii documentis eruitur. Notandum porro est aliqua Natalis verba in autographo partim sublata fuisse ex codicis compositoris incuria, qui oram chartae plus aequo resecuit. Haec autem verba a nobis restituta sunt, intra uncinos claudendo quae in codice desiderantur. Singulae pagellae signo crucis a Natali signatae fuerunt.

y zelo de las ánimas (por las quales Dios se hizo hombre y murió con summo opprobrio) el fin de la Compañía, que es procurar en el Señor nuestro la salud y perfectión de nuestras ánimas y intensamente la salud y perfectión de las del próximo á maior gloria y alabança de su diuina bondad.

Y ansí se han de sforçar todos en el Señor, caminando por el stado de oratión y vida spiritual, hallar á Dios en todos sus ministerios y operaciones, caminando por la vía de spíritu solamente, acustumbrándose [a] á actuar el spíritu y deuotión en todas cosas, y seruirse de las reliquias de la cogitatión [1] y habitu [b] della, quanto suffriera la fragilidad de nuestra natura.

Desta manera vno habituado en el Señor ha de tener aduertentia que el gusto de la oratión no le enfríe ó diuerta [c] del feruor de la executión del fin de su vocatión, ó medios necessarios para él, como son los studios y toda obedientia; y ansí deue extender la oratión y sentimentos [d] della á los exercitios de su vocatión, y entrar en ellos con oratión ó participatión, ó reliquia della en el Señor [e].

Desto se vee claro por qué la Compagnía no da más tiempo á los scholares para oratión retirada, mirando la perfectión que la Compagnía pretende y iusgando imperfectión hauerse de retirar mucho para hallar oratión después de tantos exercitios y probationes, viendo principalmente la gracia y influxo abundante del Señor á los que en la Compagnía le siguen de todo su corazón y fuerças con gran fe y confiança en su diuina misericordia y benignidad de perfectamente seruar todas las [f] constitutiones y todo modo de viuir de la Compagnía, á maior gloria de su diuina maiestad. Y antes se teme en la Compagnía, caminando como se deue, que los scholares de sus studios, y los de las casas, de la executión de sus ministerios no se diuiertan por la fa-

---

[a] Sic, pro *acostumbrándose*. —[b] Sic, pro *hábito*. —[c] Sic, pro *divierta*. —[d] Sic, pro *sentimientos*. —[e] Post haec scripserat Nat. *no separando Martha de María, como son hermanas;* quae statim delevit. —[f] Haec duo verba, cum aliis a Nat. emendatis, ipse obliteravit; sed oblitus est ea suo loco restituendi. Vnde a nobis retinenda visa sunt.

---

[1] «Reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.» Ps. LXXV, 11.

cilidad de la oratión y sentimientos en ella, que no que tengan poco tiempo della, según la experientia de los Padres, y specialmente de N. P. Ignatio.

Esta es vna significatión de la oratión que sigue la Compagnía. Cada vno se sforçe [a] en el Señor de alcançarla, y ninguno desmaye por no ser satishecho en esta parte, porque todos somos en vía de adquirir la perfectión, y caminamos para ella. Xpus. Iesus dabit virtutem et fortitudinem Societati suae. Benedictus Deus [1].

69

✝
Ihus.

DE LA ORATIÓN, SPECIALMENTE PARA LOS DE LA COMPAGNÍA [2].

Sigue la Compañía y abraça la oración con la gracia de Jesuchristo, y aquella enseña primeramente por sus exercicios spirituales, á los quales ueemos que Dios nuestro Señor ha dado tanta efficacia á mayor gloria y alabança de su diuina magestad.

Los exercicios tanto mayor effecto hazen spiritual en el Señor nuestro, quanto con mayor humildad y menos curiosidad y mayor fee y confiança que el Señor por ellos ha de ayudar, y *con* mayor desseo de la salud y perfectión de nuestra ánima, y con mayor diligencia y exactión, y con mayor desseo de la gloria y alabança de Jesuchristo se toman.

Y lo que principalmente para ellos y para toda oración vale en el Señor nuestro, es vna gran liberalidad y resignación á Dios de todas sus potencias y operaciones y de quanto es el hombre; y, no dexando con su gracia de cooperar en toda virtud y camino de perfectión, sperar siempre, intensamente des-

---

a Sic, pro *esfuerce*.

---

1 Ps. LXVII, 36.

2 Ex archetypo, a P. Jimenez exarato, et Natalis manu emendato et aucto, in codice *Collecta per P. Natalem,* foliis 316-323. Titulus a Natali propria manu additus est. Vide dicta de hoc monumento supra, pag. 8. Quae litteris italicis notamus, sunt Natalis manu exarata. Hujus monumenti fragmentum inseruit P. Astrain operi supra citato, II, 443, ubi de ratione orandi a Societate usurpata disserit.

sear, y demandar á Dios que haga en ellos y en todos lo que fuere mayor gloria y alabança suya.

En otra cosa mucho se puede ayudar la oración: si en ella se exercita más la voluntad y affecto que el entendimiento; y quanto se ha de huyr la curiosidad de entender muchas cosas en la oración, tanto se ha de abraçar el aprouechamiento del affecto á toda cosa de mayor seruicio de Dios nuestro Señor; y así en toda oración se ha de sacar algún fruto y illustración de nuestra mente, práctica y coniuncta con las virtudes y exerciçio dellas y spíritu de Jesuchristo.

Hechos los exercicios, tiene el ánima con la gracia de Jesu Xpo. principios de oración en todas las tres uías de que tratan los contemplatiuos: por la prima semana, en la vía purgatiua; y por la 2.ª y 3.ª, en la via illuminatiua, que es propria contemplación. Y aunque en estas no se haya de separar la vía vnitiua, empero es el proprio della la 4.ª semana en el exerciçio de amor con Dios.

Sácase también con la gracia del Señor de los exercicios vna muy special gracia de alcançar cada vno la noticia y sentimiento de su uocación especial, con la qual el ánima alcança vna special quietud y vnión con Dios en spiritual obediencia y particular execución del camino por donde ha de yr á Dios.

El principio de la oración y fin della sea, quanto se pueda, feruor de charidad en Dios y zelo de las ánimas todas, con feruiente [a] desseo de la salud y perfectión de su ánima y de todas.

El sentimiento de la oración y affecto della que inclina á recogimiento y solitud no necessaria, no paresce ser propria oración de la Compañía, sino aquel que inclina al exercicio de su vocación y ministerio, y specialmente á la obediencia perfecta según nuestro instituto.

Y ansí la propria oración de la Compañía es que se extienda al exercicio de la uocal oración y en todo exercicio de los ministerios de la Compañía; y que, quanto con la gracia de Jesuchristo se alcança, la illustración del entendimiento y buen affecto de

---

[a] *feruente* ms.

la voluntad y vnión perseuere, acompañe y guíe todas las operaciones, en modo que en todo se halle Dios nuestro Señor, et reliquiae cogitationis diem festum agant Domino [1].

I desta manera se ha de guiar la oración, que ella aumente y guíe y dé gusto spiritual á las operaciones con su extensión y fuerças en el Señor, y las operaciones augmenten y den virtud y exultación á la oración; y en esta manera, siendo ansí coniunctas Martha y María, y dándose mutua ayuda, no se abraçe sólo vna parte de la vida christiana, aunque mejor, que es la contemplación, mas quitándose la turbación y solicitud circa plurima [2], ayude y sea vnida María con Martha en el Señor nuestro.

Siendo las partes de la oración en general, es á saber, oración, que es eleuación de mente, la qual es contemplación, y se alcança por meditación en el Señor nuestro, esta ha de tener principio y fin en la charidad y amor de Dios y ha de tener fruto en la voluntad y affecto, y no ser pura y seca speculación.

Siendo la otra parte hazer gracias á Dios nuestro Señor de todos los beneficios vniuersales y particulares de su diuina mano recebidos y por nosotros y por todos, esta ha de ser muy ordinaria con verdadero conoscimiento dellos y affecto grato á Dios nuestro Señor, y en él á todos los medios, por los quales Dios nuestro Señor nos ha hecho la gracia, con verdadera humildad de ser indignos de tales dones y alabança de su diuina bondad y benignidad, y offrescimiento muy prompto y humilde de seruir á Dios nuestro Señor, no sólo por sus beneficios, mas por quien él es á su mayor gloria y alabança.

Siendo la otra parte la petición, la qual ha de ser ó en sí puríssima, como demandar que la voluntad sancta de Dios nuestro Señor sea hecha ó que toda cosa se haga á mayor gloria y alabança suya, ó demandando otras cosas necessarias ó útiles para este fin, y siempre se haga coniunctión actual con él; sea esta *parte* muy ordinaria, como es muy necessaria y de muchas promessas de Dios; y ninguno se descuyde por gustos ó eleuaciones de mente dexar esta parte de la oración tan necessaria y tan útil

---

[1] Ps. LXXV, 11. [2] Luc., X, 41.

y de tanto effecto, pidiendo siempre á Dios nuestro Señor todo lo que es útil y necessario para su mayor seruicio; y ansí en todos y para mejor gouernar esta parte, todas las peticiones se han de regular por las vij petitiones del «Pater noster».

Siendo la otra parte de la oración la obsecración, esta ha de ser coniuncta con la petición, interponiendo vna diuina y celestial uirtud y medio de ser oyda y aceptada la oración, con rogar á Dios nuestro Señor, primero por su misericordia y bondad infinita, ó por quien él es y por los méritos de Jesuchristo nuestro Señor con integridad de toda su vida y muerte y actiones suyas, ayuntando todas las intercessiones, méritos en Christo y oraciones *y méritos* de nuestra Señora, de todos los ángeles y sanctos, de toda la yglesia militante, con toda humildad y conoscimiento de sus proprios defectos.

Después de hechos los exercicios, se guía y conserua y augmenta la oración con la perseuerancia en ella y en los ministerios de su uocación; y specialmente la vía purgatiua quotidianamente se exercita por el quotidiano examen de su consciencia y exercicio de abnegación y mortificación, y desseo de opprobrios y padescer por Xpo., y por plática de la obediencia, no sólo de la *executión* y voluntad, mas aun del entendimiento, y también con el exercicio de la confessión sacramental y ordinarios exercicios conformes á los de la primera semana, como de la muerte, del juyzio final, de los secretos juyzios y permissiones de Dios, de la miseria de los peccados, de la vanidad del mundo, y semejantes.

La vía illuminatiua y vnitiua se exercita quotidianamente en ordinarias meditationes, para las quales se da tiempo ordinario, en dezir las horas de nuestra Señora ó su corona, para otros; y otra oración mental, según tuuiere orden, el tiempo de la missa y las comuniones. Y breuemente, en todos los exercicios se ha de hallar paz y quietud y deuoción; pues todos han de ser guiados al feruor de charidad y zelo de las ánimas, que no se pierdan, y ansí en todo se ha de hallar á Dios nuestro Señor y su modo de oración.

La materia en que se puede exercitar la oración, según lo

que cada vno se aurá aprouechado en los exercicios, fácilmente con la gracia del Señor hallará continuadamente, seguro que Dios nuestro Señor por su bondad le dará, y según su preparación con la gracia del Señor para tan alto exercicio.

Porque el estado de oración es vn estado de la vida spiritual en Jesu X.°, como es él luz eterna y infinita bondad, así se conozca y ame sobre toda cosa, y en él se conozca y ame todo el resto; y así todo nuestro viuir y entender sea superior y abstracto destas cosas baxas, como que no viuimos ny operamos por spíritu humano, sino celestial y diuino; y en todas las cosas sintamos y conozcamos la diuina virtud y bondad, y aquella amemos y siruamos, y nunca seamos ni curiosos ni temerarios en estas eleuaciones de mente y abstractiones, en arrojar el entendimiento más de lo que la gracia nos guía, y hagamos lo que San Pablo nos muestra: sapiamus ad sobrietatem [1], y nolimus altum sapere, sed timeamus [2], y también nos aproueche lo que dize el sabio: scrutator maiestatis opprimetur a gloria [3]. Sigamos con toda humildad la meditación, y conozcamos la gracia que en ella y en la oración Dios nuestro Señor nos offresce y con ella cooperemos con toda suauidad de spíritu y modestia en el Señor, que suele dar sus dones grandes á quien con puro y humilde coraçón le sirue y ama.

Podrá sèr la materia de la meditación ordinaria, de donde con la gracia del Señor saldrá la gracia de la contemplación ó illustración de mente y de la vnión de nuestra voluntad con Dios en puro y syncero amor, la que se sigue [4].

. . . .

Y finalmente, *siendo la* oración don de Dios nuestro Señor, y uiuir spiritualmente, y mystico entender de cosas spirituales y de Dios, y en todas las cosas y actiones hallar á Dios nuestro Señor, cada vno según la distribución de la gracia y su cooperación con ella en mucha humildad, simplicidad, puridad de corazón, fee y sperança en Dios nuestro Señor, abraçado todo con

---

[1] ROM. XII, 3. [2] ROM. XI, 20. [3] PROVERB. XXV, 27.

[4] Argumenta meditationis, quae hic a Natali exhibentur, sunt eadem, quae inter instructiones, *Cod. Vatic.* 7, reperiuntur. Ea vide supra, pag. 576.

feruor de charidad y zelo de la diuina honrra y gloria en la saluación de las ánimas; *quien en ella se exercitare,* hallará fácilmente materia de meditación y toda oración en el Señor.

Ayuda á la oración la firmeza, claridad y puridad y simplicidad de la uocación y intención vnida con Dios en Jesux.°

Ayuda en todas cosas buscar á menudo á Dios nuestro Señor, apartando quanto es posible de sí el amor de todas las criaturas, por ponerlo en el criador dellas, á él en todas amando y á todas en él, conforme á su sanctíssima y diuina voluntad.

Ayuda tener gran fe, confiança y charidad en el Señor al spíritu y todos los institutos de la Compañía, con toda abnegación de su proprio juyzio.

Ayuda despojarse de su spíritu proprio, aunque bueno, y vestirse el de la Compañía, tener y platicar la perfectión de la obediencia.

Es menester apartar de sí toda curiosidad y ambición de eleuaciones y cosas extraordinarias; porque es vna puerta muy grande para muchas illusiones, y de otra parte puede auer muchas abstractiones naturales ó exprimidas con fuerça y consuetud de semejantes operaciones del intellecto. La oración se entiende poder ser vera sin gustos ó sentimientos spirituales.

Ayuda hazer notación ordinaria del aprouechamiento en la oración.

Ayuda no darse priesa en la oración; sino, adonde se siente la gracia de Dios nuestro Señor, allí se haga pausa, hasta que el ánima sea satisfecha en el Señor.

Ayudan los gustos spirituales y sentimientos; mas de manera, que se tomen como medios y no como fines, y sobre todo vnicamente se busque el affecto de la charidad en Dios y resignación de toda cosa en su infinito ser y bondad, y cooperación con la bondad y gracia de Dios.

Los sentimientos spirituales principales son las extensiones de las tres uirtudes theologales.

De la persuasión de la fee viene el audito; y de la intelectión della viene el viso.

De la esperança viene el odorato.

De la vnión de la charidad viene el tacto; y del gozo de la misma viene el gusto. Son estos sentimientos adminículos para mayores gracias que Jesuchristo nuestro Señor da á sus queridos, las quales conoce el que las tiene.

Es tamen de aduertir que qualquier sentimiento de la oración, ó gozo, ó lágrimas, ó illustraciones, ó qualquier otro sentimiento, ó gusto, ó conoscimiento, ó intellectión, todo ello se ha de explicar, al modo que se podrá, al superior, ó al superintendente de las cosas spirituales con plena obediencia en todo y subiectión, no solo á la yglesia cathólica y á la Compañía, mas aun á los superiores immediatos; y este modo de explicar sea según el modo común de la yglesia sancta y uso común de los doctores, y no por singularidades; *y no podiéndolo explicar ni en particular ni en general, se ha de significar la inclinatión de la voluntad que dexa aquel sentimiento.*

Ayuda exercitarse y considerar y sentir que seguimos á Jesuchristo, que lleua aún su cruz en la yglesia militante, á quien nos ha dado por sieruos su Padre eterno, que le sigamos con nuestras cruzes, y no queramos más del mundo que lo que él quiso y tomó, scilicet, pobreza, opprobrios, trabajos, dolores, hasta la muerte, exercitando la missión, para que Dios á él le auía mandado al mundo, que era saluar y perfecionar las ánimas, con toda obediencia y perfectión de todas las virtudes. Mas es muy gustosa nuestra cruz; porque tiene ya splendor y gloria de la uictoria de la muerte, resurrectión y ascensión de Jesux.°

Ayuda también exercitarnos en sentir con deuoción ser en nosotros Jesuchristo la vía por la comunicación de sus passiones y imitación nuestra; sernos la uerdad por la uera contemplación de las abiertas, símplices y puras uerdades; sernos la vida por la vnión de charidad, la qual se extiende al próximo.

Ayuda saber que la oración tiene dos modos de entrar en ella: el vno por meditación símplice y humilde en las criaturas, ó sean naturales ó supernaturales, como la encarnación de Christo, su humanidad, los sacramentos, todas las gracias infusas; y en ellas con suauidad se ha de considerar la uirtud diuina, y así la verdad della en Dios. Otro modo es con preuención de

la gracia con alguna illustración superior, venir á considerar y contemplar á Dios en todo lo inferior, ó en aquella luz buscar con suauidad mayor fuerça de la virtud diuina en mayores y más claras uerdades. Otro es más alto, quando Dios da vna gracia y luz muy subida, en donde se contemplan las summas uerdades en vna vnión, qual sienten los que las experimentan, y con aquella illustración miran y contemplan todo el resto en el Señor, etc. Y en toda manera se huya el arrojar la fuerça del entendimiento [1].

Ayuda buscar á Dios por negaciones de todo lo criado y de toda imaginación y intellectión nuestra, y en esta calígine de toda negación adorar á Dios, y adorarle in fide ecclesiae sanctae catholicae.

Muéstrase la facilidad y simplicidad de la contemplación venir del amor: como quien tiene vn padre ausente, y oye sus nueuas y en ellas contempla y toma gusto y diuersos affectos, según el amor y nueuas. Assí ha de ser el contemplatiuo, y assí ha de ser *el* dado á la oración, etc.

Considérese que siempre han de caminar juntamente la vida actiua y contemplatiua. Mas el *tiempo* de la probación tan exacto haze que *venga* en alguna perfectión la actiua y domine *ia* la contemplatiua y guíe y gouierne con quietud y illustración en el Señor, y ansí se llega á la vida actiua superior, que suppone la actiua y contemplatiua, y tiene fuerças de imprimirlas en todos, según conuiene á mayor seruicio de Dios; y breuemente: la actión de la charidad vnida con Dios es de perfecta actión.

Ayuda á la oración, ser actuada á menudo *en* confiarse en Dios por sí mismo, y por su bondad, en los méritos de Jesuchristo, en la efficiencia y exemplaridad de sus actiones, en los méritos de nuestra Señora y de todos los santos y ángeles, en las virtudes theologales, dones, etc., en los uotos y spíritu de la Compañía en Jesuxpo.

Ha aprouechado á algunos, y puede aprouechar á todos, con humildad y simplicidad dezir á Dios nuestro Señor: «Señor, yo

[1] Id est, fugiendam esse nimiam mentis in meditando intentionem, ne caput inde laedatur.

soy vna bestia, y no sé hazer oración; mostradme, Señor, á hazer oración.»

Será útil en todas las casas de la Compañía y collegios que se tenga conferencia pública de cosas spirituales al modo spiritual, y no de letras y arte, proponiendo el superior alguna materia y diziendo todos lo que en ella sienten, y demandándose que cada vno diga algún puncto spiritual.

Hase de tener aduertencia principal y diligencia, en todo lo dicho, para que seamos capaces de la *perfectión y dones de la* oración, que apuremos nuestros coraçones y consciencias primero de todas culpas graues, y también muy de ueras nos guardemos intensamente de todas las ueniales, y de qualquier imperfectión, y nos esforcemos en el Señor de extirpar todos los malos hábitos y inclinaciones que nos han quedado de los peccados passados, y caminar de bien en mejor en todas uirtudes y obseruaciones particulares de nuestro modo de viuir, y siempre hagamos algún seruicio á Dios nuestro Señor y á sus santos y ángeles *para* este don de oración; y en ella misma lo demandemos.

Todos los que en la Compañía entran, que ternán particular deuoción *y modo de oratión diuerso,* este *han* de dexar y mudar en el *modo* de la Compañía y particular deuoción della con intenso desseo de tenerle y ser posseydos dél; y exercitarse en las obras de la Compañía; leer, meditar, y *gustar* lo que ha scripto el P. Mtro. Ignacio con toda ponderación, deuoción y humildad. Esto ha de dar á sentir nueuo spíritu y deuoción propria de la Compañía y *de* todas las cosas *en* modo suaue, fuerte, fácil, líbero, intrínseco, deuoto y mansueto, con continuo spíritu y deuoción en todas las cosas y assistencia del spíritu de la Compañía y gusto dél; y no desmaye ninguno, si esto no sintiere en sí, ó semejante spíritu: procure en caminar con verdaderos desseos de tenerle, y crezca y sea perfecto en la obediencia y en la fee y confiança en el spíritu de la Compañía en Jesux.° y en las obras dadas á él por obediencia, con todo el ánimo; y sin duda alguna, con el tiempo, según el beneplácito de su diuina majestad le será hecha la gracia.

Y es cosa subiecta á experiencia, que quien sigue su spíritu,

aunque bueno, en la Compañía, y no se humilia al proprio della, poco á poco va á total manera diuersa, radicando sus hábitos; y estos son después diffíciles, quanto más van, de tornar al camino, y puede ser que de allí se sigan [a] dissentiones importantes en cosas spirituales, y perder poco á poco el spíritu de la Compañía.

Muy specialmente se ha de tener deuoción en los exercicios y en guiarse por ellos; porque por aquel principio ha venido el P. Mtro. Ignacio á tan alta contemplación y oración, y á hazer Dios por él tan grandes effectos.

La prouidencia y bondad diuina ha de pensar y sentir qualquiera que fauorescerá y lleuará adelante la Compañía, como se dignó començarla; y en nosotros la charidad que Dios N. S. inspira; y en este principio se ha de tener feruor y demonstración dél con todos; y esto ayudará mirablemente en todas las operaciones de la Compañía dentro y de fuera.

Como se ha dicho en parte, y es necessario imprimirse, tengan todos mucha deuoción, fe y confiança en el Señor con toda humildad y abnegación en el modo de orar y de todo proceder de la Compañía, el qual en los exercicios, constituciones y reglas, consuetúdines, tradiciones, obseruaciones, y modos se declara; y coniungan el feruor de la charidad en todo con vn mismo spíritu, estendiéndolo con zelo feruiente en el próximo en todos los ministerios de la Compañía; y Dios N. S. será con ellos y les dará grandes gracias y affectos en su diuino seruicio.

La oración y contemplación de la Compañía se ha de esforçar cada vno que *se extienda* [b] *á los* exercicios que trata, que todos son spirituales: predicar, leer la scriptura, leer la doctrina christiana, dar exercicios, oyr confessiones, ministrar el S.mo Sacramento, y atender á otras buenas obras. En estos ministerios se ha de hallar Dios con paz, quiete y aplicación del hombre interior, con luz, alegría y contentamiento, con feruor de charidad con Dios, y ansí se ha de buscar lo mismo en todos los otros ministerios, etiam exteriores, etc.

---

[a] *siguen* ms. —[b] *extenda* ms.

70

EXCERPTA EX CODICE

«NATALIS OPUSCULA» [1]

Pag. 13 ... Legebat quidam [2] scripturam, et solum ex consideratione historiae alebat affectum, nihil disquirendo, sed quasi praesentia contemplando, quae scribuntur. Hinc fructum capiebat frequenter non modicum, praesertim vbi Christum facientem miracula, conuersantem in terris, contemplabatur.

14 Hic modus simplicissimus est, vt etiam cum non possumus facile intellectu operari, ac etiam in corporali infirmitate possit commode vsurpari.

Quasi sponsam dilectissimam atque suauissimam, candidam et immaculatam, in qua sibi complacuit, elegit Deus naturam humanam, cui vniretur. Ita sentiebat quidam.

Christus in coelo est, a quo potentia infinita procedit, qua coelum terramque moderatur, quasi videas opera diuinitatis ab illis manibus, ab illo ore, ab illo corpore emanare: videas praeterea in claritate Dei circunstantes sanctos in diuinitatem quasi transformatos...

Claritas magna status sui data est cuidam (qui tamen alioquin semper fuerat firmus in spiritu Societatis post exercitia et vota simplicia) in vigilia S. Benedicti et lectione 10.[i] capitis Matth. et consideratione vitae et status apostolorum et discipulorum.

Contemplandus tibi mundus est, vt aestimabitur in reuelatione veritatis et iudicio generali, vbi considerari non poterunt,

---

[1] Ex archetypo, Natalis manu frequenter emendato, in codice *Natalis opuscula,* in *Epist. P. Nadal,* I, XXXII, descripto. Cum locus in hoc volumine toti codici non suppetat, saltem aliqua selecta proferre non abs re fore visum est. Vide quae in vol. I, XXXII, XXXIII, et in hujus praefatione de hoc codice diximus. Titulus initio positus est hujusmodi: *Orationis obseruationes.* Paginae 1-5 continent illas S. Ignatii sententias, quas supra, a pag. 643, protulimus, nonnullis emendatis, aliis expunctis. Paginas codicis nigrioribus, ut alias, numeris notamus.

[2] Hic et alias de seipso in tertia persona loquitur Natalis; quod semel pro semper monuisse sufficiat.

quae nunc habentur in precio; contra vero gloriosa aparebunt, quae nunc ignominiosa sunt. Hic sensus rerum est tibi circumferendus.

Affligeris plena tribulatione? Accurre ad Christum, dicentem in cruce: «Heli, Heli [1];» Times? angustiaris? tristis es? Ad Christum prolixius orantem, factum in agonia, et sudantem sanguinem copiose [2]: nam in quo passus est ipse et tentatus, potens est et his, qui **16** tentantur, auxiliari. Recuba semper ad pedes crucifixi Jesu; super te deffluat eius sanguis; corde eum deprecare feruenter, vt nihil possis aliud quam desiderium sub illa contemplatione ad eum dirigere. Quod si te alio non ducat apertus spiritus, hoc sit tui spiritualis exercitii initium. Sub vmbra, inquit Salomon, illius quem desideraueram, sedi [3].

Ponendus est modus studiis, vt iam, post consummata studia, non admodum sit laborandum in libris; sed quae dedit tibi Deus per tuum studium, ea exerce ad tuam et proximorum vtilitatem. Succedet vero in locum studiorum meditatio et contemplatio, ex qua fiet per misericordiam Dei, vt consummentur et illustrentur humana tua studia omnia et efficacia fiant ad salutem multorum; et tamen in his, vt in aliis, permittet se quiuis legitimae obedientiae.

Induc personam peccatorum omnium in **17** oratione et exercitiis tuis per cordialem affectum et desiderium salutis eorum. Ita fecit Xpus., qui nostra peccata tulit in se, pro nobis orat, nostram personam gerit.

Vtile et hoc est: personam Xpi. agere, quasi in te sentias Xpum., et ex hoc statu vel sensu iudices vel dissipes tentationes in ipso.

Abstulit cor nostrum Christus ascendens ad coelum, et secum habet.

His, qui infirmo sunt capite, non est laborandum meditatione, sed affectu agendum cum simplici obiecto.

Humilitas. Simplicitas.

Hortus sit tibi consitus amenissimis arboribus ac fructuosis-

---

[1] MATTH., XXVII, 46.
[2] LUC., XXII, 43, 44.
[3] CANT., II, 3.

simis: singulae arbores virtutes singulas repraesentent tibi: in eis animum tuum oblecta: inde pete fructus, quibus animum nutrias et stabilias: locus, si libet, sit tibi paradisus terrestris: distinctionem arborum, fontium et fluminum describe ex tua meditatione, vt senties ex oratione.

18 Humilitas et fortitudo.

Virtutes omnes connexae sunt ad praxim sensumque spiritualem, vt ex vna aliarum etiam videaris adiutorio vti: si non ex se, ex connexione tamen ad caritatem, principium vniuersale virtutum, etc.

Veritas in omnibus syncere sectanda: curiositas vitanda.

In omni meditatione et oratione maximum momentum humilitas et timor Domini...

Magna vis est poenitentiae, praesertim si quis ex singulari quadam diligentia, qualis in exercitiis Societatis adhiberi solet, generaliter confiteatur. Scio quendam, qui sibi post confessionem generalem videbatur confirmatus, ne peccare posset mortaliter; quod arbitrabatur fore frequentissimum, nisi hominum segnicies et indispositio obstaret. Hoc censuerunt sancti de vera poenitentia, definientes poenitentiam esse praeterita deflere, nec alia praeterea admittere; et hoc D. Joannes dixit de eo, qui per gratiam baptismi ex Deo natus est. Haec sensus spiritualis gratiae atque eius virtutes ostendunt de facto, nisi ex 21
nobis defectus sit; alioquin tamen semper est possibilitas peccandi de lege communi, etc., vt est in Clementina, cap. *Ad nostram,* de haereticis.

Ita inueniendus est Xpus., vt in re qualibet sentiamus quid hic Christus ageret vel praesens consuleret: quasi Christum in nobis habitantem sentiremus: et hoc est: «nos autem sensum Xpi. habemus» [1]...

Hoc age: aduoca in patrocinium tuum aliquem sanctum, ad illum accurre in tuis necessitatibus et orationibus: hic tibi erit peculiaris praeter continuos aduocatos: Virginem, custodem tuum et Societatis, Petrum et Paulum, et praeter ordinarium ex consuetudine ecclesiae celebratum.

[1] I Cor., II, 16.

Triplex via semper exercenda religioso, atque adeo omni xpiano.; hoc dico etiam postquam per sacramenta et contritionem purgatus est. Pugnandum enim est in fortitudine gratiae in Xpo. aduersus obuenientia peccata ac tenta**29**tiones, radices extirpandae, nulli imperfectioni ex electione consentiendum, accipiendae, non solum patienter, sed cum gaudio etiam, infirmitates, tribulationes omnes, siue exteriores, siue interiores sint; referendae ad purgationem animae. Et hac in parte erit tibi oratione contendendum, vt pacem etiam in tribulatione possideas, per quam distinguere possis quiete quid in tribulatione est naturale, quid voluntarium, quid ex inclinatione praeteritorum vitiorum, quid ex praesenti imperfectione, quid bonum, quid malum, quid indifferens. Ita fiet, vt in luce ambules et diabolum cum suis tenebris conculces. Ex hac via comparabis affectum humilitatis, sine quo nihil ages.

Illuminatiuam simul exercebis quotidie, quam inchoabis a gratiarum actione vltimae illustrationis et gratiae. Hoc ego cum dicerem, P. Ignatius respondit esse incipientium; aliis alia ad varia principia esse tentanda. Ego spero omnes doctum iri a spiritu omnem **30** veritatem, modo sibi vnusquisque non desit et diuinae gratiae.

Vnitiua simul vt plurimum cum illuminatiua exercetur; nam in illustratione [a] mentis, siue obiectum tibi repraesentetur, siue sola sit illustratio in lumine, voluntas afficitur, attrahitur et vnitur per amorem: et hoc etiam mystice intellige [b], quum potentia per amorem comprehensa in amore se exerit, etc. Sta in humilitate: nec velis altum sapere, sed time [1].

Intercessio D. Pauli feruorem spiritus et eleuationem mentis; divi vero Petri ordinem vitae spiritualis atque constantiam apud Deum conciliat; intercessio vero angeli custodis, seu praesidis Societatis, inclinationem ad salutem proximi procurandam, nec hac neglecta vel praetermissa, quaerere contemplationes, quae per hanc viam et exercitium suo tempore copiosius affluent, et

---

[a] *illustrationem* ms. —[b] *intelligere* ms.

---

[1] ROM., XI, 20.

tempore ab illis occupationibus vacuo poterunt haberi in deliciis spi**31**ritualibus ad vegetandum spiritum, roborandum et laetificandum atque animandum. Sed omnino necessum est, vt prius statum contemplationis adipiscaris.

Si in missa ex affectu offeras, senties fructum, quum dices in corde: «Ecce, Domine, filium tuum offero, in quo tibi bene placet»; quasi sentias necessario Deum exaudire. Ita intelliges in spiritu valere sacrificium missae ex opere operato: nam quum hoc non sentit sacerdos, nihilominus in persona ecclesiae ita offert.

Contemplatio sublimis illa est, vbi ita operatur intellectus vel recipit, etc., vt nihil habeat ad sensum vel haec inferiora commune, vnde mirum in modum haec inferiora negliguntur, nisi per praeceptum Domini obligatio accedat.

Potens gratia et auxilium coram Deo est occulta tribulatio, siue infirmitas, soli Deo et tibi cognita, cum patentia et humilitate acceptata: haec est magna satisfactio peccatorum.

Intercessio D. Joannis euangelistae conciliat cordis puritatem, vt in eo Jesus possit dulciter habitare.

32 Adorantur sancti et orantur, vt intercedant pro nobis ad Deum. Primo loco adora, lauda, uenerare sanctos: ora praeterea vt intercedant: 3.° cum illis accede ad Deum, illorum precibus fretus.

Gratia Christi salui sunt sancti omnes; sed in cooperatione sanctorum cum gratia concepit quidam quasi lumen quoddam speciosissimum et rem quandam gloriosam, in gratia tamen et per gratiam. Et illud in sanctis laudamus atque honoramus, quasi insigne donum Dei in ipsis.

Libertas nostri arbitrii, gratia reformata et induta, est illustrissima atque potentissima, admirabilis atque desiderabilis, mentem recreat, cor confirmat, animat, humilitatem conciliat. Si hoc in te sentis donum, da operam vt in te vacuum non sit...

Quidam solebat quotidie peculiariter aliquem sanctum deligere, cuius imploraret patrocinium: et quum recte et cum [a] fructu ei contingeret, in die tamen pentecostes non potuit inuenire

---

[a] *quum* ms.

intercessionem sancti: quod ita interpretabatur: Spiritum esse, qui datus est vniuersali ecclesiae, quae eo die nullius sancti commemorationem agit, ac boni consuluit.

Spiritus Dei sentitur in donis suis affluenter: profundus est et penetratiuus **34** absque termino, dans principium omniscium, vibrationem nostri intellectus compescit, suauiter mouet.

Qui propter infirmitatem uel necessarium aliquod impedimentum non potest vacare magnis operibus, si graue illi est seruire Deo in minimis, iudicium dat superbiae; non enim indiget Deus nostra operatione: et tantumdem illi est nos ad gloriam vocare propter paruas et propter magnas operationes. Ad haec aequalitatem sentit homo spiritualis magnarum et paruarum operationum, quin etiam magnae et paruae gloriae ex gustu et quiete in Dei voluntate, etc. Quod si aliquod excitari potest desiderium magnarum operationum, ibi potest, vbi ex plena mortificatione solum maior Dei honor quaeritur et sentitur; sed, vt ab aliis potius fiant, desiderabitur ex humilitate. Non negliget tamen, qui huiusmodi erit, quin ratione suae vocationis et talenti accepti se exerceat cum diuina gratia.

35 Prepara te semper, orationem quum adis, vt spiritu intelligas quod dixit Paulus: «Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus [1].» Praeterea, accepimus spiritum «filiorum, in quo clamamus: abba Pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei [2]». Haec si sentias interius in corde accedens ad orationem, magnum habebunt pondus, magnam efficaciam. Primus locus dat sensum humilitatis nostrae et operationis spiritus in nobis. Reliquus locus erigit in spem, vnit Christo, et fiduciam in Filio conciliat et familiaritatem apud Patrem.

Venisti nonnunquam ad vltimam rerum difficultatem, quaerens Deum: age, agnosce tandem infirmitatem tuam: noli praeire Spiritum, sed sine ab illo duci ac moderari in veritate, et disce gratiae cooperari.

---

[1] ROM., VIII, 26. [2] ROM., VIII, 15, 16.

36 Vide infidelitatem tuam in via Domini; nam, si haec ageres in seruitium papae au caesaris, sperares, confideres, non dubitares illis accepta iri quae ageres; et si quae ageres, et si qua in re offenderes, facile tibi remissum iri. Quid igitur coram Deo optimo maximo trepidas? magno animo spera per constantem et longanimem patientiam.

Deus vita est: Deus spiritus est viuificans: hic sensus spiritus viuificat cor.

Da operam vt sentias quid oratio sit, quid sacrificium, et quemadmodum coniungantur. Spiritus sanctus enim adiuuabit ad orationem, et pro te postulabit; Xpus. vero pro te offeret. Nam in virtute Xpi. oblationes si non offerimus, nihil offerimus. Solum illud fuit sacrificium per se Deo acceptum et per illud omnia. Habes hic longam meditationem atque assiduam.

Nulla in re creata sistas quin ex ea ad Deum penetres, et coelesti aliqua meditatione, relatione, motu interiori, addet Christus sensum spiritus.

37 Vide efficaciam orationis, pete aliquid in oratione, quod tamen ad solum Dei seruitium referas, quod bonum sit omnino. Si vere oras, fiet in progressu orationis vt petitionis tuae obliuiscaris, et totus sis in voluntatem Dei coniectus: nihil iam petas particulare, sed eius tantum voluntatem implere.

Per fidem uincitur infirmitas, etiam corporalis. Firma est, potens est, securitas quaedam est fortis.

Est neccessum ad ueram viam contemplationis vt interior habeatur sensus poenitentiae, saltem in genere, quae tecum perseueret, nón solum praeteritorum peccatorum, sed praesentium quoque et oblitorum. Hinc conciliatur confusio coram Deo et humilitas, nascitur fiducia in Deo; quae sunt grauissima principia ad contemplationem. Alioquin est superbia sine exercitio purgationis adire orationem, saltem ad principia.

Magna et iucundissima est familiaritas cum Deo, supra quam explicari potest, tota in eius misericordia et bonitate **38** fundata et absorpta: vbi boni nihil in te sentis, sed Deus fit tibi omnia in omnibus; hinc mira dulcedo colloquiorum succedit, tanquam amici ad amicum, fiducia, spes, fides, virtutes, dona, gratiae.

Quid non? Breuiter: re experiri potes quod inquit Dauid: «voluntatem timentium se faciet [1]».

Vt omnium rerum progressus sunt ordine suo distributi, quod in pictoribus videri potest, qui primum nihil aliud quam primos adhibent colores, ac imperfecte primis lineis membra designant: rursum de integro incipiunt et conantur ad consumationem operis, toties principio repetito, quoties ad perfectum opus deductum non est; ita in vita spiritus tibi est agendum, vt per viam purgationis et illuminationis, si ad perfectionem visionis atque gustum aliquem verae contemplationis ascendisti, experiri [a] rursum de integro ex maioribus principiis per eandem viam ad maiorem perfectionem conari in Deo per Christum non desinas. **39** Futurum enim est vt semper quoad viues proficias in via spiritus ad contemplationem aeternorum.

Ad purgatiuam ex integro repetitam adhibe quicquid ex omnibus tuis exercitiis superioris progressus spiritus et gratiae recepisti, siue illuminatiui status sit, siue vnitiui: mire enim coniunctae sunt illae tres viae, et incredibiliter se adiuuant ac promouent.

«Delicta quis intelligit [2]»? nullus plane. Ita fit vt, quo quis magis proficit in via spirituali, maiorem de cognitis etiam ex parte peccatis cognitionem accipiat, plura etiam, quae latuerant, agnoscat. Simul acquiritur cognitio causarum peccati, occasionis, extensionis malorum, quae per peccatum homini concilientur. Ita est semper de integro ad hanc cognitionem contendendum. Et, vt dicatur compendio: quo magis se cognoscit homo, et Deum, vim mandati diuini, et suam obligationem, et damnum
40 peccati; eo, ex numero peccatorum, culpam distinctius intelliget; atque illorum cognitio terminum creatum nullum habet pro hoc statu, ac ne pro futuro quidem. Nam et quicumque tunc [b] erit gloriae sublimioris tua peccata preterita perfectius intelliget. Ita fit vt peccata nostra supra puras creaturas omnes virgo Dei

[a] Prius *experire;* quod Natalis emendavit. —[b] Haud perspicue haec duo verba exarata sunt. Ita tamen legenda existimamus.

[1] Ps. CXLIV, 19. [2] Ps. XVIII, 13.

mater excellentius intelligat; quam solus Xpus. superat. Nec tamen status est in anima Xpi.; Deus enim solus perfectissime intelligit quanta sit peccati grauitas aduersum se. Hinc poteris et charitatis opera sanctorum erga nos in orationibus et intercessionibus et sacrificiis pro peccatis nostris pensare et nostram stupiditatem et caecitatem. Deus, adiuua nos propter nomen sanctum tuum.

Intercessio virginis Mariae ad omnia dona et gratias impetrandas magnae et excellentis est efficaciae. Dat autem magnam fiduciam apud Deum, si quis ad orationem, ipsa intercedente, accedit.

41 Est spiritus Societatis claritas quaedam occupans et dirigens. Ita videbatur cuidam P. Ignatius dirigi.

Quum oras uirginem matrem Dei vt pro te intercedat, adeas eam, aduocatis omnibus angelis et sanctis, tota coelesti Hierusalem. Hic est honor virginis et efficax oratio...

Quotidiano exercitio sunt tres viae exercendae: vt principium orationis sit ex purgatiua, quasi praeludium quoddam; 2.° loco est aliquid ex scripturis, vel omnino ex creaturis vel ex praecedenti oratione meditandum humiliter de locis et personis, verbis, factis. Hinc leuanda mens ad ea, quae non videntur, per illuminationem et vnionem.

Deus in nobis est; nam nos sumus, et Deus est, et nostrum esse ex Deo et in Deo est: ex nostro esse Deum in nobis intelligimus et adoramus.

Veritas gustatur ac sentitur: qui sensus si constaret, hinc omnia peccata, omnes imperfectiones dignoscerentur: et plane progressus quidam a Deo est veritas.

Desiderauit Christus iam inde a sua conceptione crucem, vt sciebat aliter non redimendum hominem in gloriam Patris: huc referebat illud: «Desiderio desideraui... [1]» Ita fit vt, qui viam spiritus aggreditur, desiderio primum moueri debeat ad mortificationem suam, **44** patiatur multa, donec mortificatis sensibus, et cum Christo resurgat, ascendat in coelum, et consedeat in coelestibus; quae diuinorum est contemplatio.

[1] Luc., XXII, 15.

Dixit P. Faber gaudium esse in omnibus reflexionem facere super omnia, quae possunt taedium inferre, et in gaudium desinere [a]: amplius qui non potest, quid est quod tristari debeat? Imo vero ea est arrogantia; et tamen plus potes, quam arbitraris; plus facis per gratiam Christi, quam credis: facit melancholia vt hoc non credas.

P. Ignatius. Qui bene sano corpore degustare solet spiritualia, quum male sanus est in corpore, idem illi si quando contingat sentire, miraculo simile est...

48 Sequendae sunt ecclesiae deuotiones in suis officiis: plus enim sentitur spiritus, vbi tota ecclesia illi spiritui vacat, et beati in eodem exultant. Plus exauditur in suo festo sanctus, caeteris paribus. Epistolarum Pauli praeterea contemplationes vsurpandae...

Speculum peccatorum, Xpus. crucifixus; in eo enim videntur peccata mea in eius poenis et morte.

Procedere debet Societas, vt sapientia diuina, quae eam fundauit: Deus fortiter et sua**54**uiter: et iuuatur a Christo, qui est via, veritas et vita: itaque operari debet fortiter et suauiter in spiritu et veritate...

Agnouit quidam, quod dixit P. Ignatius, non properandum in oratione; sed in eadem re progredi ac proficere, ac libertatem inueniendi orationem assequi in re qualibet, et non pendere ex oratione praecedenti et sensu: haec vero intellexit consequi se posse, si purgationi diligenter attendat, et operibus Societatis, orationemque amplectatur suauiter, humiliter ac fideliter...

59 Virtus diuina sentitur et capitur in omnibus rebus ecclesiasticis, vt in imaginibus, in altaribus, in templis, in rebus benedictis, in obseruationibus et ceremoniis ecclesiasticis.

Quidam rogabat Christum, vt ipsum dignaretur cruce: sensit autem se errare: quaerere scilicet crucem, et reiicere crucem, quam habet, hoc est fastidia malae valetudinis et desolationis: haec igitur crux tam est facilis, nec tollis eam. Quid si maior tibi daretur? Noli igitur altum sapere, sed humilibus consentias [1].

---

[a] Obscure notatum.

---

[1] ROM., XII, 16.

Erat quidam, cuius orationes eo spectare videbantur, vt consolaretur et laetus seruiret Deo: ostensum autem est illi sentienda esse incommoda suorum peccatorum, pro illis orandum. Hinc futurum, vt non pro sensilibus consolationibus oret, sed intelligat se omni desolatione et poena dignum. Et si**60**quidem consolationes petantur, id fieri intelligat sub conditione, vt ad maiorem gloriam Dei adiuuent, ac vt fiat simpliciter Dei voluntas.

Efficacia sanguinis Xpi. spiritualis non solum in reali tactu, si fieret, sed in meditatione et pio tactu per imaginationem: haec referas suis sensibus spiritus ad omnes actus Christi, tum ad efficaciam meriti Christi, hoc est, ad actum voluntatis, quo nobis merebatur...

In incarnatione, claritas e coelo descendens in mundum, atque occupans, ac virtus diuina hominibus indita, orbis gaudium, angelorum, patrum, iustorum, terror daemonum, reuocatio creaturae in sensu spiritus.

61 Natiuitas Christi, egressus gratiae ad operationem: vnde oratio Societatis, ex qua extensio ad ministeria.

Mysteria natiuitatis, vt ea sint in precio, quae mundus odit, paupertas, luctus, haec assumit Deus; haec laudant angeli...

Scribat Ignatius vitam suam, qua re nihil potest nunc vtilius nobis et Societati facere. Eius aliquam partem postea scripsit per P. Lodouicum Gonçales [1].

Exercitium regis temporalis et vexillorum, vbi primum attinguntur exercitia, ad vocationem spectare solent: vbi vero quis iam ad Societatem est vocatus, proprie ad ministeria Societatis sunt applicanda, vt ex vno sentiat se vocari et sequi Christum, mortifi**64**cationem circumferendo, ac Christi perfectam imitationem.

Ex alio vt quotidie accurramus ad Hierusalem et vexillum Christi, vt ibi audiamus quid iubeat Dominus. Quod fiet si hac praeparatione animi in spiritu accipiamus obedientiam praepositorum nostrorum. Qui sub obedientia non sunt, in ea ipsa oratione Christum consulant: quod omnes seruare poterunt in iis,

---

[1] Eam inter *Monum. Ignat.*, ser. IV, vol. I, edidimus.

quae ab obedientia non pendent, vt exercitium rerum et modus eorum, quae solum in genere praecipiuntur a superioribus...

65 Principium obedientiae Societatis ex bulla confirmationis, quae praecipit in superioribus Christum, quasi presentem, agnoscamus.

Oratio Societatis ita debet comparari ac vsurpari, vt non debilitet studia, nec ab eis vel a quibusuis operationibus nobis consentaneis auertat: eo igitur est contendendum, donec hanc facultatem a Xpo. Jesu assequamur. Nullus inchoandus aut omnino transigendus dies, in quo non ingrediamur in orationem eiusque sensum et interiorem aliquem fructum...

67 Peculiaris intercessio pro Societate est angeli custodis priuati cuiusuis, spirituum beatorum Societatis, principum etiam atque archangelorum gubernantium Societatem, Petri et Pauli, virginis θεοτόκου quae selecto amore prosequitur Societatem Filii sui: per haec ad Xpum. accede: per hunc ad Deum...

70 Oranti cuidam ad sanctam Mariam de consolatione Romae in afflictione animae suae, dictum est: «Humilia animam tuam.» Hoc vero accepit cum sensu spiritus humilitatis Virginis. Post paulo oranti ad aedem S. Petri in carcere, dictum est: «sustine et spera». Accipiebatur autem sensus, quo continebatur D. Petrus in carcere...

71 Spiritus P. Ignatii purissimus, vnitus per leuationem in Deum, vnde sustinetur Societas ac confirmationem habet apud Deum et omnia bene habent...

71 Plenus sensus immaculatae conceptionis virginis Mariae: et celebritas, quae in coelis agitur: et quies, quod esset haec veritas ab ecclesia definienda...

110 Desiderium cum gratia coniunctum et bona spe, vt opera nauetur scripturae sacrae in spiritu, tum constitutionibus ipsis ac regulis Societatis, et obedientiae, totique instituto nostro, vt melius ex hac illustratione et gratia a Deo ipso per Societatem et eius ministros specialis directio in hac vocatione in nobis effulgeat...

113 Deplorandi plane sunt germani principes, qui eo caecitatis et miseriae sunt deiecti, vt plus credant paucis suis conciona-

toribus (et qualibus, bone Jesu!) quam consensui [a] ecclesiae, concionatoribus multis suae nationis, ac omnibus aliis reliquarum omnium gentium orbis christiani. Quid est quod illis magis credant? Sunt doctiores? Sunt plures? Sunt meliores? Authoritate plus valent, **114** dignitate? Habent verbum Dei? Cur non alii? Loquitur illis spiritus sanctus? Cur non aliis? Quid quaeritis in illis? Quid sectamini? Cuius fidei, authoritati, dignitati haeretis? Exurgite, videte, considerate, capite vulpeculas, vulpeculas, quae demoliuntur vineas [1]. Jam singularis ferus [2], dignas sua, qua moribundus euomuit pharisaica arrogantia ac maledicentia, sua cathedra pestilentiae [3], sua teterrima haeresi poenas accepit. Exuite, qui spiritu tantopere per vestros excucullatos exultatis, exuite veterem hominem [4], abnegate carnem et sanguinem; obliuiscimini esse illos vestrae gentis, percurrite causam ab initio huius dissidii, rem totam maturo, prudenti, generoso, christiano, humili in Christo iudicio ex integro animaduertite. Quis dubitare potest quin ad lucem fidei et ad vnitatem ecclesiae **115** redeuntes, praeclarissimam atque illustrissimam laeticiam vniuerso orbi christiano sitis adducturi, vobisque ipsis perpetuam foelicitatem?

Vitia certe alia, in primis superbia, fecit vt darentur haeretici in reprobum sensum [5]. Hinc enim non audit ecclesiam haereticus, sed suo nititur iudicio. Hinc datur in inspirationem et dominium daemonis, qui, quae sua est nequitia, transfigurat se in angelum lucis [6], ac dolosissima imitatione diuinarum illuminationum miseras animas decipit. Hoc vero est quod iam in haeresim atque mentis obstinationem abiectos in peruersitate mentis et retinet et ad aliorum deceptionem ac pernitiem instruit. Exempla potes petere ex superiorum aetatum haereticis, tum etiam praesentis: illusit Ebioni et Cherinto daemon per falsum sensum vnitatis Dei et perfectionis Xpi. hominis. Contra, **116** Cerdoni per falsum sensum diuinitatis Xpi.; similiter Luthero per falsum sensum fidei et receptionis gratiae Xpi. per fidem.

---

[a] *consensu* ms.

---

[1] Cant., II, 15. [2] Ps. LXXIX, 14. [3] Ps. I, 1.
[4] Coloss., III, 9. [5] Rom., I, 28. [6] II Cor., XI, 14.

Accommodari poterunt exercitia Societatis lutheranis, vt in vniuersalibus consistunt, nec esset necesse generalem confessionem facere, nec eucharistiam sumere; tantum spiritui Domini sese subdant, et ecclesiae; saltem illi spiritui ne repugnent, sed consistant quaerendo ueritatem in eo, quod nobis et illis commune. Vna fides, inquit Paulus, vnum baptisma [a]: quaecumque est igitur in ecclesia Dei fides, vna est, ea vero catholica est haud dubie; quare figmentum est lutheranorum se per aliam fidem iustificari.

Virtutes dant quietem et pacem christianis propter coniunctionem, quam habent cum donis et motione spiritus.

Orabat quidam [b] ad interiorem aditum **117** diui Laurentii extra muros: sensit autem ingredientem spiritum Domini in Germaniam. Ante conspectum vero eius diffugere demones, tremebunde dissipatos: vtinam id nostra aetate videamus.

In aede D. Sebastiani ad Catacumbas [c] cum oraret idem, confortatus [est] etiam non vulgariter a Domino, ministerio Petri et Pauli, ad institutum Societatis ex fructu, qui ex ipsa prouenturus est ecclesiae Xpi. Itaque intelligebat nihil vtilius posse se agere, quam constitutionibus, regulis primum, dare operam, vt quam emendatissime edantur, tum vt illustrarentur scholiis et plena fiat instituti totius manifestatio.

Considerabat idem ac sentiebat, qui mortui sunt ex Societate, per hos e coelo augeri Societatem...

121 Ex nimia lectione ethnicorum in humanioribus literis et orationis ornatu comparari solet quaedam orationis quidem lux, sed quae pariat contemptum simplicitatis christianae, uel omnino iudicium inducat diuersum, quam quod pura veritas et simplicitas xpiana. amat, et vnde periculum sit ne in errorem quis incidat. Idem discrimen solet parere lectio nimia vel stu**122**dium philosophiae ethnicorum...

In legendis scripturis uel recitandis horis canonicis adhiberi debet similis sensus spiritus ac deuotio cordis illi, quam coniicimus sanctos, quibus scripturae reuelabantur, adhibere solitos in

---

[a] *bauptisma* ms. —[b] *quidem* ms. – [c] *Catecumbas* ms.

Domino. Ad id ex gratia Dei manuduceris, si eo sensum referes tuarum deuotionum ac consolationum.

In legendis horis canonicis, psalmis praesertim, indues Christi personam, hoc est, Christum ipsum, vt in illo petas, patiaris, potens sis, quasi ipse in te loquatur, ac tu in ipso in spiritu sancto, **123** indue ecclesiae personam, indue alias, quas tibi porrigit res ipsa...

In dies quaerendum quid magis Deo placeat, idque instanter ac fortiter operandum.

Quaerebat quidam in oratione a virgine Maria quid sibi esset agendum, quo Deo magis placeret: sensit vt pro Christo pateretur, et in Christi imitatione totus esset: gustus accedebat vitae atque actionum Xpi...

Eundum in Germaniam, nam vel nihil agetur, et bona erit haec con**144**fusio et humiliatio, siue aliquid agitur, et gloria erit Dei, vel omnino faciet Xpus. vt morte nostra iuuentur germani, et id fiat in peccatorum poenitentiam: faxit Xpus. vt per obedientiam liceat...

145 Hoc habet Societas ex gratia sui instituti atque ex sedis apostolicae approbatione, vt curam habeat animarum, sed indefinite, idque in paupertate atque humilitate, vt religio sit in ecclesia Dei, quae ex statu utriusque vitae et actiuae et contemplatiuae, atque adeo superioris, perfectionem polliceatur, simul et hoc onus impensius sustineat, vt cura earum animarum particularis ac certa non desit, quae a suis pastoribus, vel negliguntur, vel certe iuuari non possunt. Itaque, tametsi curam animarum non accipit Societas, cui curae ecclesiastico iure ea coniuncta sunt, quae cum statu religionis non constant: redditus, honor, **146** iurisdictio in externos; tamen curam habet de suo instituto annexam necessario, earum tamen animarum praecipue, quae ea cura sunt destitutae.

Vincenda natura, non ea solum ex parte, qua male propensa est, sed si quid bonae [a] habet indolis, id quoque in spiritus libertate facile mutandum, vel intermittendum, vt alios aedificemus, atque omnia omnibus efficiamur in Domino.

---

[a] *boni* ms.

Incipiendum serio in dies.

Orationi serio ac fortiter incumbendum, sed ad eam rationem, quae propria est Societatis...

Qualem accepisti gratiam in vocatione tua particulari, talem accipe in vniuersali omnium hominum, quae est Xpi. gratia atque euangelica vocatio; accipies enim charitatem maiorem, vt haec finis illius est: illa pars, haec totum: viuat igitur vtraque gratia, vtraque illuminatio **163** in te; sed vide ne ita parti afficiaris, vt fias negligentior in tota illa et perfecta Jesu Xpi. gratia ac charitate, tametsi ad initia nouitiatus in religionibus soleat particularis illa esse sensibilior, vt quae pro medio donetur vocatis in Xpo. Jesu.

Accipe atque exerce diligenter vnionem, quam tibi gratificatur spiritus Domini ad Christum Jesum, atque eius potentias, vt sentias in spiritu te per eius intellectum intelligere, per voluntatem velle, per memoriam recordari, totumque te et esse et viuere et operari, non in te, sed in Xpo.; haec est huius temporis perfectio summa, virtus diuina, admirabilis suauitas.

Vota religionis votorumque gratia, praeter alia, quae gratificatur, illud est precipuum, vt fines vanos intercidat atque amoueat nostrarum actionum, et libertatem faciat, qua per gratiam Dei omnes nostrae operationes ad Deum intendantur **164** ac dirigantur. Nam demitur, per paupertatem, finis, qui ad mundum attineat; per castitatem, qui ad carnem; per obedientiam, qui ad proprium iudicium vel voluntatem, quibus finibus relictis, nil restat, quo spectemus, nisi Deus superbenedictus.

Obdormiuit in Domino Pater Ignatius die veneris ad ortum solis 31 Julii 1556, natus annos 64, anno post Societatis institutionem 16. Ego eram Simancae in Hispania, vbi tamen primum resciui, quod fuit Vallisoleti mense Septembri, tristicia primum, sed quae statim est occupata firmitate quadam spiritus et exultatione, etc.

Fuit in morte P. Ignatii humilitas insignis in modo moriendi, quasi qui se negligeret perfecte, et ab aliis negligeretur omnibus, vnde significat nobis Xpus. quem habuerimus ducem, et quem simus semper habituri, nempe Xpum. in generali nostro.

165 Aedificatur Societas exultatione spiritus et feruore...

170 Alae duae Societatis sunt partes Societatis, quae in India et Germania in auxilium animarum incumbunt in Christo Jesu, ac prouehunt Societatis corpus...

Nullus desideret imitari sanctos in his priuilegiis, quibus illos Xpus. in hac etiam vita prosequitur, sed vera imitatio et efficax illa est, si media imitemur, quibus ad illa priuilegia attigerunt. Hoc succurrit cuidam, cum desideraret Patris Ignatii imitari contemplationem ac rerum diuinarum sensum.

Lux magna in vocatione ad fidem, gratiam, ac veritatem, quae per Jesum Christum facta est. Ad huius lucis agnitionem perfectiorem videbatur lux vocationis ad Societatem et vota manu ducere.

Addebatur ad hanc lucem lux quaedam **171** interna in spiritu in sensu cordis, quae vis diuina quidem efficax videbatur ad illa agenda in Deo per Xpum., quae perfectio illa lucis commonstrabat.

Mirandae Patrum Societatis virtutes, imprimis P. Ignatii.

Fides aperit ianuam diuinae reuelationi atque inspirationi.

Vt xenodochia ad curam eorum, qui omni auxilio destituuntur, instituta sunt, ita Societas in animarum auxilium, quae pereunt, nec est qui id recogitet; quanti vero hoc sit, ex voluntate Dei, ex passione Xpi., ex nobilitate, ex praemio, quod amittitur, et poena, in quam incurritur, corde intelligitur.

Quod si sine sacramentis obierit Pater Ignatius, dispensatio fuit Dei; non enim potuisset id pati, quin fuisset mortuus ex plenitudine deuotionis, in tanta praesertim corporis debilitate. Etenim ex missae celebratione vel ex communione **172** sola in amorem vel lachrimas solebat, firmo etiam dum corpore, resolui et vehementer commoueri ac debilitari, atque etiam in febrim incidere; quae erat causa quod non ita frequenter missam celebraret. Adde quod eius erat vita supra communem hominum captum ex selecta gratia ac priuilegio. Itaque accipiebat gratiam solitam etiam sacramentorum absque sensili sacramentorum receptione, ex illorum deuotione et voto. Denique ad humilitatem res tota referri potest, vt in eius morte ab eo totus affectus noster in

Christum conferretur, qui noster est perpetuus praepositus generalis, qui est Deus benedictus in secula, et P. Ignatii humilitatem cordi infigeremus...

173 Angelus custos confidenter ac familiariter in suauitate cordis ac luce inuocandus, quasi si videas Deum per illum velle nos iuuare: ad id conferre etiam voluntatem suam atque auxilium, virginem θεοτόκον, ac sanctos omnes.

Erat quidam desolatus spiritu, tum etiam corpore male affectus, ad haec spiritu tentationis affligebatur. Ad Christum Jesum in afflictione cordis confugit in oratione: affuit gratia et lux ex corde animam confortans, in qua gratia tenebrae tentationis dissipabantur, sequebatur vero libertas spiritus ac dulcedo...

174 Sequendus custos angelus, quasi si puer timidus, trepidus atque imbecillis, sequatur magnanimum quemdam gigantem.

Qui in congressu ac colloquiis erat natura ac consuetudine insuauis ac molestus, nihil habens pensi si alios dolore afficeret, atque adeo id, nescio quo errore, boni consulebat, orauit intentius D. Agatham, vt donum contrariae virtutis sibi a Deo impetraret: sensit gratiam ac dulcedinem spiritus, vt tota illa animi propensio ac voluntas fu**175**erit illi immutata, vt ab illa acerbitate totus placide feratur in affabilitatem ac suauitatem, in eadem tamen spiritus libertate ac suauitate...

Quidam in eo erat totus, vt subueniretur Germaniae, et missam eo dirigebat: sensit in principio missae et fere per totam missam quod Xpus. ipse praeiret illi simul in oratione, et presertim in oratione dominica et sacrificio, quasi infirmum se et despectum, et quasi patientem ostendens Patri. Sensit item selecte gloriam Dei puram in Germania, et quae pure est desideranda, in suauitate quadam claritatis luminis, quae omnem haeresim esset expulsura in Xpo., **183** cui est infinita ac sempiterna gloria. Amen.

Virgo θεότοκος laudanda, extollenda, adoranda, etc.; quod a filio Deo laudetur et honorificetur.

Mariae deuotio data est cuidam cum significatione lachrimarum: post duos dies sensit sibi datam gratiam aduersus quamdam tentationem.

Imitatio Christi in Societate, vt in abiectione ministeria impleantur, quae magis iuuent proximum, et in ipsis bonis operibus contemnamur, et, si quidem sit sine propria imperfectione vel culpa, plenior imitatio. Hinc non posse cogitare de dignitate, nec intra, nec extra.

In die ascensionis liberatio a passionibus, et apertum ostium ad omnia bona per passionum mortificationem, et rerum terrenarum contemptum, et purum sensum coelestium in Christo, qui captiuum **184** duxit et continet in coelo cor nostrum.

Ex vnione cordis Christo ascendenti et sedenti in coelo ad dexteram Dei, fidei magnitudo, et praesentia Dei in confortatione operationum.

Magna cordis claritas ac fides in vnione ad Christum, magna spes incrementi gloriae Dei in Societate et ecclesiae, quasi videres ad bellum prodire Dei virtutem per orbem ac dissipari inimicos eius. Sit Deus benedictus in secula...

Magna amplitudo meriti in obedientia, vt in omnibus rebus etiam indifferentibus, meritum obedientiae desumamus; magna humilitas, vt omnia meliora credamus, et media ad salutem, quae non sint peccata; magna rursus ex eadem ratione obedientiae certitudo et dignatio Dei, et quasi miraculum, vt velit vti medio illo, et faciat rem, quae non habet ex se illum effectum, vt illum a Deo accipiat.

Consilium Patris Ignatii est exercendum ad sanitatem tuendam experimentis facilibus et naturalibus, etc...

Gaudium et lux in singulis selectis gratiis Patrum, ac nihil in illis posse quicquam mali considerare.

Inuenit quidam angelum Societatis sibi peculiariter propitium. Itaque tres angelos peculiariter sibi propitios confidit, ad quos particulariter acurrat, custodem proprium, et Societatis, et Michaëlem, vniuersae ecclesiae principem...

Eleuatio perpetua iuxta imitationem Ignatii.

Magnus sensus gloriae Ignatii in coelo.

Sensus intimus et iucundus humilitatis, ex abnegatione, quae fit ex actu fidei, spei, et charitatis.

Sensus magnus imperfectionis et ineptitudinis et errorum.

Hinc magna afflictio et melancholia; consolatus est tamen hanc afflictionem Pater Ignatius.

Magna intelligentia in exercitiis, ex qua consolatio in afflictione...

De conceptione virginis Mariae in praedestinatione difficultas dissoluta clare. Nam in signis illius praedestinationis agitur de casu primi parentis et liberatione: illi liberantur post casum; haec praeseruatur ex gratiae priuilegio ante casum.

Qui communicat, recipit in sepulchrum Christum, vt in eo resurgat, et in coelum ascendat.

Vocationi et institutioni apostolorum nostra vocatio similis: cognos**195**cimus Societatem: deinde sequimur: 3.° docemur: 4.° accipimus facultatem vt mittamur: 5.° mittimur: 6.° sumus in ministerio: 7.° pro Xpo. mori parati in obeundis ministeriis...

Quod quidam senserat missurum Xpum. cor suum ad eius cor, quum co**196**gitaret ne arroganter per illusionem fuisset illa cogitatio intrusa, sensit plura praestare sibi Xpum., non solum cor suum ad ipsum misisse carneum, id est amorem creatum, sed increatum et infinitum suum cor; nec haec poterat plene cogitare quin magnam motionem in corde sentiret et vim quamdam, in cordis quasi defectionem cogentem...

Meditatio ac contemplatio vitae Christi in sensu spiritus supplet, quae praesentes apostoli atque discipuli Domini contemplabantur.

Constat spiritualis homo substantia quidem animae ac potentiarum non simpliciter; nam hic homo est terrenus et carnalis, sed si intelligamus illam substantiam esse quasi informem quamdam materiam, quam informet Dei gratia per virtutes ac dona spiritus: neque vero **200** haec est perfectio eius pro hoc statu vltima, sed diuina operatio in nostris potentiis, et per nostras potentias, illa gratia formatas. Itaque virtus in intellectu vera ex operatione Dei per fidem in voluntate, per spem ex affectione commodi, in voluntate per charitatem, ex iusticiae affectu. Hae sunt sanctae operationes, de quibus beatus Franciscus in regula, et quod P. Ignatius in frequentissimo vsu habebat «en el Señor nuestro» «en la su diuina magestad», et id genus multa.

Quum quidam videret reliquias, quae seruantur in templo sancti Johannis Lateranensis, sensit magnam deuotionem cum lachrimis, praesertim vbi suo rosario vitae Christi illas contingeret. Itaque non sustinuit amplius vti illo rosario, sed conseruauit pro magnis reliquiis. Tetigit enim inter alia sudarium Xpi., et quidem sanguine imbutum et alias reli**201**quias absque medio aliquo: posteaquam vidit reliquias, perseuerante deuotione, dedit se orationi et non potuit pro se orare, sed pro illis, circa quae versatur Societatis finis, vt iuuentur haeretici, infideles, et ecclesia reformetur; sed non tam erat haec petitio, quam suauis quaedam et quieta contemplatio illarum rerum luce, quasi si praesentes cernerentur; sed vbi haec ad causas inferiores reduceret, sensum inueniebat, quasi bonam quamdam et suauem voluntatem ad illa in gratia Societatis. Vbi vero ad se descenderet, vel pro se oraret, audiuit «not cures; que Deu será ab tu [a]»; sed cum dubitaret quod videretur τὸ «not cures» negligentiam indicare, audiuit interpretari «not cures» id est, «sies segur [b].» Cum ad alia descenderet, clare vidit fere omnes operationes suas communiter esse peccata, propterea quod in Deo pure non fierent. Itaque intellexit plane esse in superiori lumine nouam vitam inchoandam, **202** quietam, claram, suauem, ex intimo cordis sensu, in Christo, in operatione Dei: habuit simul spem sanitatis corporaralis recuperandae, quoad erit vtile. Sit dominus Deus trinus et vnus benedictus in secula. In vigilia sanctissimae Trinitatis haec acciderunt.

Summa et certissima petitio, et quae vniuersas complectitur, gloriam Dei et petere semper in oratione vnice, et in omnibus operationibus quaerere. Cui dubium esse potest, si nos quae Dei sunt quaerimus, Deum quae nostra sunt facturum ad gloriam suam maiorem?

Sensus Trinitatis superexcelsae, in re quauis, per bonitatem eius, veritatem, et vnitatem in Deo clare et suauiter.

---

[a] Super haec 7 verba, sermone lemovicensi seu majoricensi scripta, haec latina versio posita est: *ne cures, quia Deus erit tecum.* —[b] Super haec 2 verba: *esto securus.*

Ieiunium vnum singulis hebdomadis, et flagellatio vna, vt symbola afflictionum et passionis Xpi. **203** Nam aliis in rebus ex ratione status imitatores sumus Christi, vt in oratione, paupertate, castitate, in fine, in humilitate, et abiectione. Et quidem, quod ad ieiunium attinet, iam Pater Ignatius indixit abstinentiam diebus veneris, quam Societas recipit atque obseruat. De flagellatione grauius est considerandum, an Societati sit praescribenda. Nam, quod ego superius dixi, proprius fuit sensus ad meae conscientiae profectum. De flagellatione praescribenda, si consultaret Societas, probarem ego vt ea esset breuissima, vt 15 ictuum, vel decem, saltem singulis hebdomadis.

Renouare deuotionem, quae prouenit ex inspectione reliquiarum, aliquoties annis singulis.

Vnio animae ad Deum absque praeuia particulari cognitione, nisi ea, quae ex fide est generalis et in enig**204**mate, et in hac continenter mystica theologia.

Magna consolatio in veritate nostrae vocationis atque instituti cum multis lachrymis, cum audiuisset quidam commotum Paulum 4 aduersum nos, propter delationem quamdam, quo tempore erat vicarius P. Laynez. Postridie vero ad missam, vbi in primo memento versaretur idem, et vellet missam applicare ad necessitatem Societatis praesentem, ita fuit raptus ad intimam quamdam Societatis firmitatem et principium, vt toto conatu non potuerit ad aliud animum intendere, vel missam applicare, nisi quod ad finem applicare potuit in genere quodam ad ea, quibus erat solitus applicare. Tota igitur applicatio ad gloriam Dei simpliciter ferebatur, nullo considerato **205** periculo nostrae congregationis, nisi quod desiderio ac quadam dulci contemplatione videretur ea pars iuuari hominum a Societate, quae adiutorio erat destituta, ad quos iuuandos vnusquisque alioqui tenebatur. Hanc tamen curam subibat Societas peculiariter.

Gaudium spiritus omni cura in Xpo. considerandum perpetuo, quod cum puritate amoris Dei semper est coniunctum, in spiritu amoris illius. Ex hoc componenda omnia inferioris hominis gaudia, vel dolores sustinendi, vel moderandi, vel etiam imperandi. Num hoc est quod Paulus dixit: «Gaudete in Domi-

no [1]» etc. Et alibi: «Regnum Dei (inquit) iusticia, et pax, et gaudium in sancto Spiritu [2].» Et rursum, Spiritus fructus primos dicit charitatem, tum gaudium, deinde pacem [3]. Hinc in aliis fructibus temperantur affectus in patientia, etc.

206 Cum auditum esset propter delationem cuiusdam dedisse commissionem papam cardinali Reomano et Tranensi vt vicario Patri Laynez indicerent nomine suo, vt ipsis exhiberet omnia rescripta apostolica et constitutiones, et nomina omnia, quotquot sumus Romae; praeterea, ne quis Roma sine licentia Smi. egrederetur; quidam, cum antea desolatus fuisset, totum eum diem, qui fuit 18 Julii 1557, et duos aut 3 sequentes dies, tantam sensit consolationem spiritus et gaudium et sensum Societatis, praesertim vero finis Societatis et substantiae ipsius instituti, vt non possit sensum exprimere, quem vtcumque lachrymae exprimebant: ad haec, nullam potuit in ea re difficultatem sentire, et ne minimum quidem sensum timoris concipere. Nam si quando ad difficultates et pericula et timorem animum vellet intendere, nihil horum poterat occurrere, sed contra lux quaedam et **207**
decor suauis; et videbatur similitudo quaedam, quasi cuiusdam aedificii marmorei speciosissimi ac candidissimi [a], cuius nec videbatur principium, nec finis, nec species declarari definite. Sed haec tria sentiebat corde esse abscondita cum Xpo. in Deo, cui sit gloria infinita in aeternum. ἀμήν. Amen [b].

Recepit [c] idem illo biduo magnas mentis illustrationes; vnam quidem de productionibus diuinis, quam explicare non potest; ex qua tamen tantam sensit in eo articulo confirmationem, vt sibi videretur apertum donum intellectus. Item, sensit quemadmodum et est cibus animae eucharistia, et vnio fidelium, etc. Item, cognitionem clariorem accepit suorum peccatorum, praesertim in accipienda poenitentia pro illis, quae sibi videbatur suauissima; breuiter: magnam lucem in rebus omnibus et fortem.

208 De Paulo quarto nihil potuit sinistre cogitare, nihil ab illo timere, sed nescio quo attractu superiore praeuentus, in re-

---

a *condidissimi* ms. —b Sic. —c *Recipit* ms.

---

1 PHILIP., IV, 4. 2 ROM., XIV, 17. 3 GALAT., V, 22.

bus omnibus sentiebat esse obediendum, vt Xpo.; mouebatur vero ad compassionem eius, quod agere videretur aduersus Societatem, et eo impensius orabat pro eo in missa et aliis orationibus, et praesertim vt Dominus animam eius susciperet, quasi breuis esset futura eius vita. Christus Jesus velit per suam misericordiam sententiam (si contraria est) temperare, et faxit vt in longitudinem dierum viuat et succurrat Dei ecclesiae, ad maiorem nominis sui superbenedicti gloriam.

Tertio die in oratione matutina, idem, cum desolatus esset, datus est illi spiritus quidam [a] ac sensus humilitatis, cum vbertate lachrimarum, illi similis, **209** quem accepit, vbi Pater Ignatius volebat vt professionem emitteret 4 votorum, et ipse tamen sentiebat se ineptum ad professionem, et conquiescebat in eo gustu, vt vellet seruire professis perpetuo, et esse coadiutor; sed videbatur sensus praesens maior et efficacior, vnde maior lux et libertas oriebatur in actibus humilitatis, vt se gereret tanquam coadiutorem, et omnes professos reuereretur, tanquam superiores, et nihil vt aequalis se illis ingereret, nisi vocatus ac iussus. Nulla poterat illi subire cogitatio rerum magnarum, sed humilium, et in quibus aliis seruiret, per quos ipsum Deus gubernaret; bene iudicabat de omnibus, bona in aliis aestimabat magni, ac suauiter contemplabatur; mala non poterat apprehendere; pax in Christo, cui laus et gloria in seculum...

Magna confirmatio ex sensu interno earum rerum, quae superiori biduo senserat.

Sensus spiritus cum lachrymis, quod confidenter ad Christum Jesum praesentem in eucharistia sacrosancta est adeundum ac confugiendum in quauis necessitate, quemadmodum praesentem adibant discipuli et adiremus hoc tempore, si externa praesentia in mundo nobiscum versaretur.

In tam exacta intellectus obedientia necessum est consultores ea sint obedientia [b], vt cum libere, et possint, et **211** debeant, de actis superiorum ad generalem referre, constet tamen in ipsis obedientiae districtio. Item quod sit perniciosum Socie-

---

[a] *quidem* ms. —[b] Sic.

tati exemplum, vt qui superior est, honorem illum esse putet, et non potius functionem humilitatis et seruitutis. Item, si putet sibi iniuriam fieri vt officio moueatur, ac contendat et curet in magistratu permanere.

212 Externae contradictiones fuerunt.

Antequam Societas confirmaretur, Venetiis excitata est contradictio a Petro Carraffa, qui fuit Paulus 4. Nam aliae narrantur a commentario aliquorum gestorum P. Ignatii.

Alia item ante Societatis confirmationem fuit Mudarrae, Paschasii et Barrerae, aulicorum romanae curiae hispanicorum [1].

Dein cardinalis Guidaccioni, cui commiserat Paulus tertius negotium confirmationis anno 1540.

Praeterea fere simul Mathiae, qui erat veredariorum praefectus Pauli tertii, Rossellae, et Barberani.

Alia fuit Joannis a Mercato, qui praeerat catechumenis anno 1552.

Rursum anno 1564, fuit excitata ab Caesarino [2].

Fuerunt hae quidem vniuersales, vt quae negotium facessebant contra generalem et Patres romanos.

213 Fuerunt et aliae rursum vniuersales, Cani in Hispania, Sorbonae Lutetiae. Aliae quidem nonnullae fuerunt motae, sed quae ex falsis rumoribus fuerunt paulo negotio extinctae.

Et hae quidem poterunt Chronico inseri; aliae in secretis commentariis.

Sensus vt adeatur ad missae sacrificium, tum ad sacrosanctam eucharistiam confidenter. Nam aditur Christus gloriosus, Deus omnipotens, per summam obsecrationem, quasi per actualem oblationem in cruce, vt in sacrificio, et per veram mortem, vt in sacramento. Nam, vt in sacrificio offertur, quasi renouata passione, Xpus.; in sacramento, quasi mors vera, quasi re ipsa repraesentata: vtrumque in commemoratione vera et efficaci in sensili signo diuinitus.

---

[1] De his Ignatii calumniatoribus saepius in *Monum. Ignat.*, ser. IV, tomo I, sermo est. Paschasium autem, hic nominatum, nullibi alias reperire potuimus.

[2] Vide supra, pag. 148 et seqq.

Quidam cum fuisset ad collegium missus [1], vbi primo die adeo fuit desolatus, vt ne principium quidem (alioqui sibi facillimum) inuenire posset orationis, sed ita tamen, vt eli**214**geret efficaciter illam potius desolationem, quam consolationem ex familiari sibi principio tertii gradus humilitatis, de quo Pater Ignatius in exercitiis; postridie vero, quum ab eadem sterilitate timeret, affuit tamen illi diuina gratia. Ex contemplatione imaginis natiuitatis Xpi. adeo fuit commotus sensu illius mysterii, et tantam lucem accepit, vt in gustum et contemplationem Christi crucifixi cum multis lachrymis traduceretur, quasi ex illa eleuatione mentis et luce intelligeret esse ad contemplandum Christum crucifixum adeundum. Hinc ad praesentes necessitates dona accepit plurima. Confirma hoc, Deus, quod operatus es [2]. Cum haec consolatio perseueraret, inter colloquia Patrum, intellexit illud esse, quod dixit Christus latroni: «Hodie mecum eris in paradiso [3]»; paradisum inveniri in hodie passionis, hoc est passionis contemplationem, sensus, et fructum.

215 Actus humilitatis, vt facilis est in consolatione ac rerum successu, vnde laudetur quis, vel omnino laudari possit, ita difficilior ac verior, vbi in contraria dispositione quis constituitur. Ex priori igitur non est signum certum virtutis; ex secundo est.

In oratione vel etiam in actione quauis spirituali, cum duo concurrant: Deus in donis suis, ac nostrae potentiae, si quis ita agat, quasi qui vigeat ex solo sensu donorum, sentiebat quidam eum hominem molestum esse Deo, sed timorem ac tremorem, vel actu, vel virtute, esse adhibendum, ne sua voluntate cogi Deus videatur, etiam per dona sua, quae proueniunt ex illius gratia; praeterea ne arrogantia sit, quasi iusti simus, et in quibus nihil videat Deus ipse corrigendum. Ad eum adeamus, in cuius conspectu ne angeli quidem mundi sunt, cum summa reuerentia ac timore. Num hoc est quod dicit Paulus: «Cum timore ac tremore salutem vestram operamini [4].»

---

[1] Idem scilicet P. Natalis, qui anno 1557 renuntiatus est superintendens collegii romani; ibique etiam annis 1558-1560 eo munere functus est. Cf. *Epist. P. Nadal*, II, 50, 64 et 65.

[2] Ps. LXVII, 29. [3] Luc., XXIII, 43. [4] Philip., II, 12.

216 Sensus humilis ex miseria peccatorum et tentationum.

Confidentia in operibus, siue internis, siue externis, ex obedientia in Deo per Christum, et non tanquam ex nobis.

Petrus firmitatem et directionem, Paulus nobis ministerium in Societate nostra significat; et adiuuat vterque vt ecclesiae princeps.

Vitiorum mortificationem ne neglige, fili, per sensum gratiae vocationis tuae, vel consolationis in ministeriis: tibi omnia fiant acerba, vbi magis te arbitraberis esse securum; sed hanc mortificationem iuuat quotidianum examen particulare cum suis additionibus.

Petrus et Paulus expeditissimi, quasi praecincti ad magnum ministerium in ecclesia in fortitudine Dei, et maiestate, quemadmodum iterum sensit quidam in capella diui Petri.

217 Obedientia intellectus exscindit et auferet quod est in vita et difficillimum et molestissimum: iudicium, scilicet, quid melius facere debeo, quid honestius, quid Deo acceptius; et id quidem cum summa authoritate ac luce diuinitus; vtique in obedientia ex verbo Xpi. «Qui vos audit, me audit [1]», etc., tum ex voto, etc. Dat igitur nobis paradisum in terra obedientia intellectus, et quidem ad imitationem status innocentiae ducit proxime, quod ad mentis quietem attinet. In paradiso enim nihil considerabant, iudicium non exercebant, cur praecepisset Deus, etc.; sed diaboli malicia vbi primum considerauit Eua, a iustitiae rectitudine excidit.

Semper in timore standum. Nam etiam si abundent sensiles gratiae, quae iuuant quidem ad habitus virtutum **218** comparandos et facile exercendos, tamen vt nostra est operatio et vsus habituum vel gratiarum, ita semper timendum ne nostra ex parte desimus Deo, eiusque operationi, inuocandusque semper est Xpus. in timore ac fide.

Ex sensu interno cognitionis Dei, magnus prouentus spiritus.

Fides, omnium bonarum operationum et omnis iustificationis principium, quod ex sensu eius intelligitur. Nam charitatis sensus

[1] LUC., X, 16.

etiamsi dat vnionem, perfecta tamen vnio et concursus Dei perfectus per charitatem respicit ad fidem eiusque sanctam operationem, vt ad principium et radicem, non vt ad perfectionem. Hinc fit vt sit initium fides omnis iustificationis, non vt sola iustificet.

Itaque in luce et principio fidei ac**219**cipimus omnia sacramenta, omnia dona Dei, omnes Dei operationes esse in nobis veras et efficaces, et magna illustratione cognoscimus non iustificare nos solam fidem, sed quid, quo ordine, in nobis perficiat iustificationem, aperte contemplamur in lumine.

Si quis purgato esset animo, sentiret diuina mysteria, vt verbo Dei exterius nobis proponuntur, ita interius. Num hoc «Beati mundo corde, quoniam [1]», etc.

Principium totius spiritualis vitae, gratia et virtus diuina, cuius sensus spiritus redundat ad cor ac sentitur; hinc fides et reliquarum virtutum operationes: haec gratia augetur, donec dono Dei infunditur perfecta gratia, quae est charitas et iusticia in cordibus nostris inhaerens, ac Xpo. nos perfecte vniens in Spiritu sancto; **220** vnde rursum summum extat principium omnium operationum in Deo. Ex hac operatione sensit quidam magnam vim ad optima quaeque, et libertatem quandam assequebatur ac lucem, qua et affectiones animi ac tentationes dissipabantur, ac suam miseriam ac peccata contemplaretur, aliorum non posset. Ex his intellexit quid sit fidem per charitatem operari. Item, quid sit quod arguit Xpus.: «Quid autem vides festucam in oculo... [2]»

Confessio generalis, ex deuotione in Patrem Ignatium concepta, cum proposito vitae renouandae.

Homo interior constituendus, qui verior est haud dubie quam exterior. Is creatus est a Deo in Xpo.: huius est caput Xpus.; atque adeo Xpus. est hominis interni et caput et corpus, vt ecclesiae. In Xpo. enim est et principium omnis spiritualis operationis, et operatio simul omnis, et substantia, et sensus, et vita. In hoc capite viget intellectus, et voluntas, et memoria intel-

---

[1] MATTH., V, 8. [2] MATTH., VII, 3.

lectualis in spiritu, tum sensus interni in eodem spiritu. Sed tunc **222** est hic homo perfectus, vbi nihil inferiorem hominem, qui caro est, sequitur, et haec inferiora nihil interturbant; quod rarum est in hac mortalitate. Sensum harum rerum hunc habuit quidam: videbatur videre animam creandam a Deo, vt innocentiae statu fuerat creata, splendidam, diuina quadam luce ac donis naturalibus illustrem, tum immergi ac contaminari et colligari hac corruptione carnis. Hinc vbi contendit ad illam lucem et libertatem, Dei gratia in Xpo. fit, vt constituatur homo interior, qui solus sit totum hominem gubernaturus. Hic vero sentitur in luce quadam spiritus et sensu, quasi Christum induamus tota anima et corpore toto, virtutemque ipsius omni ex parte sentiamus.

Renouatio, quasi nunc primum in Societatem reciperer, et sensus magnus vocationis ac instituti et vitae Patris Ignatii, in omnibus vitae illius **223** actionibus, nihil inueniendo, vnde non possimus exemplum vehemens sanctae imitationis colligere...

Inuocatio Trinitatis, vbi primum e lecto exurgimus, beatissimae Virginis, Michaëlis, Joannis Baptistae, Petri et Pauli, archangeli gubernatoris Societatis, angeli custodis, et Ignatii, omnium sanctorum, et angelorum.

224 De profundis.—Exurgat Deus.—Magnus Dominus.—Deus, qui nos.

Orabat quidam in communione missae Christum, vt gratificaretur sibi imitationem Patris Ignatii, Patris Fabri, Patris Xauier; visus est interius audire Xpum. sui concedere imitationem: intellexit vero «sui» etiam in se, non solum in illis Patribus.

Multa sensit quidam in confirmationem Societatis, eo praesertim tempore, quo Paulus 4 iusserat exhibere cardinali Tranensi et Reomano nostra rescripta omnia, atque constitutiones; et duo in primis: vt ne minimum quidem de instituto vel dubitaret vel timeret; et quod omnia, quae ageret summus pontifex, esset boni consulturus et deuote accepturus; sed tamen et diligentissime et **225** verissime esse curandum, vt veritatem instituti intelligat papa...

Fortissima causa contritionis offensa Dei: tum quod Deus pro peccatis sit mortuus.

Omnis vita nostra, omnes actiones, ab obedientia gubernandae, vel praesenti et sensili, vbi ab superioribus dirigimur, vel orandum vt omnia nostra ab obedientia spiritus et gratiae Societatis gubernentur, et contendendum vt ex proprietate spiritus Societatis ea etiam agamus, quae nobis libera relinquuntur a superioribus.

In tentatione meditare spiritualia et abstracta atque remota a re quauis, quae cum materia tentationis sit coniuncta.

Magnus sensus in gratiarum actione, quod Deus sit misericordia: Christus sua passione absque vllo meo merito **227** me praeseruarit, nec dereliquerit, quemadmodum multos alios etiam.

Magnus prouentus ex tentationibus variis; et, inter praecipuos sensus, quidam mortificationis ac timoris ex memoria tribulationis.

Meditationem praecedit et comitatur petitio, hoc est, desiderium adiutorii, consequitur diuina virtute et gratia fructus in intellectu ac potior in voluntate.

Non est magnum si, vbi laudaris et consolatus es, vel vbi ex sententia tibi res succedunt, humilieris; sed vbi accedunt his contraria.

Oratio tibi sequenda est ea, quae ex voluntatis affectu proficiscitur, si potentiae tibi tenuiter inseruiunt ad operationes intellectuales. Haec est via amoris, quam tantopere extollunt deuoti homines.

Esto Christi Jesu discipulus in sim**228**plicitate cordis, humilitate, ac fide.

Et nihil altum sapere cupias.

Aperto ore cordis tui Christo, suscipe spiritum in suauitate animae tuae, et concurre cum illius diuina operatione.

Diuinitus videbatur impediri quidam ne operam daret literis curiose, neue lectioni ethnicorum daret operam, quasi videret lucem infundi sibi nouam ad actionem spiritus in simplici et deuota scripturae meditatione, Christo magistro, tum in externa ministratione ministeriorum Societatis.

Diligenter aduertendum ne luce consolationis abutaris indiscrete vel gratia vocationis. Bene enim potest et male illis vti;

non dantur tamen nisi ad vtilitatem, vel publicam, vel priuatam, in Xpo.

Constituerat quidam missam in die diui Martini applicare primaria **229** intentione, vt Deus sibi concederet quod sibi foret vtilissimum. Quum ita fecisset, sensit ante communionem sibi significari humilitatem esse amplexandam et abiectionem, simul et crucem, ex qua omnia prouenirent bona. Hoc magno sensu spiritus agnouit, etc.

Humilitas Xpi. summa, quod de verbo vere dicantur illa, quae sunt humilitatis.

Humilitas sensus sui nihili.

Sensus in suauitate cordis, si iuuares ecclesiam, nullo id sciente vel aduertente; vel omnino contradicentibus cunctis, et propterea te persequentibus.

Illi amplexandi et fouendi, quos scimus a Patre Ignatio amplexatos.

In corde principium omnis gratiae et intellectus supernaturalis.

In die S. Catherinae, cum in missa orasset quidam, ut in via spiritus ne [a] **230** erraret, intellexit post missam, eo esse viam spiritus puram magis, quo humilior est. Quanto enim plus est humilitatis, eo plus lucis et veritatis: contra vero si superbia commiscetur.

Orabat quidam vt se a quadam tribulatione Deus eriperet; intellexit non esse orandum simpliciter vt a tribulationibus liberaremur, sed ab his tantum, quae propter nostra peccata vel inflixit vel permittit Deus, et ab omnibus ut volet ipse.

Quid mirum, lutherane, si ad promouendam gratiam et gloriam concurrat nostra voluntas in merito, quum in gloria aeterna necessum sit te confiteri ad beatitudinem concurrere, quod longe est dignius et perfectius, praesertim quum hic habeat virtutem Dei infinitam in se habitantem per charitatem.

Oratio, ascensus mentis in Deum, continua scilicet energia et operatione **231** vtriusque potentiae; et intellectus, et voluntatis. Huius rei sensus magnus etiam datus cuidam.

---

[a] Bis *ne* exaratum est.

Ora Deum vt, aequali eius seruitio, tibi opera magna si dederit, ad eius seruitium id sit cum humilitate etiam externa et abiectione ad maiorem Christi Jesu imitationem: magnus in hac re sensus, consolatio, etc.

Sensus profundae humilitatis totius Societatis, in suaui quadam luce ac cordis dulcedine, et simpliciter, et quod se nulli religioni praeferat; sed caeteris omnibus etiam sentiat se inferiorem, nullum opus suum aliorum operibus praeferat, etc...

237 Magnus gratiae et diuini concursus siue operationis sensus in principio anni.

Animaduertit quidam, vbi conatur admodum, fere nihil sibi provenire rerum spiritualium, vel earum, quae ad Societatis attinent ministeria, etc.; postea vero frequenter multa illi monstrantur, quae nesciat vnde sibi proveniant, haud dubie a spiritu Dei, vt in se non sit confidens.

Christum in eucharistia, in oculo fidei praesentem in corde, etc.

Tu malus es et peccator; time igitur Deum; qui non timet, profitetur se non esse peccatorem; time igitur Deum, et tamen ama.

Operatio cum Deo corde.

Quae hactenus dedit Dominus, repetenda ac renouanda, vt quasi ex integro maiori spiritu in humilitate progredi possis in Xpo.

238 Simul danda opera ex integro est exercitiis, constitutionibus, priuilegiis apostolicis, regulis, actis Patris Ignatii ac Societatis; breuiter, toti instituto, ac proprietati gratiae nostrae in Xpo. Jesu, et simul serio coniungenda meditatio noui testamenti in primis, tum veteris etiam, in humilitate spiritus ac simplicitate.

Aliud est principium communiter statuendum, non ex vi cordis, sed ex suauitate et mansuetudine spiritus.

Etiam si contigerint magna dona spiritus, magna etiam opera et consolationes, semper te constitue in eo loco, vbi te apprehenderunt illa, hoc est, in misero ac perdito, etc.

Quidam attente orabat angelum suum custodem: sensit pri-

mum in illo Deum inhabitare, quasi imaginem viuam videret Trinitatis. **239** Dein visus est ab illo induci in lucem quamdam suauissimam, in qua videbatur sibi omnia bona inuenire, etc.

Magna est cura eorum, qui praesunt in Societate, habenda. Nihil enim in suo genere Societatem iuuat magis, quam iudicii proprii abnegatio, hoc est, obedientia intellectus. Haec tamen solet in superioribus, alioqui probis hominibus, remitti ac corrumpi, occasione accepta ex libertate iudicii, quod accipitur in sua administratione. Hinc fit vt possint facile vnusquisque redire in naturam suam.

Studium theologiae est triplex: vnum speculatiuum, etiam in rebus practicis; alterum practicum moraliter; 3.um est mysticum et spirituale. Primum et habent et in eo proficere solent literarum studiosi, et boni, et mali, modo ingenium sint sortiti specula**240**tiuum, id est, modo aliquid hac facultate valeant. Secundum habent, qui practica vi valent, etiamsi spiritum non sint assequuti et vitae spiritualis experientiam mysticam. Tertium soli habent illi, qui spiritu sunt in Christo humiles et simplices; et in hoc genere est illud verum, quod Hieronymus scribit et sancti praedicant, sed vulgo parum vel capitur vel vsurpatur, intelligi tunc scripturam, quum fit; hoc est, quum et exterius adimpletur, si quid sit implendum, et simul interiori sensu intelligitur et gustatur vel spirituali praxi accipitur. Num hoc est quod Xpus. dixit, Joan. 8, [v. 32]: «Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.» Verum quandoquidem in sensibus his internis deceptio contingere potest, regula nostra esse debet, vt veritates, quae sensu interno percipi **241** videntur, eae non pugnent cum his veritatibus, quas sola speculatione ex studio theologico a doctoribus accipimus, quae tamen omnia iudicio ecclesiae subdantur suauissime, tum Societatis iudicio, et cuiusuis syncerius sentientis.

Cuidam succurrit, vt in prima applicatione missae et orationum simul constitueret se et Societatem.

Intellexit quidam, cum oraret negligenter pro re quadam, non magni momenti alioqui, quasi acutissimam quamdam neces-

sitatem, vt si dicas gladium, qui diuideret illi cor atque vltima quaeque viscera. Hoc cum in particulari non intelligeret, vehementer est commotus vt pro illo oraret.

Postridie intellexit non fieri fere veram orationem, propterea quod non sentiuntur mala, ad quae euertenda necessaria est oratio; et **242** supra quam exprimere potest sentiebat mala peccatorum, quod Deum attingant, et propter quae est homo factus et mortuus Deus: tum propter quae imaginem suam in tartarum condemnat sine fine.

Quidam celebrabat missam de quinque plagis, et, cum in aliis plagis non sentiret deuotionem, in plaga lateris sensit non mediocrem, quasi illud vulnus sentiret inflictum per cor Xpi. mortuum in nostra corda viua; vulnus autem nobis inflictum sentiebat esse amoris: vnde plenitudo omnium sensuum spiritualium deriuatur.

«Adueniat regnum tuum» id est, Xpus. in corda nostra.

Timor, condimentum donorum spiritus omnium, tum aliarum omnium gratiarum et operationum, et quasi dicas custodia quaedam necessaria, ne euanescant de nobis et supereffluant de nostro abusu...

Quidam nunquam fere insignem aliquem sensum timoris Dei fuerat ex**244**pertus: contigit, cum cogitaret de suis defectibus, etiam vbi optime videretur habere, simul Origenis recordaretur, Tertulliani, Apollinaris, qui, tam excellenti pietate et scientia quum fuissent, sunt lapsi: subiit tam acris sensus timoris Dei, quasi videret sibi ex integro vitam inchoandam, ac perpetuo illo timore muniendam.

Sequenti die in missa vehementius est ille sensus timoris adauctus: sit Christo gloria...

Post duos dies desolationis, quae videbatur ad pusillanimitatem spectare, datus fuit cuidam spiritus magnanimitatis maior quam unquam senserat, et in his praesertim, quae ad Societatem attinent, et quae ad reducendos haereticos ad fidem et vnionem apostolicae sedis. Erat haec magnanimitas coniuncta cum facilitate humiliationis ad quemuis hominem.

Spirituales consolationes et dona Dei sensilia expetenda ad

vtilitatem tuam **249** et proximi, vt apostoli signa postulabant, et ecclesia consolationes.

Mittitur spiritus a Patre et Filio. Fit igitur ea missione vt in spiritu sentiatur illius productio aeterna et infinita modo inenarrabili.

Cuidam meditanti quemadmodum apostoli, accepto Spiritu sancto, loquebantur magnalia Dei, nihil occurrebat ipsi, quod prius loqueretur, quam peccata, e quibus eum Dominus liberauerat...

Quidam in die Ssmae. Trinitatis meditabatur diuinas productiones ex infinitate diuina, in qua omnia facile videbatur credere, intelligere. Subiit cogitatio de infinitate bonitatis Dei. Itaque ad hanc contemplandam facile accedebat, **251** ac suauiter conquiescebat; in essentia vero contemplanda, difficulter atque insuauiter, veluti asperitate quadam ab illa meditatione repulsus, quasi intelligeret quid sit: «Scrutator maiestatis opprimetur a gloria [1].»

In die Ssmae. Trinitatis, quum quidam oraret, nec quicquam de Patre Ignatio cogitaret, subiit mentem illius contemplatio Ignatii sublimis de Trinitate, et desiderabat vt in illa per orationem Ignatii iuuaretur. Dein statim accessit deuotio quaedam in Ignatium magna, extra ordinem, et oratio vt per illum gubernaretur et ipse et Societas: inde sequuta dissipatio omnium, quae nonnunquam hanc deuotionem tentauerant, et pax magna deuotionis in Ignatium et illius omnibus actis ac dictis. Itaque nihil occurrere poterat, quod non boni consuleret, cum gustu spiritus; nominatim vero vineam ac domum eius tanto affectu complectabatur, vt **252** nihil esset in illis, quod non cuperet suauiter deosculari.

Ex gustu spiritus de Ssma. Trinitate, vnio, pax et deuotio in Ignatium.

Magnus sensus cum lachrymis in procuratione apud cardinalem Alexandrinum, vt Germania iuuetur a Paulo 4.

Optimum spiritus exercitium, vt nonnunquam Dei misericor-

---

[1] PROV., XXV, 27.

diam contemplemur et alias perfectiones diuinas, aliquando nostram infirmitatem et peccata. Vtraque denique conferamus, vt in nostris miseriis simul vigeat gustus ac sensus diuinae bonitatis ac misericordiae.

Sensus spiritus, quasi si dicas concursum diuinae motionis cum superiori parte animae, quae Deum respicit, dissipat vero oppugnantes se omnes partes inferiores, mundum, daemones.

Cauendum ne propter humanos respectus vel cogitationes dimoueamur vel minimum quidem ab eo, **253** quod aperte videbitur exigere nostrum institutum et gratia...

Aliquoties ad locum, vbi mortuus est Pater Ignatius, orauit quidam cum multis lachrimis spontaneis ac dulcibus in suauitate humilitatis.

Lux magna, quod singulari me gratia prosequutus sit Dominus, qui cura **254** voluit praeleuari, qua iam decimum annum grauabar vehementer, illudque visus sum videre vitam mihi in longitudinem apertam in iucunditate, quae ante hoc tempus conclusa videbatur, quasi in diem viuerem curis oppressus et solicitudine.

Sensus vndecimo Augusti, qui dies est mihi genethliacus mei nihili et Dei operationis...

261 Verbum Dei in spiritu vita aeterna, quod sentire, gustare, corde recipere, et amplecti, praecipuus est orationis fructus. Vnde suauissime deriuatur vnio ad ecclesiam catholicam, ad Xpi. vicarium, ad traditiones omnes et ceremonias ecclesiasticas, obedientia, etc.

Lux in immaculata genetricis Dei conceptione, in qua et intelligebatur praeseruata tota materia, quae animationem praecessit, et anima a peccato in ipsa creatione atque infusione. Nec aspere esse agendum aduersus eos, qui contra sentiunt, sed dulciter ac deuote: sic facilius hanc esse veritatem accepturos...

In meditatione vitae Christi ex concordantia legis euangelicae, magnae ac multae illustrationes spirituales, quae si essent scribendae, magnum tempus insumerent: dabit Xpus. vt id possim [1].

---

[1] Id quidem egregie praestitit Natalis ultimis vitae suae annis. Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 700, 739, etc.; et infra, monumentum sub n. 71 positum.

Corde operandum semper, corde orandum omnino.

Semper obuersetur ob oculos mentis, quid sumus e nobis, quid ex Deo per Xpum.

Magnus sensus timoris Dei, vnde intellexit quidam se superbum et se quaerentem, et quod non vnice ageret officium suum et res Societatis, sed obiter. Aliter est tibi agendum, et incipiendum serio.

Aliorum actionibus bonis delectari, illas promouere, adiuuare, laudare, non solum vt gratiam Dei **277** vel dona naturalia vel gratuita, sed vt ab recto vsu liberi arbitrii proficiscentes; et illas tanquam suas contemplari atque amplecti.

Desiderandae afflictiones vel obiurgationes, quae alioqui viderentur praeter meritum a superiori adhiberi. Aperiunt enim diuina benignitate oculos mentis ad cognitionem propriorum defectuum, et viam faciunt ad humilitatem puriorem spiritus comparandam.

Noua cognitio defectuum, ex gratia Dei per humilitatem, ex intercessione sacrosanctae virginis θεοτόκου lauretanae, quae hoc nomine magno cum mysterio inuocatur, per eius scilicet conceptionem, natiuitatem, educationem, vel ad triennium vsque, per anuntiationem, per Xpi. educationem et vitam ad 30 annum, **283** per sancti Joseph merita, per tot angelorum myriades, qui frequentes in illa aula fuerunt, per sanctitatem totius loci, laterum, parietum, rerum omnium. Haec enim cum credamus illic esse transacta mysteria; quis non credat longe esse maiora, quae in illis mysteriis nos ignoramus, multo esse ampliora, quam quae intelligimus, quae nobis per horum inuocationem gratificatur Christus et Maria per Xpum.

Commendat nos Xpus. matri, si quis ex deuotione matris id petat, quae est singularis et magna, supra quam dici potest, commendatio...

Scholastici nostri possent studiis et auditionibus suis dare operam maiori cum fructu, si ad rationem exercitiorum spiritualium se accommodarent, antequam lectionem audiant, per orationem se parentes. Dein quorum sunt interpretationem audituri, e paraelegentes, et quasi historiam percurrentes; praeterea, si-

qua sint sensilia, quae possint esse **288** vsui ad lectionem intelligendam, ea considerantes. 3.° Finem Societatis sibi vt illius lectionis, ita omnium praefigentes. Haec enim respondent tribus praeludiis. Tria vero puncta meditationis exercet praeceptor, vbi lectionem explicat, simul auditio et studium scholastici, nisi quod in hac ratione primarius fructus quaeritur intellectus instructio; in veris exercitiis, voluntatis et interni sensus; tamen non praeceptor solum, sed auditores etiam cum ipsis studiis sensum internum coniungere anniti debent, quod in theologia facile est; in aliis studiis exercitatio et vsus rem faciet non difficilem. Pro colloquio spirituali aliquam meditationem exercere possent in quotidianas lectiones.

Ab his, qui non audiunt quidem, studiis tamen incumbunt literarum, illa ratio facilius institui potest atque vsurpari...

293 Legenda primum scriptura sacra, semper quidem magna cum fide, simplicitate, humilitate, ac deuotione; sed tamen, cum eam primum legis, adhibe illarum virtutum quasi vnicam praeparationem, ne exeras vim intellectus; sed ita lege, atque audit simplex ac deuota anus: quum iterum legis, et ad intelligentiam vis contendere, adhibe expositiones in ecclesia probatas; fiet tandem vt tibi etiam Deus aperiat intellectum, vt **294** iuxta sensum ecclesiae et sensum doctorum aliquid possis adducere ad ecclesiae vtilitatem, et contra haereticorum peruicaciam...

Societatis similitudo ad congregationem apostolorum et discipulorum et diaconorum: vocantur [a], **300** relinquunt primum omnia, licet non ita perfecte; sed concipiunt voluntatem distribuendi sua, vbi Xpus. iusserit: hic status nouitiorum et scholasticorum. Docentur orare, secedunt ad orandum: haec sunt nostra exercitia et prima experientia. Sanat infirmos: haec 2.ª, vbi inseruiunt nostri nosocomiis. Peregrinantur: haec 3.ª. Emunt cibos et parant; quae est 4.ª probatio. Docent principia fidei, et iuuant proximum, singuli pro sua facultate; quae est 5.ª et 6.ª probatio. Docentur a Xpo. euangelium, non dubium quin quoti-

---

[a] *vocentur* ms.

die: qui est status scholasticorum. Deinde non iam vt in probationem, sed qui essent iam probati et confirmati, mittuntur in vniuersum orbem, praedicaturi omni creaturae; qui est status professorum et coadiutorum [a] spiritualium: nam hi repraesentant discipulos et parochos [b], quibus ecclesias deserere licet; illi apostolos et episcopos, **301** quibus non licebat, nec licet. Ita coadiutores habent vota simplicia: professi solemnia. Coadiutores temporales repraesentant diaconos, qui mensis scilicet ministrabant, vt apostoli possent [c] orationi et ministerio verbi esse intenti. Et primum quidem fuerunt vocati apostoli, deinde discipuli et diaconi; quemadmodum in Societate, prius professi, dein additi coadiutores vtrique.

Ad euitandas mentis afflictiones, vtile est quotidie serio sibi proponere aliquam euangelii partem, siue ex euangeliis ipsis, siue ex monotessaro, vel pandecta, quam partem quotidie meditandam assumas, et quidem vtilius si ab initio id facias, modo selectas meditationes habeas extra ordinem paratas, quibus oportune vtaris: ita fiet vt semper habeas paratum refugium, quo iactes tuum cogitatum, vbi sint molestae cogitationes...

In die conceptionis sacrosanctae virginis Mariae matris Dei, prouenient tibi in oratione, vt aliud **304** nihil, etiam si coneris, possis quam agere Deo gratias pro beneficiis, donis et excellentiis, quas contulit diuina Trinitas in virginem, et erit mire fecunda tuae mentis occupatio.

Cum his coniungetur, vt post Deum, supra omnes sanctos et angelos, solam virginem Mariam inuoces, quasi ipsa praestare possit, vt potest, omnium sanctorum et angelorum intercessiones...

P. Ignatius, quasi osculans animam, et illi se insinuans suauiter et tranquille...

307 Christus recens natus sentitur in corde, replens animam omni iucunditate et spe incrementi omnis iusticiae et perfectionis: benedictus Jesus...

Per vota suauissime se totum tradit, qui vouet, in fidem Dei,

---

[a] *quoadiutorum* ms. —[b] *parachos* ms. —[c] *possint* ms.

in manum eius et sinum se iactat ex toto corde confidenter, gubernandum, ac dirigendum ad per**308**fectionem: quid non est a clementiae infinitae Patre coelesti sperandum? vbi non confidendum? hac resignatione fruaris; reliqua omnia accipias a superioribus, quasi a Deo, cui credidisti, cui te totum tradidisti: hinc pacem inuenies et suauissimos fructus ex obedientia.

Offeramus Christo cum sanctis Magis, cum eorum simul muneribus, in auro paupertatem, in thure obedientiam, atque in mirrha castitatem: rursus in auro tres virtutes theologas, fidem, spem, et charitatem, atque earum operationes; in thure orationem; in mirrha mortificationem, cum votis nostris...

Qui vocatur ad religionem, ei oritur primum stella, ac ducit ad quaerendum Christum, ipsi recens natum, et ad ei offerendum dona sua, id est, primum voluntatem vota faciendi, dein vota etiam ipsa; per aurum enim significatur paupertas, per thus obedientia, per mirrham castitas. Sequatur illud lumen vocationis, veniat, quaerat, non iam ab Herode et judaeis, id est, a prophanis et aduersariis, sed ab his, **310** quibus dedit negocium Deus in ecclesia vt illam gratiam, illud institutum commonstrent.

Ex lectione sacrarum scripturarum et horarum canonicarum petunda deuotio, et rerum spiritualium ac etiam diuinarum cognitio, quae illinc solet refulgere ac mentem illustrare.

Contemplare et adora sacrosanctam virginem Mariam, matrem Dei; inde intelliges et gustabis spiritu mentis tuae illam esse matrem misericordiae, pietatis diuinae, charitatis, salutis nostrae, redemptionis, beatitudinis, etc., quia Dei mater: tum matrem esse nostram per adoptionem in Filio. Vnde quaecumque nobis Xpus. promeruit, ipsi accepta referri possunt, vt per quam Christum acceperunt mortales. O excellentissimam Mariae dignitatem, omnibus et angelorum et hominum linguis praedicandam!

Orandus Deus pro Germania et haereticis omnibus: est spes certa Germaniae salutis.

In patientia simplici et pura tri**311**bulationis, praesertim internae, magna virtus, singularis gratia.

Conscende spiritu et mente in Deum, consistat vis cordis tui

in corde Christi in celestibus: inde videbis Deum corde; inde Dei cognitio dulcis.

Fieri quidem, si assuescas in Xpo., facile potest, vt, quum alia agis, cor tuum sit Deo vnitum, non habitualiter solum, vel uirtualiter, sed et per simplicem orationem.

Mors Xpi. docet nos poenitentiam in spiritu, resurrectio vitam spiritualem, ascensio contemplationem et omnem mentis leuationem: missio Spiritus sancti vitam spiritus, eam, quae simplici actiua, simplici etiam contemplatiua superior est, qua non solum viuimus spiritualiter et contemplamur, sed alios docemus, et ad pias vitae rationes instituimus, accenditur charitas in cordibus; et extenditur ad proximorum salutem et perfectionem procurandam...

322 Causa vna et praecipua calamitatis Germaniae ecclesiasticorum sunt vitia et morum deprauatio deplorata, et animorum auersio vel infirmitas obedientiae ad sedem apostolicam. Haec si pro praesenti facultate sanentur, restituetur Germania, qua in re Dei benignitate Societatis institutum iuuabit. Nam et reformatio quaedam est clericatus Societas, et exemplum aliis religionum institutis, et vnice praedicat et persuadet ecclesiae romanae dignitatem et primatum...

Signa quidem sunt permulta praesentis gratiae, non solum sensibilis, de qua certi sumus ea experientia, qua eam agnoscimus, sed eius etiam, quae Deo gratum hominem facit, quae signa quasi sustentantur atque efficaciam capiunt ab illa fide generali, qua nitimur iustificari nos per Xpum., etc., esse filios **386**
Dei, etc. Vltra haec signa, de quibus loquitur frequenter Paulus, loquuntur semper pii doctores, si cui singulari Dei benignitate illa etiam certitudo contingat, quae sit specialis reuelatio, gratias Deo agat, etc.

Illae autem consolationes internae, atque adeo desolationes et tribulationes variae et acerbae, constanti, patienti, et longanimi animo exceptae, illi sensus spiritus, illa deuotio animi, illud non placere sibi mundum, illud dulcescere cordi Jesum, illa deuotio et sensus passionis Xpi., ille dulcis sensus humilitatis et abiectionis gustus, illud non delectari laudibus suis, sed offendi po-

tius, illud gaudere opprobriis, illa deuotio singularis erga beatissimam Virginem, illa deuotio ad sanctos, illud placere vota, si quis sit religiosus, illud placere sibi viuere absque peccato, illa deuotio in recipiendo sacramentum poenitentiae, ille sensus spiritualis et recreatio interna in communione, illud amare sincere inimicos, illa deuotio ad ecclesiam, catholicam et apostolicam, romanam, ille sensus obedientiae ad summum pontificem, illa deuotio ordinaria in **387** missae celebratione, in eius etiam auditione, et alia quamplurima, simul quod nihil nobis conscii simus, magna sunt argumenta et signa inhaerentis gratiae: haec recreant animam, et pacem illi conciliant, et quasi conuiuium in anima celebrant: quid amplius quaeris, anima? age de his gratias Deo, et ad maiorem in dies te humilitatem compara in Xpo., qui hunc hortum delitiarum orbi parauit morte sua pro vita tua...

432 Selecti sensus spiritus et deuotiones, quo omni studio spiritus contendendum:

Deuotio in Societatis institutum et obedientiam. In nomen Jesu. In personam Spiritus sancti. In virginem Mariam. In passionem Xpi. In eucharistiam reseruatam in ecclesia. In decalogum, etiam spiritualiter. In orationem pro animabus purgatorii. In rosarium vitae Xpi. In rosarium virginis Mariae. In missam. In symbolum fidei. In orationem dominicam. **433** Contra haereticos; sed primum, vt conuertantur, commiseratio; dein, vt aduersus illos scribatur, vt confutentur et confundantur.

In terram sanctam. Ad audiendas confessiones, et Societatis priuata ministeria...

434 Da operam vt ex vero et humili sensu diuinae operationis in te opereris; num id intelligebat P. Ignatius, dum dicebat: «in Domino nostro», cui adde sensum meriti Xpi. Adde etiam «cum Xpo.»; et hi sensus spiritus si non contingant, persuasio tamen illa sit...

IN DIE NATALIS XPI. JESU

Oratio.—Historiam dabit lectio euangelii et **437** imaginis conspectus, simplici item cum rerum consideratione locum contemplare Nazareth, in tribu Zabulon, iuxta montem Thabor, in

monte sitam vrbem ad septentrionem, viam per Isachar, Manasse, Ephraim, et Samariam, per tribum Beniamin et Hierusalem et Juda tribum, vsque ad Bethlehem Ephrata in monticulo positam. Considera domum et in ea tugurium, et excisum in antro presepe, viam modo planam, modo montosam; haec loca, haec via, pium in te mouebit affectum, vt per quam iter habebat virgo Dei mater, per quam in eius vtero Dei verbum Xpus. Jesus, per quam Joseph agens bouem, ducens vero asinum, cui virgo mater insidebat. Junge te illi comitatui sacerrimo ac diuino, deosculare vestigia, contemplare angelos in aëre et praecedentes et sequentes: quid dici vel esse potest hoc comitatu augustius? quid diuinius? quid contra pauperius ac simplicius? Contemplare item animo et corde scopum me**438**ditationis vt, scilicet, vim spiritus et lucem referas ex natiuitate; ex modo natiuitatis exemplum; et os cordis aperi, vt impleat illud Xpus. Jesus maioribus donis quam tu mente concipere potes. Considera personas attente et deuote: filius Dei est, qui nascitur; lux infinita, ac virtus; immensus, aeternus, immortalis Deus: concipe hinc lucem spiritus in ipso, vim diuinam, animi magnitudinem, apprehende vitam aeternam, sine te ab illius infantuli diuinitate trahi suauiter in laeticia cordis tui ac simplicitate. Hic idem Deus homo est verus, passibilis, imbecillis, infans, vagiens, frigens, pannis inuolutus, faeno ex vtero matris exceptus, rerum omnium egenus; mutatur rerum humanarum facies, extimatio, dignitas: exulta in tuis omnibus infirmitatibus ac necessitatibus. O homo, tua humanitas Christi diuinitatis facta **439** est particeps, tua mortalitas facta immortalis; imbecillitas, fortis; tua infantia, sapiens; tua tristicia, et fletus, in gaudium spiritus conuersa; tuum frigus, in charitatis et spiritus feruorem; tua nuditas, tua paupertas, diuinis opibus locupletata; haec agnosce, haec deuota mente capesse [a], pulsis mentis tuae noxiis et improuidis timiditatibus. Verum ad haec, nisi purgata mente, ne accedas. Contemplare simul illius pueri interiora, quod ad humanitatem attinet. Illius infantis Dei animam contemplare beatam, in Deo videntem

---

[a] *capesce* ms.

omnia: praeterita, praesentia, et futura; in proprio etiam genere, in rebus ipsis, per diuinas species; plenam gratia, sapientia, veritate, omnibus donis, simul discentem per experientiam rerum, quae ipsi praesentes occurrebant. Non enim vt alii infantes internis **440** potentiis non vtebatur, sed provectum [a] intelligimus in eo vsum rationis, vt in vtero, in praesepio, in infantia, perfecte intelligeret et vellet continenter, et salutem mortalium in corde suo operaretur; adde quod ex frigore tunc et aliis incommodis dolebat; dolebat item quod in mundum tot miseriis circumseptum introiret, praesertim ignominiosissime moriturus. Considerabat quam hi labores essent parui fructus apud multos, maximam mortalium partem, futuri, et mors ipsa. Hinc poteris te illis Christi illustrationibus summis coniungere, illa suauitate cor tuum imbuere...

443 Ad compositionem loci, quae in exercitiis traditur, addi vtiliter potest temporis descriptio, tum earum rerum, quae praecedunt, praestrictio, et continuatio quaedam historiae ad dependentia...

446 Simplicitas et modestia meditationis magnam habent spiritus vtilitatem. Haec tum aliis rebus prestamus, tum historiae simplici et attenta consideratione, rebus ipsis et factis ac dictis inhaerentes; illa ruminantes pie et humiliter; illic vis, illic absconditus nucleus coelestis.

Vis meditationis in rebus et historia euangelica. Nam Xpi. vita est causa exemplaris omnis virtutis atque perfectionis: agit, mouet, iuuat, coniungit, incitat mentem in Deum...

452 Confidentia vtere in oratione: Domine, non auderem ego ad te accedere, nihil a te petere; sed tu dixisti vt accedam, vt petam; cum Jesu accedo, et peto ne respicias meam indignitatem, sed Christi dignitatem et tuam misericordiam, qui dignatus es spem mihi hanc et omnibus facere...

498 Ratio orandi P. Ignatii desideranda et a Deo petenda vnice...

519 Ad angelum custodem est deuotio et familiaritas procu-

---

[a] *praevetum* ms.

randa et exercenda, et sensus exercendus eius protectionis, gubernationis, et continentium beneficiorum: tum praesentem debemus contemplari, sentire, et quasi cernere cum magna reuerentia. Sua oratio studiose ad eum exercenda, et gratiarum actiones, et reliquae orationis partes...

71

P. PAULUS HOFFAEUS

CLEMENTI VIII PONTIFICI MAXIMO

ROMAE, ANNO 1593 (?) [1].

Subsidia pro familiae P. Gregorii de Valentia sustentatione et pro meditationum Natalis editione postulat.

†

Smo. Padre. Supplica humilmente la S.tà V. il P. Paolo Hoffeo, assistente delle prouincie di Germania et Francia della Compagnia di Giesù, si degni ricordarsi della subuentione, per

---

[1] Ex exemplo, Patris Jimenez manu exarato, unde probabiliter exemplum, a P. Hoffaeo summo pontifici datum, desumptum fuit, in codice *Instruct. I,* unico folio, n. 269, prius 293. P. Jacobus Jimenez erat secretarius Societatis Jesu ab anno 1587. Quo autem tempore hoc monumentum scriptum fuerit, non constat; sed cum opus Natalis, de quo ibi agitur, annis 1593-1594 typis excusum fuerit, anno 1593 vel paulo ante haec scripta fuisse videntur. Quae quidem ex iis, quae Natalis Everardo Mercuriano de hoc opere annis 1575-1577 in variis epistolis retulit, illustrari possunt. Die 31 Julii 1575 Natalis Mercuriano scripsit se, negotio hoc Deo commendato, rem Deo et suo superiori gratam facturum putare, si meditationibus suis et imaginibus earum finem imponeret *(Epist. P. Nadal,* III, 695). Respondit Everardus 17 Septembris gratissimum sibi fore si Natalis illud opus absolveret (Ibid., pag. 698). Die prima Octobris, omnes imaginum annotationes scripserat Natalis, tantumque octo meditationes deerant ad totius operis complementum (Ibid., pag. 700). Cum per Philippum Fuggerium imagines incidi procurasset Natalis, id ille praestare non potuit; rem tamen Plantino, typographo antuerpiensi, commendare promisit (Ibid.). Die 31 Octobris librum se censoribus tradidisse ait. Hi autem fuerunt Patres Hieronymus Torresius, et Gregorius. An vero hic Gregorius fuerit P. Roseffius, ut saepius in volumine tertio diximus, vel Gregorius de Valentia, qui theologiam in ingolstadiensi academia profitebatur, definire non possumus, nam illius cognomen a Natali semper tacetur (Ibid., pag. 700). Cum autem Natalis provinciali congregationi interesset, quae Oeniponti habita fuit, censuram operis a laudatis Patribus accepit, et denuo de imaginibus sculpendis ad praepositum generalem scripsit (Ibid., pag. 709). Mercuriani jussu Natalis

la quale supplicò a V. B.ne il P. Gregorio di Valentia [1], lettore di teologia in Ingolstadio, doue è utilissimo et accettissimo, cioè delli suoi padre et madre uecchi, con cinque figliuole citelle da marito, et una maritata, col marito in letto già lungo tempo fa, et una sua figliuola, tutte persone honeste, et che a tempi passati haueuano da uiuere honoratamente, et adesso ridotte ad estrema pouertà, alla quale egli, essendo nella religione, et così bene occupato, non può subuenire, et per il cui rimedio egli però supplicò alla S.tà V. al tempo della congregatione generale per quando si offerirebbe qualche occasione, quale adesso si rappresenta a V. B.ne

Di più se li rappresenta un' altra opera utilissima, di gran diuotione et eruditione, composta dal P. Geronimo Natale di detta Compagnia mentre uisse, cioè di annotationi et meditationi sopra tutti gli euangelii dell' anno, quale egli fece per aiuto delli schuolari di essa Compagnia, acciò con più frutto spirituale et manco dispendio di tempo hauessero materia preparata, non solo da meditare tutto l' anno, ma ancora da poter predicare. Sarà il uolume da 400 carte incirca, quale hauendo uisto alcuni dottori di essa Compagnia, l' hanno molto lodato, anzi admiratosi del spirito di diuotione che Dio N. S.re communicò al detto P. Natale; e especialmente dicono non hauer letto cosa più diuota sopra la passione del Saluatore, ch' è quasi la terza parte dell' opera, et che sarebbe molto utile et conueniente per ogni sorte di persone, pure che habbino la lingua latina, ma specialmente per studiosi ecclesiastici, et però douerebbe stamparsi. Il che già si sarebbe fatto, se altro non bisognasse che la spesa della

---

opus suum in Flandriam pro ejus editione per P. Martinum Florentium transmisit; sed publicis Flandriae perturbationibus compulsus, opus revocavit; et novis curis emendatum, secum Romam attulit (Ibid., pagg. 723, 724, 730, 739, 751). Romam veniens, Natalis censurae P. Francisci Toleti suas meditationes subdidit. Ille autem ultimo die Julii anni 1579 approbationem suam dedit, quae ad calcem operis edita est. De hujus variis editionibus cf. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque,* VIII, 1517-1520.

[1] P. Gregorius de Valentia Patri Hieronymo Torresio in cathedra theologiae universitatis ingolstadiensis anno 1575 successit. Cf. AGRICOLAM, loc. cit., I, 159; et MEDERER, *Annales ingolstadiensis academiae,* II, 27.

stampa; ma perchè ogn' una di queste annotationi, che sono 153, ua fondata sopra la sua imagine, secondo che l' historia et misterii euangelici di tutta la uita del Saluatore si sono potuti compartire et ridurre a questo numero de meditationi et imagini, quali l' autore stesso fece disegnare, et per farle intagliare si ricerca maggior spesa; però non si è potuta cauare a luce quest' opera pretiosa et molto desiderata, non solo in Europa da persone contemplatiue, ma etiamdio bramata nell' una et l' altra India dagli operarii della Compagnia per poter con più facilità imprimere per mezzo dell' imagini in quei nuoui christiani tutti gli misterii della redentione humana, quali per uia di predicatione et catechismo difficilmente ritengono, per esser communmente di basso ingegno: tal che protrebbe la S.tà V. con tal' opera, non solo accarezzare quei re et altre persone principali dell' Indie nuouamente conuertite alla nostra santa fede, mandandogli di questi libri, ma consolare ancora grandemente tutti gli studiosi de suoi seminarii delle nationi di Roma et Germania. L' intaglio di queste imagini, se hanno da esser, come l' opera ricerca, bene intagliate, costerà intorno a mille scudi. Però si supplica humilmente la S.tà V., che parendoli che l' opera il merita, si degni parimente fauorirla con questa occasione [1].

Inscriptio. † Smo. Dno. nostro. Per N. P. Hoffeo, assistente della Compagnia di Giesù.

---

[1] Huic petitioni benignas aures praebuisse summum pontificem aperte testantur, quae, in libri dedicatione, ejusdem editor P. Jimenez Clementi VIII hisce verbis profitebatur: «Omnes tamen difficultates superatae, omnia impedimenta, Christo propitio, tuisque auspiciis, Beatissime Pater, sublata sunt; opus denique ipsum, ad pietatem et deuotionem excitandam maxime accommodatum, tuo tandem tempore in vulgus prodit, quod tibi alioqui maxime debebatur.»

SUPPLEMENTUM

1

P. NICOLAUS BOBADILLA

CARDINALI CARPENSI (?)

ROMAE, ANNO 1557 [1].

Lainium, Polancum et Natalem accusat, quod in Hispaniam ire contendant ut pontificis auctoritatem eludant.

Illmo. et Rmo. monsignor mio oss.mo

Gratia et pax Christi domini sit semper nobiscum. Amen. Verissima he la sententia ordinaria, tanto naturale, come diuina et humana, che affirma non possere mai curarsi bene una piagha, si se ignora o non si sa e cognosce bene la principale radice e causa dell' infirmità. Così aduiene adesso in questi rumori publicati de la Compagnia di Jesù, doue V. Sria. Rma. vederà manifestamente come tre de li nostri sono stati la causa et colpa di questo disordine per il malo governo loro, et le cause principali per le quale cercavano con importune istantiae di andare fora a fare il capitulo generale in Spagna. In primis V. Sria. Rma. sà che ad uno effetto sogliono concorrere molte cause, et quello che ne dice una et tace l' altre iustifica la causa sua et guasta la causa del compagno sophisticando la verità. Imperò si ordina ch' el iudice non dia sententia nisi tota lege perspecta; così accade in questo negotio, dove fin adesso hanno informato che si voleva andare in Spagna per charità et per ne-

[1] Ex apographo, in archivo archiepiscopali mediolanensi asservato, «Arch. Spirit. Sez. XII, vol. 2, n. 21». Cui datum sit hoc scriptum et quo tempore, ex eodem non constat. Ex dictis autem supra, pag. 104 et seqq., in aestate anni 1557 haec scripta fuisse eruitur, et quidem vel cardinali Carpensi vel Alexandrino, quibus cura illius negotii examinandi demandata fuit. Haec autem Bobadillae deliramenta optime a Natali confutata sunt in scriptis supra, pagg. 127-147, editis.

cessità, et credo che in parte questo sia verità, ma non sonno queste le radici et fontane cause di far tanta istantia per andare in Spagna, ma son queste ch' adesso manifesteremo.

La prima causa principale è stata una controversia che fu mossa un giorno da li quattro professi fondatori, che son al presente in Roma. Disputorno del authorità delle costitutione fatte per M. Ignatio, bona memoria, le quale sonno in fieri, et non hanno robur fin tanto che fussero perfectamente fatte da tutti li primi professi fondatori, come ordinano le bolle apostolice che loro le facciano e disfacciano; et anche di poi fatte da loro, bisogna fossero confirmate et aprobate dalla sede apostolica; imperò fin tanto non siano de authorità, si non a benivolentia de li primi professi pro concordia fraterna, et che si mostrassero le nostre bolle a dottori et si vedesse la verità. Allora Mtro. Lainez si messe in collera, dicendo ch' havevano tutta authorità, perchè M. Ignatio le haveva fatte con authorità de li primi compagni. Io lo lasciai dire, dicendo pianet [a], id est, pian piano, et allora pigliò più agonia de domandare licentia al papa per fare il capitulo in Spagna adciò che fora di Roma non si potesse havere ricorso, nè al papa, nè al protettore, del authorità delle costitutione; et questa è la prima radice et causa principale della importuna istantia per la quale si domandava di andare in Spagna.

La seconda causa era, perchè si desputò in congregatione si serrebbe meglio che fusseno fatte prima le costitutione avanti della creatione del generale, et aprobate prima dalla sede apostolica, o vero fare prima el generale, et dopoi far le constitutione. Furno varie oppenione; chi si, et chi non. Et imperò per levare oppenione, non trovavano miglior espediente ch' andare in Spagna, dove sonno più gran numero de professi, et allora si potrebbe fare tanto el generale come le constitutione con più suffragii al modo loro. Judicavano loro che questo serrebbe più espediente et con più quiete; ma io nol credo, perchè dove non sonno superiori in li capituli generali, ordinariamente sogliono essere più scandali, come dimostra l' esperientia che si a di altri

---

[a] Sic.

religiosi, i quali hanno fatto le loro regule, et sonno antique in observantia, quanto più una regula ch' est in fieri, e non est in observantia, ha più di bisogno questa prima volta della presentia de Sua S.tà et del protettore, adciò si faccia tutto con più gran pace.

La terza causa è stata a mio giuditio, perchè si cerchò in congregatione di fare de novo vicario Mtro. Laynez et di darli authorità magiore, o vero di vicario o preposito generale; e fu risoluto di no, perchè non potevano, nè manco era espediente, essendo in Roma la manco parte del capitulo, et anchora dapoi questo medesimo si procurò per le cammere con pratica di sottoscrivere uno scritto; ma subito furno intesi; et li fu data ripulsa.

Queste sonno le fontane cause et proprie principale radice, per le quale tanto si procurava andare in Spagna, senza altre che non voglio scrivere. Basta che se intenda el modo; sed qui comprehendit sapientes in astutia sua [1], dominus Deus irrisit eos [2], et non ha permesso che se andasse in Spagna, ma che si faccia in Roma il capitulo generale, et che si vedano le bolle et constitutione, et si reformino et aprobino dalla sede apostolica, adciò siano più ferme, sì per noi, come anchora contra li nostri persecutori; et così credo che sia stato dal Spirito santo queste tre cose che ha ordinato Sua S.tà . Perchè dove loro tanto magnificauano le constitutione et sua authorità, adesso hanno confessato che sonno in fieri et non sonno in observantia, et così fu scritto alli Rmi. cardinali per informare il papa; et dove loro tre tanto procuravano che Mtro. Laynez fusse creato vicario con authorità, adesso resta di jure compagno con li primi professi fondatori, delii quali non hanno fatto conto, se non delli suoi adherenti, i quali lo governano come un putto al modo loro.

Oltra di questo dico che, dove per le tante bolle siamo stati odiati et tanto perseguitati, adesso riformandosi, a tutti serremo gratissimi; et ultimamente spero non si faranno tanti errori come se son fatti per il passato, come mostrarò a bocca dove potrò

---

[1] JOB, V, 13. [2] PS. II, 4.

narrarli, che pare proprio l' istoria di Hieroboam, il quale, pigliando il conseglio di gioveni et lassando il conseglio de vecchii, fu diviso il regno d' Israele (3 Reg.). Et non po dir Mtro. Laynes che lo ha fatto seguitando il modo de la bona memoria de M. Ignatio; perchè lui li comandava et questi doi erano esecutori suoi; ma allui li comandano et consigliano male, come si vede per esperientia, nelle indiscretione et instantie importune che hanno fatte per andare in Spagna et altre cose con pratiche. Nè manco si po escusare che tutto lo ha fatto per la carità et necessità di far generale; perchè le cause di defferirlo et di non andare in Spagna sonno potentissime, come V. Sria. Rma. vederà con l' alligata, ma la passione et agonia lo cecava, etiam contra tante dissuasioni di alchuni Rmi. cardinali; sed in summa agamus gratias Deo, che tanto frutto sa cavare de li nostri mali.

Tutto questo scrivo perchè tocca al hofficio di V. Sria. Rma. intendere questo negotio et a me tocca informarla essendo uno delli primi fondatori di questa Compagnia, et vedendo il governo andare in precipitio se non serrà presto rimediato.

Di V. Sria. Rma. et Illma.

Servo in Xto.,

NICOLÒ BOBADIGLIA,
de la Compagnia de Jesus.

2

P. NICOLAUS BOBADILLA
PAULO IV, P. M.
ROMAE, ANNO 1557 [1].

BREVISSIMA INFORMATIONE DELLA COMPAGNIA DE IHS. PER LA S.^{tà} DE N. S.

Omne datum optimum et omne donum supernum desursum est [2]. Imperò non ha permesso l' omnipotente Iddio che la nostra congregatione andasse in Spagna a far il capitulo generale, an-

---

[1] Ex autographo, quod Mediolani, in archivo archiepiscopali asservatur «Arch. Spirit. Sez. XII, vol. 2, n. 21». Vide monumentum praecedens, annot. 1. Nullam habet subscriptionem.

[2] JACOB., I, 17.

cora che il demonio lo procurò con grande istantia per ruinarla, ma lo Spirito santo inspirò V. S.tà a prohibirlo, adciò si faccia in Roma, dove he la santa sede apostolica.

2. La bolla della institutione della nostra Compagnia ordina che le constitutione et declaratione le facciano li primi X fondatori; e nientedimeno le ha fatte solo M. Ignatio, perchè era Padre et padrone absoluto et faceva quanto voleva.

3. Le constitutione e declaratione fatte sonno un laberinto confusissimo, e sono tante, che non bastano, nè li inferiori, nè superiori, a saperli, non che ad observarli.

4. Sonno in tal modo, che hanno cose difficultose, et altre impertinenti, et altre contrarie al ordine che observa la santa chiesia, come da poi si mostrarà in particulare.

5. La Compagnia ha tante bolle apostolice de gratie, previlegii et exceptioni etiam delli ordinarii, che ne ha fatto a loro odiosi come in Espagna al' archiepiscopo de Toledo, bone memorie, et in Francia al vescovo di Parisi, in modo che la facoltà di theologia di Parisi ha fatto un decreto diffamatorio contro de la Compagnia et ancora contra la sede apostolica che concesse le bolle.

6. La Compagnia ha una infinità di bolle e constitutione e declaratione, et non ha anchora regula nissuna, come hanno le altre religioni; imperò bisognerà ordinarla et approbarla per la santa sede apostolica.

7. Dopoi la morte de M. Ignatio restorno doi o tre persone, che, volendo imitarlo et fare la simmia, hanno diffamato la Compagnia per tutta Roma, et hanno perseguitato tanto rigorosamente M. Pontio perchè fece presentare vna poliza a V. S.tà, adciò non si andasse in Spagna, che l' hanno mandato fora di Roma come in esilio relegato, oltra l' haverlo malissimamente trattato prima che lo mandassero, come se fusse stato authore di qualche gravissimo errore. Et da queste tre persone nascono tutti li disordini in casa; perchè vogliono che tutte le cose del P. M. Ignatio siano come revellatione dello Spirito santo. Certo era prudente, ma anche era homo et haveva proprie oppenioni, come sa V. S.tà Pigliamo lo bono et non difendiamo el malo con perti-

nacia; che alla fine la falsità non prevalerà contro la verità, et questa è la mia speranza in Christo et in V. S.tà, quam Christus felicissime conservet. Amen.

A tergo, eadem manu. I†hs. Informatione.

3

P. NICOLAUS BOBADILLA

PAULO IV, P. M.

ROMAE, ANNO 1557 [1].

BREVISSIMA REFORMATIONE [a] DELLA COMPAGNIA DE JESUS PER LA S.tà DE N. S.

In primis serrà necessario che V. S.tà faccia vedere et esaminare con diligentia le constitutione e declarationi per li Rmi. cardenali Thrani, Reumano, Alesandrino et Araceli, i quali sanno che cosa siano ordini de religioni.

2.° He necessario che tutte le bulle apostolice de la Compagnia siano examinate et reviste dal Varengho et datario con altri dui Rmi. cardenali, i quali possano informare V. S.tà della verità.

3.° Serrà necessario che, avanti che si faccia il preposito generale de la Compagnia, siano prima examinate tanto le bolle como le constitutione, et ancora approbate di V. S.tà, adciò sappia il preposito come ha da governare, et li inferiori sappiano quel che haverranno da observare.

4.° Serrebbe necessario che V. S.tà mande a chiamare tutti professi della Compagnia, che vengano a Roma al capitulo generale in vertù de santa obedientia, perchè sonno pochi, cioè 70, quanto perchè se trattaranno cose d' importanza grandissima, e quelli che sarranno in la India o infermi, che non potranno ve-

a Sic.

[1] Ex autographo, Mediolani in archivo archiepiscopali asservato, «Arch. Spirit. Sez. XII, vol. 2, n. 21». Eodem fere tempore ac praecedentia datum fuisse hoc a Bobadilla existimamus, sc. aestate anni 1557. Vide supra, pag. 729, annot. 1. Desideratur Bobadillae subscriptio.

nire, non serranno obligati, ma exempti in lo breve apostolico di V. S.tà

5.° Serrà necessario che V. S.tà faccia ordinare la regola della Compagnia et anchora in la reforma delle nostre bolle se metterà questo titulo «Reformatio omnium bullarum [a] apostolicarum Societatis Jesu per Paulum 4 pontificem maximum».

7. Serrebbe necessario che V. S.tà mande chiamare la facultà di theologia di Parisi, et che compareat saltim per procuratores in Roma sopra il decreto diffamatorio contra la Compagnia; et, se V. S.tà reformarà le bolle, si contentaranno che sia annullato il decreto; ma loro da se non lo faranno mai; bisogna che V. S.tà si faccia patrone absoluto di questa Compagnia, tanto per noi, como contra li nostri persecutori, et chusi farrà et reformarà quanto V. S.tà comandarà, et questo serrà un renovare questa Compagnia, et non si lassi V. S.tà tirare da sinistre informatione et favori di cardinali, li quali sotto pretesto di pietà soleno molte volte essere contrarii alla verità. E questo basterà per adesso fin la nostra ritornata con gratia di Christo, et men vado consolato perchè ho exonerato la mia conscientia in parte con Vostra Santità. Valeat felicissime.

A tergo, eadem Bobadillae manu. Ihs. Reformatione.

4
P. HIERONYMI NATALIS

MEMORIALE PRO COLLEGII CONCHENSIS FUNDATIONE

FEBRUARIO VEL MARTIO, 1561 [1].

El señor Marquina prometerá hazer donatión y limosna á la Compagnía, sin condición ni modo alguno, de 500 ducados de

---

[a] *bullorum* ms.

---

[1] Ex apographo, quod Romae ex autographo desumptum est, et ad nos missum. Autographum est in Archivo Status «Carte Gesuit. Collegii. Pacco 208. Spagna e Nuova Spagna.» Folia hisce numeris signantur: 316.a, 316.b, 316.c; prius 424 et 425. De hoc memoriali, a Natali canonico Marquinae dato, sermo fit in *Epist. P. Nadal,* I, 382; et 394-397. Hoc monumentum et ea, quae sequuntur, a PP. Tacchi-Venturi et Tournier nobis transmissa sunt, prout in hujus voluminis praefatione, pag. XIX, diximus.

renta perpetua, y edificar en Cuenca en los sitios de la Compañía, etc. vn collegio, adonde puedan habitar hasta 40 personas de la Compagnía, y 4 schuelas y vna iglesia con todas sus partes, etc., y solamente declarará que es su voluntad que en caso que la Compagnía dexasse el cargo del collegio que se ha de fundar, entonces viniesse todo y solo aquello que él vuiera dado alla Compagnía y se hallare en ser, sin culpa de la Compagnía, á la comunidad de Cuenca, y dello se hiziesse vn hospital general con que primero pagasse la comunidad quatro mil (4000) ducados que valen las casas y sitios, en donde se ha de edificar el colegio y yglesia, y lo que habrá costado vna casa coniuncta con los sitios que dizen sancta Maytinada, la qual compra la Compañía, y se obliga á censo perpetuo por ella, y rogará el señor Marquina que la Compañía, no por obligatión que se haga á él, sino por su modo de proceder y de fundar collegios, funde en Cuenca vn collegio, en donde se lean 3 schuelas de grammática, y se enseine leer y scriuir los niños y la doctrina christiana.

La Compañía, passados algunos días, porque no paresce vn mismo contratto, hoc est, el general della, dirá que hecha la donatión y rescebida la dotatión y edificios, se hará la fundatión de vn collegio en Cuenca en el edificio que habrá hecho, etc., en el qual se han 3 schuelas de grammática, y se enseñen niños á leer y scriuir y la doctrina gratis. Vltra desto se hagan todos los suffragios por el fundador y regonoscimientos [a] que se expressan en la quarta parte de las constitutiones y declarationes, y dirá más, que en caso que nuestros successores dexen de exercitar totalmente los dichos ministerios y los otros que según el instituto de la Compañía se suelen hazer en semeiantes collegios, por spacio de un año, por culpa suya, ipso facto el dicho collegio y renta venga alla ciudad por hospital general, como en otro caso declaró su voluntad el fundador; y porque no da sufficiente renta el señor Marquina, según el modo de fundar semeiantes collegios della Compagñía, no se obliga la Compagnía á sí misma á hazer aquellos exercicios [b] perpetuamente, sino en tanto que

---

[a] Sic. —[b] Hoc verb. alia manu exaratum est.

quisiera ella ó tuuiera sperança de augmentar la renta; y quando por tiempo le paresciere el peso de no suffrir, dexará el todo al hospital de la forma que arriba se ha dicho. Y esto firmará el general.

†

A tergo, alia manu. Jhs. Copia de la 2.ª fórmula que ha hecho el Padre comissario y se embía á Roma, la qual no ha visto el canónigo Marquina.

5

P. HIERONYMI NATALIS

DE DIFFICULTATIBUS EIDEM IN HISPANIA ANNO 1561 SUSCITATIS COMMENTARIUS [1].

RELACIÓN É INFORMACIÓN VERDADERA DE TODO LO QUE A PASSADO EN ESTE NEGOCIO DE LAS PROUISIONES REALES QUE SE AN NOTIFICADO EN ALGUNOS COLLEGIOS DE LA PROUINCIA DE CASTILLA, Y DESPUÉS SE ENTIENDE QUE SE MANDA NOTIFICAR EN TODOS [2].

Yo, Hierónimo Nadal, viniendo de la visita de Portugal á

[1] Ex transumpto, quod, curante P. Tournier S. J., ex archetypo depromptum fuit, Romae in Archivo Status «Carte Gesuit. Collegii, pacco 208. Spagna e Nuova Spagna» num. 210, foliis antiquitus numeris 259-268 signatis. Inscriptio a tergo, Natalis manu exarata, ita habet: « † De difficultatibus hispaniensibus in penultima visitatione». Ibidem, alia manu: «Diario del sucesso destos negocios de las provincias.» Ibidem, tertia manu: «Diversa inemendata.» Alterum hujus monumenti exemplum in eodem tabulario reperitur, numeris 307-309 signatum, in quo quidem ultima pars prioris exempli, ab illis scilicet verbis: *Y así entendí luego en dar conclusión* usque ad finem, omissa fuit. Hac de causa, et propter inscriptionem Natalis autographam, prius exemplum prae altero ad nos transmissum est. En alterius exempli inscriptio, a tergo, ignota manu exarata: «Relatione intorno alla prouision che fu fatta in Hispagna al P. Nadal da parte del re et di quanto passò circa la prouision mandata a Roma. [Sequitur alia manu:] Cioè come fu impedita la visita al P. Natale nelle prouintie di Spagna l' anno 1561, et altri negotii della Compagnia.»

[2] De hoc negotio cf. *Epist. P. Nadal*, I, 538 et seqq.; et II, 81-86 et 90. Vide etiam ASTRAIN, loc. cit., vol. II, lib. I, cap. VIII, ubi tota haec procella contra Societatem in Hispania suscitatam egregie describitur, et optimis monumentis illustratur.

Castilla, en el Cañaueral [1] á siete leguas de Placencia, hallé al hermano Tello de Aguilar, que me traya un treslado de vna prouisión del consejo real, que se auía notificado días auía al rector y collegiales de Plasencia con la solemnidad y publicidad que suele auer de ordinario en semejantes actos. En esta prouisión S. M. ordenaua que guardásemos las pramáticas destos reynos, por las quales se manda que no se saquen dineros á reynos estraños, ni tampoco los naturales destos reynos vayan á otros á estudiar ó á enseñar, como paresce en el traslado authéntico de la dicha prouisión que yo tengo [2].

Prosiguiendo adelante la jornada, poco antes de llegar á Plasencia, encontré al hermano Auendaño de Salamanca, que venía en busca mía y me traya vnas cartas del P. Dr. Araoz y del P. D. Antonio [3], y también del Dr. Vergara [4] y del P. Manuel [5] rector de Alcalá, en las quales me significauan la auersión que conocían en el consejo real para con nosotros, por muchas cosas que entonces auían occurrido, principalmente después de la ida del P. Francisco [6] á Roma. Dábanme también á entender el temor probable que tenían de alguna quiebra, y que no se proueyese alguna cosa en detrimento y nota de la Compañía. Del despacho de las prouisiones aun no sabían cosa alguna. Allegado á Plasencia, informándome el rector [7] de lo que auía pasado en la notificación de la prouisión, me dixo que el juez dezía que tenía cierta [a] cosa y despacho secreto para mí, el qual no quería

---

[a] *certa* ms.

---

[1] «Cañaveral de Alconetar: lugar con ayuntamiento, de la provincia y audiencia territorial de Cáceres (7 leg.), partido judicial de Garrovillas (3), diócesis de Coria (4), capitanía general de Estremadura (Badajoz 21)...» MADOZ, *Diccionario geográfico-estadístico-histórico de España,* V, 487-488.

[2] Hic sermo est de pragmatica regni, qua pecunias vel homines ex Hispania educi prohibebatur, non de epistola regis, infra sub n. 6 posita.

[3] P. Antonius de Cordoba.

[4] Dr. Alphonsus Ramirez de Vergara, Societatis amicus et collegii complutensis egregius fautor.

[5] P. Emmanuel Lopez. [6] S. Franciscus Borgia.

[7] P. Hieronymus Jimenez, vice-rector a 1 Jul. 1561. ALCAZAR, *Chrono-historia,* II, in catalogo ad calcem voluminis posito.

mostrar á otro ninguno; y así otro día por la mañana yo me fuí á él, y hízele auisar que yo era el Mtro. Nadal, que estaua de camino para la corte, y que me auían dicho que tenía cierto despacho para mí: por eso venía allí á saber qué era lo que mandaua. El juez delante de algunos testigos de fuera me notificó la mesma prouisión que se auía publicado en Plasencia, y vna carta del rey para mí [1], por la qual proueya que, dentro de quince días que aquella me fuese notificada, pareciese en la corte para mostrar los poderes y facultades que yo traya para la visita de las casas y collegios destos reynos, para que en todo se proueyese como más se juzgase conuenir al bien de la Compañía. Esta notificación se hizo á siete del presente, y otro día me partí camino derecho para Alcalá, juzgando siempre conuenir al seruicio de Dios N. S. y el bien de la Compañía dar lugar á las cosas y no hazer resistencia alguna en estos negocios, ni dar occasión que se ofendiesen y scandalizasen estos señores del consejo real, y allegarme en Alcalá, como me lo aconsejauan los Padres que arriba dixe me escriuieron con el hermano Avendaño, para ver las cosas desde cerca y mirar el mejor corte que se pudiese tomar en estos negocios. Llegado á Oropesa á nueue deste, hallé á Gil Gonçales, que venía de Alcalá y de Madrid á auisarme de lo que yo ya sabía por las prouisiones reales de suso dichas, avnque ni avn entonces tenían claridad ni certidumbre de lo que en ellas se proueya, mas que sabían de cierto despacho que se auía embiado del consejo real para Plasencia con mucho secreto, y tenían allende desto principios para collegir con mucha probabilidad lo que realmente auía pasado. Díxome también entre otras cosas cómo parecía á aquellos Padres que viniese á Alcalá sin venir por Madrid; pues no se rodeaua en el camino, y allí podría tomar entera información del estado en que estauan los negocios, antes de parecer en la corte; lo qual me pareció bien, y me determiné á ello, y llegué á Alcalá lunes á 13 días del presente [a].

Martes, que fueron quatorse deste, vino á Alcalá el P. Dr.

---

[a] In margine: *Octubre*.

---

[1] Hanc epistolam vide infra sub n. 6

Araoz por orden mía, que yo le auía escrito desde el camino, auisándole de lo que pasaua, y que á este tiempo se hallase en Alcalá. Entendí dél el estado que tenían estos negocios, y las occasiones que auían tenido estos señores del consejo real para auer proueydo lo que arriba tengo dicho: y eran todas cosas que ya yo tenía entendidas antes de llegar aquí. Después de auer consultado con él y con los Padres don Antonio y Mtro. Manuel lo que deuía de hazer, me resoluí en que el P. Dr. Araoz fuese á Madrid, y diese raçón á aquellos señores de mi venida, y satisfacerles en lo pasado de lo que se auía hecho en lleuar dineros para el collegio de Roma y algunos subietos deste reyno, haciéndoles capazes de las razones que para ello auía auido, y para que les mostrase la voluntad que yo tenía en lo de adelante de no ir contra lo que tenían proueydo y ordenado, ni darles occasión alguna de offensión, y también para satisfacer al señor arçobispo de Seuilla [1] y á los señores del consejo real y á otros que parecía conuenir, por la occasión que podían auer tenido auersión comigo por la ida á Roma del P. Francisco.

Fué el P. Araoz á Madrid, trató de lo que tengo dicho con los señores del consejo real, porque con otros no uuo por entonces commodidad, ni tampoco pareció necessario haserlo; y después de muchas cosas que con ellos pasó sobre satisfacerlos en lo pasado, resoluiéronse en que, si yo parecía en consejo, y mostraua los poderes y facultades que tenía para la visita, no podrían dexar de haser lo que con otras religiones auían hecho; que es por via de estranjería [2] detener mis facultades y inibir por aucto público la visita, por ser cosa ordinaria, en que nunca se auía dispensado; pero que offrecían vn corte, haciendo esta particularidad con la Compañía, que ó dando yo vna petición ó mouiéndose á ello ex officio, prorogarían el término sobredicho de los quince días por treynta ó más días, con sperança que, acabados aquellos, se podría differir más, y que en el entretanto

---

[1] Ferdinandus Valdés.

[2] «Extranjería. sf. Calidad y condición que por las leyes corresponden al extranjero residente en un país, mientras no está naturalizado en él.» *Diccion. de la lengua castellana, por la Real Academia española,* edit. 12.ª

no impedirían que yo visitase y hiciese mi oficio, disimulando con ello.

Domingo en la noche, á 19, vino aquí el P. Dr. Araoz con este medio que los señores del consejo le auían offrecido, para ver qué es lo que en ello me parecía. Yo hise encomendar á nuestro Señor este negocio en las missas y oraciones, que siempre se ha hecho después que se començaron á entender estas cosas, y consulté este medio con el doctor Araoz y don Antonio, Mtro. Manuel y Gil Gonçales, que eran los que por entonces en el collegio tenían lengua destas cosas. Sus pareceres fueron, sin discrepar alguno, que el medio se deuía acceptar, y que era espediente para huyr inconuenientes que de otras cosas podían resultar [a]; los quales paresceres vistos, y auiéndolo encomendado á nuestro Señor y dicho misa por este fin, me resoluí en lo siguiente, que es con lo que siempre e tenido cuenta desde que en Plasencia entendí estos negocios: Lo 1.°, que no podía ni deuía dar occasión alguna, con resistencia ó con otra manera, de offensión al consejo real, y por consiguiente al rey y á todos los de la corte de Castilla; pues esto ello en sí parese necessario, y según nuestro instituto y las circunstancias del tiempo y occurrencias de cosas particulares muestran no poderse haser otra cosa; y á este fin desde el día que se me notificó la prouisión real hasta aora me e abstenido de exercer cosa alguna tocante á la visita, que estos señores de facto an prohibido, hasta que paresciese en la corte á dar raçón de mis poderes y facultades. Lo 2.°, que en todo estoy determinado con la diuina gracia guardar la immunidad de la Compañía, y que en estas cosas in omnem euentum ella quedase indemne sin detrimento ni lesión, y assí de no subjetarla á este tribunal, pues ni á él ni á otro juizio secular tiene subietión alguna; y por consiguiente no tomar dellos ley alguna ó orden cómo ouiese de proceder en la visita ó cosa semejante, que paresciese subiectión. Lo 3.°, que no prohibiéndome la visita, de visitar como yo tenía determinado; y en prohibiéndola, cessar, por lo que tengo dicho ser necessario no dar

---

[a] Alia lectio: *recrescer*.

occasión de indignación á aquellos señores, cuya beneuolencia debemos mantener según nuestro instituto. De manera que mi resolución es y a sido, en todo lo que hasta aquí se ha hecho, y se hará adelante, con la gracia del Señor, tratar las cosas de manera que, aunque la Compañía padezca y se le haga resistencia para no hacerse lo que ella tiene de officio y de institución, no se haga empero cosa alguna en que ella en qualquier cosa, por pequeña que sea, pierda su autoridad y priuilegio que tiene por la gracia del Señor de la yglesia romana; de manera que, si se visitare, no será por orden ni por autoridad del consejo real, de quien no emos de tomar leyes; que las tenemos ya de la yglesia; sino por ser este mi officio y no haber impedimento para él; y si se dexare la visita, será porque para ello se pone impedimento y estoruo; y conuiene ad tempus por las raçones dichas padecer antes que hazer alguna resistencia, de la qual se seguiría escándalo. Vltimadamente avrémonos como quien quiere hacer su oficio donde no halla estoruo, y le dexa de hacer quando vee que se le tienen puesto.

Con esta mi determinación boluió á Madrid el P. Dr. Araoz, y trató con aquellos señores esta mi voluntad que aquí tengo significada, no dando petición de mi parte alguna, sino dexando que ellos procediesen de officio en lo que les pareciese proueer, ni tampoco queriendo tomar por auto del secretario del consejo lo que ellos determinasen, aunque esto de su parte se offrecía. Fué al fin el orden de estos señores prolongar el término primero por otros quince días más; y no señalaron más días por guardar su stilo ordinario, que el término segundo sea proporcionado al que primero señalaron, no interuiniendo en esto ni petición nuestra ni auto en que se diese fee desta assignación, por tener delante de los ojos siempre lo que tengo dicho de guardar la indemnidad de la Compañía, aun en las cosas muy pequeñas.

Con esta voluntad de aquellos señores boluió aquí el Padre prouincial [1], dos días después que de aquí se partió, y commu-

---

[1] P. Antonius Araoz.

nicando lo que se deuía de hacer con él y con los otros consultores, que arriba dixe, y auiéndolo encomendado á nuestro Señor, me confirmé vltimadamente en la mi primer determinación, que cessando el impedimento, yo vsaría el officio mío integramente et pleno iure meo, hasta tanto que se pusiese estoruo: y assí comencé aquí á visitar este collegio con la gracia del Señor, procediendo en la visita por el orden que en Portugal tuue [a], con toda libertad e cum omni iure meo, con propósito de proceder así adelante todo el tiempo que cessaren los impedimentos dichos, y proseguir en la visita por este reyno de Toledo por las casas y collegios que en él ay. Parecióme también de escreuir á los prouinciales de Andalucía y Aragón que se allegassen á este collegio de Alcalá; porque aunque yo tenía propósito de visitar también sus prouincias, como comienço hacer [en] esta, no se offreciendo en este ínterin estoruo; pero si acaso otra cosa pareciese á estos señores de no dar lugar á este mi propósito y determinación, sino de ponerle de hecho impedimento y estático [b], de que se tiene cierta conjectura hasta aora, haría con los prouinciales lo que pudiese, y daría orden en mi camino, no partiéndome de España sin primero dar á estos señores y al arçobispo de Seuilla satisfactión de las cosas en que podían auer tenido alguna auersión, aunque ya la a dado de mi parte el doctor Araoz. Y para este fin e escrito á los rectores todos que escriuan muy por menudo, y en particular de los dineros que en estos años pasados se an lleuado á Roma, en qué tiempo y quánto se lleuó, y quién los uuiese dado, y también de los subiectos; y porque desta manera con más claridad se pueda dar cuenta de todo, y también para que tuuiesen alguna noticia de lo que se hacía, porque con diuersos rumores no uuiese lugar alguno alguna turbación. Y con todo esto, si conociere alguna auersión en estos señores de no dexarme visitar, tengo ánimo, con la diuina gracia, poner todos los medios para que desistan deste propósito, y no sólo que no me impidan en esto, mas aun uiendo la satisfactión que daré de los dineros y subiectos, no impidan que podamos ayudar

---

[a] *teue* ms. —[b] Sic; *statu quo* (?)

al collegio de Roma de alguna quantidad de dinero y número de subiectos; y quando no, con mucha quietud con la diuina gracia y consolación nuestra speraremos en Dios N. S. que nos dará mayor abundancia de subiectos y de dineros para que podamos ayudar á las almas según nuestro instituto con su diuina gracia.

Procediendo adelante con la visita deste collegio de Alcalá, haziendo en él las pláticas y las otras cosas ordinarias que en esta mi visita con su gracia del Señor suelo hazer, allegó el término de los quince días que auían señalado por el término segundo, y assí boluió á Madrid el Padre prouincial á entender quál era la voluntad de aquellos señores en lo de adelante, á tres deste mes de Nouiembre, y algunos, con quien trató luego que allegó á la corte, les parescía no dar más de cinco días para el otro término tercero, por parecerles que este estilo se suele siempre guardar quando se señalan estos plaços. Pero después que se trató en consejo, fué la resolución de aquellos señores que pareciesse yo luego en la corte y diese raçón de los poderes y facultades y instrucciones que traya para mi visita, y que ellos por auto pronunciarían y señalarían otros veinte días, para que yo pudiese visitar, no haziéndome alguno impedimiento ó estoruo para esto en el entretanto; y acabados estos días no prorogarían más término alguno, sino que pondrían luego impedimiento á la visita, y me mandarían salir del reyno.

Al P. Araoz, con quien se comunicó este medio que aquellos señores auían tomado, no le pareció en ninguna manera acceptarle, huyendo siempre, quanto ha sido posible, hazer cosa alguna ó acceptarla, en que se diese alguna significación de subiectarnos ó regirnos por lo que estos señores mandassen, por lo que arriba tengo dicho; y así ayer por la mañana, que fueron seis días deste mes de Nouiembre, tornando los señores del consejo real á tratar consigo en su consejo deste medio y de la respuesta del P. Dr. Araoz, tomaron por vltima resolución la siguiente: que es, que me dauan veynte días de término, en los quales sin impedimiento, ni estoruo alguno, ni offensión suya, pudiese proseguir en mi visita, como lo auía començado; los quales acabados, fuese á Madrid á cumplir lo que por las prouisiones

reales se auía mandado, que pareciese á mostrar las facultades y instructiones que traya de nuestro Padre general para la visita de nuestras casas y collegios destos reynos. No interuino en esto aucto alguno del secretario del consejo, donde se diese fee pública desta determinación. Ese mesmo día en la noche vino aquí el Padre prouincial, y me significó la voluntad que tengo propuesta destos señores, y después de consultado con los Padres con que al principio traté, y auiéndolo encomendado á nuestro Señor, fué mi determinación la que al principio: que vsando desta comodidad, por la qual no auía impedimiento para ejercitar mi ministerio, prosiguiría adelante la visita deste collegio con la gracia del Señor que tengo començada, y procuraré de acabarla con la integritad y plenitud que me pareciere in Domino conuenir; y después, por el tiempo que durare esta comodidad de no ponérseme impedimiento, visitaré estos collegios, que están en este reyno de Toledo, dando conclusión en otros negocios que están á mí remittidos; y después boluer á este collegio de Alcalá con el ayuda de Dios, al tiempo que entendiere ser ya venidos los prouinciales de Aragón y Andalucía, y para entonces, según las cosas succedieren, así se tomarán los medios que más se juzgare conuenir, sperando que en todas cosas será con nosotros la gracia del Señor, para que el successo destos negocios sea tal qual speramos en su misericordia.

Y así á 14 de Nouiembre me partí de Alcalá para Ocaña, Toledo, Villarejo de Fuentes, Belmonte, Cuenca, deteniéndome en estos collegios algunos días haziendo algunas pláticas y los exámenes y lo demás que suelo en esta mi visita [a].

A 9 deste Deciembre [b] llegué á este collegio de Alcalá, acabados de visitar los collegios que están en este reyno de Toledo, y de dar conclusión y asiento en la fundación del collegio de Cuenca con el canónigo Pedro de Marquina [1], dada también or-

[a] Tota haec paragraphus, ex illis verbis: *Y así á 14 de Nouiembre,* desideratur in archetypo, et desumpta sunt ex alt. ex. Ex hoc autem loco, ad finem usque, nonnullae discrepantiae inter utrumque exemplum reperiuntur. — [b] Hoc verb. est Nat. autogr.

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 381-384; et supra, monum. sub n. 4 positum.

den con don Juan Pacheco que la fundación que quería hacer en la su villa de Villarejo de Fuentes [1], y estaua ya acceptada por el P. Francisco algunos años auía, quedase para casa de probación, y al fin concluídas las otras cosas que yo al principio me auía determinado de tratar.

Quando llegué aquí, aun no era venido el doctor Araoz de la corte, á la qual se auía partido luego al principio deste mes. Hallé aquí que ya me estaua aguardando el prouincial de Andalucía con el doctor Plaça y el P. Xuárez; y también el prouincial de Aragón con el P. Román; á los quales yo auía hecho venir aquí, como arriba dixe, para tratar las cosas de aquellas prouincias, temiendo con mucha probabilidad no auría lugar para visitarlas á la larga. De allí á dos días como yo llegué, vino el doctor Araoz de la corte, y la determinación que pudo entender de aquellos señores del consejo real, con quien auía tratado, según el orden que yo aquí dexé quando me partía para visitar los collegios deste reyno de Toledo, fué que no darían más prorogación de la dada hasta aquí, y así que no quedaua sino vno de dos medios: ó partirme luego para salir de España y no exercer cosa alguna de mi ministerio, ó parecer en corte á dar raçón á aquellos señores, conforme á la prouisión real que se me notificó en Placencia, de las facultades y instructiones que yo trahía para mi visita; de lo qual se auía de seguir necessariamente que se hiziese comigo lo que pocos días antes se auía hecho con el comissario de S. Augustín y el de los Isidros: y es que, quitados mis poderes y instructiones, me mandarían salir por aucto judicial destos reynos. Yo llamé á los prouinciales de Aragón y Andalucía y á los que dixe que auian venido con ellos, y á los otros Padres con que al principio comuniqué esto, y al rector de Ocaña, que por entonces estaua aquí, y les propuse dos cosas, sobre las quales pensasen y se encomendasen á nuestro Señor, y otro día me dixesen lo que sobre ello les paresçía. La primera era: Suppuesta la determinación de aquellos señores y lo que demás auía pasado, de que el Padre doctor Araoz les dió en breue relación, y que los

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 553.

prouinciales estauan aquí, á quien yo auía embiado a llamar, si se podría tratar con ellos y expedir sus negocios sin ofensión de aquellos señores, ó qué orden se tendría en esto. La 2.ª fué: Quál conuendría más al mayor seruicio de Dios N. S. y bien de la Compañía, parescer en consejo real y dar satisfactión de lo que entendíamos se tenía offensión y aguardar lo que desto podía resultar, ó tomar mi camino y partirme para Francia; proponiendo los inconuenientes que de vna parte y de otra podrían recreserse, como lo suelo hazer en semejantes consultas.

Otro día se juntaron estos mesmos Padres, y en lo primero no vuo dificultad, porque á todos paresció que en qualquiera determinación que se vuiese de tomar, se podrían sin offensión ninguna expedirse y tratarse los negocios de los Padres que aquí auían venido por orden mía; pues esto se podía hazer con mucha breuedad, y aun al principio algunos de aquellos señores de consejo auían significado ser este vn buen medio, el qual ellos no impidirían para [a] concluir con breuedad mi visita. En lo 2.º, aunque vuo paresceres de diuersas maneras, empero comúnmente se inclinaron que yo no deuía parescer en la corte, pues offreciéndose este medio de parte del consejo, no auría dél offensión alguna, y paresciendo en corte, se auían de tratar nuestras cosas y andar en tribunal secular, y al fin sería que por sentencia y por juicio del consejo me mandarían salir del reyno, y que in totum me [b] abstuuiese de exercer mi officio; lo qual parescía ser inconueniente y no guardarse la indemnidad de la Compañía, que desde el principio en este negocio se auía pretendido.

Oydos los paresceres de los Padres, y conferidas estas cosas más en particular con ellos, yo no quise determinarme luego, sino remittí la resolución para otro día, para que, visto mejor todo, y entendido y más encomendado á Dios N. S., se acertase mejor en lo que se hiziese; y otro día yo me resoluí y determiné con la gracia del Señor en lo siguiente: Lo primero, que no me parecía conuenir en alguna manera irme así, sin poder dar raçón de mi partida á quien me a embiado, ni tampoco auiendo dado

---

[a] *pera* ms. —[b] *ve* (?) ms.

la satisfactión que era necessario á estos señores de cosas particulares, de que se entendía auer nascido alguna auersión en estos negocios, y que yéndome yo ansí sin más, neque coram Deo neque coram ecclesia auía yo cumplido con la obligación de mi officio. Y ansí mi determinación era y en lo que vltimamente me resoluía: ó yo parescería en consejo, ó auía de tener cómo á mí me constase y pudiese hazer buenamente fee dello, que estos señores tenían satisfacción de la buena intención con que hasta aora se auían lleuado algunas limosnas para el collegio de Roma, entendiendo en quánto seruicio de Dios N. S. allí se expenden, y que por el mismo fin se auía para allá sacado algunos subiectos destos reynos, y que también la tenían de lo que toca particularmente á mi persona, vida y doctrina, á que por pragmáticas destos reynos, por justos respetos ordenadas y guardadas en estos tiempos, suspendían la visita, y allende desto, que entendiesen con quánto respeto y reuerencia e yo procedido desde el primer día que deste negocio y de su voluntad tuue [a] noticia, no contradiciendo, ni replicando, ni haziendo instancia alguna á lo que se auía por su parte ordenado, procediendo en todo con toda reuerencia, procurando no darles occasión alguna de offensión; y ansí nunca e exercitado las cosas de mi visita sino quando me fué constando que ellos no lo impedían, con propósito siempre de estar — — — [b] de lo contrario; y á este fin, etc. de expedir más en breue los negocios, auía hecho venir aquí á los prouinciales de Aragón y Andalucía. Desto todo se podía dar orden que el P. Araoz lo hablase á Roygómez [1], y Roygómez lo podría hablar con estos señores. Y si podía yo tener la satisfazión en alguna manera que tuuiera yendo á la corte, y si esto no auía effecto, yo no dexaría de ir á la corte, porque á lo menos, yendo, auría hecho de mi parte coram Deo et ecclesia lo que deuería, y después de auer hecho lo que auía obligación, lo que se podía arecelar era padescer y sufrir, y que Dios N. S. nos ayudaría.

Con esta mi resolución, lleuando por escrito esta mi determi-

[a] *tiue* ms. — [b] Spatium vacuum hic relictum est in ms.

[1] Rodericus Gomez de Silva, comes de Melito, princeps de Eboli.

nación, se partió dentro de dos días el P. Araoz á Madrid, y en el entretanto vino aquí el conde de Feria y Roy Gómez, y con ellos traté destos negocios, particularmente con Roy Gómez, el qual también se partió este mesmo día á Madrid á ayudar por su parte lo que pudiese en estos negocios [a].

Lo 2.°, que al principio que yo entendí esta voluntad destos señores, ex hac occasione me determiné abreuiar la visita, y á ese fin que auía llamado á los prouinciales de Aragón y Andalucía; para que, visitados los collegios deste reyno de Toledo mientras ellos viniesen, y concluydas las cosas destas dos prouincias, visitasse también de camino los collegios de Castilla la Vieja. Y este a sido siempre mi intento: concluir con lo que deuía á esta mi missión y ministerio, como mejor se pudiese, dando orden en abbreuiar las cosas por las occasiones presentes, quanquam nullam legem ab istis acceperimus vnquam. Y así yo no podía seguir esta mi determinación á irme, si primero no me citasse, ya que por acto judicial no podía ser, por testimonio de alguna persona de dignidad, que estos señores tenían voluntad de no impedir, como hasta aquí lo auían hecho, el visitar yo los collegios de Castilla la Vieja, y que también tenían satisfactión.

En suma: yo no iría á la corte, pues dello paresce que se podía rescelar algunos inconuenientes. Pero no auiendo este efecto, yo no podía dexar de ir allá.

A 26 deste Deciembre vino el Padre doctor Araoz de Madrid, y la resolución que truxo, así de aquellos señores, como de Ruygómez, con que lleuaua orden que tratase estas cosas, fué: Lo primero, que quanto á dar otra prorogación de término sobre los dados, no auría modo para ello, porque, vltra del mes de Nouiembre, el qual se señaló por término postrero, auía también en cierta manera per conniuentiam et dissimulationem concedido todo el mes de Deciembre, que aora corre hasta el día de los Reyes, donde se acaba el punto que se suele hazer en estos tribunales por estas pascuas. Lo 2.°, que Roygómez se profiría [b] á hazer que no se me pusiese impedimento todo el tiempo que

---

[a] Quae sequuntur usque ad illa verba *no podía dexar de ir allá,* scripta sunt in margine, fol. 266r. — [b] Id est, *ofrecía,* sensu jam obsoleto.

fuese sufficiente para la visita de los collegios de Castilla la Vieja; y así él de su parte me aconsejaua que lo hiziese.

Con esta resolución que el P. Araoz truxo, auiendo, como las otras veces lo e hecho, consultádolo con los Padres arriba dichos, yo me determiné de proseguir mi visita con la gracia del Señor, y acabadas las cosas que aquí tengo començadas, así deste collegio y prouincia, como de la de Aragón y Andalucía, ir á Castilla la Vieja, prosiguiendo siempre con mis principios que al principio tengo propuestos; porque si se cumple con el orden de visitar sucinta y sumariamente, que yo al principio determiné ex hac occasione, viendo que no auría lugar para cumplir á la larga con mi ministerio, y la Compañía se queda en su possesión y inmunidad y integridad de sus priuilegios y exemptiones que tiene, no auiéndose en ninguna manera solicitado, ni tomado ley deste tribunal, ni tiempo [a], después de la notificación de las prouisiones, no auiéndose hecho acto ninguno judicial en estos negocios que dél pudiese recreser perjuízio y detrimento á la Compañía, y en lo demás que parece quedaua por hazerse, que era algún testimonio de las cosas arriba dichas de alguna persona de dignidad para poder en qualquier parte dar desto fee, queda orden al doctor Araoz para que lo trate con Ruy Gómez y él lo scriua [b].

Y así entendí luego en dar conclusión en los negocios de las 2 prouincias de Aragón y Andalucía: y en la de Andaluzía pareció mudar al P. Bustamante, por auer muchos años que así lo pedía, y elegí al Padre doctor Plaça en su lugar, dexando al P. Bustamante por sobrestante de Seuilla, y di otras instructiones y órdenes, así para lo particular de los collegios, como para lo vniuersal de aquella prouincia. En la de Aragón no pareció mudar nada; y el 2.° día de Enero deste año me partí para Segouia, dexando concertado con el Padre doctor Araoz que nos viésemos en Burgos, para dar alí asiento á todas las cosas, así particulares, como vniuersales [1], desta prouincia, pues allí sería yo

---

[a] Hoc verb. obscure exaratum est. —[b] Hic desinit alt. ex.

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* I, 649.

al cabo de la visita de los collegios de Castilla la Vieja. Lleué comigo al P. Xuárez, para que me ayudasse también, para con más facilidad y breuedad expedir los negocios de los collegios, y así con breuedad, no dexando de hazer cosa ninguna de las que suelo en esta visita, pasé por Segouia, Auila, Salamanca; y siendo á Medina del Campo ya quasi de partida para Valladolid, vino vn correo de á pie con vna carta de Ruy Gómez, en la qual me hazía mucha instancia Su Señoría que á todo caso, dexadas todas cosas, por negocios de grande importancia viniese luego la buelta de Alcalá, donde Su Señoría vendría á hablarme. Esta mesma necessidad me significaua el Padre doctor Araoz y el Padre doctor Antonio, que á la sazón se halló en Madrid; dándome también cuenta cómo el Padre doctor Araoz no estaua para ponerse en camino, por hallarse indispuesto de manera, que no se podía poner en camino sin notable detrimiento de su salud.

Vista esta carta y consultándolo con algunos Padres que allí se hallaron, me determiné de embiar luego á Gil González, que fuese por camino derecho á Madrid con vna carta mía que escriuía á Ruy Gómez en respuesta de la suya, donde escriuía á S. Sría. cómo yo me partía luego, como S. Sría. me lo mandaua, é yo ir luego á Valladolid, donde me detendría dos días, y desde allí yr camino derecho por Segouia á Alcalá. Y así vn día después de la Purificación partió Gil Gonçalez para Madrid y yo para Valladolid, y allegūé jueues, 2.° día de quaresma, á Alcalá, donde vino el domingo adelante el Padre doctor Araoz, aun no libre de su indisposición, con quien auía de comunicar y tratar las cosas desta prouincia y dar asiento en ellas, y así comencé luego á expedirlas, y entretanto vino Ruy Gómez, y habló comigo y con el Padre doctor Araoz, y yo también empeçé á dar conclusión en los negocios para adereçar mi partida para Francia, la buelta de Aragón, por Çaragoça y Giaca á Pamiers y Tolosa; que será con la gracia de Dios este lunes que se sigue á nueue de Março [1].

---

[1] Ibid., pag. 724.

6

PHILIPPUS II, REX HISPANIAE

PATRI HIERONYMO NATALI

MATRITO, 30 AUGUSTI 1561 [1]

Don Phelipe, por la gracia de Dios rey de Castilla, de León, de Aragón, de las Dos Sicilias, de Jerusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Córdoua, de Córcega, de Murcia, de Jaén, de los Algarues, de Algeçira, de Gibraltar, conde de Flandes y de Tirol, etc. A vos el doctor Nadal, comisario general y visitador que os dezís ser de la horden y Compañía de Jesús en España, salud y gracia. Saved que el licenciado Atiença, nuestro procurador fiscal, nos hizo rellación, diziendo que á su noticia hera venido que diz que vos veníades por mandado del general de la dicha horden á estos reinos á visitar las casas que auía de la dicha horden, y trayades para ello facultades é ynstruyciones y horden del dicho general, et á causa de ser vos estrangero et no tener noticia de las cosas de acá, podían suceder y prouerse algunas cosas que no conuernían al bien de la dicha religión y casas della, suplicándonos mandásemos proueer el remedio dello, ó como la nuestra merced fuese; lo qual visto por los del nuestro consejo, porque queremos ser informado de vos é ver las facultades é ynstruyciones y horden que para ello trahéis, fué acordado que deuíamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razón, é Nos tuuímoslo por bien. Por ende [a] vos mandamos que dentro de quinze días primeros siguientes, después que esta nuestra carta vos fuere notificada, vengáis é parezcáis personalmente en esta nuestra corte, é presentéys ante los del nuestro consejo las facultades et ynstruycciones y horden que te-

[a] Haec 2 verba deleta sunt in apogr. et supra scriptum est *porque;* at perperam emendatum videtur.

[1] Ex apographo ad nos Roma misso, ut diximus supra, pag. 735, annot. 1. Illud autem apographum ex authentico transumpto, Natali in Hispania dato, exscriptum fuit, Romae, in archivo Status «Carte Gesuit. Collegii. Pacco 208. Spagna e Nuova Spagna» duplici fol., n. 304.

néys, para que, visto todo y oydo y entendido lo que dixéredes, se prouea lo que mejor conuenga al seruicio de Dios y bien de la dicha horden y Conpañía, y no faltardes ende al.

Dada en Madrid, á treinta días del mes de Agosto de mill é quinientos y sesenta y un años.

El marqués, el doctor Velasco, el licenciado Villagómez, el licenciado Morillas, el licenciado Agreda. Yo Domingo de Caula, escrivano de cámara de su magestad, la fize escrevir por su mandado con acuerdo de los de su consejo.

Registrada. GERÓNYMO RODRÍGUEZ. GERÓNIMO RODRÍGUEZ por chanciller.

En la muy noble ciudad de Plasencia, á siete días del mes de Otubre, año del Señor de mill é quinientos e sesenta y un año, yo Pedro Muñoz, escriuano del número de la dicha ciudad de Plasencia y su tierra, de mandamiento del magnífico señor licenciado Martínez, teniente de corregidor en la dicha ciudad, ley é notifiqué la prouisión de su magestad de suso contenida al muy Rdo. Padre, que se dixo llamar el doctor Nadal, de la Conpañía de Jhesú, visitador que se dixo en su persona, el qual tomóla como prouisión rreal en sus manos, y la besó é puso sobre su cabeça con el contentamiento deuido, y dixo que está presto y aparelhado de hazer y complir luego lo que S. M. por la dicha prouisión real manda, é pidió treslado dél. Testigos Juan Gutiérrez escriuano, y Pedro Muñoz y Luys Hernández presbítero, vezinos della dicha ciudad de Plasencia. Lo reglado desta ciudad no valga [a]... E yo el dicho Pero Muñoz, escrivano, fize aquí mi signo en testimonio de verdad, etc.

PERO MUÑOZ.

Fecho y sacado fué este dicho treslado de la prouisión oreginal de S. M., cuyo treslado es el de suso conthenido, en la ciudad de Plazencia, á siete del dicho mes de Otubre, año del Señor de myll é quinientos y sesenta é un años. Testigos fueron presentes á lo ber corregir Felipe de Pedraza é Juan Rruiz é Juan

[a] Cum aliquot verba secundae partis hujus monumenti, Placentiae scriptae, emendata fuerint, hic animadvertitur verba obliterata *(lo reglado)* non valere.

Rodríguez de Alarco, vezinos de Placencia. E yo el dicho Pedro Muñoz, escriuano del número de la dicha ciudad de Placencia y su tierra á lo suso dicho fuy presente, é fize aquí mi signo. &. En testimonio de verdad, etc.

PEDRO MUÑOZ [a].

A tergo, alia manu. Le difficoltà hauute sopra del cauar soggetti et denari di Spagna.

7

PHILIPPUS II, REX HISPANIAE

PATRI HIERONYMO NATALI

MATRITO, 30 AUGUSTI 1561 [1].

Este es un traslado y fielmente sacado de una carta y provisión real de Su Magestad, sellada con su real sello, escrita en papel, su tenor de la qual es este que se sigue.

Don Phelipe, por la gracia de Dios rey de Castilla, de León, de Aragón, de las dos Secilias, de Hierusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Córdoua, de Murcia, de Jaén, de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, conde de Flandes é de Tirol, etc. A vos el D. Nadal, comissario general é uisitador de la orden de la Compañía de Jhesús, salud é gracia. Sabed que nos mandamos dar y dimos vna nuestra carta sellada con nuestro sello é librada de los de nuestro consejo del tenor siguiente:

Don Phelipe, por la gracia de Dios rey de Castilla, de León,

---

a Sequuntur tria alia verba, obscure exarata, omissa in transumpto ad nos perlato, prout ipse librarius notavit.

---

1 Ex apographo ad nos transmisso, ut dictum est supra, pag. 735, annot. 1. Illud autem transumptum ex authentico exemplo, Natali Placentiae in Hispania dato, translatum fuit Romae, in archivo Status «Carte Gesuit. Collegii. Pacco 208» triplici fol. 302, prius 41-43. Hoc monumentum commemoratur a Natali, supra, pag. 738, ubi ait: «en el Cañaueral á siete leguas de Placencia hallé al hermano Tello de Aguilar, que me traya un treslado de vna prouisión del consejo real, que se auía notificado días auía al rector y collegiales de Plasencia...» et paulo inferius, pag. 739: «El juez, delante de algunos testigos de fuera, me notificó la mesma prouisión que se auía publicado en Plasencia, y vna carta del rey para mí.» Hanc epistolam supra, sub numero 6, protulimus.

de Aragón, de las dos Secilias, de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorchas, de Sevilla, de Cerdeña, de Córdoua, de Murcia, de Jaén, de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, de las islas de Canaria, conde de Flandes é de Tyrol, etc. A uos los prouinciales, rectores, vicerectores, prepósitos, visitadores é comissarios é ministros de los collegios é casas de la Compañía de Jhesús y á cada vno de vos, á quien esta nuestra carta fuere mostrada, é su traslado signado de scriuano público, sacado con autoridad de juez, salud é gracia. Sabed que el licenciado Atiença, nuestro procurador fiscal, nos hizo relación, diziendo que, como quiera que por la precmática, por nós hecha el año passado de 1559 años, está mandado é proveydo que los naturales destos reynos, ansí ecclesiásticos y religiosos como seglares, de qualquier calidad é condición que fuesen, no pudiesen salir á estudiar, ni á aprender, ni enseñar, ni estar, ni residir en ningún estudio, ni vniuersidad, ni collegio fuera destos reynos, no siendo de los contenidos é declarados en la dicha precmática, e, no embargante que ansí mismo como era notorio, en este reyno avya tan insignes estudios é vniuersidades de todas sciencias é facultades, en las quales y en otras partes avya collegios é casas de la dicha Compañía, adonde podían estudiar, enseñar é residir, era venido á su noticia que, por orden é mandado del general de la dicha Compañía, se lleuan é ymbían della á estudiar é residir en vn collegio que en Roma avya della, donde concurrían y estavan gran número de religiosos é personas de la Compañía de Jhesús de diversas naciones, prouincias é partes, é que haun para este effecto é para embiar al dicho collegio se eleegían y escogían las personas de más abilidad é partes é de quien más fructo é beneficio se podía esperar é conseguir, estando é residiendo en estos reynos, é que demás de llevar é sacar destos reynos las personas contra lo por nós proueydo, era venido á su noticia que para sostener é entretener el dicho collegio que auía en Roma, por ser de gran número é concurso de estudiantes, el dicho general hazía llevar en cada vn año por letras, cédulas é otras vías quantidad de dineros, tomándolo é recibiéndolo de los collegios

de la Compañía destos reynos, que estauan dotados é con azienda de las casas que biuían de limosna, é de otras mandas é condiciones que para edificios é obras pías se havían dado é mandado, é se daua é mandaua, haziéndolo tomar é repartir de los dichos collegios é casas, según y como les parescía; y assí mismo llevaua juros, legítimas, patrimonios de los religiosos de la dicha orden, naturales destos reynos, haziéndoles hazer donación dellos al dicho collegio, y por otras maneras, de modo que lo que auya de ser en beneficio de los collegios destos reynos, se convertía en el dicho collegio; lo qual era en notorio agravyo é perjuizio de los fundadores é dotadores é personas que lo dieron y mandaron, cuya voluntad é fin estava claro avya sido que se gastase é emplease en las obras pías é cosas que ordenaron en estos reynos, lo qual se quebrantaua y defraudaua, llevándolo fuera dellos y para otro effecto del que dispusieron, y anssí mismo era contra todo orden de justicia y razón que lo que estava deputado y aplicado á los collegios y obras pías destos reynos se llevase fuera dellos é que se quitase desminuyese el bien é fruto que de las dichas obras é de los de la dicha Compañía se podían conseguir, por sostener los legos de otras naciones y fuera de estos reynos, y resultauan otros muchos daños é inconvenientes que eran claros é notorios; é otrosí nos hizo relación que, porque lo susodicho de las personas é dineros que pretendían adelante ymbiar é sacar para el dicho collegio pudiese mejor hauer efecto, é se ordenase de modo que no se les pusiese impedimiento, é quedase assentado é para otras cosas que pretendían proueher é ordenar, avía el general embiado vn doctor Nadal, de la dicha Compañía, por comissario general y uisitador, que era estranjero é no natural deste reyno, lo qual, demás de lo que tocaua á lo susodicho, era en sí de gran inconviniente y no buena introdución, como en otras religiones é casos se havya uisto y entendido, suplicándonos mandásemos que en quanto tocaua á las personas de la Compañía que se embiavan al dicho collegio á estudiar y residir, mandásemos guardar la dicha pracmática, proveyendo y mandando que, conforme á ella, no saliesen á estudiar, ni estar, residir fuera destos reynos, ni al dicho collegio, ni

á otras vniversidades studios, ni collegios de la dicha orden, é los que vuiesen salido y estuviesen fuera, ansí en el dicho collegio como en otras partes, se boluiesen é tornasen dentro del término en la dicha pracmática contenido; y que ansí mesmo mandásemos que no se llevasen ni sacasen dineros algunos, ni por cédula, ni por otra manera alguna, de los de la dicha Compañía é collegios é casas della; y que mandásemos al dicho doctor Nadal viniese á esta nuestra corte é exhibiese y presentase la facultad é comissión é otras órdenes é instructiones que traya para el officio del ministerio que le era cometido, para que visto, proveyésemos lo que más conviniese al seruicio de Dios y bien de la dicha orden é Compañía, mandando que en el entretanto, y fasta que esto fuese visto é proveydo, no vsase del dicho officio, y como la nuestra merced fuese; lo qual visto en el nuestro consejo, é aviéndolo tratado é platicado y con nós consultado, fué acordado que devíamos mandar dar esta nuestra carta para uós en la dicha razón, é nós tuvímoslo por bien. Por lo qual vos mandamos que en quanto á los religiosos ó personas de la dicha Compañía que van al dicho collegio é á otras partes fuera destos reynos á estudiar, enseñar é residir en estudios, guardéys é hagays guardar la dicha pracmática é lo en ella dispuesto, é guardándola y cumpliéndola, no permitáys y deys lugar á que agora ni de aquí adelante vayan personas algunas de la dicha Compañía á estudiar, aprender, á enseñar, estar y residir, ni en el dicho collegio, ni en otros collegios, estudios é vniuersidades fuera destos reynos, é los que vuieren ydo y estuvieren, ansí en el dicho collegio, como en otras vniuersidades, deys orden se bueluan y tornen dentro de 4 messes, que se cuenten del día de la data desta nuestra carta; y embiéys al nuestro consejo testimonio y relación de los que están fuera en estudios y collegios, y de lo que havéys cerca dello proveydo. Y otrosí en quanto á los dineros, que el dicho nuestro fiscal dize se lleuan é ymbían para sostentamiento del dicho collegio, nos embiaréys relación de lo que en esto passa y ha pasado, y de la quantía de dineros que se ha lleuado y de qué collegios y casas y en qué manera y por qué orden y de lo que cerca dello por el general y por su co-

misario ó en otra manera está proveydo y ordenado, para que, vista la relación y entendido, mandemos se provea lo que conviene. En el entretanto, y hasta que esto se uee y prouee, no embiaréys ni permitiréys en manera alguna lleuar ni embiar, de los bienes y hazienda de los dichos juros, legítimas, patrimonios de los dichos collegios ni cassas, ni mandas é donaciones que en este reyno ay é se han fecho é hazen á los de la dicha Compañía, dineros algunos, ni por cédulas, ni en otra forma, ni para el dicho collegio de Roma, ni para otros fuera destos reynos, ni para otros efectos sin nuestra licencia; y por nós vista la causa y entendido el fin y effecto, proueeremos lo que conviene; y no fagades ende al.

Dada en la villa de Madrid, á 30 días del mes de Agosto de 1561 años.

EL MARQUÉS. EL LICENCIADO VACA DE CASTRO.
EL DOCTOR VELASCO. EL LICENCIADO MORILLAS.
EL LICENCIADO ÁGREDA.

Y yo Domingo de Caula [a] escriuano de la cámara de Su Magestad la fize escrivir por su mandado con acuerdo de los de su consejo. Registrada. GERÓNIMO RODRÍGUEZ. GERÓNIMO RODRÍGUEZ, por canciller [b].

E porque lo contenido en la dicha mi carta mejor y más cumplidamente se guarde y cumpla, visto por los del nuestro consejo, fué acordado que devíamos mandar dar esta nuestra carta para uós en la dicha razón; é nós tuuímoslo por bien; por [lo] que uos mandamos que veáys la dicha nuestra carta que de suso va incorporada é, como [si] á uós fuera dirigida, la guardéys y cumpláys en todo y por todo, según y como en ella se contiene, y contra el tenor y forma della, ni de lo en ella contenido, no vays ni paséys por alguna manera.

Dada en la villa de Madrid, á 19 días del mes de Setiembre de 1561 años.

EL MARQUÉS. EL LICENCIADO VACA DE CASTRO.
EL DOCTOR VELASCO. EL LICENCIADO VILLA GÓMEZ.
EL LICENCIADO ÁGREDA.

---

[a] *Canvala* ms; alias autem scribitur *Caula* et *Cauala*. —[b] *canchiller* ms. hic et infra.

Yo, Domingo de Cauala [a], escriuano de cámara de Su Mag.[d] la fize escrevir por su mandado, con acuerdo de los de su consejo. Registrado. GERÓNIMO RODRÍGUEZ. GERÓNIMO RODRIGUEZ, por canciller.

En la muy noble ciudad de Plasencia, á 7 dias del mes de Octubre, año del Señor de 1561 años, yo Pero Muñoz, escriuano del número de la dicha ciudad de Plasencia é su tierra, de mandamiento del magnífico señor licenciado Martynez, tiniente de corregidor en la dicha ciudad, ley é notifiquéy la prouisión real de Su Mag.[d] de suso contenida á vn Reverendo de la Compañía de Jhesús, que se dixo llamar el doctor Nadal, en su persona, el qual tomó la dicha provisión real de Su Mag.[d] en sus manos, y la besó y puso sobre su cabeça, y dixo que está presto de lo cumplir como Su Mag.[d] manda. Testigos: Juan Gutiérrez, escrivano y Pero Muñoz, y Luis Hernández, procuradores, uecinos de Plasencia. Yo, el dicho Pero Muñoz, escriuano suso dicho fuí presente y fize aquí mi signo á tal como este. En testimonio de verdad. PERO MUÑOZ.

Fecho y sacado fué este dicho traslado de la dicha prouisión original en la muy noble ciudad de Plasencia, á 7 días del mes de Octubre, año del Señor de 1561. Testigos que fueron presentes á lo ver corregir: Phelipe de Pedraza y Juan Ruiz de Alarcón y Juan Ruiz, vecinos de Plasencia. E yo el dicho Pero Muñoz, escrivano de los del dicho número de la ciudad de Plasencia y su tierra, á lo ver corregir y concertar este traslado, con todo lo que de mí se haze mención, fuy presente, é fize aquí mi signo á tal en testimonio de verdad.

En testimonio de verdad,

PERO MUÑOZ.

A tergo. Traslado de la prouisión que se notificó en Plasencia al Padre maestro Nadal.

---

[a] Sic.

8

PHILIPPI II, REGIS HISPANIAE

EDICTUM

ARANJUEZ, 22 NOVEMBRIS 1559 [1].

La pragmática que Su Magestad el rey N. S.or mandó hazer este presente año de 1559 que ningún natural destos reynos vaya á estudiar fuera dellos.

Don Phelipe, por la gracia de Dios rey de Castilla, de León, de Aragón, de las dos Secilias, de Hierusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Sevilla, de Cerdeña, de Córdova, de Córcega, de Murcia, de Jaén, de los Algarbes, de Algecira, de Gibraltar, de las Indias, islas y tierra firme del mar Océano, conde de Flandes y de Tyrol, etc. A los de nuestro consejo, presidente y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes de la nuestra casa y corte y chancillerías y á todos los corregidores, assistentes, governadores, alcaldes, aguaciles y qualesquier nuestras justicias y juezes qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señoríos, á cada uno y qualquiera de vós en vuestros lugares iurisdiciones y otras personas de qualquier qualidad y condición que sean, á quien lo contenido en esta nuestra carta toca y atañe y atañer puede en qualquier manera, salud y gracia.

Sabed que nós somos informados que, como quiera que en estos reynos ay muy insignes universidades, studios y collegios, donde se enseñan, aprenden y studian todas artes y facultades, y sciencias en las quales ay personas muy doctas y suficientes en

[1] Ex apographo ad nos misso, ut supra, pag. 735, annot. 1, diximus. Hoc autem apographum ex authentico transumpto, Natali in Hispania dato, exscriptum fuit Romae, in archivo Status «Carte Gesuit. Collegii. Pacco 208», duplici fol., sub numero 306, prius 85-86. Hujus pragmaticae duo alia transumpta habentur ibidem sub numeris 305, fol. 203-204; et 198-199, fol. 65-66. En quae de hoc edicto scripta nobis reliquit Natalis in suis *Ephemeridibus:* «Est praeterea a nostris ad me missum senatus regii edictum, quo duo interdicebantur; 1.um, ne pecunias ex Hispania extraheremus. 2.um, ne Patrem aliquem aut fratrem. Addebatur ne ego visitarem, quod essem extraneus.» *Epist. P. Nadal,* II, 82. Vide etiam quae supra, pag. 738, idem Natalis de hoc monumento scripsit.

todas sciencias que leen y enseñan las dichas facultades, todavía muchos de los nuestros súbditos y naturales, frailes, clérigos y legos salen y van á estudiar y aprender á otras vniuersidades fuera destos reynos; de que ha resultado que en las universidades y studios dellos no aya el concurso y frequencia de studiantes que auría, y que las dichas vniuersidades van de cada día en gran diminución y quiebra, [y] otrosí los dichos nuestros súbditos que salen fuera destos reynos á studiar, allende del trauajo, costas y peligros, con la communicación de los extrangeros y de otras naciones se divierten y distrahen y vienen á otros inconuinientes, y que assí mismo que la cantidad de dineros que para esta causa se sacan y se expenden fuera destos reynos es grande, de que al bien público desto[s] reynos se sigue daño y perjuicio notable. Y auiéndose en el nuestro consejo platicado sobre los dichos inconuenientes y otros que de lo suso dicho resultan y se recrescen y sobre el remedio y orden que conuenía y debía darse, y conmigo consultado, fué acordado que deuíamos mandar dar esta nuestra carta para vós en la dicha razón, y nós tubímoslo por bien. Por la qual mandamos que de aquí adelante ninguno de los nuestros súbditos y naturales, de qualquier stado y condición y calidad que sea, ecclesiásticos ó seculares, frailes, ni clérigos, ni otros algunos, no puedan yr ni salir destos reynos á studiar, ni enseñar, ni aprender, ni estar, ni residir en vniuersidades, studios ni collegios fuera destos reynos, y que los que hasta agora y al presente estubieren y residieren en las tales vniuersidades, studios y collegios se salgan y no estén más en ellos, dentro de quatro meses después de la data y publicación de esta nuestra carta, y que las personas que, contra lo contenido en esta nuestra carta, fueren y salieren á studiar y aprender, ensinar, leer, residir ó studiar en las dichas vniuersidades, studios y collegios fuera de estos reynos, á los que stando ya en ellos y no salieren, fueren y partieren dentro del dicho tiempo, sin tornar ni boluer á ellos siendo ecclesiásticos, frailes ó clérigos de qualquier estado, dignidad y condición que sean, sean auidos por estraños y agenos destos reynos y pie[r]dan y les sean tomadas las temporalidades que en ellos tubieren, y los legos caigan é

incurran en perdimiento de todos sus bienes y destierro perpetuo destos reynos, y que los grados y cursos que en las tales vniuersidades studiando y residiendo en ellas, contra lo por nós en esta carta mandado, hizieren, no les valgan ni puedan valer á los vnos y á los otros para ninguna cosa ni para effecto alguno. Lo qual todo queremos se guarde y cumpla y effectúe en todas las vniuersidades, studios y collegios fuera destos reynos, excepto en estas vniuersidades y studios que son en los nuestros reynos de Aragón y Catalunia y Valencia, [á] los quales no se estienda lo contenido en la prohibición y mandato nuestro, y que assí mismo no se estienda ni entienda con los collegiales que están y residen al presente y estubieren adelante en el collegio de españoles que fundó el cardenal don Gil de Albornoz en Bolonia, por el tiempo que en el dicho collegio estubieren. Y otrosí no se entienda con los naturales destos reynos que están y residen en Roma por otros negocios, y si en la vniuersidad de Roma quisieren aprender, oyr y estudiar. Y assí mesmo con los nuestros súbditos y naturales destos reynos que residen en nuestro seruicio en la ciudad de Nápoles, con sus hijos ó hermanos [ú] otros deudos que en su casa tubieren y mantubieren, los quales puedan oyr y aprender en la vniuersidad de la dicha ciudad de Nápoles. Y otrosí lo suso dicho no se entienda con los que en la vniuersidad de Cohimbra del reyno de Portugal tienen cáthedras y leen con salario público, en quanto á los tales cathedráticos y lectores en el dicho reyno de Portugal y vniuersidad dél no es nuestra voluntad que se entienda este nuestro mandamiento y provisión; guardándose en todo lo demás y con las dichas limitaciones y moderaciones de suso contenidas; mandamos se guarde y rogamos y encargamos á los abbades, ministros, reformadores, prouinciales, que prouean como los religiosos de sus órdenes, que estubieren al presente en las dichas vniuersidades y studios fuera de estos reynos, vengan á estos reynos y cumplan lo suso dicho dentro del dicho término; y de aquí adelante no den licencia á religioso alguno para que salga á studiar á vniuersidades destos reynos, saluo solamente los en esta carta contenidos.

Y porque lo susodicho sea público y notorio, mandamos que esta nuestra carta sea pregonada en esta nuestra corte y en las otras ciudades, villas y lugares destos nuestros reynos por pregonero y ante scribano público, porque venga á noticia de todos, y ninguno pueda pretender ignorancia, y ni los vnos ni los otros no fagades ni fagan ende [al] por alguna manera so pena de la nuestra merced y diez mil marauedís para nuestra cámara.

Dada en Aranjuez, á 22 días del mes de Noviembre de 1559.

YO EL REY.

YO JUAN VÁZQUEZ DE MOLINA, secretario de su cathólica Magestad la fize screbir por su mandado.

MARTÍN DE VERGARA. MARTÍN DE VERGARA, chanciller.

EL LICENCIADO BACA DE CASTRO. EL LICENCIADO ARRIETA.

EL LICENCIADO MONTALUO.

EL DOCTOR BELASCO. EL LICENCIADO PEDROSA.

En la ciudad de Toledo, martes, á 29 del mes de Nobiembre de 1559 años, por ante mí el scribano y testigos de yuso scritos, en la plaça de Zocodouer y en las quatro calles y en la plaça que está de frontero de las casas del ayuntamiento de esta ciudad, Martín Sánchez Maluenda y Miguel de Rubielos y Gonçalo Vaza, pregoneros públicos de esta ciudad, [á] altas y enteras vozes pregonaron esta carta y prouisión real de su Mag.[d], como en ella se contiene, y ansí pregonada, dixeron manda[r]se pregonar, porque venga á noticia de todos, estando presentes los aguaciles Hernando de Zandíual y Juan de Morales y Francisco de Zamora, la qual se pregonó por mandado de los señores del consejo de Su Mag.[d]; y yo Juan de Garibai, scribano de cámara de Su Mag.[d] y del crimen en la su audiencia, fuy á lo susodicho presente con los dichos testigos y por ende fize mi signo en testimonio de verdad.

JUAN DE GARIBAY.

Manu Patris Natalis. De rebus hispaniensibus. Primera vía.

9

P. HIERONYMI NATALIS

APOLOGIA HISPALENSI ARCHIEPISCOPO DATA

COMPLUTO, MENSE OCTOBRI 1561 [1].

Jhs.

Daré raçón brevemente á V. S. Illma. con la gracia de Dios N. S.or de lo que se [hiço] [a] en la ida del P. Francisco á Roma.

Supimos en Roma del libro que avía prohibido el santo officio, el qual libro no contentó ni á mí ni al Padre general, y tratamos de haçerle latino, como nos escrivieron que V. S. R. no impedía, y mudar algunos modos de hablar que el P. Francisco tenía antes que fuese de la Compañía; porque entonces compuso aquellos libros, y no se effectuó [2]. Después supimos sin fundamento no sé qué suspición, que se tuvo, por aver él hablado con fray Domingo de Rojas [3]; y de todo tamen no collegimos que fuese cosa, por

[a] Loco hujus verbi lacuna relicta est in ms.

[1] Ex apographo ad nos dato, ut supra, pag. 735, annot. 1, diximus; illud autem desumptum est ex archivo romano Status «Carte Gesuit. Collegii, Pacco 208. Spagna e Nuova Spagna», n. 312. Quatuor foliis, numeris 269-272 signatis, coalescit. Hoc exemplo Natalem usum fuisse constat ex autographa ejusdem inscriptione a tergo posita. Quonam tempore et loco scripta fuerit haec apologia ipse Natalis in *Ephemeridibus* et supra, pagg. 739-740, hisce verbis enarrat: «Veni Complutum cum Tello... Iam primum propterea audiebam ab Araozio hispalensem putare, me impulsore, [Borgiam] discessisse. Accuratam scripsi ea de [re] apologiam, et omnino voluisse ad eum adire, et non solum ea exponere, quae scripseram, sed confidenter defendere innocentiam P. Francisci; et quod eram additurus: si quid esset, cur illius profectionem non interpellasset, cum potuisset ac debuisset?» *Epist. P. Nadal,* II, 83. «Martes que fueron quatorse deste [Octubre] vino á Alcalá el P. Dr. Araoz...» etc. Ex quibus apparet hanc apologiam circa dimidium mensis Octobris anni 1561 scriptam fuisse. Cf. ASTRAIN, loc. cit., II, 141. Titulus, alia manu initio positus, ita habet: «Relatione preparata per il card. et arciv.vo di Siviglia del modo che il P. Natale se ha portato nell' andata a Roma del P. Borgia.»

[2] De his vide ASTRAIN, loc. cit., II, 110 et seqq.

[3] «El Rey desembarcó en Laredo el 8 de Setiembre de 1559, y según iba entrando en Castilla, escuchaba malos rumores contra el santo [Francisco de Borja]. Decíase de él que era amigo del hereje Fr. Domingo de Rojas, que fué condenado á muerte en el otoño de este año.» ASTRAIN, loc. cit., II, 115.

la qual la Compañía uviese de hacer motión, por las constitutiones contra él; porque las constitutiones proveen que no se admitta, y ex consequenti se escluya etiam el general, si tuviese alguna doctrina mala; y es verdad que, por servar respecto devido al santo officio, ningún negocio se hiço en Roma en este caso.

Después supimos en Roma que las cosas que se decían del P. Francisco no eran de substancia, y que era partido tamen para Portugal, y en esto dava alguna occasión de offenderse algunos; y al Padre general y á nosotros pesó mucho, aunque entendimos que realmente le avía llamado el cardenal infante para fundar la vniversidad de Évora, mas en tiempo que se pudo tener por mal el ir en tal tiempo.

Después desto le propuso el Padre general que, si quisiese, viniese á Roma, mas que viniese por la corte. Él trató de irse por tierra, sin venir por la corte, y por se hallar mal dispuesto, se bolvió á Portugal. Pesónos en Roma esta su mutación, specialmente porque se iva de aquella manera.

Después, antes que yo viniese á España, y llegué á Cataluña al fin de Diciembre, avía rescebido el P. Francisco el primer breve del papa que le llamava, y es así verdad que yo no lo supe, ni se trató en la consulta del general. Bien es verdad que entendí que el cardenal Ferrara [que] avía entendido lo que acá passava, movióse á procurar aquel breve, y es verdad que yo no supe de la expedición y no sé que N. Padre general lo supiese: y esto y todo lo que digo y diré, puédolo jurar con la gracia de Dios. Imo expressamente fuí siempre y fuímos de parecer que, si cosa alguna avía que purgar en el P. Francisco, que no sería bien purgado si solamente se purgase en Roma, aunque el papa lo librasse solenemente; porque él sería bien libre de jure, mas no ad hominum opinionem, specialmente en España.

Después vine yo al fin de Enero á Alcalá, y supe que tratava el P. Francisco de irse por obediencia del breve, y le hice con mensagero[a] con cartas diciéndole que no me parecía que se fuese, ni que usase del breve sin que primero lo mostrasse á Su Ma-

[a] Sic. Forte legendum est *le hice enviar un mensajero.*

gestad, y con su buena licencia se fuese; y esto comuniqué y mostré la carta al doctor Araoz, y dixe después al doctor Vergara y al P. D. Antonio de Córdova.

Es verdad que siempre le decía que él era libre de usar del breve, por la obligación que tiene de voto solene al papa ad missionem, y que yo no quería ser autor de su ida, mas que no la podía suspender [1].

Después vine á Toledo y specialmente dixe á V. S. R.^{ma} y suppliqué que si sabía alguna cosa de alguno de la Compañía, que me haría summa merced en me la decir, porque pudiese yo ayudar, y era que si fuese cosa tal, procurase que fuese despedido el P. Francisco de la Compañía, como no puede ser sustentado en ella persona con tal nota, aunque no se proceda contra él.

Consulté con algunas personas graves en la corte de la venida dél á ella, pensando procurar que viniese; y todos me dixeron que el P. Francisco no tuvo para qué irse; mas que aora no avía inconveniente que no bolviese por algún tiempo.

Fuí á Oporto, donde él estava, y halléle con inclinación de irse, y con las mesmas raçones le quieté y specialmente con decirle que él no podía ir por tierra: y él estava en esto, y por mar no podía ir por las represalias que tenían franceses contra portugueses. Y lo que se acordó fué esto, por no le poder quietar de otra manera: Aora no se puede ir por tierra, por vuestras enfermedades, ni por mar por las represalias. Estad quedo, y entretanto vuestras cosas se aclararán y los rumores passarán, y se podrá meior informar al papa, y siendo más informado de lo que se dice acá de vos, entonces se podrá determinar de vuestra ida; siempre estando yo firme, que no sería yo auctor della. Y esto hice para divertirle que no se echase en tan gran peligro, como le veya inclinado; y con el tiempo le podría persuadir lo que siempre le dixe: que no fuese, ó que pasasse por la corte. Y también, pensando cómo no avía querido dar el papa breve por fray Pedro de Soto en semejante caso, que si no lo avía y

[1] Vide in *Epist. P. Nadal,* I, 485-487, testimonia autographa Natalis et Borgiae de hoc negotio.

juntamente se procurase que, si ya fuese á Roma, no le hiciesen cardenal, sabiendo el papa alguna sospecha que se tenía de su persona; á lo menos que fuese forçado á purgarla.

Quedamos en esto, y yo quieto con pensar que ya era impedida su ida. Después de algunos días que fuí en Cohimbra y visitava, se vino determinado totalmente sin más de irse por mar. Yo le dixe lo mesmo que le avía dicho siempre que en ninguna manera me paresció que fuese. Mas yo ni el general no podíamos impedirle [a] que obedeciese al papa, specialmente teniendo voto. Y ansí se embarcó en un puerto de Portugal, y aviendo navegado un día, tratándole mal la mar, y hallándose enfermo de cólica, se hió [b] en Bayona de Galicia [1] y vino á un monasterio del collegio de Cohimbra [2], junto á Galicia y de allí me escrivió sin más que quería ir por tierra y ansí lo hiço sin esperar respuesta mía. Yo le escreví todo lo que me parescía, como siempre havía hecho, y embiéle la carta por hombre propio en Bergança y no le halló, que era ya ido, aviendo de esperar respuesta.

Hame desplacido grandemente el modo con que se fué, y camino, y que no dixese nada á nadie, y lo que escrivió de Bayona de Francia; y specialmente tengo que quexarme dél, cómo dise que por orden de sus superiores va, siendo verdad que el Padre general siempre a escrito que se satisfiziese Su Magestad, y siempre a remittido este negocio á mí, y yo expressamente he contradicho todas las veces que desto se a tratado, teniendo siempre delante las difficultades que aora veo y pareciéndome que irse de aquella manera era peligroso. Mas de ninguna cosa destas nos maravillamos los que conosemos al P. Francisco por su condición natural.

Y en el primer breve no e entrevenido, ni se lo truxe yo; y el segundo no a servido, porque no le alcançó en España; y en este yo no he de otra manera entrevenido, sino que screví al ge-

---

a *impedíamos impedirle* ms. —b Sic pro *se fué*.

---

1 Vide *Epist. P. Nadal*, II, 75.

2 Monasterium scilicet S, Felicis (San Fins).

neral que se dixese al papa lo que por acá mal se decía dél, y siempre estuve que no devía usar dél sin licencia de Su Magestad.

Y por decir todo lo que yo en esto entiendo, yo siempre tuve que no era cosa de importancia lo que se decía del P. Francisco, por un poco de prática que tengo del santo officio; porque le uviera detenido la primera vez que fué á Portugal; y estando en Portugal, le uviera citado; principalmente no se uviera detenido tanto el santo officio de proseder contra él por el mal que podía hacer por la qualidad de su persona; y era obligado el santo officio á avisar al cardenal infante que, ya que no le embiase á Castilla, que procediese contra él, ó que le prohibiese el predicar y celebrar y confessar, y esta diligentia no sé yo que se hiciese, imo ex consequenti facto conjiecturo yo que no se hiço; porque el P. Francisco sé yo que siempre en Portugal predicó y exercitó todos los ministerios de la Compañía; y también me acordava que V. S. R.ma no me dixo nada dél, specialmente estando en otro reyno, ni me mandó avisar, supplicando yo á V. S. R.ma en Toledo me mandase avisar, si de alguno de los nuestros se sabía algo, y pensava yo que me mandara avisar á mí en qualquier secreto, porque yo pudiese en ello proveer y guardar indemne la Compañía; no haciéndose nada desto, y yo, no sabiendo cosa alguna suya sino inciertos rumores, y teniéndole por cathólico y buen religioso y de muchas buenas obras, no podía juzgar el contrario sin temeridad y pecado; y ansí me resolvía que todo lo del P. Francisco eran inconsideraciones suyas, y temores sin causas, y muestras dello sin propósito, y facilidad de su condición y modo de proceder; de donde me tuve siempre á que in omnem eventum nihil detrimenti pateretur Societas; y por esta causa nunca le consejé que se fuese, antes se lo contradecí; mas no pude impedir, porque no era su superior en esta parte.

Ultimamente supplico á V. S. R.ma por amor de Jesu Christo y de su bendita madre tres cosas: la primera es que se fíe que la Compañía trata verdad, y la digo yo á V. S. R.ma, y no diría mentira por infamia ó qualquier muerte, porque todo esto es

pena y aquello es peccado, y si alguna cosa en estos negocios le paresce á V. S. R.ma que he errado, será bona fide, no entendiendo más, por ser yo de poco entendimiento, y V. S. R.ma me perdone por amor del Señor á mí y á la Compañía, á quien redunda la pena, si la merezco. La 2.ª cosa que supplico á V. S. R.ma por amor del Señor es que me mande informar de lo que pasa en este negocio familiarmente y con el secreto que mandare; porque yo offrezco á V. S. R.ma que ayudaré al santo officio sin ningún respecto del P. Francisco, como deve qualquier christiano, y yo lo he tenido siempre y por natura y por costumbre en officios de inquisición que e sido á consultar en Mallorca algunos años y en Sicilia y he ayudado, después que soy en Castilla, en lo que V. S. R.ma podrá saber, y en Roma e ayudado y ayudaré siempre usque ad sanguinem et mortem, como soy á ello obligado y como christiano y como de la Compañía por mis votos y instituto, y porque no se puede entender de otra manera sino que quien defiende al santo officio defiende la fe cathólica y la iglesia santa romana; como quien favoresce al contrario, es tenido por hereje; y realmente, quando no más, es suspecto de heresis, y dévese haser legítimo proceso y inquisición contra él, y en esto haría special beneficio á la Compañía; porque yo offrezco á V. S. R.ma que si el P. Francisco es culpable en cosa que importe, que le hecharemos de la Compañía, y que yo seré el primero que lo procuraré, como realmente no puede ser de la Compañía quien tiene tal nota. Lo 3.º que supplico á V. S. R.ma por amor de Dios N. S., que en este negocio del P. Francisco, sy ay cosa que se pueda disimular y ligera, que V. S. R.ma la disimule, como sé yo se suele hazer en el santo officio, teniéndose plena satisfactión de otra parte; y mire al gran daño que se segue en una religión tan nueva y tan tierna como esta, y de quien el santo officio, el papa, la iglesia, Dios, se sirven tanto y specialmente entre infieles y herejes, y que qualquier infamia ó diminutión del crédito que se da á la Compañía redunda en daño del bien de las almas, el qual procurar es único fin de la Compañía y todos sus ministerios van á esto; y mire que la Compañía siempre a servido y puede servir al santo officio, imo lo tiene

por instituto primero, y es la primera palabra que se dise en las bullas y la confirmación: que es potissimum institutum Societatis «ad defensionem fidei» etc. y en esto nos terná V. S. R.ma por muy afficionados siervos, como siempre avemos sido, como yo e declarado á V. S. R.ma en Toledo [1].

A tergo, Natalis manu. Τὰ τῆς Σπανίας πράγματα περὶ Πατρὸς Φρανκίσκου Βοργίου.

10

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI N. N.

ROMA, 7 OCTOBRIS 1568 [2].

De conventu augustano et ultima Natalis provinciarum Germaniae, Flandriae et Galliae lustratione.

†
Jhus.

Por ocasión de lo que V. R. me pide le escreuia [a] algunas nueuas de la dieta de Augusta y de la religión en Alemania, haré aquí vn discurso desta mi vltima peregrinación á gloria del Señor, creyendo que también será cosa grata á V. R. y á los demás Padres y hermanos.

Acabada la vltima congregación general y partido V. R., quedando yo sin ocupación de officio alguno, me auía retirado

---

[a] Sic pro *escriba.*

---

[1] Vide *Epist. P. Nadal,* I, 424.

[2] Ex transumpto, ad nos Roma a P. Tacchi-Venturi, S. J., misso. Inventum est hoc monumentum cum praecedentibus, sub numeris 4-9 positis, a P. Ferdinando Tournier, S. J. in romano archivo status «Carte Gesuit. Collegii. Pacco 208. Spagna e Nuova Spagna.» Ex frequentibus emendationibus, quae in romano exemplo conspiciuntur, existimamus hoc nihil aliud, quam prima adversaria esse, ex quibus archetypum, in Hispaniam a Natali probabiliter missum, desumptum fuit. Haec autem adversaria 5 foliis coalescunt, et hanc a tergo inscriptionem habent: *Ultima peregrinación del P. Nadal.* Quae hic a Natali enarrantur magna ex parte reperiuntur in epistolis ejusdem P. Natalis, vol. III, pagg. 1-640. Cuinam haec epistola data fuerit, non constat. Illud tantum in illius initio innuitur, Patrem, ad quem missa fuit, Romae secundae congregationi generali interfuisse. Cum autem hispanice scripta sit, credendum est alicui ex Hispaniae electoribus inscriptam fuisse, qui, absoluta congregatione, in Hispaniam regressi sunt.

con orden de nuestro Padre general á proseguir los diálogos [1], que auía començado, de la Compañía, y acabé el primero y casi todo el segundo en obra de dos meses, que me duró este ocio. Fuéme interrumpido por ocasión de la dieta de Augusta, á la qual el emperador [2] auía llamado todos los príncipes y estados de Alemania: y entendiéndose que los que dellos son lutheranos venían muy determinados á tratar de la religión, S. S. destinó por su legado al Rmo. cardenal Comendón [3], y pidió á nuestro Padre general seis theólogos que fuesen á le ayudar en lo que occurriese. Nuestro Padre le dixo que, sin notable detrimento del fruto que la Compañía haze en Roma, no podría dar tantos, mas que pensaría en los que se podrían sacar; finalmente nombró al P. D. Ledesma y á mí, yuntamente al P. Canisio, prouincial de Alemania, que se hallaua en Augusta, residiendo ally por predicador ordinario de la yglesia mayor. Su Santidad se contentó y nos dió su larga bendición con muchas y muy graciosas y paternales palabras, y entre otras diziéndonos: «Praeliamini praelia Domini [4]»; y ordenando se nos diese el viático y lo demás necessario muy cumplidamente.

Partimos de Roma á 7 de Hebrero 1566, y con nosotros el P. Ximenes, mi compañero, lleuando yo orden de nuestro Padre general de visitar algunas de las prouincias de Europa, como fuese acabada la dieta de Augusta, adonde llegamos al principio de Março. Hallamos al Rmo. legado que nos aguardaua; hízonos el emperador muy fauorable y graciosa acogida, diziéndonos que auríamos pasado mucho trabajo por los caminos con el frío y nieues de Alemania. Estuuimos aquella quaresma en la habitación que en Augusta tiene la Compañía, sin emplearnos el legado en cosa de las que se pensauan, porque, aunque los príncipes lutheranos hazían instancia que se disputase y tratase de la religión, allende que hallaron fuertes á los príncipes cathólicos en no venir en ello, diziendo que siendo concluydo el concilio no auía más

---

[1] Vide *Epist. P. Nadal,* I, XXXVI-XXXVII.
[2] Maximilianus II.
[3] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 3.
[4] I REG., XXV, 28.

que disputar, el emperador por su parte lo impidió diziendo que, viniendo el turco con tan gran poder á buscarle y á daño de la christiandad, no era tiempo de disputas, sino de salirle al encuentro; y como esto estaua tan á la puerta, con toda su importunidad y violencia no alcançaron nada los hereges; y esto fué causa que tuvimos ocio por más de un mes y no la ocupación que se pensaua.

Venida la pascua, viendo que no se hazía nada, yo pedí algunas vezes licencia al Rmo. legado de yr á visitar algunos de aquellos colegios que están cerca de Augusta, y finalmente me la dió, por estar tan cerca, que en vn día se podía venir á Augusta, si alguna cosa ocurriese. Fuy á Dilinga á 16 de Abril; y auiendo començado la visita de aquel collegio, dende á ocho días el legado me embió con un criado suyo á llamar con grandíssima priesa, por vna cosa que mucho importaua. Yo obedecí tan á la letra, que dexé vna confessión, que auía començada á oyr, quando llegó el mensagero, y vine el mismo día á Augusta.

El negocio que se trataua no fué público, aunque era vniuersal y de muy gran importancia á la christiandad. Durónos á los tres la priesa de estudiar y escriuir quince días, en los quales pagamos el ocio pasado, porque apenas dáuamos tiempo al comer y dormir. Yo vine á estar indispuesto con vn poco de acidente, mas pasó presto. Hiziéronse con la diuina gracia buenas resoluciones á muchas dudas que en el caso nos fueron propuestas por el legado, el qual consultaua juntamente al Rmo. cardenal de Augusta [1] y á vn auditor de rota [2] que el papa auía tanbién embíadole, y á otro doctor theólogo [que] el legado tenía en su casa [3].

Despachó á su secretario [4] por la posta con nuestros paresceres á S. S., á quien contentaron. Fué gran consolación y alegría de todos los que entendieron el negocio ver la buena resolución y salida que se le hauía hallado. El emperador quedó assímismo

---

[1] Otto Truchsessius de Waldburg.

[2] Scipio Lancellottus. *Epist. P. Nadal,* III, 761.

[3] Nicolaus anglus. Ibid.

[4] Joannes Andreas Caligarius. Ibid.

muy satisfecho. No faltó quien fuese de contraria opinión directe contra nosotros, mas huuo de auer paciencia. Gloria al Señor por todo.

En recompensa del particular deste negocio que no se puede dezir, diré otros que podrán mouer riso, considerados exteriormente, aunque en el interior es de tener gran compassión de la ceguedad y pérdida de tantas ánimas, que como jumentos se van al infierno tras vn tan malo y bestial hombre como Luthero. Muchos destos, que de Saxonia y de otras partes auían venido con aquellos príncipes, oyan á las vezes los sermones del P. Canisio; y para reyrse y burlarse de los cathólicos, vnas vezes hechauan [a] poluos de carbón en la pila del agua bendita, y acaecía que los que la vsauan, no sabiéndolo, se entiznasen las frentes, y desto gustaua aquella gente perdida. Otras vezes trayan á las puertas de la yglesia mayor pedaços de carne cozida (porque era quaresma) y mostrándolos á los canónigos y á los demás cathólicos que entrauan, mordían de la carne como bárbaros, paresciéndoles hazerles grande injuria. Estas y semejantes burlas, como reyrse y mofar por la calle de gente ecclesiástica, se remediaron con significarlas al emperador los del cabildo, porque S. M. embió á avisar á todos los príncipes que ordenasen á sus criados y gentes de armas que no hiziesen descomedimento ninguno á cathólicos; si no, que los haría castigar. Hizieron todos á sus súbditos tan seria admonición, que cessó el de motejar de los mofadores.

No falta entre ellos gente honesta al humano, como se verá por este exemplo. Teníamos en frente de nuestra habitación por vezino al duque de Virtembergue [1], y acaecía que pasáuamos muchas vezes yendo y viniendo á la yglesia, que era muy cerca de casa, por medio de sus criados y de su guardia, por ser la calle angosta; y eran tan bien comedidos, que ordinariamente nos hazían reuerencia descubriéndose las cabeças. Verdad es que á algunos dellos deuía pesar ver que se nos hiziese esta honrra, y por aguárnosla, muchas vezes nos tirauan muy buenas pedra-

[a] Sic pro *echaban* saepius.

[1] Christophorus, Wurttembergae dux

das dende sus ventanas á nuestro huerto quando nos veyan salir á pasear en él; y, aunque la cosa venía á ser de mala manera y peligrosa, no nos parescía deuíamos darla á entender al legado, ni menos al emperador. Mas un día que tirauan de las buenas, viéndolo nuestro cozinero, que era un redondo coadiutor tudesco, sale de su cozina con su auantal [a], y sin dezir nada á nadie va fuera de casa, y entrándose derecho por la del duque hasta la cozina, muy denodado dize al cozinero: «Mis amos querrían saber si pueden vivir seguros en su casa, porque la mala vezindad que se les haze dende la vuestra no creen que el príncipe la entienda.» El cozinero del duque entendida la cosa, se fué derecho á su señor y se la contó; el qual mandó luego venir delante de sí todos los que se hallauan en casa, y haziéndoles vna gran reprehensión, les amenazó que si más sentía sernos hecho desacato ninguno, no le estaría vn hora más en casa quien quiera que lo hiziese. Con esto dende adelante vivimos en paz.

Tiene la emperatriz un criado indio, muy hábil bordador, perfumero y excelente en hazer cosas de conseruas, el qual de mucho tiempo acá se confiesa con los nuestros y comulga muy á menudo. Acaesció pedírsele enprestado por ocho días la duquesa de Saxonia [1] para que enseñase á sus damas algunas buenas cosas de las que sabe. No faltó entre ellas y los criados quien le diese algunas puntadas en la religión; mas éste les respondía tan bien y con tanto espíritu, que nos daua gran consolación, y harto teníamos que hazer en exhortarle que no fuese tan vehemente, porque lo era tanto con los que le hablauan desto, que algunas vezes de puro corage se le saltauan las lágrimas. Diré vn exemplo, para que se vea cómo respondía. Entre los que más le persiguían era vn médico del duque, el qual le alabaua mucho su lutheranismo, etc. Este le dixo: «Mirad, yo soy indio, y mi padre y agüelo y mis antepasados están en el infierno porque fueron idólatras; yo fuy traydo á Portugal siendo muchacho, y Dios por su misericordia me truxo por este medio

---

[a] Sic pro *delantal.*

---

[1] Anna, filia regis Daniae Christierni III.

á su santa fe cathólica, en la qual me he criado; después he venido en Alemania, y veo que acá dezís que ay dos religiones: la vna llamáys antigua, la otra, que es la moderna, llamáys con fessión augustana. Yo, considerando el origen de vna y de la otra, veo que la antigua y cathólica trae su principio de Christo y de los apóstoles, á vno de los quales hizo su vicario, dándole las llaues y encomendándole las ouejas, y ha sido hasta el día de oy continuada por los sucessores destos, que son los papas y obispos, todos los quales con toda la yglesia cathólica hasta oy han sido conformes, dicho y creydo siempre vna misma cosa. De la otra parte veo que la vuestra començó ayer y trae principio de Luther, el qual, siendo mal frayle, dexó el hábito y tomó vna monja, y viviendo con ella, ordenó el euangelio y fee que vosotros tenéys secundum Lutherum, y ansí, sobre auer començado ayer, es vuestra religión no tener ninguna, porque cada año añadís y quitáys de vuestra fe. Pues siendo esto ansí, ¿cómo queréys persuadirme que yo crea en ella?» Quedó el bueno del médico de manera, que dende aquel día no supimos que le hablase más en la materia.

Lo que puedo dezir de aquellos príncipes es, que por conseruación de la paz política que ay entre cathólicos y hereges, se conbidauan vnos á otros; y vno de los más peruersos, que es el palatino [1], por dar mayor aparencia de virtud y religión en vn banquete, donde estaua el emperador y los demás, porque se combidavan á veuer vnos á otros (es vna manera de cortesía en Alemania), se levantó de la mesa muy enojado, diziendo que no estaría donde se brindasen, porque era contra verbum Dei. Riyéronse todos dél, y leuantándose el duque de Bauiera [2] y el de Saxonia [3] le hizieron que tornase á sentarse á la mesa. Deste se sabe entre los príncipes lutheranos que aya dexado el lutheranismo y es zuingliano ó caluinista, aunque él lo negó, siéndole oppuesto en la dieta. El emperador está muy mal con él por cosas que ha hecho, ocupando obispados y monasterios en su estado, después que se hizo la paz, contra las leyes imperiales;

---

[1] **Fridericus III.** [2] **Albertus V.** [3] **Augustus.**

y le tiene amenazado, y se cree, sino por el duro enemigo que S. M. tiene en el turco, que le auría hechado del estado.

El de Saxonia es muy buen cauallero al humano, amigo de cathólicos y tan grande del emperador y del de Bauiera, que se tenía esperanza de su conuersión, la qual sería gran parte para reduzirse Alemania, por ser este el mayor príncipe della. Dezíase por muy cierto que auía dado señales desto, y que si lo dexaua de hacer era por el temor humano de perder el estado, ó que lo matasen sus súbditos.

El de Bauiera se mostró muy valeroso, así en la ayuda que el emperador pedía contra el turco, como en lo de la santa fee cathólica. A vno de aquellos príncipes, el qual, estando todos juntos, le dezía que se tomase algún corte en esto de la religión, y que fuesen todos de acuerdo, etc., respondió: «Hasta que vosotros lo seaes entre vosotros, no lo podéys ser con nosotros. El cardenal de Augusta, que veys aquí, y yo y los demás cathólicos sempre jamás fuymos de acuerdo, mas vosotros no lo soys ni lo seréys.»

La duquesa de Saxonia (la qual se piensa que en gran parte impide la conuersión del duque su marido, por ser más obstinada que él), hablando vn día con la de Bauiera [1], dixo que se marauillaua mucho que teniendo en lo demás tan buen gouierno en su estado, consintiese viuir en él ciertos jesuítas, hombres hechizeros, engañadores, etc., lo qual confirmava con vn exemplo de vna historia de vn mochacho, que vn año antes se auía diuulgado por toda Alemania, que vno de los nuestros le huuiese castrado; mas no permitió Dios N. S. que por esta ni otras maldades, que cada día el demonio inuenta y sus ministros hereges nos leuantan, se pierda el fruto y opinión de la Compañía en Alemania; porque vn nuestro de los principales de Monachio, que es la mejor ciudad del duque de Bauiera, donde se dezía auer sido la historia, viendo que el retor y los demás de aquel colegio se presentaron en juizio, diziendo que querían estar á questión de tormento con el muchacho, el qual después de auer

[1] Anna, Ferdinandi I caesaris filia, uxor Alberti V, ducis Bavariae.

hecho la acusación y dexádose mirar de maestros, los quales hallaron que no parecía tener cosa de hombre ni de muger, se auía huido, le fué á buscar, y hallándole en cierta tierra donde él pensaua estar muy seguro y secreto, diziéndole, si le quería seruir, que le haría buen partido, le metió en su coche y le truxo á Monachio; y haziéndole mirar, aunque él temiéndose deuía de auer preuenido con su arte y mostraua no tener nada, etc.; mas haziéndole por un rato detener el huelgo, se manifestó que no le faltaua nada, y por acto de justicia fué públicamente lleuado á la plaza, y sobre vn cadahalso que para esto se auía hecho, fué mostrado ser entero, auiéndose primero probado ser el mismo, etc. [1].

Después de la qual tempestad se siguió por gracia del Señor gran tranquilidad y existimación de la Compañía. Mas quien auía contado el sueño á la duquesa de Saxonia, no le avía dicho la soltura; y ansí con su confusión la oyó de la duquesa de Bauiera, añadiendo S. A. lo que sigue: «Desta manera son las cosas de vuestra religión, que creys lo que vuestros predicantes os dizen, y no oys ni queréys oyr quien os saque de los engaños que ellos os persuaden.» Mas porque veo soy muy más largo de lo que pensaua, dexaré de dezir más cosas de Augusta, de donde, acabada la dieta y partidos los príncipes, yo me fuy á visitar con mi compañero, y el P. D. Ledesma se volvió á Roma con el legado.

Partí de Augusta á 30 de Mayo la buelta de Monachio, que es camino de día y medio, adonde ay collegio y casa de probación de la Compañía, separada, aunque no ay más que vna portería. Serán en todos hasta treynta de los nuestros. Dióse orden cómo los frayles de vn monasterio, junto al qual está edificado el colegio, no pudiesen entrar en la casa de probación á su voluntad, como antes hazían, por auer sido dada á la Compañía parte del dormitorio del monasterio, en la qual habitan nuestros novicios [2].

Házese mucho fruto con la diuina gracia así en los sermones

---

[1] Cf. AGRICOLAM, *Hist. prov. Soc. Jesu Germ. Sup.*, I, 92-93.
[2] Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 166; et BRAUNSBERGER, loc. cit., II, 520.

y frequentación de los sacramentos, como en las escuelas, por lo qual ha venido á ser conoscida y muy estimada en aquella ciudad la Compañía; y el duque tratava de aumentar el collegio y edificarle nueuas escuelas, y las que tienen, que son buenas, quedasen por aumento de la habitación de los nuestros.

Detúueme [a] en la visita 15 ó 16 dias, haziendo mis ordinarios ministerios.

Salí de Monachio á 16 de Junio, dexando atrás el collegio de Inspruch, defiriendo la visita dél hasta la buelta de Vngría. Llegué á los 18 á Inglostat, donde hay hasta veynte de los nuestros, y leen en aquella vniuersidad philosophía y theología, allende de las escuelas menores que voluntariamente la Compañía tiene por ayudar á la buena educación y dotrina de aquella juuentud. Y bien reconosce el duque de Bauiera y los demás el fruto que por la diuina gracia se ha hecho después que los nuestros leen ally, no sólo en aquella vniuersidad, que casi toda estaua corrompida y en todo su estado, mas se estiende á otros muchos de señores hereges, de donde concurren á Inglostat estudiantes en todas facultades, y suelen venir tales y voluer cathólicos; otros que ya son perros viejos, vienen á las conclusiones que los nuestros suelen defender en theología; algunos, que presumen de más dotores, escriuen [b] contra ellas.

Hase ganado ally esto entre otras cosas: que, quando la Compañía vino, se graduauan á hereges y cathólicos; aora, estando en mano de los nuestros la principal parte de las lectiones de theología y de los votos en el dar los grados, y casi lo mesmo en philosophía, no se da grado en estas dos facultades sin esamen y consentimiento de los nuestros, y en las demás se guardan los professores de darlos á gente sospechosa, porque saben que ha de venir á entenderlo el duque que [es] fundador deste collegio y de Monachio, el qual oye y prouee en las cosas de que los nuestros le auisan.

Visitado Inglostat, partí para Augusta, donde se dió algún orden á siete ó ocho que ally habitan de los nuestros, poniendo

---

[a] *Detíveme* ms. — [b] *escreuen* ms.

nueuo predicador, que satisfaze mucho [1], porque el P. Canisio fuese libre y atendiese al gouierno de la prouincia. Confiéssanse con los nuestros ally algunos de los principales de aquella ciudad; de donde fuí á Dilinga, que es camino de vn día.

Es el collegio de Dilinga muy principal, así [a] en buenos sugetos, por ser el mismo colegio vniuersidad, como en fábrica, auiéndole labrado todo de nuevo el cardenal de Augusta y dado suficiente fundación. Viuen en él treynta ó pocos más de los nuestros; goviernan otro collegio de comensales, hijos de principales de Augusta, etc. Concluyóse con el cardenal la fundación, que hasta entonzes no estaua estipulada. Házese mucho fruto con la diuina gracia, especialmente en los estudiantes; y por emulación vna tierra de vn señor herege, que está á media legua de Dilinga, ha hecho otra vniuersidad, y compiten [b] con los nuestros escriuiendo contra sus conclusiones, etc.; mas ordinariamente lleuan las manos en la cabeça, aunque no por eso dexan los miserables de perseuerar en su obstinación, bien que siempre se haze fruto con la gracia del Señor en aquellos, que no quieren tener cerrados los ojos á la luz del sol.

Cerca de ally auía vn conde de Helffenstan [2], en cuyo señorío se hallaua gran número de brujas (así como en toda Alemania, después que son hereges, le ay, no sólo de estas, mas de otros géneros de hechizeros y muchos endemoniados, muy mucho enhechizados, otros abobados, que más parecen troncos que hombres; de manera que se toca casi con la mano reynar en ellos el demonio). Queriendo este conde poner remedio á muchos males que se hazían, hizo prender muchas de aquellas brujas, y procurando sacar dellas por todas las vías qué remedio podría

---

[a] *y así* ms. —[b] *competem* ms.

---

[1] Novus concionator, de quo hic sermo fit, erat P. Gregorius Roseffius (Rosseffeg). *Epist. P. Nadal,* III, 292, 301, 331.

[2] Udalricus comes Helfensteinii, Schwickardi patruelis. Cf. AGRICOLAM, loc. cit., I, 101; MICHEL, *Vie du Bienheureux Pierre Canisius,* pagg. 314-315; et Canisii epistolam Lainio die 20 Septembris 1563 datam, ubi plura sagarum facinora in Germania perpetrata commemorat; et ejusdem Canisii litteras Borgiae 1 Maji 1567 missas, quibus comitis Helfensteinii ad catholicam fidem conversionem enarrat.

auer para euitar que no pudiesen hazer mal, conuenían en este: que donde auía agua bendita de que usan los papistas (que así llaman á los cathólicos) no podían hazer daño. Esta respuesta metió vna espina al conde, el qual entre sí discurría desta manera: «Estas son ayudadas del demonio á hazer lo que hazen, y el agua que bendizen los papistas impide al demonio; luego en aquella agua está la virtud de Dios; luego con los papistas está Dios.»

Ayudóle nuestro Señor en breue tiempo de tal manera, que, escriuiendo la historia á vna señora viuda hermana suya, le pidió llamase alguna persona docta, que le instruyese en las cosas de la santa fee cathólica. Esta señora, siendo muy buena christiana y muy deuota, embió á rogar al P. Canisio que fuese á ganar, no vn alma, mas todas las del señorío de su hermano. El Padre fué y le habló, y fué su conuersión con tanto arrepentimiento [a] del error en que auía viuido, y zelo de la verdad, que, sin tener respeto á los príncipes hereges sus vezinos, hizo hechar de todo su estado los predicadores hereges, y alcançó del cardenal de Augusta clérigos de missa, para que en su estado huuiese yglesias y fuesen sus vassallos cathólicos.

Al 19 ó 20 de Julio me embarqué en Dilinga sobre el Danubio, la buelta de Viena, lleuando conmigo cinco ó seis Padres y hermanos. A los 22, día de la Madalena, pasando por debaxo de vn puente, yba el río tan crecido y grande, que la barca, por ciertos [arquillos], sobre que sustentaua la cubierta della, topó en el puente, que era de madera, como lo son los puentes del Danubio, por ser tan grande, que no se pueden hazer de piedra. El agua apretaua tanto la barca con el puente, que en muy poco estuuo de cubrirla y anegarnos, y no entendíamos bien el peligro en que estáuamos, ni los barqueros le dezían, ocupándose en remediar, hasta que vno vino gritando sobre el puente, diziéndonos en tudesco: «Arriba, arriba: saluaos.» Dos de aquellos hermanos que le entendieron, asiéndose á los maderos de arriba del puente, saltaron encima dél, y el vno dellos con harto peligro de anegarse; yo fuy tras ellos y los demás. Entretanto

---

a *arrependimento* ms.

los barqueros derribaron los arquillos, sobre que se estendía el lienzo de la cubierta, y así la barca pasó sin otro daño, por gracia del Señor. Llegué á Inglestat, donde tomé otros dos ó tres de los nuestros, de manera que éramos 8, y proseguimos nuestra nauegación hazia Vienna.

Dos días después, que fué la vigilia de Santiago, auiendo començado á comer, se leuantó vna tempestad muy grande, y de repente yo dixe á los marineros que llegasen la barca á vna punta de tierra, cerca de la qual pasáuamos; y en vn momento creció la borrasca de manera, que con gran difficultad llegamos á la punta, ádonde la mucha arena que volaua nos confitó la comida, y aun auiendo saltado en tierra, con gran trabajo podíamos tener la barca, que no se la lleuase el ayre. De donde se vió claramente que, á no auer tomado aquella punta, nos perdíamos; porque el viento nos echaua dentro de vnas sirtes, que estauan poco más bajo de la otra parte hazia donde él corría. Bendito sea nuestro Señor, que nos libró destos dos peligros. Lo demás de nuestra nauegación, que duró 8 días, fué con tranquilidad hasta Viena, donde llegamos á los 27 de Julio.

Detúueme [a] en la visita de Viena 16 días. El número de los nuestros será de hasta 40: es vno de los collegios que mayor fruto hazen en Alemania, por el concurso que ay de diuersas naciones en aquella ciudad, no sólo de alemanes, húngaros, bohemos y polonos, mas de españoles, franceses y italianos; y de todas estas lenguas hay casi ordinariamente ally confessores. Hay grandíssimo concurso á los sermones en alemán y italiano, que son ordinarios en nuestro collegio, allende de otros, que en otras yglesias predican en alemán, y specialmente en la capilla del emperador. Léese en cinco ó seys clases grammática y humanidad, y allende desto retórica, griego y hebreo, philosophía, y fuera del colegio en la vniuersidad leen theología. Favoréscennos mucho sus magestades del emperador y emperatriz. Quando voluieron de la dieta de Augusta, estaua el collegio en harta necessidad, porque en Linz, donde está señalada la fundación dél

[a] *Detíueme* ms.

sobre las rentas de S. M., les deuían dos términos, y no sólo no les pagauan, mas no faltauan de aquellos estados quien pidiese al emperador, quando les demandaua socorro contra el turco, que hechasse los jesuitas fuera dellos y que se le darían. Respondió S. M. que su officio era hechar el turco; y del papa era poner ó quitar los jesuitas, no suyo. Con saber esto los nuestros y con ver la gran necessidad de dinero en que S. M. estaua con tan gran exército á cuestas, no se atreuían, aunque passauan harto trabajo, á dárselo á entender; mas vínolo á saber, pienso por medio de algún criado suyo, y mandó luego á los contadores que á nadie se diese vn dinero de quanto fuese librado sobre Linz, hasta que los nuestros fuesen pagados de todo lo que se les deuía, y desta manera se pagó luego y proueyó nuestro Señor al collegio.

Embióse dende ally el P. Lanoy, que era prouincial de aquella prouincia de Austria, siendo su trienio acabado, y su persona necessaria para Ispruch, por ser importante colegio, á que fuese retor dél, y el P. Laurentio Magio, que lo era de Vienna, fué hecho prouincial de Austria. No hablé en Vienna al emperador, porque estaua muy ocupado en su partida con la vna parte del exército para juntarse con la otra, que ya estaua en Hungría.

Salí de Viena á 13 de Agosto con el nueuo prouincial, la buelta de Tyrnauia en Hungría. Pasamos por medio del campo del emperador, que el día antes auía salido de Viena; visité el colegio de Tyrnauia en quatro ó cinco días, por no auer sino ocho ó nueue de los nuestros en él; era tan flaco, por ocupar el turco parte de la fundación; y después acaesció quemarse con parte de la ciudad el colegio, y ansí se dexó del todo. Partimos de ally á los 19 hazia Praga, y pasando por Olomuz en Morauia, se trató con el obispo [1] de la fundación del collegio en aquella su ciudad, la qual él auía procurado días antes con harto calor, interponiendo al emperador que pidiese al papa se le diese gente de la Compañía, y ansí se le auían dado algunos para predicar y confessar y enseñar en dos clases de gramática. Concluyóse la

---

[1] Gulielmus Prussinowsky (aliis Russinowsky).

fundación y embióse luego más gente. Después se ha aumentado mucho y se haze gran fruto con la diuina gracia, así en los cathólicos, como en la conuersión de muchos que no lo eran. Auía conuersado este obispo un tiempo en Roma con la buena memoria del P. Mtro. Laynez.

No auíamos hallado hasta Olomuz, de donde salimos á los 29 de Agosto, entre tantas naciones y diuersidades de gente como auía en el exército, quien nos hiziese desplazer. Vn hombre de á cauallo, entre otros que venían de Bohemia al exército, venía por medio del camino por donde nosotros ybamos, y no queriendo desuiarse (como dizen se suele hazer, que ceden los de cauallo á los coches), vno de los cauallos del coche en que ybamos dió vn poco de encuentro al suyo. Él puso mano á sus arcabuzes, amenazando á querernos tirar; mas viendo que vno de nosotros reprehendía al cochero, porque no auía sido el primero á desuiarse, pasó adelante [1]. Llegamos á Praga en 3 ó quatro días.

Es el colegio de Praga muy principal, así en lo material por tener muy buen sitio y muy espacioso y ser muy bien fundado por el emperador don Ferdinando, de buena memoria, como por el gran fruto que Dios N. S. haze en él en los sermones, confessiones, etc., y especialmente en los estudiantes. Hay muchos, y gran parte dellos hijos de hereges husitas, cuyos padres, viendo el fruto que los hijos de cathólicos han hecho y hazen de cada día, y el poco que los suyos sacan de oyr en la vniuersidad de aquella ciudad, donde leen husitas, vienen á los nuestros, rogándoles que reciban sus hijos y los enseñen como á los otros; mas que no los hagan papistas; y respondiéndoseles que nosotros no esforçamos á nadie, mas que todos los que vienen á nuestras escuelas han de guardar las reglas dellas, que es confessarse cada mes, oyr missa cada día y aprender la dotrina christiana, con esto se resueluen diziendo: «Enseñadlos bien y hazed lo que quisierdes; que nosotros los haremos tornar á nuestra religión.» Desta manera acaesce, no sólo que se conuiertan los hijos, por-

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 256.

que de otra manera no se sufren á largo andar, mas que por medio dellos muchas vezes Dios N. S. vse de su misericordia con los padres y deudos dellos, como la haze con otros muchos, que se conuierten en aquella ciudad, que es otra Lisbona. Y ansí el arçobispo [1] della, visto el bien que recibe su ganado, se ha hecho muy familiar y fauorable de los nuestros, donde antes no lo era.

Entendí que todas las facultades de la vniuersidad juntas no tenían tantos discípulos como solo nuestro collegio, en el qual se lee hasta rhetórica, griego [a], y algo de philosophía y casos de consciencia. Hay dentro del ámbito del colegio casa de probación separada. El número de todos será como de quarenta. Gouiernan vn colegio de commensales, así como en Viena; y en Olomuz vn seminario instituydo por el obispo.

Visitado aquel collegio, y dado orden que se hiziesen nueuas escuelas en las ruynas de vna yglesia que en tiempo pasado derribaron los hereges, destruyendo aquel monasterio donde el colegio está aora, que era muy principal del orden de santo Domingo, donde auía 300 frayles y 20 ó más dotores en theología, voluí á los 19 de Setiembre la buelta de Alemania, por hallarme en Inspruc (que aún no auía visitado) á tiempo de poder distribuyr en aquella prouincia y en otras algunos operarios, que auían de venir de Roma. Llegué pues á Inspruc, que es vna buena tirada, á 3 ó 4 de Octubre. Hallé que poco antes auían venido diez ó doze maestros de Roma: distribuyéronse, visitóse el colegio, que es muy principal en fábrica, fundación y fruto espiritual, muy fauorescido de aquellas reynas, hermanas del emperador. Detúueme en la visita, etc. alrededor [b] de veynte días. Son ally los nuestros 25 ó treynta; leen humanidad, rhetórica y griego.

Auiendo de yr de aquí á la prouincia del Rin, siendo casi camino, pasé por los colegios de Monachio, Inglestad y Dilinga; deteniéndome en cada vno dellos dos ó tres días, en los quales

[a] grieco *ms.* —[b] Obscure notatum.

[1] Antonius Brus (de Muglitz).

me dezían no hauerse hecho menor fruto con la diuina gracia del que se auía hecho al tiempo que los visitaua; y asy yo tengo por muy cierto que sería de grandíssima vtilidad si el que visita vna prouincia, después de auerla visto toda, diese vna pasada por los colegios della.

De Dilinga dexé el camino derecho de los colegios del Rin y [fuí] á Herbípoli, cuyo obispo [1] auía muchos años que pedía gente para fundar vn colegio en aquella su ciudad, cabeça del ducado de Franconia, que es todo del obispo en medio de Alemania y confina con Saxonia. El P. Mtro. Laynez, de buena memoria, le auía prometido que su colegio sería de los primeros admitido. Partí para allá con el P. Canisio á 19 de Noviembre, auiéndome detenido en Dilinga algunos días por concluyr la fundación de aquella vniversidad con el Rmo. de Augusta. Es camino de cinco días hasta Herbípoli. Recibiónos el obispo en su castillo con grande alegría, trató de la fundatión; detúueme diez ó doze días, por aguardar á su vicechanciller, que era ausente, sin el qual no quiso concluyr nada el obispo. Entretanto, dexando ally al P. Canisio, fuy á verme con el prouincial del Rin y con el retor de Maguncia en vn su castillo. Tenía ya el obispo en Herbípoli fabricadas escuelas muy grandes y bien labradas, como quien tenía propósito de hazer vn estudio vniuersal y conuocar todos los estudiantes de su estado, que es de treynta y más villas cercadas y de 500 aldeas, la mejor tierra de pan y vino que ay en Alemania. Auía asymismo fabricado parte de nueuo en vn monasterio desolado, junto al qual hizo las escuelas, y parte dél hizo restaurar para habitación de los nuestros; de todo lo qual y de la yglesia y de otras casas ally junto y de mill tallares [a] de renta hizo donación á la Compañía. Embiósele gente el año siguiente, 1567; házese gran fruto con la diuina gracia; ha de aumentar la fundación, porque quiere que sea estudio general. Hasta aora no se lee sino latinidad, griego y vna leción de philosophía y casos de consciencia.

---

[a] Sic, pro *taleros*, ex germanico *thaler*.

---

[1] Fridericus de Wirsberg.

Mostrónos este obispo vn exemplo de la bula primera de la erectión y confirmación de la Compañía, que auía auido él estando en Roma en tiempo de nuestro P. Ignacio, santa memoria, del qual se acordaua y de Bernardo xaponés [1], de cuya mano tenía el buen viejo ciertos renglones escritos en lengua xaponesa [a] y en italiano, y todo esto muy guardado con deuoción, que tiene á la Compañía. Véese en esto en la fundación de Olomuz y en la de Spira, de la qual luego diré, cómo del bien que se siembra saca finalmente nuestro Señor fruto á su tiempo, aunque muchas vezes á nosotros nos es oculto, pues este obispo guarda tantos años la memoria del P. Ignatio y de Bernardo; el de Olomuz, y el maestrescuela de Spira [2], la del P. Mtro. Laynez. Gloria sea por todo á su diuina magestad.

Dende Herbípoli se voluió el P. Canisio á su prouincia y yo fuí á la del Rin, pasando por medio del Palatinato. Dióme el buen obispo, allende de la limosna para el camino, por guía vno de sus hombres de armas. Atrauesamos todo el estado del Palatino sin dezirnos nadie nada. Vi á Eydeluerga [b], que es su vniuersidad nombrada, nido de hereges: pasamos por ella vn día de mercado por medio de la plaça, que apenas cabía en ella la gente, mirándonos todos como á hombres de hábito y manera muy diferente del de aquella tierra. Llegado en Spira á 7 de Deziembre, hablé con el maestrescuela, que vn tiempo auía tenido familiaridad con el P. Mtro. Laynez en Roma. Este auía hecho tanto con su cabildo y con el obispo, que les persuadió á fundar vn collegio de la Compañía, á lo qual ni pensauan [c] ni se atreuían, por ser casi todo el senado y lo demás de la ciudad herege, temiendo no se mouiesen contra ellos, si metían jesuítas en ella. Finalmente se trató el negocio y se proueyó de gente, teniendo la prouincia del Rin, de la qual son estos dos collegios, buena parte de los operarios que para ellos auía menester; los demás se les proueyeron de Roma. Léese gramática y casos de consciencia. Es muy acepto

[a] *xaponés* ms. —[b] Sic, pro *Heidelberg*. —[c] *piensauan* ms.

[1] Vide *Epist. P. Nadal*, III, 333.
[2] Andreas Oberstein. Cf. *Epist. P. Nadal*, III, 340 et 352.

vno de los nuestros que predica en la yglesia mayor [1], como lo es otro, que en la de Herbípoli haze lo mismo [2]: sácase fruto con la diuina gracia.

Salí de Spira á los diez y seys de Diziembre con el prouincial del Rin, que ally auía hallado [3], y el día siguiente entramos en Maguncia.

Estaua todauía el arçobispo [4] en su castillo á dos jornadas de Maguncia. Fuy allá con el retor [5] para tratar de la dotación de aquel collegio, y vimos claramente que él la dessea hazer, mas espera ocasión de darla en cosa segura, porque de otra manera teme (como él nos lo dixo claramente) que, siendo muerto él, nos la quiten hereges. Entretanto da muy liberalmente lo que han menester los nuestros, que son treynta ó más. Tienen muchos estudiantes y dan grados, porque es el colegio la principal parte de la vniuersidad; tienen classes inferiores de gramática; léese también retórica, griego, philosophía y vna lectión en theología. Ay buena habitación, muchos comensales, y entre ellos hijos de personas principales, aviéndoles comprado para la habitación destos el arçobispo dos ó tres casas. Detúueme en la visita deste colegio más que en los de hasta aquí, así por ser él grande y estar yo cansado por la priesa que en los de atrás me auía dado, como por saber que Flandes no está para entrar en ella, en armas y rebuelta puesta. Estuue también algunos días con el arçobispo en su castillo [6] y en Franchfort, porque auía en ella algunos de los nuestros, que, como en missión, enseñauan principios de gramática. Los canónigos desta ciudad, que es muy insigne por las ferias, etc., dessean auer collegio; mas no tienen quien les ayude, siendo casi toda herege. Los predicantes hereges suelen (como entendí) dezir al pueblo que se guarden de imbiar sus

---

[1] P. Hermes Halbpaur. Ibid., III, 368.

[2] «P. Christianus Haluerius, professus quatuor votorum, concionator ecclesiae cathedralis, consiliarius rectoris.» Ex catalogo collegii herbipolensis, anni 1567.

[3] P. Antonius Vinck.

[4] Daniel Brendel ab Homburg.

[5] P. Lambertus Auerus (Auer).

[6] Aschaffenburgi. Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 306, annot. 1.

hijos á nosotros, porque somos nigrománticos, pues de otra manera no sería posible que nuestros escolares aprendiesen tanto en tan poco tiempo. Otro exhortaua á su auditorio que rogasen por los jesuítas, que era gente virtuosa y estudiosa y para hazer gran fruto, si se conuirtiese al euangelio secundum Lutherum.

Salido de Maguncia á 20 de Hebrero 1567, llegué á Colonia á los 24. Detúueme ally vn mes ó algo más, al tiempo que los hereges de Flandes destruyan la yglesias de Enueres, y estauan en armas por alçarse con ella, y toda Flandes rebuelta; por lo qual, auiéndome escrito nuestro Padre general que no entrase en ella hasta que viniese el rey cathólico que se esperaua, no fué menester darme priesa. Auía en el colegio de Colonia hasta quarenta de los nuestros: tiénese á gran prouidencia del Señor que puedan sustentarse, porque no tienen nada; ni las casas en que viuen son nuestras, sino de la ciudad, que es un collegio entre otros muchos que ay en aquella vniuersidad; mas ninguno ay, ni dos ó tres juntos, según entiendo, que llegue ni con la meytad [a] á tener tantos oyentes como el nuestro. Es muy insigne el fruto que ally se haze en los estudiantes con la diuina gracia, así en letras, como en virtudes christianas. Entran muchos en la Compañía, frequentan muchos los sacramentos; es de gran admiración y consolación ver quinientos ó seyscientos hombres discípulos de la Compañía, de Polonia, Saxonia, Branzvich, Phrisia y de otras estrañas prouincias, yr los domingos y fiestas á misa, vísperas y sermón, tres á tres y de quatro á quatro juntos dende nuestro colegio á la yglesia de las onze mill vírgines, adonde predica un Padre de los nuestros, á oyr los sermones y officios diuinos, en los quales y en las confessiones que en esta yglesia y en la mayor se oyen, se haze tanto fruto por gracia del Señor, que así como este es el primer colegio ó de los primeros de Alemania en antigüedad, así lo es en el fruto espiritual. Plazerá á nuestro Señor dar tanbién el temporal á su tiempo, que es lo de menos.

Luégo después de pascua, á 2 de Abril, partí de Colonia, y

---

[a] Sic pro *mitad*.

á los seys llegué á Tréueres. Encontramos por el camino vna banda de hasta treynta hombres de armas, y auiendo passado por ellos vn tiro ó dos de ballesta, eis aquí vno dellos corriendo [a] tras nosotros, y llegando de cerca, muy feroz pone mano á vno de sus arcabuzes. Nosotros paramos, no siendo nuestros cauallos para poder huyr del suyo, y preguntando con el poco tudesco del P. Ximénez lo que quería, pensando querría el dinero de nuestra bolsa, á cabo de vn rato entendió que le preguntaua cómo se llamaua; y aunque esto se le dixo, todauía aquel, no satisfaziéndose, replicaua preguntando lo mismo (porque la frase, según después nos fué dicho, no se pedía tanto del nombre [b] proprio, como del apellido de la religión de que éramos). Finalmente preguntó si éramos «Viue les gueux,» que assí se llamauan los hereges que en aquel tiempo tumultuauan en Flandes: dixímosle que no, y con tanto se fué [1].

El collegio de Tréuiris es muy espacioso de escuelas, habitación, huertos, etc., y tiene á mediocridad de dotación, avnque no está acabado de dotar, por auerse muerto en aquel tiempo que yo vine á Colonia el arçobispo fundador [2]. El que agora es [3] fauoresce mucho á los nuestros y ha prometido de hazer tanto ó más que su predecesor. Ay ally veynte ó más de los nuestros, tienen las clases menores retórica y griego... [c] son muy amados de la ciudad, la qual se purgó los años pasados, siendo hechados fuera della todos los hereges por los cathólicos ayudados del arçobispo. Vino á Tréuiris á consultarme algunas cosas el P. Oliuerio [4], prouincial de Francia, y el P. Costero, prouincial de Flandes, con el qual, visitado el collegio de Tréuiris, partí la buelta de Louaina [d] al principio de Junio, y de camino, pasando por Liegi, hablamos al obispo della [5] sobre la fundación de vn collegio que

---

[a] *correndo* ms. —[b] *nome* ms. —[c] Sic in nostro transumpto. — [d] Sequitur in ms. *á los ocho ó diez* obliteratum.

---

[1] Vide *Epist. P. Nadal,* III, 423.
[2] Joannes von der Leyen. Ibid., III, 398, annot. 1.
[3] Jacobus ab Eltz.
[4] Manareus. Ibid., III, 454.
[5] Gerardus van Groesbeck. Ibid., III, 501.

quería hazer. Tratóse della, y ya se ha dado algún principio, enbiando tres ó quatro de los nuestros, que estén ally como en missión, mientras se fabrica el collegio. Entramos en Lovayna á 15 de Junio.

Es el collegio de Louayna antiguo y pobre, casi como el de Colonia; empero tiene muy buena habitación y muy gentiles huertos. Ally no leen los nuestros sino alguna lectión doméstica; mas es vn buen seminario, donde entran muchos en la Compañía, y ay muy buenos sugetos, así en spíritu, como en letras: serán en todos quasi quarenta. Tienen algunos conuictores.

De ally fuy á probar si el agua de cierta fuente aceda, que está cerca de Liegi, me ayudaría contra la indisposición de mi catarro. Detúueme en esto dos meses; halléme algo aliuiado: salí de tomar el agua desta fuente á onze de Agosto. Fuí á visitar el collegio de Dinant, que es en lo vltimo de Flandes hazia Lorena. Dexé por el camino en Namur al P. Ximenes en el hospital, donde auía 200 ó más soldados españoles enfermos, de los que llegauan entonzes con el duque de Alua, sin tener quien les confessase. Ocupóse en esto diez días. Entretanto visité yo el collegio de Dinant, y á la buelta le torné á tomar y voluimos á Louayna. Hízose fruto con la diuina gracia, especialmente con algunos, que murieron auiendo recibido los santos sacramentos, que murieran sin ellos, á no auer acertado á pasar nosotros.

Ay en Dinant 15 de los nuestros: leen en 3 classes gramática: házese no pequeño fruto, por gracia del Señor, así en los estudiantes, como en la gente de la tierra. Entré en Louayna la 2.da vez primero día de Setiembre; el día siguiente enfermó Ximénez, llegó á estar muy al cabo: fué nuestro Señor seruido que, recebida la extrema vnción, començó luego á dar señales de mejoría. Duróle la conualescentia todo el imbierno. Entretanto yo, visitado aquel collegio y dexándole en él, fuy con el prouincial de Flandes á sant Omer, hablé de camino en Bruselas con el duque de Alua [1], el qual se mostró muy aficionado y fauorable á la Compañía. Pasé tanbién por Enueres, donde ay vn predicador

[1] Ferdinandus Alvarez de Toledo. Ibid., III, 800-801.

de los nuestros para la nación española, vn confessor y dos ó tres hermanos.

En sant Omer se trató con el obispo [1] de la fundación, y se dió orden que se començase á leer gramática, retórica y griego. Ha edificado el obispo de nueuo el colegio y dotádole [a]. Hay quince ó diez y seis de los nuestros, avnque [habrán] de ser más; porque la fundación es buena.

De ally fuí á Tornay, donde en la rebellión y alboroto de los hereges fueron hechados los nuestros y deshecho el colegio, que era el más insigne de aquella prouincia, saqueada la poca alhaja y quemados los libros, etc.; y aunque los hereges estauan ya dentro de casa, los nuestros no se querían partir hasta que les fué ordenado se partiesen; antes no faltó entre ellos quien, puestas las rodillas por tierra, los llamaua y incitaua poniendo la mano sobre su ceruiz á que le cortasen la cabeça, y dezían los miserables que no querían, porque los nuestros no merescían ser mártires, no entendiendo los ciegos de juyzio que en dezir esto se condenauan á sí mismos por tiranos y malos. Dióse orden que huuiese ally alguno que predicase, y vn confessor, ó dos, de los nuestros; y aora se trata de fundarse vna casa de probación, que será muy á propósito para aquella prouincia.

De Tornay fuymos á Cambray á 6 de Nouiembre, en el qual tiempo la guerra era encendida en Francia, y no se podía entrar en ella, y visité aquel collegio, donde ay quince ó 16 de los nuestros. Léese gramática y retórica; házese notable fruto por la diuina gracia, especialmente en la frequencia de los sacramentos. Estando ally, me imbió á llamar el abbad de Aquicinto [2], que está casi á vna jornada de Cambray, para tratar de la fundación de vn colegio en Duay, que es vniuersidad, á vna jornada de Cambray. Tratóse, hízose la minuta de la fundación, y embióse á nuestro Padre general, así como se avían embiado las demás de Olomuz, Herbípoli, Spira, Liegi y sant Omer. No faltan sugetos

[a] Sequitur *á suficiencia* obliteratum.

[1] Gerardus ab Hamericourt.

[2] Joannes Lentaillerus. Ibid., III, 583-586.

en Flandes para Liegi y Duay, así por la desheçha de Tornay, como porque en Louayna los hay muy buenos. Embiáronse después algunos á Duay, como se auían embiado á Liegi, para que assistan á la fábrica, que es muy insigne, y las confessiones, etc. De otros collegios, que con harta instancia en Bohemia y Alemania se piden, no hago mención, porque aun no están aceptados hasta que los que se han recibido estén bien proueydos, etc. A su tiempo se oyrá dellos con la diuina gracia.

De Aquicinto torné á Cambray, adonde vino Ximenes á hallarme por la nauidad, con el qual me recogí en vna cámara; y viendo que, acabada la visita de aquella prouincia, no se podía entrar en Francia por la guerra, la qual en este viage hemos tenido siempre delante, en Hungría, en Flandes y aora en Francia, atendí á poner la vltima mano en algunas cosas de la Compañía que yo tenía, las quales espero serán vtiles á gloria del Señor [1]. Durónos este ocio hasta los tres de Hebrero 1568, que por la congregación prouincial, la qual el P. Costero quiso hazer antes de quaresma, por desocuparse para su ministerio, que auía de predicar en Gante, vine con el retor de Cambray á Louayna, donde se hizo. Llegamos á los 8: eligióse por procurador el P. Maximiliano [2] en quatro ó cinco días, después de los quales yo me torné á encerrar con Ximénez á hazer lo que en Cambray hazíamos. Comencé á escreuir vn poco contra hereges; y si el ocio me durara, paresce que me sucedía.

Hízose en este medio la paz en Francia; mas no por eso auía seguridad en los caminos, sin la qual no era la voluntad de nuestro Padre que me mouiese. Llegaron entretanto á 6 de Mayo á Louayna los Padres D. Acosta y Xauier, embiados de Roma á Enueres para el ministerio de predicar y confessar á españoles. Visitaron al duque de Alua, el qual se holgó mucho con ellos, diziendo que recibía muy gran plazer de su venida, para que le ayudasen contra aquellos bellacos hereges. Fuymos á Enueres, y dexándolos acomodados, torné á Louayna. Poco después tuue carta de nuestro Padre que, si podía con seguridad

[1] Ibid., III, 551.
[2] P. Maximilianus a Capella (Chapelle).

entrar en Francia, fuese á la visita della. Hízose diligencia en Enueres y en la corte de Bruselas para saber si alguno partía para París. Diónos nuestro Señor muy buena compañía de vn embaxador del rey de Francia, que tornaua á París, con el qual partimos de Bruselas á 8 de Junio, y llegamos á París, á los 15.

Es muy insigne el colegio de París, por el gran fruto que en él se haze, con la diuina gracia, así en sermones, que en diuersas yglesias hazen dos ó tres predicadores de los nuestros, y especialmente el prouincial de Aquitania [1], que suele venir ally y predicar en la sala real, como en las escuelas, donde se lee gramática, retórica, griego, dos cursos de philosophía y vna leción de theología, la qual lee el P. Maldonado con tanto aplauso y concurso, que es para mucho alabar á nuestro Señor [2]. Vienen muchas vezes á oyrle predicantes hereges, y suelen ascondidamente hechar en la escuela carteles contra lo que dize, y él los lee públicamente en la cáthedra, y punto por punto confuta lo que contienen. Tiene tan gran nombre en París y en Francia, que hombres muy eminentes, y que han escrito insignes obras contra hereges, le vienen á consultar muchas vezes. Ay ally quarenta de los nuestros; tienen muy espacioso colegio, y en medio de la vniuersidad; que en París, donde ay tanta multitud de gentes, es de tener en mucho. Tienen muchos comensales de diuersas naciones y principales; son muy amados del rey, del nuncio de S. S., de los príncipes cathólicos y de los ciudadanos; tienen mediana dotación, y según lo que es estimado de todos aquellos príncipes, aquel colegio se tiene por cierto que con el fauor diuino verná á ser vno de los principales de la Compañía.

Fué descubierta la trayción de matar al rey, que antes de començar la guerra pasada tenían tramada los hereges y la conjuración, etc., por el P. Oliuerio, al qual le descubrió vn cauallero escosez [3], nuestro escolar, el qual, mezclándose en vna

---

[1] P. Edmundus Augerius (Auger). Ibid., III, 609.

[2] De P. Joanne Maldonado, cf. PRAT, *Maldonat et l'université de Paris au XVI.e siècle.*

[3] Sacchinus non scotum sed polonum fuisse ait hunc Manarei ami-

congregación de hereges sin serlo, entendió lo que en ella se tratava, y luego á la hora lo fué á dezir al dicho Padre prouincial, y él al rey y reyna, etc., y al cardenal de Guisa. Detúueme vn mes en la visita deste collegio: hízose en ella mucho fruto con la gracia del Señor.

Auiendo de yr á visitar á Verdún, se me ofresció la compañía del obispo de aquella ciudad [1], con el qual, partidos de París á 15 de Julio, llegamos á los 20, y dexándole á media jornada fuera de su ciudad, porque auía peste en ella, entramos nosotros á consolarnos con los nuestros Padres y hermanos, que eran 16. Estauan muy animados á ayudar las almas en tal necessidad. Visité el colegio en cinco ó seis días, siendo ellos pocos, y no queriendo el obispo tratar de la fundación hasta auer vnl ugar, que es muy mejor del que aora tienen, para escuelas y habitación. Hazen gran fruto, así en la juventud, como en la gente de la tierra, de la qual son muy amados y estimados, gloria á nuestro Señor, por cuyo seruicio esto se deue dessear.

No siendo seguro el camino derecho de Verdún á León, ni hallando compañía, determiné tomar otra derrota [a], pasando por Lorena y por todo el condado de Borgoña, camino largo y diffícil por los muchos bosques y grandes montes que se pasan, mas muy quieto por la diuina gracia. Verdad es que, pasando los montes por cerca de Geneura, vn arcabuzero de á cauallo, que se mezcló con nosotros, parescía lleuar ruínes pensamientos, mirándonos de mal; y era herege, como se vió por ciertos salmos que en francés començó á cantar. Partidos pues de Verdún á 26 de Julio, entramos en Chamberí á seis de Agosto. Ay 15 ó 16 de los nuestros en aquel colegio; tienen mediana fundación. Enseñan gramática y humanidad.

A los 16, visitado Chamberí, fuy á León, que está dos jorna-

---

[a] *derota* ms.

---

cum. En ejus verba: «Per id tempus agitabat Parisiis Petrus Kostka, nobilis Polonus, ex eadem, qua noster Beatus Stanislaus, gente, qui dein Culmensis fuit Antistes.» *Hist. Soc. Jesu,* part. III, lib. III, n. 153. Cf. OLIVERIUM MANAREUM, *De rebus Societatis Iesu commentarius,* cap. VII, § 54.

[1] Nicolaus Psalmaeus (Pseaume), O. Praemonstratensis.

das de ay. Auíanse ya congregado los rectores y professos de Aquitania para eligir procurador, excepto el de Tolosa y el de Rodés, que sin ponerse en peligro no podían venir: dieron sus votos por cartas: eligióse el P. Ludouico Codreto luego que yo llegué [1].

Viuen en aquel colegio veynte ó más de los nuestros; leen humanidad, rethórica, griego, dialéctica y vna lección de theología; tienen buena habitación, que es en vn colegio y vniuersidad de la ciudad, el qual estos años ocupauan letores hereges. Házese mucho fruto con la gracia del Señor por el concurso de naciones que ay en aquella ciudad. Tienen comensales; son muy estimados los nuestros en aquella ciudad, la qual se ha purgado hechando fuera los hereges. Están muy sobre sí los cathólicos, porque es vna de las que más insidias le han puesto hereges.

Siendo al fin de la visita de aquel colegio, me llegaron cartas de nuestro Padre, en que me ordenaua, si los caminos por Françia no eran seguros, me boluiese á Roma; que quando lo fuesen, Su Paternidad daría orden á la visita de los colegios en Francia.

En el mismo tiempo auían tumultuado los hereges tomando las armas en diuersas partes y el camino de León á París, y al derredor de León amenazauan que la auían de tomar. Consulté aquellos Padres de la congregación, y todos dixeron que no era tiempo de visitar; esperar á que lo fuese no podía, por el orden de nuestro Padre; de manera que fué necessario voluer á Roma, dexando de visitar Tornón, Billón, Mouriac, Rodés, Tolosa y Auiñón.

Partí á primero de Setiembre de León con el procurador de Aquitania, y llegué á Roma á los 22. Hallé [á] todos los Padres procuradores juntos, exceptos los de Flandes y del Rin, que llegaron poco después. Nuestro Padre estaua mal dispuesto en la cama: ya está mejor y se leuanta, gloria á nuestro Señor, en cuya infinita bondad espero que, aunque yo sea tan para poco, por inútil instrumento, sacará desta mi vltima y larga peregri-

---

[1] Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 631.

nación de casi tres años mucho fruto á mayor seruicio y gloria de su diuina magestad.

En los santos sacrificios y oraciones de V. R. y de todos los nuestros Padres y hermanos de esa prouincia mi compañero y yo pedimos ser mucho encomendados.

Dominus sit nobiscum.

De Roma, á 7 de Otubre 1568.

II

P. HIERONYMUS NATALIS
RODERICO GOMEZ DE SILVA

ROMAE, 4 DECEMBRIS 1571 [1].

De duabus gratiis, eidem a sede apostolica concessis.

El P. Francisco, general desta nuestra mínima Compañía, me ordenó por una suya, que pocos días ha recebí, pidiese á Su Sanctidad dos cosas del seruitio de V. Ecc.[a], es á saber, una comutación de cierto número de «Pater noster» y «Aue Marías», en los siete salmos; y una dispensación para el matrimonio de la señora doña Ana, hija de V. Ecc.[a] con el duque de Medina Sidonia. Hablé luego á Su S.[d], y respondió á entrambas cosas muy graciosamente, remittiendo la primera al Padre general, que en ella hi-

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573,* fol. 92-93. Quo tempore S. Franciscus Borgia in Hispania cum cardinali Alexandrino versabatur, Rodericus Gomez de Silva, princeps Eboli, a consiliis regis Hispaniae, ejusque primarius minister a cubiculo, filiam Annam Alphonso Perez de Guzman nupturam, impedimentis consanguinitatis per Borgiam solvi curavit; qui Natali, ejus vicario, hoc negotium Romae gerendum commendavit. Ad haec illustranda faciunt quae LUDOVICUS DE SALAZAR ET CASTRO in opere *Historia genealógica de la casa de Silva,* parte II, pag. 646, scripsit, scilicet: «Avía entre el Duque y la Duquesa Doña Ana de Silva diferentes parentescos, de que fue necessario sacar dispensacion, y assí S. Pio V, Pontífice Máximo, en el año de mil quinientos y sesenta [sic, pro *setenta*] y vno, VI de su Pontificado dio licencia para que pudiessen casarse, sin embargo de ser parientes en quarto grado de consanguinidad. Y Juan Bautista Castaño [Castagna], su Nuncio en España, y Arçobispo de Rosano en veinte y nueve de Enero de mil quinientos setenta y dos, dispensó que la Duquesa, á los diez años, y seis meses de su edad pudiesse contraer matrimonio por palabras de presente. Lo qual confirmó despues el Pontífice en Roma á primero de Março del mismo año.» Cf. MURO, *Vida de la princesa de Éboli,* pagg. 26-31.

ziese como juzgare conuenir en el Señor; y ordenando que la segunda se despachase acá, de que di luego auiso á Su P.[d], entretanto que el breue de la dispensación se hazía, el qual con ésta se embía á V. Ecc.[a]; y por seguridad de que llegue, se embiará por otra uía un duplicado dél y désta.

Ha sido para mí muy gran consolación en el Señor que se me diesse occasión de seruir en alguna cosa á V. Ecc.[a], por lo mucho que lo he deseado siempre; porque dende la primera uez que besé las manos y conocí á V. Ecc.[a] en essas partes [1] me quedó tan impressa su memoria, que no la he perdido, ni dexado de rogar á N. S. lo poco que yo puedo por V. Ecc.[a] en mis pobres oraciones y missas, como lo deuo no sólo yo, mas toda la Compañía á la protectión que della siempre tiene V. Ecc.[a]; el galardón de lo qual spero en la bondad infinita del Señor será él mismo, por cuyo amor y seruizio lo haze. Su diuina Mag.[d] la Illma. y Eccma. persona de V. Ecc.[a] guarde, y estado acresciente con augmento de sus santísimos dones muchos años á mayor gloria diuina.

De Roma, 4 de Diziembre 1571.

12

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI GUNDISALVO ESQUIVEL

ROMAE, 19 DECEMBRIS 1571 [2].

De lite domus toletanae. — De instructione pro confessariis Peruviae. Gaudium Romae pro filii regis Hispaniae nativitate.

Al principio deste mes escriuí á V. R. dando auiso cómo acá no se hallaua que Su S.[d] ubiese dado nuèuo breue en fauor de

---

[1] Vide supra, pag. 749.

[2] Ex Regesto, *Epist. Hisp.*, *1570-1573*, fol. 93. Haec Natalis epistola et aliae ad Hispaniae Patres hoc anno et sequenti datae, inter alia ad historiam Societatis utilia, plura continent documenta ad litem, id temporis agitatam cum Patribus dominicanis de domibus comitis de Orgaz, a Patribus toletanae domus emptis, illustrandam; de qua consulendus est P. ASTRAIN, loc. cit., vol. II, cap. III. Inscriptio haec initio epistolae in Regesto habetur: *Madrid. P. Esquivel.* Hic autem Pater procuratoris munere Matriti fungebatur.

los frayles de san Pedro mártyr sobre el negocio de la casa de Toledo, del qual [a] N. P. [1] me escriuió auer dicho el nuncio [2] al P. Polanco que tenía un breue de ocho de Julio, en que se ordenaua dexássemos la casa, etc.; y acá se ha uisto por el registro que aquel breue es de Julio del año passado 1570, el qual Su S.[d] ha suspendido dos uezes, ordenando no se use dél. Hase finalmente hablado á Su S.[d], y ha ordenado que, ó este negocio se concierte allá, y si no, se uea de justicia en Roma; y esto escriue de parte de Su S.[d] el cardenal Rusticucci al nuncio que está en esa corte, en la que será con ésta, la qual V. R. le dará, y auisará desto á los Padres de Toledo, para que estén quietos. Si se aurá de tractar de concierto y cómo, dará orden N. Padre general. Acá nos pareçe cosa muy de desear: los medios sabrán por él allá mejor por personas de auctoridad, que como de suyo mueuen en la plática, etc.

También embío con ésta cierta instructión hecha por los obispos del Perú para los confessores acerca de los casos que más la requieren, y que más se pueden offreçer en aquel reyno. Escriue N. Padre general que la embíe al P. Dr. Pero Sánchez, prouincial de la nueua España, para que se puedan seruir de los auisos della: si llegare antes que sea embarcado, V. R. se la embíe, como creo la aurá embiado otros auisos que con la última mía fueron también para él, y si ya ubieren hecho uela, se los embíe con la primera occasión de pasaje. No se offreçe otro al presente, sino que Su S.[d] y toda Roma está no menos regozijada [b], con la felix nueua de que Dios N. S. ha dado al rey hijo [3], de lo que lo estuuo con lo de la uictoria que su diuina Mag.[d] nos dió contra el turco [4]. Gloria sea al mismo dador de todo bien.

---

[a] *quale* ms. —[b] *recogizada* ms.

---

[1] Sanctus Franciscus Borgia, qui Matriti hoc tempore, quo Natali haec scripsit, cum legato apostolico versabatur.

[2] Joannes Baptista Castagna.

[3] Princeps Hispaniae Ferdinandus, natus die 4 Decembris 1571. Cf. CABRERA, *Hist. de Felipe II,* lib. IX, cap. XXVI.

[4] Sermo est de victoria navali ad Echinadas insulas a christiana classe die 7 Octobris anni 1571 obtenta. Cf. SACCHINUM, loc. cit., parte III, lib. IX, nn. 39 44; et ASTRAIN, loc. cit., vol. II, lib. III, cap. VII, n. 10.

En los santos sacrificios y oraciones de V. R. y de todos los Padres y hermanos mucho me encomiendo.

De Roma, á 19 de Deziembre 1571.

13

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI ANTONIO IBAÑEZ

rectori collegii caesaraugustani.

ROMAE, 19 JANUARII 1572 [1].

P. Michaël Spes Caesaraugustam mittitur.

Creo aurá entendido V. R. de N. Padre general lo que su P.[d] me escriue de Madrid á 15 de Nouiembre, conuiene á saber, que juzgaua conuenir que el P. Miguel Spes [2], portador désta, fuese á ver á su padre, que es ya de cerca de ochenta años, y no quiere sin él atender á lo que toca á su ánima, dando para esto licencia al dicho P. Spes, al qual encomiendo yo mucho á V. R. y al Padre prouincial [3], confiando en el Señor que será muy grato en ese colegio y prouincia por el ayuda que les podrá dar, pues que siendo tan plático y antiguo en la Compañía, podrá hazer de vn camino (como dizen) dos mandados, ayudando á su padre y disponiéndole con el fauor diuino á bien morir, y exercitándose en los ministerios de la Compañía en que le ocuparán, como lo ha hecho hasta aora. No se ofresce otro por esta. El Señor por su infinita bondad nos dé su copiosa gracia para cumplir perfectamente su santísima voluntad. En los santos sacrificios de V. R. y de todos los charísimos Padres y hermanos de ese colegio mucho me encomiendo.

De Roma, á 19 de Enero 1572.

---

1 Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573*, fol. 94. Inscriptio initio posita haec est: *Çaragoça. Rector.* Hic erat P. Antonius Ibañez.

2 Ejus examen vide in *Epist. P. Nadal*, II, 575.

3 Provincialis Aragoniae erat P. Antonius Cordeses.

14

P. HIERONYMUS NATALIS
PATRI GUNDISALVO ESQUIVEL
ROMAE, 26-31 JANUARII 1572 [1].

De lite domus toletanae cum Patribus dominicanis.

Recebimos las de V. R. y de los otros Padres de 3, 4 y 7 del pasado pocos días ha; y esta sea común á N. Padre general, si allá stuuiere [2], y á los Padres de la casa de Toledo. Sentimos infinito el trabajo que allá tienen, y más de que ayan auido recurso al consejo real, la qual cosa tememos en gran manera que offenda al papa extraordinariamente, porque de ninguna cosa se suele sentir más. Otra cosa fuera no tenerse por descomulgados, como realmente no creo lo eran in foro interiori, por la[s] suspensiones del breue hechas de Su S.[d], y no accurriendo al consejo, no obedescer y abstenerse de las cosas exteriores, y luego embiar vn correo al cardenal legado [3] y á N. P., y aun aquí si no huuiera certitud ó ocasión de otro, y padescer qualquier otra cosa antes que ofender á Su S.[d] Mas ya es hecho, y spero que el Señor lo guiará todo á mayor gloria de su diuina Mag.[d] y quietud de nuestras conscientias; y quiero creer que ya aora estará remediado por medio del legado, y más porque aurá llegado la carta del cardenal Rusticucci con la clara suspensión. Nosotros aquí hemos andado todos estos días muy afanados y haziendo muchas congregaciones, no dexando cosa que pudiésemos hazer, no osando hablar al papa hasta ser informados de lo que hazían estos Padres, y finalmente auemos alcançado vn memorial y supplicación que hazían á Su S.[d] por medio de su protector, que es el cardenal Morón. Esto fué antes de ayer, y luego á la hora respondimos con annotationes breues y eficazes sobre la

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573,* fol. 94-95. Inscriptio haec initio scripta habetur: *P. Esquivel.* Vide supra, pag. 797, annot. 2. De hac lite domus toletanae cf. Astrain, loc. cit., II, 247 et seqq.

[2] Jam profectus fuerat Matrito S. Franciscus Borgia cum legato pontificis Galliam versus primis mensis Januarii diebus. Cf. Astrain, loc. cit., II, 336.

[3] Cardinalis Alexandrinus, Michaël Bonelli.

supplicación, y lo dimos á otro cardenal [1] muy familiar del papa, gran letrado, y muy nuestro, ayer mañana que se auía de uer en congregación con el Morón, al qual auía de hablar sobre ello, y luégo al papa, muy bien informado de todo, no sólo por las respuestas, mas por auerle ydo las escrituras: y lo que auía de supplicar á Su S.d, es no pedir comissión del negocio, ni venir en controuersia con estos Padres, sino escusar á VV. RR. del recurso hecho, justificar nuestra causa, y demandar solamente que se aguarde la venida de N. P., al qual aguardamos por todo Março con la gracia del Señor.

Aora embío á saber qué aurá hecho aquel cardenal, y entretanto no me occurre otra cosa sino lo que pienso aurán hecho, y si no, á nuestro parescer, se deuría hazer con mucha eficaçia, que es alcançar de su Mag.d gracia que por su parte el cardenal Espinosa [2] y otros que fuesen al propósito pidiesen á esos Padres que cediesen á esta causa, y nos dexasen en paz, prometiéndoles de ceder á muchas cosas en fauor de su monesterio y conuento; como que no predicaremos sino alternatim, es á saber, que si ellos predicaren por la mañana, nosotros predicaremos después de comer, ó al contrario. 2.° que no edificaremos yglesia hazia la suya, imo deuríamos prometer que no edificaríamos más yglesia, contentándonos de lo poco que tenemos. 3.° que no enterraremos á ninguno, fuera de los nuestros, sin su licencia dellos, si de otra manera no quisieren, cediendo aun á lo que podemos en esta parte. 4.° No cantaremos officio ninguno ecclesiástico, siendo contento Su S.d, como nosotros se lo supplicaremos. 5.° No tomaremos limosnas perpetuas, ni otras ningunas, por missas ó otro ministerio, ni ternemos caxeta en nuestra yglesia, y quanto podremos humillárnosles. Esto digo yo á VV. RR., como todo lo demás, no como superior, pues no lo soy, sino como consultor que podría ser. En lo demás que scriue el P. Chaues de la yndulgencia de la imagen, tiene á cargo el P. D. Rodríguez [3]: y se ha hallado la bula que piden de Burgos, y se despacha. Si no pudiere yr con este, yrá con el primero.

---

[1] Joannes Aldobrandinus. [2] Praeses consilii regii.
[3] P. Christophorus Rodriguez.

Esta se escriuió hasta aquí á los 26, y somos vltimo de Enero. Habló el cardenal Aldobrandino, que es el que trata por nosotros este negocio, al cardenal Morón, el qual ya auía hablado al papa en fauor de los frayles; mas auiéndole yo preuenido, supplicó á Su S.[d] que quisiese suspender todo este negocio hasta la venida de N. P. Respondió Su S.[d], y con dificultad, que era contento, si los Padres de S.[to] Domingo lo fuesen. De donde coligimos nosotros que el papa por ventura querrá que pase adelante la exequución del breue. Habló después el cardenal Aldobrandino [a] al papa, el [b] qual declaró asímismo harto esta su misma voluntad; aunque queda que replicar. Andamos aora por buenos medios procurando que el Morón persuada á estos Padres y á su general que consientan á la suspensión, á lo menos hasta que llegue N. P.

Padres, las cosas por acá en esta causa no van fauorables á nosotros, sino á la otra parte, y de gruesso; y aunque el papa ha mostrado que no sabe el recurso que allá han hecho al consejo, yo tengo por cierto que lo sabe, y que con su prudencia disimula. A nosotros no nos basta el ánimo de poner esta causa en comisión, porque la perderemos luégo, dando Su S.[d] como da á entender su inclinación claramente; y diziendo en el breue que deroga á nuestros priuilegios por esta uez: y ansí no hallamos otro medio sino alargar algún tiempo, como se procura, asegurando las consciencias y todo lo demás hasta que N. P. venga; y esto especialmente para que entretanto Vras. R.[as] allá procuren con todo el fauor de Su M., del cardenal, Ruygómez y de todos los que podrán, persuadir á esos Padres predicadores que sean contentos dexarnos en paz, como he dicho, etc.; y allende desto procurar que S. M. escriuiese al papa ó á su embaxador pidiéndole fuese contento desto, poniendo en ello algunos cardenales que de parte de S. M. hiziesen el mesmo officio; y que nosotros andemos no en puntos con estos Padres, sino en humildad y sumisión que desta manera espero que el Señor nos ayudará.

De Roma, vltimo de Enero 1572.

---

a *Aldrobandino* ms. —b *la* ms.

La copia desta se enbía duplicada á V. R., y á N. P. á Francia, etc.

15

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI GUNDISALVO ESQUIVEL

ROMAE, 4 FEBRUARII 1572 [1].

De lite domus toletanae, et de pia morte fratrum Truxilli et Cors, et P. Baptistae Madridii.

Pax Xpi., etc. Después de las que escriuí á V. R. triplicadas, tres ó quatro días ha, se ha atendido todauía por medio del cardenal Aldobrandino á persuadir al general de santo Domingo que sea contento de suspender este negocio de Toledo hasta que N. P. llegue [a], y el cardenal tiene esperança de alcançarlo. Yo me inclinaua de yr á hablar al papa, ó embiar al P. D. Rodríguez [2] á pedirle sólo esto; mas no ha pareçido ni al cardenal ni á estos Padres, y la causa que tienen es principal, temiéndose que uiéndonos el papa, no tome occasión de mandarnos que escriuamos allá peremptorie que dexen la casa; tanta es la persuasión de que Su S.d esté sentido. Yo uoy con tiento con la gracia del Señor, no perdiendo punto en que pueda ayudar, y guardándome de hazer cosa que no sea en prouecho de la causa, y siempre tengo esperança que el Señor lo ha de guiar todo á su mayor seruicio.

De N. Padre general he auido una carta de 3 de Enero, hecha en Sant Agustín [3], en que me auisa hauerme escrito el día antes otras desde Madrid, las quales no he aun reçibido. Por auer de ser esta común no sólo á los Padres de la casa de Toledo, mas también al Padre prouincial, se dará aquí [b] auiso á su R.a de al-

[a] *llege* ms. —[b] *qui* ms.

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573*, fol. 95. Incriptio: *Eidem*, scil. P. Esquivel. Vide epist. praecedentes de hoc negotio.

[2] P. Christophorus Rodriguez.

[3] «San Agustín: villa con ayuntamiento, de la provincia, adm. de rentas, audiencia territorial, y capitanía general de Madrid (6 leg.), part. jud. de Colmenar Viejo (2), dióc. de Toledo, sit. al NO de la capital del reino... al O del camino qué desde la corte, pasando por Buitrago y Burgos, va á Francia.» MADOZ, *Dicc. geogr.*, I, 161.

gunos defunctos que N. S. ha llamado desta casa estos días, y de otros que juntamente se embiarán en la póliza. El primero fué el hermano Francisco Truxillo, coadjutor temporal en la casa, á los 27 de Enero [1].

El 2.°, el hermano Juan Cors, último del mismo, antiguo compañero de la cámera de la santa memoria del N. P. Ignacio, del P. M.° Laynez, y al presente lo era de N. Padre general y del Padre vicario: hombre de gran edificación y obediencia. Murió de una calentura aguda y punta de costado; y con toda la pena que su enfermedad le daua, no cessaua de rezar psalmos y antíphonas, etc. [2].

El último fué el P. D. Baptista de Madrid, después de una muy larga enfermedad. Murió la vigilia de la purificación de nuestra Señora, auiendo él dicho muchos días antes que deseaua morir el día de esta festiuidad, y que lo auía pedido á N. S., y esperaua que su diuina Mag.^{d} le haría la gracia. Poco antes de espirar pedió á un Padre que estaua presente le dixiese alguna oración que excitasse á deuoción, la qual acabada, él de sí mismo dixo el «Pater noster», y poco después, sin ser á ello exhortado, hizo una protestación de la fe, diziendo que protestaua morir en la fe de la santa madre iglesia cathólica romana, y que si el demonio le truxesse delante alguna cosa en contrario, desde entonçes las desdezía y renunciaua, etc.: y finalmente diziendo el «Credo» y «Jesús», dió el spíritu al mismo Señor y Criador, de quien le auía recebido [3]. Su diuina Mag.^{d} sea seruido dar á ellos su gloria y á nosotros copiosa gracia con que perfetamente le

---

[1] «Sexto Kalendas Februarias Franciscus Truxillus pestilenti febre occubuit, qui Baeticus natione, ex militia terrena Senis ad caelestem sexto et quinquagesimo seculi eius anno transgressus, pauloque post in Siciliam missus:... multum in extruenda probationis domo ad Sancti Andreae desudavit. Cumque (ut illud fert pendulum opus, et plenum aleae negotium) ex alto collapsus, crura laesisset, sculptoris artem edidicit.» SACCHINUS, loc. cit., parte III, lib. VIII, n. 2.

[2] De sodale Joanne Cors, cf. *Monum. Ignat.*, Ser. IV, I, 297, 307, 310, et 314.

[3] «Is est, qui Naualcarnerensi Sacerdotio in eam rem, Pontificis assensu, collato, et Complutense collegium iuuit, et Naualcarnerense fundauit.» SACCHINUS, loc. cit., n. 4. Cf. ASTRAIN, loc. cit., II, 241.

agrademos. En los santos sacrificios y oraciones de VV. RR. mucho me encomiendo.

De Roma, 4 de Hebrero 1572.

16

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI FRANCISCO BORGIAE

ROMAE, 11 FEBRUARII 1572 [1].

De lite domus toletanae.

†

Padre, scrito il facto por la otra, agora diré lo que me occorre representar á V. P. Hauiéndose declarado tan claro Su S.d [2], io me [a] inclino puramente á seguir su voluntad con toda simplicidad, y scriuir y hazer con efficacia que los nuestros dexen las casas á los Padres de S. Pedro mártyr, y hazer que esta perfectión de obedientia conste para hazer fe in omnem euentum. El [b] modo sçabrá mejor V. P. y hallarán allá los nuestros. Hecho esto, no pienso repugne á la obedientia y respecto que deuemos al papa, que nosotros, si no immediate, saltem mediate, hagamos officio con el rey que de su parte ó de quien conuerná se ruegue [c] á los Padres de S. Pedro mártyr que de su voluntad cedan á su pretentión, y sean contentos dexar la Compañía en las casas con las

[a] *mi* ms. —[b] *Il* ms. hic et infra. —[c] *ruege* ms.

[1] Ex adversariis autographis, in *Epist. Natal.*, II, duplici fol., 212 (40). Videantur de litis toletanae negotio epistolae praecedentes.

[2] Hoc papae mandatum Borgiae in Hispania non relatum est, ut eruitur ex epistola Polanci ex commissione provinciali toletano data in itinere, dum Romam cum Borgia repetebat. En verba hujus epistolae: «Por esta uez se hará respuesta desde aquí á las que tenemos de V. R. de 17 y 18 de Enero, dexándolo para adelante al Padre vicario, que terná este assumpto con los demás propios de su cargo. De lo de la casa de Toledo solamente se offrece dezir, que nunca fué intimada á nuestro Padre una carta que dezían le mandaua escreuir el papa para que dexase la casa á los religiosos de sant Pedro mártyr, y acuérdome que en León quando tornamos á Italia me embió N. P. al cardenal Alessandrino para entender dél si tenía tal carta, ó alguna comisión de parte de S. S. sobre la casa de Toledo, y dixo que no tenía ni lo uno ni lo otro. Si otra cosa oviere de que avisar, harálo el Padre vicario desde Roma...» Ex Regesto, *Epist. Hisp.*, 1570-1573, fol. 97.

condiciones que quisieren (las quales he dicho ia io á V. P. [1] y repitiré en otro papel) y con esto no concurrir en acto ninguno iurídico que el consejo quisiesse hazer.

Si se alcançase de aquellos Padres este consenso, principalmente líbero, y que ellos rogassen al papa que fuesse contento, io tendría sperança que Su S.[d] sería contenta [a].

Occorríame, vltra desto: primero, que V. P. hiziesse officio con el legado, proponiéndole los inconuenientes que en esto se siguen allá, para que fuesse contento de representarlos á Su S.[d] por zelo de su autoridad; y en tanto que suspendiesse la intimatión de la charta á V. P. .

2.°, que ia que el legado quisiesse exeguir el mandato del papa, que ex verbis della charta de Rusticucci [b] (cuia copia tomará V. P. auténtica) se vea de qué nos podemos aiudar, para hazer más ó menos allá, ó tomar occasión de scriuir V. P. al papa.

3.°, demandar consejo al legado, si parescerá á V. P., para lo que allá se ha de scriuir; et sería vtil, si el cardenal nos quiere afauorescer, lo que sçabrá V. P.; breuiter: hazer antes de scriuir á Spaña todo lo que en corte, del legado, se podrá, y sperar commodidad de correo.

Y siempre me paresceria lo que antes destos puntos dezía: que se obedesca simplemente según la fórmula de la charta, y no concurrir actiue en nada que sea contra esto de parte del rey, y con esto poner rogadores á los frailes, etc.

Quanto al peligro ó scrúpulo de que haian sido y sean los nuestros excomulgados y irregulares, hauiendo celebrado, io negunno tengo, parte por hauerse absuelto por autoridad del mesmo juez commissario, el ministro della Trinidad, porque ahun[que] forçado la haia dado, factum tamen tenet. Y del contrario se sigue vna gran confusión en toda Spaña. 2.° Es claríssimo que la

---

a Prius haec sequebantur, quae Nat. obliteravit: *y quiero tener sperança que este negocio ha de sallir bien á maior gloria de Dios nuestro Señor.* —b *Rusticuchi* ms.

---

1 Vide supra, epist. 14.

excomunión no tenía in foro interiori fuerça por la suspensión del breue, que era cierta por lo que dixo el papa á V. P. de la suspensión hasta la buelta, et se confirmó por lo que dixo al P. Rodríguez.

Resta, Padre, que haziendo lo que deuemos, encomendemos al Señor el negocio con llena sperança que la mano benigna de su diuina Magestad se porná en ello y hará lo [que] será meior, y nos consolará para su seruitio.

Quanto á que acá se hiziese officio con el papa por embaxadores ó cardenales, me ha pareçido que no le agamos, por muchas causas que nos occurren por acá. De todos estos puntos he consultado á los Padres, y dicho al P. Ximenes que allí ua el pareçer de todos, que an dicho en congregación, confiriéndolo con ellos, y ansí yrá con ésta.

Esta noche una sajeta ha dado en el cordón soto l'ángel de Castel S. Ángelo y así ha caydo el ángel y quemádose la antena hasta quasi baxo.

Por esto no occurre más. A las oraciones y santos sacrificios de V. R. nos mucho todos encomendamos y la esperamos muy presto y con salud. De Roma, 11 de Hebrero 1572.

Alia manu. Parescer del Padre vicario á N. Padre general á XI de Hebrero. *Et alia:* Roma. 72.

17

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI GUNDISALVO ESQUIVEL

ROMAE, 2 MAJI 1572 [1].

De domus toletanae litigio.

Con esta embío á V. R. copia de una epístola del residuo de los mártyres compañeros del P. Ignacio de Azeuedo, y por no hazer pagar mucho porte no se embían más copias... N. Padre general, dende que acabó su obediencia en la casa de Francia [2],

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573,* fol. 179. Inscriptio: *P. Esquiuel.* Videantur de hac lite domus toletanae epistolae praecedentes. Nonnulla hujus epistolae, ad historiam minus utilia, praetermittimus.

[2] Id est, obedientiam summo pontifici praestitam, qui Borgiae injunxerat legatum pontificis, ad curiam regis Galliae se conferentem, comitari.

ha tenido mucho trabajo de enfermedades por el camino. Llegó finalmente con la gracia y ayuda diuina á Ferrara á los 19 de Abril... Ayer fué N. S. seruido llamar para sí la buena memoria del [a] papa Pío quinto... Yo no he escrito estos días otra cosa sobre el negocio de Toledo, porque estaua en los términos que se entenderá por lo que diré en esta, la qual será común al Padre prouincial y Padres de Toledo, como lo eran las que hasta aora he escrito en este negocio. Auiendo hecho lo último de potentia con el general de la orden de santo Domingo por medio del cardenal Morón su protector, y del cardenal Aldobrandino, que es muy afficionado á nuestra Compañía, para que quisiese aguardar á tratar deste negocio con N. Padre general, quando llegase á Roma; y no pudiéndose alcançar ni esto ni esperança de concordia alguna, sino la negatiua clara della, nos pareció á todos, por el manifiesto peligro que auía de que ó tuuiesen algún nueuo mandato ó espedición contra VV. RR., conuenir que io fuese á hablar al papa; y ansí lo hize á 8 de Hebrero; y la resolución de Su S.[d], después de cinco réplicas mías y del P. Dr. Rodríguez, que estaua conmigo, sin pedirle otro que la suspensión hasta la uenida de N. Padre general, fué querer Su S.[d] en todas maneras que la Compañía dexase essas casas á los Padres de sant Pedro mártyr, y que esto se haría escriuiendo Su S.[d] al cardenal Alexandrino que de su parte dixese á N. Padre general que así lo ordenase á los Padres de Toledo, á quien los de sant Pedro mártyr darían para esto término de tres ó quatro meses, dentro de los quales ouiesen de buscar los nuestros casas en que biuir, y ellos dineros con que pagar; y aunque se dixo á Su S.[d] todo lo que conuenía, finalmente estuuo muy firme en lo dicho, y daua razones para ello, y todo con mucho sosiego, mostrando no saber nada del recurso hecho al consejo real. El mismo día que uue esta respuesta de Su S.[d], escriuí una carta á VV. RR. dándoles el auiso para dezirles juntamente que estauan en buena conscientia, hasta que tuuiesen el orden de N. Padre general; mas uiendo que por esto ni por otras causas que entonçes me

---

[a] *de* ms.

occurrieron no era necessario que yo hiziesse tal officio, lo dexé, no auiéndome ordenado Su S.[d] que yo lo hiziese, supponiendo que á VV. RR. no les faltaría todo el consejo que yo les podría dar para obedecer al vicario de Xpo. con la humildad y perfección que todos deuemos, teniendo gran confiança en el Señor que, si camináremos con puridad y sencillez, nos ayudará siempre, como ha sido ayudarnos hasta aquí. Dos días después de auer hablado á Su S.[d] escreuí á N. Padre general esta resolución con vn correo que se despachaua á Francia un día después que S. S.[d] dixo ordenaría al cardenal Rusticucci [a], escriuiese al Alexandrino lo que he dicho. N. P., recebida mi carta, como quien va por el camino real de la santa obediencia, no aguardó á que el cardenal Alexandrino le hablase en el negocio, mas Su Paternidad le fué á hablar, y á preguntar lo que Su S.[d] mandaua acerca de las casas, etc. Respondió que no le auía escrito cosa ninguna; aora sea porque el papa huuiese mudado en vn día el parescer, aora porque con ocupación de mayores negocios, ó se oluidó, ó difirió este; mas no por esto dexó N. P. de proseguir [b] la perfeción de verdadero obediente, porque luego me escriuió dende León á seys de Marzo que de su parte hablase á Su S.[d] para que todo se hiziese como ordenase sin réplica, embiándome una carta para el Padre prouincial de Toledo, en que le ordenaua que executase á la letra todo lo que yo le escriuiría de parte de Su S.[d], á quien fuy en recibiendo el despacho y orden de N. P., que fué miércoles ó jueues antes del domingo de ramos, y hallé que la noche antes Su S.[d] se auía hallado indispuesto, y así no daua audiencia, ni la dió (aunque estuuo bueno quatro ó cinco días después de pascua) hasta que N. S. fué seruido llamarle, como he dicho; y así quedó el negocio en este estado. Hame parescido hazerlo saber á VV. RR. Venido N. P. se verá lo que conuendrá hazer...

De Roma, 2 de Mayo 1572.

---

[a] *Rusticuchi* ms. —[b] *prosiguir* ms.

18

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRIBUS EMMANUELI LOPEZ

provinciali toletano

ANTONIO ARAOZIO, JOANNI DE LEON, ET GUNDISALVO ESQUIVEL

ROMAE, 20 JUNII 157.. [1].

De domus toletanae litigio.

La segunda uez que hablé á S. S. le enformé entre otras cosas del negocio de la casa de Toledo, y antes que yo uiniese á suplicarle lo que se pretendía y lo que después le supliqué, me dixo S. S.: vosotros no queréys litigar. Respondí que no, sino que S. S. nos hiziese merced de mandar que ó este negocio se concertase allá, ó si no, le reduxese ad viam iuris. Eso ya sería (dixo S. S.) litigar. Por tanto conciértense, lo qual no queriendo los Padres dominicanos, volueréys á hablarnos en el negocio. Esto se aurá de tratar allá, y creo será con más uentaja nuestra, que lo fuera antes, si esos Padres vinieran á querer concordia quando se les pedía. Si todauía aora no la quisieren, hagan al prior otro requirimiento della, semejante al que se hizo en 22 de Março, y se embíe á Roma. Y aunque se vee claramente la buena fe con que allá se a procedido y respondido á la intimación del breue según la mente de Pío quinto, la qual sabían por tan fidedignos testimonios como lo son N. Padre general y el P. Polanco que allá hizieron relación della, sin lo que de aquí hemos escrito diuersas uezes, es á saber, que el papa Pío quinto luego que acudimos á él, entendida la concessión de aquel breue, ordenó que no se usase dél, sino que se concertasen ó viniese la causa á Roma. Esto mismo dixo segunda uez al P. Polanco, quando se partía con N. Padre general para España, y al fin tercera vez hizo que por su comissión lo escriuiese el cardenal Rusticucci [a] al Rmo. nuncio. Mas con todo esto, ad superabundan-

[a] *Rusticuchi* ms.

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573,* fol. 106v-107. Inscriptio: *Común al Padre provincial de Toledo, P. Araoz, P. Juan María de León, Esquiuel.* De hoc litigio saepius mentio fit in epistolis praecedentibus.

tem cautelam et quatenus opus esset, me ha parescido pedir á S. S. absoluiese ad cautelam todos los que auían entendido en este negocio, lo qual hizo muy liberalmente, y añadió que, si era menester, dispensaua en irregularidad etc. Esto por auiso.

Dios N. S. por su infinita bondad nos dé paz y concordia... etc.

De Roma, á 20 de Junio 1572.

19

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI GUNDISALVO ESQUIVEL

ROMAE, 17 AUGUSTI 1572 [1].

De domus toletanae lite.

En esta sólo diré á V. P. que, yendo ayer á hablar al papa, uue muy grata audiencia de S. S., y entre otros negocios le propuse el de las casas de Toledo, suplicándole mandase espedir alguna cosa con que in foro exteriori pudiésemos inhibir, etc. Su S.d respondió que no era menester sino que se reduxese [a] ad viam iuris el breue de la parte aduersa, y que aquí podíamos citar al general ó procurador del orden de santo Domingo. Esto doy por auiso, para que V. R. lo dé al prepósito y Padres de Toledo, y Padre provincial, y á quien más le pareciere. Querría que de Toledo se embiasse (pues se ha de tractar acá el negocio) una planta que comprehenda el sitio de las casas que aora tenemos, y de las que últimamente dexamos, y de los monasterios y yglesias de san Pedro mártyr y monjas de la—[b], señalando dónde son las puertas, las yglesias, los corrales [c], calles, etc...

De Roma, 17 de Agosto 1572.

---

[a] Obscure exaratum. —[b] Est verbum confuse scriptum. Forte legendum *Misericordia.* —[c] *coralles* ms.

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp.*, *1570-1573*, fol. 120v. Inscriptio: *P. Esquivel.* Vide epistolas praecedentes.

20

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI GUNDISALVO ESQUIVEL

ROMAE, 29 AUGUSTI 1572 [1].

De litigio toletanae domus.

... Después, tractando con práticos y auogados del modo como esto se auía de hazer, dizieron que era necessario proponerse el negocio en sennatura del papa, citando la parte á informar los cardenales y referendarios que son de la sennatura, que es el medio más fuerte y que menos nos conuiene, porque es formar lite en esta corte entre dos religiones insinnes; y la de sant Domingo tan potente, teniendo cardenales de su misma religión y otros muy principales que la fauorescen, y será cosa muy notada de todos, y muy pocos penetrarán á saber quién reciue agrauio ó no, sólo aduertyrán el perjuyzio y escándalo de que dos tales religiones litigan con tanto calor y uehementia, como se ue que han tractado este negocio hasta aora los aduersarios. Por lo qual estando yo muy auerso, como siempre he estado y estaré, de tratar por esta uía este negocio, determiné importunar terçera uez á S. S., pidiéndole tiempo y seguridad por 4 ó 5 meses para que se pueda tratar de ueras de concordia antes que auer de uenir á litigar formalmente como he dicho, y ansí se ha hecho este oficio ayer, y S. S. lo ha concedido, y dará un breue ó cosa que por estos meses suspenda el negocio, el qual se embiará hauiéndose espedido. Por tanto lo que yo deseo sumamente es que V. R. por su parte, y el Padre prouincial, y P. Araoz y Padres de Toledo por la suya, á los quales se escriue esto mismo, pongan por amor de Jesu Xpo. efficazmente todos los medios possibles y fauor del cardenal, de Ruy Gómez, y aun si fuese possible de S. M., para que los Padres de san Pedro mártyr quieran uenir á concordia, ofreciéndoles parte de las cosas de que yo embié lista los días passados [2], ó todas ellas, y otras que allá mejor sabrán.

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573,* fol. 121. Usus est hac epistola P. Astrain, loc. cit., II, 258. Vide epistolas supra de hoc negotio exhibitas.

[2] Vide supra, num. 14 hujus supplementi.

Porque realmente, allende del escándalo que he dicho, si el negocio viene en controuersia, aquí ternán bien que hazer. Y entiendan que á la Compañía no conuiene que el general ó quien tiene su lugar trate esto inmediatamente, si no fuere aconsejando y ayudando [a] á alguno que particularmente de allá venga á trattarlo; y ansí lo que de allá proponen, de embiar persona propria, no sólo lo aprueuo, mas digo que la embíen en todas maneras; y no sea qualquiera, mas que tenga auctoridad grande, intelligente y diligencia, y sea quien fuere para ello, que yo doy licencia al Padre prouincial para ello. Este ha de traer consigo por escrito plena información de lo que ay deste negocio desde su principio día por día, y las más escrituras antiguas que dél ubiere, fuera de las que acá tenemos, cuya lista será con esta...

De Roma, 29 de Agosto 1572.

21

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI EMMANUELI LOPEZ

provinciali toletano

ROMAE, 5 SEPTEMBRIS 1572 [1].

De toletano litigio.

... Después del auiso que 7 días ha dy de que S. S. auía dicho que daría al negocio de Toledo una suspensión auténtica por 4 ó 5 meses, para que esta se hiziese, se dió por orden de S. S. un memorial á su camarero mayor, el qual S. S., como Padre de todos y justo, mandó que se diese al general de santo Domingo, el qual hasta aora no ha respondido nada. Esto por auiso de que tanto más me confirmo en lo que siempre he estado, que por todas uías procuren de concordarse por todas las mejores uías y modos que se pudieren, como he escrito.

No se offrece otro...

De Roma, 5 de 7.bre 1572.

---

[a] *aydando* ms.

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp.*, *1570-1573*, fol. 122. Inscriptio: ***Prouincial de Toledo.***

22

D. GERARDUS BUSAEUS
PATRI HIERONYMO NATALI

XANTHIS, 9 SEPTEMBRIS 1572 [1].

De P. Xantheno Noviomagi retinendo.

†

Pax Christi. Rde. Pater. Etsi facie et nomine ignotus sim, tamen familiae nomen arbitror T. R. non latere. Busaeus sum, germanus frater D. Petri Busaei, apud viennenses theologiae professoris, et M. Joannis Busaei [2], qui proximo Nouembri Romam missus, in collegio moratur germanico. Societati me non addixi, sed cum tres habeam fratres Societatis, et a Canisiis, cognatis meis, viris in Germania celeberrimis, canonicatum xanthensem in Cliuia [3] acceperim, in quo pro mea tenuitate Deo et ecclesiae, tum altaris ministerio, tum concionibus seruio, non possum non Societati in primis fauere, et quoties ad me diuerterint Patres aut fratres, laetus esse hospes. Quemadmodum autem consultum velim Societatis Patribus, ita vicissim quibus possum modis per illos cupiam consultum reipublicae gelriensi, et in primis nouimagensi nostraeque vicinae Cliuiae. Ad quam rem promouen-

---

[1] Ex archetypo, in *Germ. Epist.,* XIII, duplici fol., 103, 104 (157). Quanam haec epistola occasione data fuerit, plane intelligitur ex iis, quae a Sacchino hisce verbis enarrantur: «Leodii,... Brugis, vbi Franciscus Costerus et Nicolaus Harlemius; et Neomagi in Geldria, vbi Joannes Zantenus memorabili successu conciones, disputationes, aliaque contra haereticos, et vitia pietatis arma tractarunt, collegia magnopere expetebantur. Sed geusiorum insani motus, et plus quam nimio per id tempus secundi progressus, moram plerisque bonorum consiliis afferebant. Venerat Neomagum Bransberga Zantenus, vt rebus sese domesticis expediret. Sed interim in suggestum productus, cum ciuium animos mire teneret, et subortis tumultibus vndique a rebellibus cuncta occuparentur; tanti vox eius existimata momenti est, vt diu retentus inuitus sit: dato portarum custodibus negotio, vt non minus exitu illum, quam hostes aditu prohiberent.» Loc. cit., parte III, lib. VIII, n. 233.

[2] De notissimis Societatis nostrae scriptoribus Petro et Joanne Busaeo (de Buys), cf. SOMMERVOGEL, loc. cit., et HANSEN, *Reinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens,* saepius.

[3] Kleveland.

dam, cum magnorum virorum authoritas quam plurimum valeat, precibus piorum vtriusque sexus nouimagensium ante menses aliquot impulsus sum, vt Reuerendissimo Ruremundensi Wilhelmo Lindano, domino meo ac Mecaenati semper obseruando, supplicarem, quo S. R. vellet hoc negocium pro viribus promouere. Quod certe ouium suarum amans episcopus non grauatim fecit; quia animaduertebat suae diocesi egregie prospectum iri, si piorum nouimagensium studium foelicem finem sortiretur. Cum vero votis apud episcopum potiti essent boni viri ac deuotae matronae, putabant nihil difficultatis superesse, maxime cum senatus omnem polliceretur operam, et capitulum nouimagense quoque fauoris signa nonnulla ederet. Sperabantque, imo non dubitabant, quin Societatis Patres singulares Deo gratias agerent, quod in ea ciuitate sedes suas nunc figere inciperent, e qua Societatis religio in Germania non exigua incrementa accepit. Esset hoc vere apostolicum. Apostoli enim mimima occasione quam latissime suum propagarunt euangelium, nihil minus curantes quam vt concionatoribus et ministris de lauta esset mensa prospectum, neque fuit illis curae vt ecclesiae ipsae multis ministris clarescerent, sed vt vbique parua quaedam fundamenta iacerent christianae pietatis, quae, tanquam euangelica grana sinapis, in amplas et altas excrescerent arbores, in quas volucres caeli, hoc est huius seculi magnates, inuolarent et inhabitarent. Adiicit Saluator in euangelio similem parabolam de muliere, quae, fermento accepto, abscondit illud in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum. Certe vna etiam mulier huius negocii foelicissima auspicia dedit, et omnem fere, adhuc viuens, substantiam suam obtulit, vt initia quaedam collegii videret, et ciuitati nouimagensi prouissum esset. Ego vero cum Rmo. D. meo, non de vna solum ciuitate, sed de tota diocesi, de finitimis prouinciis, Julia [1] et Cliuia, solicitus sum. Dices forsan, R. P.: quo haec vergant, nescio. Sed audiat T. R. Multum refert in omni re quis quid agat, atque ad suum finem vsque prosequatur. Huic negocio primam ansam praestitit pietas, eruditio,

---

[1] Julich.

zelus et singularis ad dicendum vis R. P. Joannis Xantheni [1]. Huius Patris concionibus adeo sunt inflammati nostrates, vt omnino cupiant initia quaedam collegii in ciuitate nouimagensi fundare, si per Patres liceat. In certis habent 300 aureos annuos. Domum vidua quaedam nobilis offert, eamque amplam satis. Episcopus, senatus, capitulum, pii quique non desinent promouere, vt breui integri collegii prouentus habeat. Hoc vnum tantum cupiunt, vt P. Xanthenum habeant huius rei moderatorem ad annum vnum atque alterum. Esset forsan nostratum pietas laudanda magis, si non in vnum Xanthenum oculos conuerterent. Sed infirmitati hominum concedendum est aliquid. Habent quoque quo sese nonnihil excusent. Fuerunt nouimagenses ab aliquot mensibus in summis periculis. Ipso die Pentecostes, nisi Dei singulari prouidentia detecta fuisset proditio, quotquot catholici sunt, trucidandi erant. Ab eo tempore, clausis portis, quotidie expectarunt ciues, vel hostem externum, vel intestinas commotiones. Neque vlla ciuitas est tam odiosa Geusarum factioni atque Nouimagium. Hinc mille excogitantur artes, vt eam ciuitatem subuertant, diripiant, incendant. Sed Dei gratia, piorum precibus, militum praesidio, ciuium pro rege et religione zelo, denique fido et inuicto P. Xantheni in concionibus labore, fortis adhuc perstat, nihil morata, quantumuis numerosum, principis Arantii exercitum. Quod si in hisce periculis Xanthenus suos desereret, quos ad obedientiam ecclesiae, regis catholici, et eius gubernatoris animauit, et in ea vsque ad extrema pericula retinuit, 400 ciuibus prae terrore et timore ciuitatem, suaque deserentibus; multi eam fugam admodum sinistre interpretarentur, non sine magna totius Societatis ignominia. Quis non diceret jesuitas grandiloquos esse et ore leonibus audaciores, reipsa timidissimos lepores? Absit a P. Xantheno, vt Societatem tali inurat macula. Multi quoque a regis et ecclesiae obedientia deflecterent, nemo posthac Societati faueret. Senatui, quamuis bellicis tumultibus occupatissimo, res haec adeo cordi est, vt

[1] Cf. epistolam P. Leonardi Kesselii ad P. Natalem, die 27 Maji 1572 datam, ubi plura de P. Xantheni ministerio in sua patria enarrantur. Eam edidit HANSEN, loc. cit., pag. 621.

cum audirent Xanthenum in Prusiam parare profectionem, non dubitarint omnem piis polliceri operam, vt mandatum hoc Patrum ob temporis et loci rationem reuocetur. Ante annos aliquot a nouimagensi senatu nemo hoc expectasset. Nouit R. P. Leonardus [1], coloniensis collegii rector, quid illi contigerit. Quid? si nunc, eius criminis poenitentia ducti, vltro offerunt, quod tunc, rogati, indigne respuerunt, audiendi non sunt? Audiantur, quaeso, qui nunc vitam pro aris et focis exponunt, pro rege et religione, et gubernatore Albano [2], vsque ad sanguinis effusionem decertant. Recipiatur et mea pro P. Xantheno, quamuis nullo beneficii genere sum promeritus, supplicatio. Vtatur illius opera Reuerendissimus in restituendis viuis templis, cuius per totam fere diocesim et templa direpta sunt, et ornamenta igne combusta, et homines misere seducti. Ruremundae plusquam turcica barbarie saeuitum est in totum clerum, in ecclesias et monasteria. 17 carthusiani gladio occisi sunt. Inter carthusianos vnus ex episcopi sacellanis cecidit, alter bis astrictus laqueo 100 daleris se redemit. Episcopi domus tota confracta est. In hisce malis habeat sanctus episcopus hoc a Societate consolationis, vt vir ille non denegetur S. R.tiae, quem cupit nouimagensium et clerus, et plebs, et senatus. Erunt alii, qui ad Prussiam mittantur. Perficiat opus hoc pietatis, qui incepit. Suo tempore licebit Xanthenum alio ablegare, vt evellat, et destruat, aedificet et plantet. Deus Opt. Max. T. R. ecclesiae suae et Societati diu seruet incolumem. Miserum statum inferioris huius prouinciae T. R. in precibus et quotidianis sacrificiis commendatum habere velit.

Xanthis, 9 Septembris anno [15]72.

T. R.tiae seruitor obsequiosissimus,

GERARDUS BUSAEUS.

Th. Li.

Inscriptio. Admodum Rdo. in Christo P. Hieronymo Natali, theologo et vicario Societatis Jesu. Romae. Adest sigillum.

---

[1] Kesselius (Kessel).

[2] Ferdinandus Alvarez de Toledo, dux Albanus, de quo saepius in tertio volumine epistolarum Natalis dictum est.

Alia manu. Xanctis. Ihs. 1572. D. Gerardus Busaeus. 9 Septembris.

23

P. HIERONYMUS NATALIS

PATRI JOANNI EMMANUELI DE LEON

toletanae domus praeposito

ROMAE, 12 SEPTEMBRIS 1572 [1].

De lite toletana.

Porque he escrito á V. R. dos uezes de quinze días á esta parte, responderé breuemente á la suya de 15 de Agosto, que después he reçibido; y allende que no conuiene que nosotros pongamos aquí el embaxador de S. M. por entercessor en el negocio dessa casa, como V. R. escriue, mucho menos conuerná uiniendo aquel Padre dominicano á negocios de S. M., porque por esta misma razón se ayudará y dependerá únicamente del fauor del embaxador, por lo qual con tanto más efficacia deue V. R. por todos los medios que pudiere, y especialmente del P. Dr. Araoz, procurar así la concordia como las cartas de fauor, que serán bien menester, si fuere possible, del rey y del cardenal y Ruygómez para S. S. y para el cardenal Boncompagno y embaxador, y aun para el cardenal Altemps y otros cardenales que allá parezca, que acá no perdonaremos á trabajo ni solicitud, etc. Entretanto llegará con la diuina gracia N. Padre general, porque á los 3 deste partió de Ferrara...

De Roma, 12 de Setiembre 1572.

Oluidáuamese del medio más á propósito, y es, que si D. Hernando de Borja no fuese partido, sería muy de desear que dixiese una palabra al rey, y tomase comisión de dezir otra de parte de S. M. á S. S...

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp.*, *1570-1573*, fol. 123. Inscriptio: *Prepósito de Toledo.*

21

P. HIERONYMUS NATALIS
PROVINCIALIBUS HISPANIAE
ET PP. RODERICIO, ARAOZIO ET ESQUIVEL

ROMAE, 20 SEPTEMBRIS 1572 [1].

Borgia Ferraria Romam se confert.

Esta es sólo para confirmar la buena nueua que ocho días ha escreuí de la partida de N. P. de Ferrara, que fué á los 3 deste, de donde en nueue días llegó á la santa casa de Loreto; cosa que no se esperaua según su flaqueza; mas las oraciones de la Compañía, y deuoción que Su P.[d] tiene á la Madre de Dios, se vee claramente quanto le han ayudado. Llegaron aquí ayer dos de sus compañeros el P. Gaspar Hernández y P. Juan Fernández: dexáronle alegre y con voluntad de proseguir luégo su camino á Roma, adonde, aunque no ha llouido, dizen los médicos que podrá entrar seguramente al principio de Octubre. N. S. le trayga con bien y dé la salud que le deseamos á mayor gloria diuina, y á todos su copiosa gracia para cumplir, etc...

De Roma, á 20 de Setiembre 1572.

---

[1] Ex Regesto, *Epist. Hisp., 1570-1573,* fol. 123v. Inscriptio: *A los cinco prouinciales de España, al P. Simón, P. Araoz y Esquiuel.* Cf. *Epist. P. Nadal,* III, 661-663.

25

P. HIERONYMI NATALIS
APOLOGIA PRO EXERCITIIS S. P. IGNATII [1].

Pag. 1 Quid exercitia, tribus viis [2]. Quorsum attineant. Quanta necessitas electionum, ne tam multi temere ac sine consilio vel ad religionem adeant, vel ad communem statum. Quemadmodum illa inuenit Pater. Quam necessaria philosophis, ex Cicerone et graecis. Quod pars prouidentiae consultatio humana per humana media, diuina per diuina. Xpus. docuit nos, cum in desertum secessit. Duae sunt viae: mandatorum, et consiliorum. Si vis, inquit Xpus. perfectus esse [3], etc. Si vis, age quod in te est per me per spiritum sapientiae et intellectus, vt inuenias consilium et fortitudinem et per reliqua dona operеris. Speculatiue

[1] Ex autographo, in *Cod. Vatic. 2*, a nobis in *Epist. P. Nadal*, I, XL-XLIV, descripto, ubi sub n. 12 inter alios codices recensetur. Duo exempla hujus Apologiae habentur. Primum, in praefato codice contentum, totum autographum P. Natalis, a P. Pinio in *Acta Sanctorum,* t. VII Julii, *Acta S. Ignatii, Comment. praev.*, n. 88, commemoratur. Alterum vero non completum, ab amanuensi exaratum et a Natali emendatum, inter Societatis manu scripta asservatur. Hoc secundum a nobis editum fuit in *Chronico* P. Polanci, III, 525-573. Cum autem illud typis commisimus, exemplum Vaticanum completum nondum videramus. Postea vero, utroque exemplo a nobis Romae collato, secundum ex primo transcriptum a librario et ab auctore multis emendationibus expolitum fuisse cognovimus, quas ibidem ad calcem diligenter annotavimus. Cum autem tum exordii, tum secundae partis hujus apologiae emendationem Natalis non absolverit, quae in altero exemplo desunt, heic inserere prout in autographo Vaticano habentur decrevimus, ut integrum hoc Natalis scriptum in hisce MONUMENTIS reperiatur. Paginas et folia crassioribus numeris indicamus; ex quibus foliorum notationibus clarius apparebit, quaenam in altero exemplo omissa fuerint; nam a pagina 1.ª ad 16.am habetur exordium, in altero ex. omissum. A pagina autem 16.ª ad fol. 165v habetur pars a nobis jam edita. A folio tandem 165v ad finem caetera hic exhibita continentur.

[2] Ex hisce argumentis, breviter tantum a Natali indicatis, apparet ejus mentem fuisse longius de exercitiis disserere. Et hoc in causa esse potuit, ut emendationem non ab exordio sed a folio 16.° inciperet, ut, data opportunitate, exordium longius protrahere posset; interea vero caetera emendaret.

[3] MATTH., XIX, 21.

malus homo potest scire veritates; non tamen quae illi prosint, nisi corde intelligant vt sanentur et lumen videant.

Quae illorum auctoritas: quis fructus.

Quis est qui scribit aduersus ea, qui, si nihil aliud certe quam spiritus sunt, per ignorantiam et [a] **2** animi offensionem vel auersionem ψυχικῶς [b] examinat, censorem se probet [c] doctissimorum atque praeclarissimorum virorum, qui experti sunt exercitia, magistri sacri palatii, vicarii summi pontificis, cardinalis, papae, ecclesiae, et in re fidei et morum illis impingit errorem: quod, si non est haereticum, quid est? Conferamus illos cum auctoritate, dein singulos sine illa tecum. Et quidem si ita statuamus hinc quos dixi priuatos homines sine dignitate, sine litteris, tamen tu ipse illorum cedis auctoritati. At mecum plures habeo. Scio vnum aut alterum: esto 10; age, 50; age, 100. Non tanti est momenti, etc.

Sed videamus quo animo agat: componamus illius hominem internum: accedit ad exercitia excutienda, iudicanda, et traducenda apud Illustrissimum [d]. Auctoritatem quidem [e] habet legittimam nullam, ac ne habere quidem potest, vt de re fidei et morum, per sedem apostolicam legittime confirmatam, censeat; nullam habet **3** auctoritatem publice, sed zelus domus Domini comedit illum credo: esto quidem; sed vide an secundum scientiam et potius ad illuminatos [1] tu accedas, nam solo zelo duceris, reiectis quae tibi erant omnia prius agenda: quis sit Ignatius; quemadmodum intelligantur exercitia; monendus vt frater primum; deinde adhibendi testes; deinde videndum quantam auctoritatem habeant exercitia; quem oppugnas. Putas tu Ignatium, et papam oppugnas [et] obsignatores exercitiorum, et damnas haereseos [f]. Dein non tam facile [debuisti] pronuntiare haereticam propositionem; qua in re si erres, te probas haereti-

---

[a] *et et* ms. —[b] Sic. —[c] Sic. —[d] *ill.m* ms. —[e] *quidam* ms. — [f] 5 verba praecedentia in marg. addita a Nat.

---

[1] *Illuminati* dicebantur haeretici quidam, gnosticorum, Molinosi, Lutheri, aliorumque haereticorum erroribus et vitiis infecti, de quibus fuse disserit MENENDEZ ET PELAYO, *Historia de los heterodoxos españoles*, II, 521 et seqq.

cum, vbi catholicam traducis enuntiationem. Postremo considerandum quod erat necessarium facere, vt se summittat ecclesiae, quae si aliter censeat, retractas quae dixisti. Aliter censuit ecclesia: quare tu effundis quae suspicatus omnia? ad extremum damnas te, **4** nostra commendas; nam quid est aliud hac in re tuum iudicium summittere iudicio ecclesiae, nisi quae tua sunt damnare te iam nunc vbi scires exercitia esse ab ecclesia confirmata? Expunge igitur quae scripsisti, lacera libellum.—Non, inquit, lacero; sed appello ad concilium a papa.—Vide ne solum sis e toletanis haereticis, sed etiam e germanis.—Non ad concilium, inquis, sed a papa male informato ad papam bene informandum.—Nunc quidem certo admiror zelum tuum. Errat papa in re fidei et morum: emergit nescio quis, qui pati non potest papam errare.—At id non dico; sed informo papam tantum.—Quid igitur damnas propositiones? Informas papam: quare non ad illum refers, sed potius ad vulgus? **5**—Ad Reverendissimum, inquis, refero.—Quid igitur? pluris est tibi vnus Reverendissimus quam papa? De errore papae appellas Reverendissimum?

Verum istum hominem instruamus ad exercenda exercitia et iudicanda. Jam primum vides apostolicas litteras exercitiis praefigi: quare consecrata haberi oportet: si quid offendit, id me arbitrabor non assequi ex humilitate: inquiram doctiores et qui cum theologia deuotionem atque spiritualem vitam coniunxerunt; si non qui e Societate, certe e permultis aliis vnum quempiam. Quod si doceri pigeret, tamen essent omnia boni consulenda, quae probauit sedes apostolica, essent ad bonam veramque partem interpretanda; nam si theologi orthodoxi oppugnant haereseos papam, quis tandem propugnabit? an expectemus vt id faciant germani? **6**

Dicas importune nos atque odiose facere, atque adeo insolenter, qui nostris erroribus papae auctoritatem protrudamus. Audi tu: hoc fecerunt semper omnes orthodoxi: illius auctoritati nisi sunt, cuius sententia ex X.[1] euangelio infallibilis est: nisi fortassis [a] tibi credendum est magis quam X.°, quam ecclesiae, quam papae.

[a] *fortasis* ms. hic et alias.

Sed seponamus, inquis, papam.—Nolumus, vt non debemus. Depone potius tu tuum iudicium; crede ecclesiae, vt symbolo confiteris, ex fide. Vide: sunt multa, in quibus, si seponis papae et ecclesiae auctoritatem, nihil erit vel quod ego defendam vel quod tu oppugnes; sunt enim permulta, quae sola auctoritate ecclesiae constant; nec propterea obediendum est sedi apostolicae, quod mihi videatur recte atque ordine iubere quae censet, sed **7** cum humilitate credendum consulte illam facere, etiamsi rationem ego ignorem, alioqui illud erit [a] tibi obedire, hoc est, tuae persuasioni. Quod si tuae, cur non potius papae? in his tamen, quae confirmauit sedes apostolica in exercitiis nostris, illud addendum quod, quae a sede apostolica probantur, ea in sacris literis continentur. Quid igitur petis vt rem et per sedem apostolicam et per sacras literas confirmatam in controuersiam voces et iudicium, rejecta auctoritate apostolica, praetermissis sacris litteris? Nunquam equidem cogitaui, inquies. Quid ergo est quapropter, quum bullam apostolicam legis, in qua vtrumque constat, **8** nihilominus tam atrociter pronuntias aduersus exercitia?

Quocirca nunquam existimes sic me pro exercitiis dicere, quasi de re controuersa contendam, sed ita tandem (etiamsi inuitus id faciam propter rei indignitatem) vt solemus de fide aduersus haereticos, pro obedientia summi pontificis idem [b] contra schismaticos [c] agere. Quamquam de te ego nihil censebo, sed tantum de tuis illis censuris celeberrimis.

Sed age, ad rem cominus. Lege fo. 1. fa. 2: «Cum filius Ignatius de Loyola [1]» etc. Quid tu, si Xpo. placet, fis repente de theologo rethor, de fratre satan, hoc est, aduersarius? Legisti fortassis ibi beneuolentiam ab persona aduersariorum captari, **9** si illos in odium, in inuidiam, in contemptionem illos adducemus. Itaque non putasti satis probatum iri te aduersarium agere,

---

[a] *illud erit illud* ms. —[b] Obscure exaratum. —[c] *schismaticis* ms.

---

[1] Haec sunt prima verba litterarum apostolicarum Pauli III, quae initio libri exercitiorum posita sunt, allegata a Pedrochio in sua censura, quae quidem verba ex folio 1.°, facie 1.ª praefati libelli deprompta fuere. Vide quae ad rem annotavimus edentes censuram Pedrochianam apud POLANCUM, *Chron.*, III, 503, annot. 3.

nisi hoc prooemio vtereris, atque in odium simul et contemptionem primum, dein in inuidiam vocares Ignatium illum, at pedetentim, saltem non ita, sed ἀθρόως, id est, confertim, vehementer, atrociter.

Odium, quod de haeresi notatus; contemptum, quod ita contemptiue eum nominas, et quod fugitiuus; inuidiam non satis consulte, vbi potentiam Ignatii et diuinam gratiam insinuas. Sed hoc est Deum in inuidiam vocare, nisi acute [a] dicas agere te et iudicas eius celebritatem, quae etiamsi adeo esse potest post lapsum vt electus sit, tamen tu contendis fortiter falsum esse ex sequentibus. **10**

Noluimus hactenus quidem virtutes Patris Ignatii praedicare; sed exemplo Pauli id nunc necessario, quasi in insipientia, faciemus. Summa eius vitae exponenda, et quod iam a principio litteras quaesierit, totumque institutum suum ordinasse contra lutheranos, et simul duos hominum erro[re]s: tum eorum, qui solam deuotionem, neglectis scripturis, etc., sectantur; tum illorum etiam, qui litteras sine deuotione amplexantur et amant. Duo haec censuit semper coniungenda, etc.

Aperte de persecutionibus dicendum, quod nunquam ab inquisitoribus notatus ac ne vocatus quidem, sed ab prouisoribus episcoporum, et ne ab his quidem notatus de minimo quidem errore. Acta extant Compluti [1] et Salmanticae.

Ex fama impingis atrocissimum crimen, vide quam consulte, quam theologe, quam xpiane.

Ex eadem fama vide quid contigerit Romae illis 4. **11** Vide Magistro Ioanni a Mercato [b] [2].

Fo. 5. fa. p.ª

«Haec documenta ac spiritualia exercitia», etc.

Quid tu? «Acerca desta letra», etc. Quid habes hic quod vi-

---

[a] Obscure scriptum. —[b] Post haec relicta est lacuna pro caeteris persecutionibus scribendis.

---

[1] Edita sunt a nobis in *Monum. Ignat.*, Ser. IV, I, 598.

[2] Has contra Ignatium persecutiones vide apud POLANCUM, *Chron.*, I, 67, 127, 169, etc. Item in *Monum. Ignat.*, loc cit., pagg. 96, 123, 148, etc.

tuperes? Num ignominia est [a] hominem esse hispanum? An quod hispanus sit et latine nesciat?—Nihil horum; sed caute, inquies, ago; viam expedio ad iniiciendam de illo suspicionem, qui hispanus sit, et sine literis, et de rebus spiritualibus scribat, vt facile videatur e numero fuisse derelictorum.—**12** Quid igitur? Nullus esse potest hispanus, qui latine nesciat, et de rebus spiritualibus vel loquatur, vel scribat, qui in suspicionem haereseos non incurrat? Quid si habeas tu deuotum tibi hominem, qui spiritum X.[i] hauserit, et tibi quae scripserit censenda tradat, tu probes, censebis hunc hominem haereseos sustinere suspicionem, quod hispanus, quod sine literis, quod de spiritu scripserit?—Non hunc, sed Ignatium censeo.—Hem! [b] vides quo te dejeceris: cuius ecclesia probat scripta, hispani, idiotae, eum tu in suspicionem vocas; qui tuo suffragio recte scripsit, eum liberas. Hoc nisi est spiritum habere alienum ab primatu Petri, nihil est; neque aliud quod propius accedat ad suspicionem haereseos.

At dices: ego necessarium argumentum non adduco: vndecumque adorno causam, quam suscepi.—Audi, obsecro te per Iesum. Si ratio ista certa non est, quare, frater mi, quaeris vnde nec tibi apparere syncera veritas possit nec aliis? **13** Quanto res erat candidioris animi et magis xpiani. bonam adducere fratri tuo opinionem, et nihil nec tibi nec aliis obducere ob oculos mentis impedimenti, quapropter tu de rebus iudicare liberius non possis nec verius. Quare non sequeris regulam quamdam exercitiorum, quam videris probare? etc.

Sed videamus nunc quid dicas. «Fuit Ignatius hispanus [1]», quasi vere [c] non sit. At ita potius dicendum tibi erat: «Est Ignatius hispanus, e prima nobilitate totius prouinciae hipuscuanae [d] in Cantabria, in qua prouincia adeo incontaminata fides catholica

[a] Obscure exaratum. —[b] Vix legi potest haec particula, eo quod charta consumpta fuerit. — [c] Non clare patet an *vere* aut *vero* legendum sit. — [d] Sic.

[1] En Pedrochii verba: «Acerca desta letra se ha de notar, y ponderar, que este Ignacio, ó Iñigo de Loyola fué español, y fué de tan pocas letras, que no supo, ni fué bastante para escrivir estos exercicios en latín...» Loc. cit., pag. 504-505.

conseruatur, antiquissime ea fidei constantia ac zelo sunt homines, vt nullum admittant neophytum, qui inter eos habitare possit, nullus post xpianorum. memoriam ex illis hominibus de minima haeresis suspicione sit notatus. **14** Hinc fuit consequens nullam debuisse surripere suspicionis opinionem de Ignatio. At vero sine litteris fuit. Vbi primum bonam exercitiorum partem scripsit, nondum litteras attigerat; nam postquam de terra egressus sua, de cognatione sua ac domo, vt primum se comparabat ad eluenda per contritionem et confessionem peccata, quae meditationes [a] illam vehementius iuuabant, illas in libello describebat. Tum, vbi meditabatur in Iesuxpi. vita, idem factitabat; sed ita tamen vt non illa solum, quae tunc scribebat, sed cogitationes omnes, quae spiritus viderentur, suo confessario, viro et pio et docto, summa diligentia ac fide manifestaret, necubi propter litterarum ignorantiam periclitaretur. Hactenus nihil nocet ignorantia humilis a catholico ac litterato iudicio gubernata atque probata. Nocuitne postea? Nihil minus. **15** Iam enim inde postquam deuotionem animi per exercitia illa concepit, totus propendere incepit ac ferri ad proximorum salutem procurandam; simul, vt hoc commodius ac liberius faceret, incredibili studio in litteras incumbere coepit in Hispania, deinde in celeberrima orbis xpiani. academia parisiensi, primum artes liberales, tum theologiam multos annos audiuit summa animi contentione ac constantia singulari, exercitio et fructu. Post consumata studia, congessit delibationes illas exercitiorum primas, addidit multa, digessit omnia, dedit examinanda et iudicanda **16** sedi apostolicae. Quid nunc dicis? Quid colligis quod litteras nesciuit, bone Pater? non potuit latine scribere? Potuit, sed noluit, vt simplici sermone [b]

Fol. 165r. Dicimus praeterea *absque differentia nos habere*

---

[a] *meditiones* ms. — [b] Ultima 10 verba obliterata sunt. Hic desinit prima pars apologiae, quae desideratur in alt. ex.; et sequuntur ea, quae a nobis jam edita sunt apud POLANCUM, *Chron.*, III, 527, quae ita incipiunt: «Perge. Item más, se ha de notar...» Desinit: «beneplacito et amore Dei: dicimus "absque differentia,,.» quae ultima verba et praecedentia hic repetita habes, ab illis «Dicimus praeterea...»

circa res creatas omnes; quod sic intelligimus ut uniamus voluntatem nostram ad Deum benedictum et ad fundamentum, quod inmediate ante posuimus, et ita egrediamur ad creaturas omnes, non amando illas vel eligendo, nec e contrario, nisi ex voluntate et beneplacito Dei. | Dicimus «absque differentia...», hoc est, indifferenter debemus moueri ad hanc vel ad illam creaturam, vt nullam differentiam in creaturis faciamus ex parte nostra vel creaturarum, siue, quantum in nobis vel in illis est, quod exponimus videlicet, quantum nostro libero arbitrio concessum est, et non negatum per praeceptum aliquod; quia illa omnia, quae praeter haec sunt, voluit Deus benedictus esse indifferentia quoad hoc; et ita dicimus non debere cum differentia nos ad illa habere, quae Deus indifferenter reliquit, vt vna re vel altera possimus, sine **166** sua offensa, immo cum merito et bona eius voluntate, vti.

Declarauimus conclusionem nostram, quam inter declarandum etiam aliquo modo probauimus, verumtamen de more scholae. Nunc de nouo probabimus: primum per scripturam sacram. 2.° per auctoritates sanctorum. 3.° per rationem. Sed primo loco ostendam quomodo ex superioribus sequitur; posuimus enim principium, quod creatus est homo vt Deum laudet ac reuereatur, eique seruiens saluus fiat, quod quamuis probatione non egeat, tamen probatur ex eo quod habetur | Deuter. [a] 6 et 10. Item Matt. 4. «Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies.» Et Prouer. 16. «Omnia propter semetipsum operatus est Dominus [b].» Item ex Psal. 118. «Inclinaui ad faciendas [1] iustificationes tuas in aeternum propter retributionem»; hoc est propter aeternam retributionem, quod est hebraice לעולם עקב Hinc quod 2.° loco diximus est notum, scilicet quod reliqua, quae sunt super terram sita, creata sint hominis ipsius causa, etc. Hoc clare dicit apostolus, 1 ad Cor. 3. «Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue

---

[a] Bis hoc verb. est in ms. —[b] Haec auctoritas in marg. addita est a Nat.

---

[1] Editio Vulgata (vers. 112) habet: «Inclinavi cor meum ad faciendas» etc.

mors, siue praesentia, siue futura. Omnia vestra sunt; vos autem Xpi., Xpus. autem Dei.» Hinc D. Thomas dicit omnia esse facta **167** propter hominem, non vt principaliter intentum, sed vt omnia sint ei vtilia ad finis sui consecutionem. 2. di i. q. 2. 3, et alibi saepe; quod voluit Aristoteles quoque dicere, vbi ait hominem esse quodammodo finem omnium. Vnus ergo est Deus, quo fruendum est, aliis omnibus vtendum. Inferimus igitur primum vtendum creaturis vel abstinendum, prout ad hunc finem conferunt vel obsunt, nam haec est ratio vsus et ordinationis ad finem; alioquin inordinatus esset vsus.

His stantibus, sic argumentor. Ad Deum tanquam ad finem vltimum homo creatus est, | reliqua vero vt hominem iuuent ad illum finem consequendum. Igitur vti debet tantum illis, quantum ad illum finem conducunt. Hinc subinfero conclusionem, de qua est difficultas. Ergo debemus, quoad in nobis relinquitur liberum, hoc est, quatenus illud non prohibet nobis Deus, et quatenus licite possumus, indifferenter in [a] creaturas ferri, nec magis vnam amare vel eligere quam aliam; vt scilicet soli voluntati diuinae haereamus, et ex illa atque eius amore concipiamus et amorem et electionem creaturarum. Et, vt puram omni ex parte conclusionem repraesentemus, aduertendum est nos non intelligere debere nos esse **168** indifferentes in vniuersali et (si velis) in animi praeparatione ad res omnes creatas, quae non sunt prohibitae, nam in vniuersali semper magis laudabimus et censebimus magis eligenda, quae sunt supererogationis et consilii, quam contraria, quod expresse facimus in regulis vltimis exercitiorum; sed in particulari dicimus atque in re ipsa, quantum attinet vt haec vel illa eligamus, melius esse vt ad creaturas indifferenter feramur, ac nihil de nostra voluntate adducamus, nec ex illis principium sumamus, vt illas eligamus vel amemus, sed ex illis principiis, quae superius posuimus ac probauimus. Hanc conclusionem, quamuis satis probatam, | intelliget, qui ad ea, quae diximus, attenderit. Ego tamen confirmabo, vt promisi me esse facturum.

---

[a] *in in* ms.

Inquit propheta, Psal. 72: «Quid mihi est in coelo, et a te quid volui super terram? Defecit caro mea et cor meum. Deus cordis mei et pars mea Deus in aeternum [1].» Haec ad Patrem Xpus., et in Xpo. anima, quae deuote inquirit Dei voluntatem sibi aperiri. Et apposite quidem, nam prius expressit propheta vim orationis et contemplationis, per quam inflammatur anima in amorem Dei superbenedicti, sedantur passiones, et per profundam **169** humilitatem vilitas propria ac proprium nihilum agnoscitur atque ignorantia. Hoc est enim quod dixit: «Quia inflammatum est cor meum et renes mei commutati, et ego ad nihilum redactus et nesciui.» Addit: «Vt iumentum factus sum apud te [2].» Sensum atque experientiam quamdam spiritualem hic humilitatis et sui abiectionis exprimit, quemadmodum in superiori versu. In his igitur consistens anima, ex pinguedine diuinae misericordiae atque experientia dulcedinis spiritualis (Tho., I. 2. 113. 5.) exit in quemdam actum fiduciae: | «Tenuisti, inquit, dexteram meam», hoc est, confirmasti, nam est hebraice אחזת, excellentem potentiam, meam voluntatem «et in voluntate tua deduxisti me», vbi aduerte latinum interpretem doctissime reddidisse בעצתך «in voluntate tua» quod tamen est «in consilio tuo» ad verbum hebraicum, quandoquidem omnia sciebat facere Deum ex consilio suae voluntatis, nec aliud esse in Deo consilium quam voluntatem determinantem. Per consilium, inquit, voluntatis tuae deduxisti me, ad gloriam scilicet coelestem. Deinde sequitur quonam pacto **170** eum deduxerit, quae scilicet est nostra conclusio. Totus a te pendeo (vt Job suspendium eligebat), Domine, nihil in caelo, nihil in terra amo, nihil eligo praeter te, vel in te, vel ex te. Deficit sensus meus atque etiam intellectus in abysso tuae infinitae bonitatis ac voluntatis. Iam [a] omnes operationes meae imperfectae agnoscant se imperfectas, cessent, abeant, hymber [b] recedat, sis Deus iam cordis mei, amoris mei, ea sit pars mea in tua aeterna substantia ac maiestate ac bonitate.

---

[a] Obscure notatum. —[b] Prius *imb*, quo deleto scripsit *hymber*.

---

[1] Ps. LXXII, 25, 26.
[2] Ps. LXXII, 21-23.

Sequitur ex his verum esse | quod dicimus in conclusione, quod indifferenter debemus nos habere ad amorem creaturarum quantum licet atque etiam in electione, nisi ex principiis, quae proposuimus, scilicet, ad Deum et quantum ad illum finem iuuant.

Probatur 2.° ex aliis locis plurimis sacrarum literarum, in quibus oratur Deus, vt viam suam demonstret. «Vias tuas, Domine, demonstra mihi et semitas tuas edoce me [1].» «Deduc me Domine in via tua et ingrediar in veritate tua [2]», etc., et alibi saepe, vbi oramus **171** ad duo spectantes: primum, vt in spiritu nobis commonstret viam Deus, per quam viam ad se veniamus. Ea vero [a] est mandatorum via, ad quae consilia diriguntur. 2.° petimus viam illam nobis vt declaret clementissimus Pater, atque inspiret quemadmodum extricanda sit et a luto, sentibus, latronibus, aliisque impedimentis purganda, vt facilior sit nobis per eam incessus. Sed luculenter ostendit | illam viam, non in creaturis ipsis, sed in Deo inuestigandam: tuam, inquit, viam in te, ex te, per te; in tuo enim lumine, vt videmus creaturas, ita in te illas amemus atque eligamus.

3.° Probatur; nam quo pacto desideramus nos superiores esse ad inordinatum, vel nimium, vel etiam imperfectum vsum vel affectum creaturarum, ita nos docet Xpus. «Primum, inquit, quaerite regnum Dei et iustitiam eius; et haec omnia adiicientur vobis [3].» Hoc idem expressit in oratione dominica, **172** vbi omnia referuntur ad finem supremum, vt scilicet nomen Domini santificetur et vt totum fundamentum nostrorum exercitiorum per orationem dominicam confirmemus, quod nos dicimus finem esse hominis vt Deum laudet et reuereatur, id est quod in oratione iubemur petere, vt sanctificetur nomen Dei; qui actus est charitatis in Deum. Quod 2.° loco dicitur «adueniat regnum tuum», hoc nos explicamus hoc modo: «eique seruiens, saluus fiat»; qui est spei actus. Jam quod 3.° loco petimus | vt «voluntas Dei fiat, sicut in coelo et in terra», id nos aperte docemus vt in nobis, in

---

[a] Haec 2 verba fere obliterata sunt.

---

[1] Ps. XXIV, 4. [2] Ps. LXXXV, 11. [3] MATTH., VI, 33.

creaturis omnibus fiat voluntas Dei, vt santificetur eius nomen, et regnum in nos adueniat. Nulli praeterea creaturae afficiamur nostra voluntate, sed diuina; et [a] qua nos creatura iubet uti Deus, illa vtamur: in alias vero, quas nostrae libertati reliquit eligendas, nostra voluntate non feramur determinate, sed indifferenter, vt vtrumuis Dominus quacumque via veritatis commonstrarit, illud sequamur, illud [b] **173** facile boni consulamus. Adde quod regula haec sit rerum omnium, quas [c] in oratione petimus vel desideramus, quae necessariam non habent cum fine vltimo coniunctionem, qualia sunt exempla, quae nos adducimus, sanitatis, aegritudinis, honoris, contemptus, vitae breuis ac prolixae; horum enim haec est regula, vt fiat Domini voluntas in illis. Itaque etiamsi sanitatem potius petamus a Deo quam aegritudinem, tamen necessum est vt addamus (quod Xpus. in horto [d]) vt fiat voluntas Domini, atque necessario ad indifferentiam redeamus; ex quo intelligimus, vbi de rebus indifferentibus orandum est, necessario esse nobis adducendam etiam, antequam oremus, indifferentiam, siue quod in nobis, siue quod in rebus est, | atque vt vtrobique ex voluntate Dei pendeamus atque ex coniunctione rerum illarum cum fine, quo actiones omnes nostrae spectare debent. Quod haec indifferentia non constet, impatientiae emergunt, blasphemiae, desperationes, inobedientiae, inquietudines.

Dicas fortassis [e] hoc loco discessisse me ab scholastica dictione et odiose agere grammaticum. Recte admones; sed consilii mei rationem ego exponam, quam confido tibi probatum iri. In schola equidem versatus sum ac disputaui duplici stylo: alterum in principio huius loci repraesentaui, qui fuit in scholis [f] peruulgatus. Hic mihi quidem non displiceret **174** propter eius simplicitatem atque libertatem, nisi illa libertas in barbariem quamdam abiret et imperitiam, insolentem subinde. Itaque etiam Lutetiae ille stylus abrogatus est; successit vero sensus quidam ac ratio scholasticae concertationis ac simplicitatis, omnibus affectibus

---

[a] Haec particula addita est a Nat. stilo lapideo supra vers. — [b] *illud* bis habetur in ms. — [c] Emendatum ex *quae*. — [d] *in horto* additum a Nat. in marg. — [e] *fortasis* ms. — [f] Emendata haec 4 verba a Nat. ex *qui fuit olim apud sophistas*.

seclusis, sed ita tamen vt puritas latini sermonis conseruaretur vtcumque, ac scholae simul permulta vocabula, nonnullae etiam phrases permanerent; | verum hac lege ne in anxias grammaticorum regulas iurasse videamur, nec si quid in vsu non est classicorum auctorum, id continuo barbarum dicamus atque exsibilemus, quod est misere sine spiritu ac grammatice loqui theologum, nam cui theologo verba ab Spiritu sancto a catholica atque orthodoxa ecclesia, a sacris doctoribus vsurpata atque consecrata sordent ac putent, quis non misere ac prophane dicat theologum? Verba igitur scripturae sanctae illiusque phrases lumina sunt illustrissima orationis, quibus luminibus **175** diuine effulget theologi doctoris disputatio. Atque vtinam hoc ferret, vel humana imbecillitas, vel malitia, et ad tantam spiritus efficaciam attingerent theologi, ut aliter loqui non liceret, quam vt sancto Spiritu inspirante locuti sunt sancti Dei homines, quorum erat «sermo et praedicatio non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, vt fides nostra non esset in sapientia hominum, sed in virtute Dei [1].» Sed hanc nobis libertatem eripuit hinc hominum infirmitas, | quibus vt plurimum placet latinarum literarum splendor, illinc haeretici, qui hac praesertim tempestate garrulitate linguae aduersum nos petulanter abutuntur. Simul intelligimus mysterio atque dispensatione diuina factum in ecclesia primitiua, ne, si per persuasibilia verba, hoc est per artis rethoricae artificium, praedicaretur euangelium, atque reciperetur, virtus [a] illa videretur humana, quae non erat. Quocirca simplici ac contemptibili sermone sola coelestis ac diuina virtus in apostolis operabatur excellenter. Itaque **176** ad miraculum hoc quoque spectabat, quemadmodum aliae supernaturales operationes, alia spiritus dona ac gratiae, quorum ille erat finis, vt virtute diuina atque auctoritate constaret euangelium; quo constituto atque recepto, vt cessarunt miracula, dona, gratiae, ita necessitas communis illius phraseos amplius necessaria non fuit; sed quod virtute diuina fundatum est, omnibus bonis

---

[a] *et virtus* ms. Sed *et* superesse videtur.

---

[1] I Cor., II, 4, 5.

artibus, studiis, linguis, diligentia, industria ornandum, suspiciendum est, atque extollendum.

Hanc rationem, quod stylum mutarim scholasticum superiorum temporum, spero | tibi visum iri non ineptam. Caeterum, vt ad confirmationem conclusionis reuertar, hanc, quam nos consulimus, indifferentiam vsurpat frequenter Paulus, ac superiorem animum ad creaturas, «per arma, inquit, iustitiae, a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam [1]». Et alibi: «Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, scio et humiliari, scio et abundare, vbi et in omnibus institutus sum, et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati [2].» Haec satis multa ex scripturis ad nostram conclusionem **177** confirmandam

2.° probo eamdem ex sacris doctoribus [a] |

178 3.° loco ex ratione recta argumentor. Finis est tota causa, quapropter, quae sunt ad finem, appetantur; at creaturae ad Deum spectant, tanquam ad finem; tota igitur ratio, quapropter vel eligantur vel reiiciantur, Deus est ac Dei voluntas. Vbi igitur ignoro, non debeo ad vnam magis quam ad aliam affici; ignoro autem Dei voluntatem, vbi nullum habeo praeceptum: quare, antequam ad vnam potius quam ad aliam partem | inclinem, longe melius est ac magis conducibile, purgata mente, ad Deum consulendum per orationem accedere, adhibere pia exercitia, euangelicas meditationes, censorem praeterea atque instructorem, necubi quauis deceptione caecutiam. Quae est summa nostrae huius propositionis, atque adeo nostrorum exercitiorum.

179 Confirmatur ratio haec; nam, cum creaturis vtendum sit, non fruendum, nulla enim maior est peruersitas (vt inquit Augustinus) quam frui vtendis, vel vti fruendis [3]. Solus autem verus Deus est, quo fruendum est. Constat igitur rationem vsus inde

[a] In marg. haec notavit Nat.: *Relinquuntur 3 aut 4 folia*. Ex hac animadversione et ex omissione argumentorum ex sacris doctoribus, intelligitur cur reliquerit auctor fere totas paginas 177 et 177v vacuas, ut in iisdem scilicet postea scriberet illa argumenta, quae tandem non scripsit.

[1] II COR., VI, 7, 8. [2] PHILIP., IV, 12.
[3] *De civit. Dei*, lib. XI, cap. XXV.

petendam, quo referri debet, et id quidem per eius, quo fruendum est, voluntatem et rationem. Vbi igitur de illa non constat, illa ratio primum est expedienda prudenti ac pio viro, qua ratione creatura vtendum sit; et prius quam hoc fiat, nihil definiendum; quod nos docemus. Ad haec | quandoquidem voluntatem Dei in rebus ipsis praecepta faciunt, tamen etiam consilia manifestant, nam praecepta et quid in rebus diligere debeas praescribunt, et quid sine culpa diligere non possis; consilia vero hoc solum praecipiunt, vt ne contemnantur quae consuluntur. Praeter haec, libera nobis omnia reliquit Deus noster, quod ad obligationem attinet. Deme igitur haec a creaturis, nihil erit in ipsis quapropter vnam potius quam aliam cogamur eligere. Atque nos illa seponimus, vbi dicimus «quod in nobis, quod in libera nostra voluntate, in libero arbitrio situm», hoc est, si praeceptum non est, **180** vt illa seligamus; item, quatenus non sunt prohibita. Itaque, quae nec iubet Deus vt amemus, nec iubet vt non amemus, quid mirum si nos in illa indifferenter feramur, et quid a nobis amari velit Deus inquiramus in his rebus, quas Deus ipse indifferentes nobis facit luculenter? Atque adeo res eo redit, vt nescias quo te vertas, quo potius animum adiicias tuum. Haec vero est quam nos indifferentiam dicimus.

At dicas: scimus voluntatem Dei per consilia: quare indifferentiam **182** inducere non debemus. Ad hoc audi quid tibi respondeam. Deus per consilia nihil praecipit, nisi vt ne illa aspernemur. Nos vero hoc addimus, vt illa in communi quadam animi propensione eligamus atque in animi nostri praeparatione, nam id dat etiam indifferentia humilis, quam conamur adhibere. Consulit quidem Deus | paupertatem, non praecipit; non castitatem caelibem, atque adeo addit: «Non omnes capiunt verbum istud. Qui potest capere, capiat [1].» Admonet etiam aedificaturo turrim, vt sumptus ineat rationem, qui sumptus ad turrim consummandam sufficiat [2], hoc est, num Spiritus Sanctus, qui illum impellit ad consilia, tantum gratiae illi polliceatur, vt consiliorum difficultatem, praesertim perfectorum, id est, eorum, quae per vota

---

[1] MATTH., XIX, 11, 12.

[2] LUC., XIV, 28.

confirmantur, illo adiuuante, subiturum se speret. Haec cum ita habeant, consulere Xpum. intelligimus, quae supererogationis sunt; **183** sed ita consulere, vt nec praecipiat, nec consulat esse suscipienda temere, sed cum maturitate consilii et virium exploratione in spiritu et veritate. Huc enim spectant, quae commentantur sacri doctores in cap. 19 Matthaei. Chrisost. inquit: «Non omnes capiunt verbum istud, id est, non omnes hoc possunt.» Et Hieronymus: «Qui potest capere capiat: vnusquisque, inquit, consideret vires suas, vtrum possit virginalia et pudicitiae implere praecepta; per se enim castitas blanda est, et quemlibet ad se alliciens; sed considerandae sunt vires, vt qui potest capere capiat.» Quod et Paulus monet: | «Melius est, inquit, nubere quam vri [1].» (Tho., 1. 2, q. 108, a. 2., ad primum.) Et haec quidem sunt in consiliis omnibus, in illis praesertim primariis castitatis, paupertatis, et obedientiae, ad quae reliqua fere reducuntur.

Itaque indifferentiam ad ea quoque, quae ad consilia pertinent, nos adducere debere docemur, et non subito ad ea esse irrumpendum, nisi selecta nostra esset vocatio, et cui resistere vix possemus, diuino instinctu trahente; quo in genere nos tradimus primum modum electionum; in aliis vero, vbi non liquet, longe est melius si, proposita indifferentia, voluntatem Dei disquiramus; verum eo animo, **181** [a] vt quocumque vocauerit Deus, eo sequamur propense, illud suauiter amemus. Atque adeo ratio consilii in vniuersum propositi, quemadmodum euangelica proposuit Xpus., illud videri potest insinuare, quandoquidem non singulis, sed in vniuersum omnibus proponuntur, vt singuli consulant primum num ad eos consilium attineat, quod est compertum singulis non esse propositum.

Ad haec, si tibi non satisfaciant, quae dixi [b], vide ad finem fundamenti quid dicamus, quemadmodum rem totam concludamus: eo nostram indifferentiam spectare, vt ea solum eligamus, ea desideremus, quae conducunt magis ad finem nostrae creatio-

[a] Emendatum a Nat. ex *quae de consiliis dixi.* — [b] Folia 181-183 ordine praepostero in codice habentur.

[1] I Cor., VII, 9.

nis consequendum. Quod vero inquit Thomas postremo articulo 2.2., non esse de sui animi proposito consulendum ei, qui ingressurus religionem est, de illo nimirum est intelligendum (vt vestri expositores declarant), qui bene est dispositus. Alioqui, vt illam dispositionem adipiscatur, orationibus (inquiunt), qui bene dispositus non est, det operam eleemosynis, purificet conscientiam, audiat praedicationes; denique hoc praecipiunt, vt consulat: consulere autem quid est nisi de fine certum esse hominem, media quaèrere, quae antea quam constituat, necessum est ad illa indifferentem esse; quod nos docemus. Addam rationem | vnam, quam si exposuero, accedam ad tuorum argumentorum dilutionem. Nam si hoc verum non est, quod nos affirmamus, da tu oppositum. «Est creatus homo, vt Deum laudet ac reuereatur, eique seruiens, saluus fiat. Reliqua vero, quae super terram sunt sita, vt iuuent hominem ad illum finem creata sunt, nec illis est vtendum, abstinendumue, nisi qua ad finis prosecutionem conferunt vel obsunt.» Et tamen haec cum ita sint, non debemus per te absque differentia nos habere circa res creatas omnes, prout libertati arbitrii subiecta sunt et non **184** prohibitae, nec solum illa desiderare, illa amare, quae magis conducunt ad nostrum finem. Nos dicimus contrarium esse melius; tu hoc melius. Illi igitur, qui ad vitam spiritualem vult aspirare vel de statu suo consultare, positis illis principiis, quae necessarium est ponere, Deum esse vnicum omnium finem, creatura solum ad illum finem vtendum, illi inquam consules pro suo arbitratu, vbi nullam nouit voluntatem Dei, quae illum obliget, nihil quod prohibeat, vbi nihil uideat, quod magis ad finem illum consequendum iuuet, consules huic, vt creaturae vni magis quam alteri afficiatur; quod | nihil est aliud quam temere ad res ferri, et inconsulte; praeterea ad meliora occludere viam; ad haec voluntatem Dei non constituere tuarum actionum principium ac motricem causam, quae scilicet tibi non constat, quorsum inclinet magis. Adde quod tibi gradum faciàs ad tentationes atque obturbationes mentis sexcentas, si tibi contrarium eueniat quam elegisti, vt si, quum eligas potius paupertatem [a] vel sanitatem, si ad pauperiem redigaris,

[a] Sic; at *divitias* sensus phraseos postulare videtur.

aut misere aegrotes vel dolore conficiaris. Ibi enim omnia tibi erunt acerba: principium nullum erit tibi, quo nitaris, nisi humanum, fluxum, incertum: hoc te magis affligit. Tum percipies tandem melius fuisse facturum, si in indifferentia constitisses, vel vt consulte elegisses. **185** Breuiter: quod careamus fere omnes hac indifferentia et abnegatione proprii affectus ac voluntatis, facit vt misere affictetur, cui naufragio merces perierunt; alius vt impatienter ferat mortem, vel suam, vel suorum; alius, propterea quod gratia principis exciderit, tristitia absorbetur. Haec est propria voluntas et immortificatio, quae corrumpit intus [a] monachorum religiones, hinc inobedientia, hinc desideria inutilia, mala, peruersa, | hinc deprauatio omnium ordinum, hinc bella, seditiones, omne opus malum. Vtinam non tam late pateret ac peruagaretur haec calamitas! et, abnegata nostra voluntate, tantum in rebus desiderandis, eligendis, amandis nihil de nostra voluntate adduceremus, sed toti spectaremus ac penderemus a Dei voluntate; atque re aequalibus [b], quod Deo magis placere esset compertum, id toto pectore amplexaremur!

Sed venio **186** ad tuorum argumentorum dissolutionem. Primum argumentum ex scriptura confirmare autumas: reliqua omnia, duce natura, si Xpo. placet. De scriptura igitur dicamus primum. Ita orat Selomon: «Diuitias et paupertatem ne dederis mihi, Domine, sed tantum victui meo tribue necessaria [1].» Quare ad illa tria non est indifferentia inducenda. Ita tu. At vide quam tecum liberaliter. Si tu audeas similiter orare, ego tuae censurae subscribam continuo. Age: tu votum habes paupertatis solemne. Ora: «Divitias mihi ne concesseris.» Recte. «Paupertatem ne dederis.» Adde si velis, vt Selomon, «ne furari | cogar, egestate oppressus». Vide quid dicas: professione, vitae statu, voto, pauper es: non potes paupertatem, Pater mi, non deosculari, non desiderare, non amare, non habere in deliciis. Quare ita orare non potes, ne voti tui, professionis, status tui sis praeuaricator. Ad te igitur illa scriptura non pertinet. Num ad eum pertinebit,

---

[a] Obscure scriptum. —[b] Obscure notatum.

---

[1] PROV., XXX, 8.

qui bonae spei plenus ad consilia X.[i] Jesu aspirat, et, diuenditis quae possidet, pauper pauperem Xpum. sequi desiderat? Nihil minus. Ad quem igitur? Ad nullum, vel qui X.[i] Jesu consilia amplexatus est, vel qui desiderat amplexari. Constat ergo **187**
illis conuenire solum orationem illam, qui statum perfectionis nec sequuntur, nec sequi volunt. Breuiter: illis, qui in imperfectione status consistunt, ac praecepta solum suscipiunt, non etiam consilia. Ab his illa oratio non est aliena: ab aliis est vel maxime. At nos illos non instruimus, ad illos non loquimur, sed ad eos solum, qui, etiamsi statum perfectionis nec acceperunt, nec desiderant, ita tamen se comparant, vt Dei voluntatem inuestigent, vt compertam et boni consulant, et libentissime exequantur, | quocumque vocet, quamcumque viuendi rationem praescribat. Nihil igitur ad nos pertinet ille locus, nihil pugnat aduersus nostram propositionem. His consultum est indifferentibus [a] esse. Illi possunt sine indifferentia seruare mandata, et per illa ad vitam ingredi in X.[o]. Hoc tamen vide: etiamsi hi ipsi possint ita orare, melius tamen cum illis ageretur, si ad indifferentiam illam conuerterent orationem. Quod addis ex Paulo, miror quod non etiam contra nos cites 4.[am] dominicae orationis petitionem [b]; nam alimenta et quibus tegamur, panis est quotidianus, quem petimus omnes, hoc est victui et naturali conseruationi necessaria; quae petitio cum illa indifferentia ad diuitias et paupertatem constat plane; non enim paupertas religiosa illa intelligitur, vnde plane quotidiano pane, alimentis et quibus tegamur, hoc est naturali et necessaria sustentatione, profiteamur nos esse priuandos; sed qua proprietate rerum nos abdicamus. Itaque, constante perfecta rerum abdicatione, petimus panem nostrum quotidianum et alimenta ac quibus tegamur; in quo sensu illud etiam Selomonis interpretari possumus: «paupertatem ne dederis mihi» nec desit mihi victus, iuxta meam vitae vel status rationem; et hoc quidem est, quod hebraice exprimitur הטריפני לחם חקי: «Excerpere mihi concede» id est, «victum, panem mihi

[a] Emendatum est ita, ut non discerni possit an *indifferentibus* vel *indifferentes* tandem relictum fuerit. Verb. *esse* iteratum est. —[b] Bis hoc verb. est in ms.

conuenientem.» Quod sapienter latina versio: «Tribue victui necessaria.» Nihil vero hoc ad statum paupertatis, nec illam tollit indifferentiam.

188 Iam, quod ex lege naturali, inclinatione naturali, habilitate naturali colligis identidem, si philosophus esses tu naturalis, non etiam theologus xpianus., putarem a te aliud nihil desiderari posse, nisi quod tu posses per naturam consequi, nec, si supra naturam assurgere non posses, propterea mirandum esse censerem. Verum vbi scias, vir doctissime, praeter naturalem atque humanam legem, esse insuper legem diuinam necessariam vt homo ad supernaturalem finem dirigatur (1. 2., q. 91., ar. 4.), qui finis proportionem naturalis facultatis et humanae excedit, quum scias legem xpianam. legem esse | fidei, legem spiritus inditam (Ad Rom., 3 et seq.), id est, supra id quod naturaliter assequi possumus; vbi intelligas satis non esse, vel naturae legem, vel scientias naturales, ad beatitudinem consequendam (p.ªp., q. p.ª, ar. p.º); haec quum scias omnia, quippe qui theologus es, et quidem solida diui Thomae doctrina imbutus, quid tibi venit in mentem vt totus his tribus censuris in naturae fidem ac potestatem te traderes, et theologum te esse obli[vi]scereris?

At vide, bone Pater, quorsum tibi res redierit. Vno verbo iugulo tibi omnia naturalia argumenta; **189** vt, si nihil addiderim amplius, nullus possit iure quicquam praeterea desiderare. Quae nos dicimus, Pater, omnia praeter naturam, supra naturam sunt, ut puro spiritu euangelico, et quidem qui ad perfectionem ducit, desumpta. Iam [a], si tu velis naturam sequi, nihil intercedimus, modo nihil quam diuina praecepta admittas. Sed uide ne religio te xpiana., ne tua ab ista via reuocet, vt non ita naturam sequaris, quin si aliquid praeterea, quod supra naturam sit, tibi, qui supra naturam est, Deus, vel iubeat, vel consulat, vel gratificet; illi inspirationi, illi gratiae, tu, illi praecepto vel consilio cordis tui ostium occludas. Igitur tu colliges, quantum vel potes vel vis, esse [b] indifferentiam, qua legem naturae, qua inclinationem, qua habilitatem. | Nos vero ita confitebimur: supra naturam indiffe-

---

[a] Haec partic. addita a Nat. in marg. — [b] Sic. Forte legendum *non esse*.

rentiam esse, vt legem X.[i], vt gratiam Dei, vt spiritum, vt consilia X.[i], vt mortem pro X.[o] desiderare, oppetere, vt inimicum diligere, vt animam ponere pro ouibus, et, vt semel dicam, quae puri sunt spiritus et purae fidei omnia, vt [a] naturae facultatem excedunt. Iam, si haec contra naturam sunt, nostra quoque indifferentia contra naturam erit. Quod si haec non solum non sunt contra naturalem legem, sed illam potius iuuant, Deo illam subiiciunt, ex illis sumit vires natura, nihil est quod naturam contra nostram indifferentiam armes.

| Fo. 58. fa. 1.

«Quum oporteat per affectum ex Dei amore coelitus infusum fieri electionem», etc.

Fere exercitia nostra ad electiones status vitae xpianae. spectant, vt constat ex annotationibus primis, ex fundamento, ex ordine meditationum, ex regulis de discernendis spiritibus, quae ad primam vel quae ad 2.[am] hebdomadam pertinent; breuiter: ex tractatu de electionibus tam diligenti. Sine electionibus tamen et tradi possunt exercitia, et traduntur frequenter, illis scilicet, quibus de statu vitae nihil est quod ambigant vel consulant, tametsi nullus **192** [a] est, cui non sit operae precium aliquando aliqua de re consultare, vt est hominum vita varia atque incerta. De electione vero rerum, quae ad finem conducunt, ita docemus, non enim consulimus solum quid satis sit ad finem consequendum, sed quid melius sit, quid vtilius, quid expeditius, quod nullus non boni consulat, si X.[um] imitati, homines ad meliora manuducamus cum illius gratia. **190** Praescribimus ne praepostere circa finem et eorum, quae ad finem ducunt, electionem versentur ii, quibus deliberandum est; quod fit vbi primum media considerantur, in illis affectus figitur primum, deinceps ad finem illa coaptantur, quasi, qui deliberant, finem ad media inflectere debeant pro suo arbitratu; quod contra factum oportuit: primum finis contemplandus atque animaduertendus, cum accurate, tum pie ac deuote, deinde ratio mediorum ineunda

---

[a] Obliterata videtur haec particula, sed non clare apparet. — [a] Folium 192 ante folium 190 exhibemus; eo quod in codice perperam post 191 positum est, prout ex ipso scripto elucet.

ac suscipienda, quod | vtinam tam fieret ab omnibus frequenter, quam est exploratum rarissime obseruari; satis enim habetur vulgo, vt, si quae eliguntur media ad finem ducere possint quoquo pacto, vt si obiter de fine agatur (καὶ ὡς ἐν παρέργῳ) primaria vero cura ad media adhibetur, quasi ad illud alludant, quod etiam ab ethnicis irridetur:

«O ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est,
Virtus post nummos [1].»

Primum vxor ducitur, magistratus expetitur, ecclesiasticum beneficium ac etiam episcopatus, si Xpo. placet, ambitur, vt haec postquam sis assecutus, **191** te iuuent ad promerendam sempiternam felicitatem.

Ad regulam, ad amussim praeterea spiritus ac veritatis atque institutorum orthodoxae matris ecclesiae electiones examinari iubemus: eum, qui eligit quod ab ecclesia romana sit alienum, continuo explodamus. Si vero quod cum institutis ecclesiae constat, elegerit quis, sed tamen eiusmodi est illa electio, quae ex vero spiritus instinctu non proficiscatur, in his, si eo progressum est, quod immutari non liceat, vt si quis sacris est ordinibus initiatus, | si quis vxorem duxerit, matrimoniumque consummarit, huiusmodi bene sperare iubemus, hortamur vt, quae fortassis temere atque improuide susceperunt, probitate vitae atque actionum solertia annitantur resarcire: non defuturam illis Dei gratiam, qua possint statum, qui a Xpo. probatus est, tueri, ac illius status praecepta seruando, ad vitam ingredi aeternam. Sin autem integrum est id mutare, quod temere elegerint, atque improvide vel omnino non ex puri spiritus ductu, vel puro affectu ad finem; id maturius considerandum atque consulendum **193** proponimus [a], adhibitis meditationibus vel ad temperandos, vel ad abigendos prauos affectus et ad rite et pie eligendum accommodatis. Et hoc quidem praecipuum est instructoris officium, quem nunquam non adhibemus ad exercitia, vt praemonstrator quidam sit ac paedagogus eius, qui exercetur.

[a] Emendatum a Nat. ex *praecipimus.*

[1] HORATII *epistolae,* lib. I, epist. 1, vers. 53, 54.

Postremo, vbi electionem liquet esse constitutam recte atque ordine ex vera synceraque contemplatione atque amore finis ipsius, eam electionem, etiamsi mutari possit, confirmari iubemus, et constanter ac perseueranter tuendum, quod | pie atque maturo consilio videmus esse definitum, quod verum [a], et quod illa non sit vocatio, quae temere suscipitur [b].

Itaque nullum nos eorum, qui exercentur, permittimus suo iudicio, vel in meditationibus, vel in electionibus; nam etiamsi meditationes nostrae ex euangelio sint desumptae, tum tota exercitia ab romana ecclesia probata, quia tamen incidere potest quauis ex causa in harum rerum tractatione controuersia aliqua, vel dubitatio, vel error, vel dificultas, propterea censorem et iudicem adhibemus ac consultorem, ad quem referantur, quae accidunt in exercitiis omnia, non ea solum, quae a malo videantur spiritu intrusa astute, **194** sed illa quoque, quae a consolatore spiritu, quae videantur esse deriuata diuinitus, hoc siquidem in 17 annotatione praecipimus et hoc loco in introductione electionum declaramus. Itaque, si quem deprehendimus dum exercetur aperire se nolle instructori, hunc hominem reiicimus, necubi suo fretus iudicio vel daemonis illusione deceptus, incidat in errorem, ac nos illius videamur erroris esse consentientes. Si quid autem instructori, quod difficile sit, narrat qui exercetur, de eo instructor vel suum praepositum interrogat, vel externum aliquem virum et doctum et in oratione exercitatum. Haec quum ita sint, constat | nos omnia media adhibere ad exercitia, quae ad pietatem iuuare possint: diuina, ecclesiastica, humana: diuina quidem sacra euangelii meditatione atque sacramentorum vsu; ecclesiastica, vt qui eam rationem exercitiorum sequamur, quae ab ecclesia romana probata ac confirmata est legittime; humana, vbi instructorem, consultorem ac iudicem exercitiis praeficimus.

De vocatione autem ita loquimur, propter vocationem illam vniuersalem, qua per euangelium vocantur mortales ad legem Xpi. Iesu, ad legem spiritus vitae, ad legem in cordibus homi-

---

a Obscure scriptum. — b 11 verba praecedentia in marg. addita a Nat.

num a Deo superscriptam, ad legem, qua ad vitam aeternam apprehendendam **195** vocantur homines, cum qua coniuncta est alia quaedam vocatio vniuersalis, qua omnes, qui gratia exciderunt, ad gratiam rursum vocantur diuina benignitate.

Praeter has, alia est vocatio particularis ad statum vitae xpianae., simul et ad eam gratiam, qua dignetur, quos vocat, vocatione sua coelestis Pater. Ita vocauit apostolos alios Xpus., ita Paulum segregauit ab vtero matris synagogae, ita se dicit vocatum apostolum κλητὸν ἀπόστολον [1], id est, vocatione apostolum; quemadmodum enim sunt in ecclesia status diuersi, ita diuersae vocationes et gratiae ad statum quemuis pro | dignitate tuendum. Vocatio vero tractio quaedam Patris aeterni est gratuita; et quandoquidem nemo venit ad Xpum. nisi Pater illum traxerit, nemo autem ad Patrem venit nisi per Filium, propterea docemus vocationes ad statum constituendum in meditationibus vitae Iesu X.i inuestigandas, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, in quo status vitae xpianae. perfectionis exemplo sunt demonstrati. Omnes vero status, eius doctrina comprehensi, vt quasi ex specula diuinitatis omnes rationes pie viuendi in nos **196** eluceant ea virtute, quae possit pro mensura donationis X.i et gratiae quemuis ad suam vocationem, ad suum gradum, atque statum transformare. Itaque, qui extra hanc lucem, extra hanc spiritus puritatem atque synceritatem versantur, et aliunde impuro affectu ac fine colligunt atque eligunt statum vitae, eos nos dicimus a Deo non esse vocatos; nam est spiritus sapientiae, incoinquinatus ac mundus; tametsi accidere possit vt statum vel rem eligant, quae intra cancellos ecclesiae orthodoxae consistat; sed suo et quidem peruerso iudicio | id facient; et, quo Deus non vocat, eo contendit irrumpere, vbi necessum est summa cum difficultate eos versari, vtpote quum careant selecta gratia ad statum illum pro dignitate tenendum, quam tamen nunquam non largitur clementissimus Pater iis, quos sua vocatione, quemadmodum ex Paulo docemur, dignatur; nam aliis, qui per temeritatem statum assumunt vel per affe-

---

[1] ROM., I, 1. «Παῦλος δοῦλος Χριστοῦ Ἰησοῦ, κλητὸς ἀπόστολος...»

ctum aliquem peruersum vel finem, primum permittit Deus ita eligere ex illorum culpa; deinde, si mutari non potest status, gratiam non negat, per quam **197** implere possint, quae praestare tenentur: quod si tam negligenter agant quam elegerunt inconsiderate, in summis semper versantur augustiis et rerum difficultatibus; sin, ex superiori errore humiliati, per poenitentiam, orationem, spiritus feruorem atque operum efficaciam, nitantur in X.^{o} electionis damnum resarcire, fiet fortassis, diuina X.^{i} Iesu benignitate et misericordia, vt selectam etiam illam status gratiam consequantur, vt exemplis quidem | compertum est, etiamsi infrequentissimis; quum contra prauae electiones pessimum et progressum et exitum habeant frequentissime [a].

Dispensat spiritus Domini temporibus atque operationibus suis dona sua hominibus. Nos triplex tempus animaduertimus in electionibus: primum est, vbi diuina veritas ita trahit voluntatem efficaciter, vt absorbeat omnem dubitandi facultatem, vel etiam contradicendi; vnitur enim diuinae voluntati humana mens per sensum ac receptionem diuinae motionis atque virtutis. Selectum est hoc tempus, singularis haec gratia, **198** qualem in apostolis legimus. Hoc summo gradu alii gradus erunt inferiores, qui solis consolationibus boni spiritus ducent ad veritatem status vel rei, de qua ambigitur, cognoscendam: certiores uero hi [b] erunt pro ratione virtutis diuinae mouentis, coniunctis aliis spiritus probationibus, quae vel ex scripturis, vel sanctorum doctrinis et exemplis, vel ex nostris regulis haberi possunt.

2.um tempus electionum versatur in discretione spirituum, per experientiam consolationum ac desolationum, e quibus collatione facta, adhibitis | legittimis spiritus probationibus, de quibus nunc dicebamus, colligitur quasi sensili diuinae bonitatis [c] indicio, quaenam eius sit voluntas. Inferior hic est gradus quam ille primi temporis, minor gratia; sed hoc habet priuilegii, quod spirituum varietate et pugna fit diuina benignitate plerumque, vt semel vincantur tentationes daemonis, et pax firma menti concilietur. Incidere tamen facile potest illusio, praesertim in inferio-

---

[a] In marg. Nat. manu: *Vide genera vocationum ex Cassiano.* — [b] *hii* ms. hic et alibi. — [c] Emendatum a Nat. ex *voluntatis.*

ribus gradibus **199** huius temporis, ex spiritus mali transfiguratione in boni spiritus speciem. Itaque, vbi minus esse videtur quod explorandum sit, propter consolationis constantiam, ibi viuacius inuigilandum; et alioqui consolationum ac desolationum praelia excitant necessario vel irritant [a] mentem, vt sibi prospiciat ac caueat circumspecte.

$3.^{um}$ tempus est naturalis cuiusdam tranquillitatis xpianae., quando scilicet mens, nulla consolatione spiritus, nulla desolatione permota, vires suas libere exercere potest intellectus et voluntatis naturales, suppositis his principiis, quae ex superioribus necessario colliguntur, fide, spe, cha[ritate], | virtutum, donorum, et si qua sunt alia, quae in iustificatione homini restituuntur vel amplificantur; de eo enim homine agimus, qui post exercitia, quae ad poenitentiam sunt accommodata, confessus est omnia omnium temporum peccata, sacra communione cibatus est, totus est in examinibus suae conscientiae atque horum sacramentorum frequentia, totus est in sacris meditationibus segregatus quoad eius fieri commode potest) ab iis omnibus, quae illius animum vel auertere, vel interpellare possent ab spiritualium rerum contemplatione, ab oratione et pietate. Adde illis nos tradere electiones, qui ad tertium humilitatis gradum sunt propensi. Hunc igitur hominem, si haec principia [meditatus] nihil pinguedinis spiritus, nihil suauitatis vnguenti a Deo **200** accipit, in 3.° tempore constituimus, quo tempore communi quadam gratia imbuti, exercentes naturales suas potentias per rationem, discursum, consilium, prudentiam, reliqua omnia, quae naturalibus sunt nostris potentiis subdita, per illam gratiam colligunt suam electionem.

Haec quum ita sint, quis non videat nihil esse derelictis toletanis, quam nostra exercitia, quam has ipsas electiones magis contrarium? Et tamen quum haec in luce versentur meridiana, tam frequenter hic noster censor impingit in obscuras suas suspiciones. | Desinet spero tandem aliquando, vbi haec animaduerterit; neque equidem miror si vir bonae mentis, bonae etiam theologiae, quae obiter legit, obiter oppugnet per zelum, cuius quidem gloriam auferre forsitan poterit nihil aliud [b].

---

[a] Obscurum verb. —[b] Sic.

Haec tria tempora solet spiritus Domini distinguere, vnde pure ac syncere electiones suscipiantur. Praeter haec, si quid eligatur, vel temere eligitur, vel imperfecte, vel male, denique alieno tempore, temeritates vero, imperfectiones, peruersitates electionum non docemus. Vtinam non essent multi, qui pro illis starent.

Igitur, cui primum vel 2.um **201** tempus non suppetit, is ad 3.um se comparet. Vt vero in illa animi tranquillitate recte ac pie electio transigatur, duplex modus a nobis traditur, et tamen simul hoc et intelligimus et praxi ipsa in tradendis exercitiis repraesentamus; quamuis enim collecta sit electio per 2.um tempus et per primi temporis inferiores illos gradus, iubemus tamen item per rationem 3.^{i} temporis confirmari, vel, si velis, examinari electionem.

Haec breuiter de electionibus sat sit explicasse. De priori vero modo eligendi in 3.º tempore | nihil dicam, in quo nihil tibi displicuit. De 2.º pauca exponam, in quem tuam censuram intendis; sed vereor ne in neruum breui erumpat.

Regula prima illud sumit principium, quod nescio quo pacto potuerit theologus non probare: ex charitate scilicet proficisci debere, non electiones solum nostras, sed operationes omnes; nam finem praecepti charitatem esse praedicat Paulus [1]: e fine vero elici debent omnes humanae operationes, quae ad mores attinent. Rursum, quod dicit Paulus, 1.^{a} ad Corinthios, 16, quid est, si hoc non est? «Omnia vestra in charitate fiant.» Et quae toto capite 13 eiusdem epistolae prosequitur, quorsum spectant nisi ad ea, quae praeclare **202** docet Thomas, esse charitatem virtutum potissimam; qui habet charitatem, eum omnes virtutes habere; nullam esse veram omnino virtutem sine charitate; motricem esse charitatem omnium virtutum, simul omnium virtutum formam, atque omnibus virtutibus imperare; ponere nos in Deo charitatem realiter, atque ad Deum nos trahere, illi nos coniungere realiter, et alia id genus plurima de charitate disputat vir sanctissimus. Hanc nos virtutum omnium reginam, omnium operationum moderatricem atque directricem constituimus, hanc

---

[1] I TIM., I, 5.

pie credimus in eo, qui eligit, esse ἐνεργουμένη [1], id est efficacem per sacramenta et pias meditationes. | Itaque, ex illa vi amoris coelesti a Patre luminum descendenti, in qua clamamus: abba, Pater, per Spiritum Sanctum, qui in illa datus omnibus in X.° Iesu [2], docemus esse colligendam electionem, si quis eum affectum potest et eius indicia assequi. Si non assequitur, modo nihil contra sentiat, ei alia tradimus tria documenta, quae sequuntur, quibus rite eligat per rationem quamdam moralem, vel denique per metum vt electionem colligat, quod paulo inferius exponemus. Si quis enim actum in Deum perfectum pro statu viae non assequitur, vt Deo vniatur in amoris quodam priuilegio, hunc manuducimus, modo nihil amet, nihil cogitet, vel loquatur, vel operetur, quod diuino amori sit contrarium, vel det operam alioqui ad amoris diuini **203**
perfectionem promerendam cum illius gratia.

Quod vero dicimus oportere per affectum, ex Dei amore coelitus infusum, facilius intelliget, qui, quod in prototypo hispanico scripsit P. Ignatius, prius legerit, quod huiusmodi est: «La primera regla es, que aquel amor, que me mueue y me haze elegir la tal cosa, descienda de arriba, del amor de Dios; de forma que el que elige sienta primero en sí que aquel amor más ó menos que tiene á la cosa que elige, es solo por su Criador y Señor.» Id est: «Prima regula est vt ille amor, qui me mouet et facit vt rem illam eligam, descendat e sursum ex Dei amore, ita vt qui eligit sentiat primum in se quod ille amor plus, minus, quo rem prosequitur, quam eligit, sit propter suum Creatorem ac Dominum tantummodo.» Loquitur igitur de amoris actu adquisito. Hunc optat ac requirit in eligente, ad quem fertur obligatio, vt inquit Jac. in 3.°, | ab amore Dei deriuari ἄνωθεν (id est, superne) [3], vel si malis, ex alto, vt loquitur Xpus. [a], id est ab affectu charitatis coelestis ac diuinae virtutis.

---

[a] Prius post haec scripserat: *et Iacobus, primo capite suae canonicae epistolae,* quae delevit.

---

[1] πίςις δι᾽ ἀγάπης ἐνεργουμένη. GAL., V, 6. [2] ROM., VIII, 15.

[3] πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν εστιν. JAC., I, 17; et idem in cap. III, vers. 17 habet ἄνωθεν σοφία «superne sapientia», ad quem locum referri potest Natalis allegatio, ubi caput 3 citat.

Quid hactenus potest theologo displicere, quid praesentatum offendere [a], vt tam atrociter pronuntiet esse assertionem illam, non modo temerariam et scandalosam, verum etiam haereticam? Quid affert vir doctus, quo probet esse [b] assertionem temerariam, scandalosam, haereticam? Quo pacto, inquit, eligent gentiles et qui negatiue sunt infideles, quo modo haeretici, qua ratione **204** fideles, qui in mortali peccato existunt? Vis tibi simpliciter respondeam? Non hoc pacto, sed alio: neque enim nos eligere his exercitiis docemus infideles, haereticos, catholicos in peccato mortali consistentes; sed, si recte commeministi, quae superius diximus, et quae tota exercitia clamant, electiones huiusmodi illis hominibus dare nos, qui post generalem confessionem, post communionem sacram, bis quotidie conscientiam excutientes suam, confessionem et sacram synaxim frequentantes, dediti piis sacri euangelii meditationibus, sepositis omnibus impedimentis, quae eos possent a pietate remorari, deuote ac pie adeunt electiones. Conuerte tu primum | infideles, haereticos, peruersos fideles compara ac dispone, vt nostrarum sint electionum capaces; eos tunc docebimus. Censes igitur tu haereticos nos per tuam theologiam, si solum eos doceamus eligere, quos primum hortemur et iuuemus in X.° Iesu peccata amoliri, gratiam sibi coelitus conciliare per sacramenta, per meditationes sacras, per orationes? Quis, obsecro te, tibi futurus catholicus, si hic haereticus est? Desine, frater mi, desine tam facile pronuntiare, ne eo euadat tua facilitas atque libertas iudicii, **205** vt vicissim ego te ad talionem compellam. Parce, quaeso, Pater; nam quid possum mitius dicere de homine, qui pronuntiat haereticum esse, quod tam aperte est catholicum et orthodoxum? Verum nunquam ego te arbitrabor huiusmodi notam sustinere, sed parum attendis, vir doctissime. Quod si dicas: Vbi igitur docetis vos electiones legitime suscipere infideles, haereticos, malos xpianos? Non in huiusmodi exercitiis, sed praedicationibus, disputationibus, exhortationibus, ac omnibus piis atque orthodoxis artibus, quibus artibus in Xpo. Iesu tam | breui tantum prouentum spiritua-

[a] Emendatum a Nat. ex *theologo displicere, etiamsi praesentatus, benemeritus...»* — [b] *esse esse* ms.

lem donauit Societati coelestis ac clementissimus Pater inter infideles, haereticos, atque fideles omnes vbique gentium. Atque adeo, si meam vis audire sententiam, ego ita censeo: ad istos etiam omnes posse exercitia nostra accommodari, ad infideles quidem, si ex lege naturae sumantur principia ex doctrina Pauli, ad Rom. p.°, et Actorum 17, in concione ad areopagitas; si primum persuadeantur positiue tantum ad Deum ferri, non etiam negatiue, vt scilicet Deum inuocent, vnum non negent trinum, illi vni Deo se commendent, illi se permittant, et quidem **206** vniuersum exercitiorum fundamentum ad hanc rationem facile potest accommodari. Tum primae hebdomadae meditationes: non erit autem praescribenda nec confessio, nec communio, sed ad eam contritionem sistendum, quae necessaria etiam ante Xpi. euangelium fuit gentibus. Hinc meditationes addendae ex lege naturae et ex confessis ab infideli veritatibus catholicis, sicubi cum orthodoxa fide illis bene conuenit, siue illis aliquae persuaderi possint. Nihil de Trinitate iam primum, nihil de Xpo. est illis proponendum: tradendae commode vero suo tempore, | ad similitudinem meditationum regis temporalis et vexillorum, suae meditationes, et ad vnum Deum referendae. Postremo electiones illis communicandae attemperate ad eorum captum et rationem, si quae diximus exercitia rite peregerint, si Deo se permittant, nihil eorum negantes, quae xpiana. fides confitetur, et praedicat, quod difficile non videtur mahometanis persuaderi posse, vt qui profiteantur et nostram legem et suum alchoranum ad salutem perducere. Caeterum cuiuis infideli, **207** modo rationi necessariae consentire velit, erit facile persuasum vt in his solum consistat ac versetur, quae vel lege naturae et ratione manifesta sunt, vel ille speciatim [a] ex sua lege confitetur; veritati enim vni summae si quis se committat, vere is falli non potest. Electio vero proponenda in genere quodam, non qui iubeamus dubitare de suae legis persuasione vel fide, sed per abstractionem legis cuiusuis Deum inuocent ac consulant, vt veritatem ipsis aperiat. Si tamen adduci possunt ad 3 leges | proponendas, iudaeorum,

[a] Dubia lectio.

xpianorum., mahometanorum, ac de his consultandum, hoc erit longe vtilius. Hunc igitur, iam eo adductum, vt Deum super omnia amet, ex illo amore iubebo aggredi electiones.

De haereticis vero, pro eorum peruicatia, multo est dificilius dicere; sed vtcumque ad eos adiri fortassis poterit per haec exercitia. Et quidem totum fundamentum facile recipient ac totam primam hebdomadem. Et si quidem tempus non coget paschae, sine confessione ac communione primam hebdomadem conficient, negatiue tamen necesse est eos versari in **208** veritatibus, in quas offendunt, quemadmodum est de infidelibus dictum. Jam si vere ad poenitentiam se exercuerint, hoc spero consequentur; nam ab his peccatis discedentes, quae illis causa fuerunt, vnde in errores et reprobum sensum dederit illos Deus, aptiores erunt ad errorem sui intellectus agnoscendum, lumenque fidei admittendum. Sin ratio haec non confert, meditationibus exercendus est haereticus, vitae X.[i], semper ab his erroribus abstrahendo, in quos lapsus est. Simplex autem historiae contemplatio | et sensuum applicatio adhibenda est, non curiosa subtilium intelligentiarum inuestigatio, et ad humilitatem in primis est eorum animus exercendus [a]. Quod si his meditationibus non fit remissior in suis placitis, disputatione aggrediendus est placide ac quiete, vt, quasi ad rationem 3.[i] temporis electionum, ille suas rationes proponat, contra vero instructor catholicam veritatem: collatio fiat per instructorem ac colligatur conclusio. Haec si non prosint, oratione iuuandus est, modo iuuari vere desideret atque expetat. Tandem, si nihil promoueatur, **209** euitandus est, si iudici tradi non possit; est enim suo ipsius iudicio condemnatus.

Vides quemadmodum ad infideles, ad haereticos etiam extendi nostra exercitia possint vtcumque. De his vero, qui sunt in mortali peccato, facile est pronuntiare; hos enim recta duci-

---

[a] In marg. Nat. manu: *Aug., lib. medit., cap. 27.—Soliloq., cap. 1.°, 3, 5, 19, 21, 31.—Manuali, 10, 11.—Signa charitatis ex Paulo: testimonium spiritus, in quo clamamus, etc.—Et 1.ª ad Cor. 16.—Et ex epist. Ioann., seruare mandata; et audire verba spiritus, ex eodem; et nihil sibi esse conscium; et susceptio sacramentorum; et gaudium spiritus; et pax; et consolatio spiritus omnibus illis modis, quos tradimus.*

mus ad exercitia, et purgatis ac iustificatis dabimus electiones; quod si velint de vitae statu consulere, antequam peccata defleuerint, antequam ad sacramenta accesserint poenitentiae atque sacrae communionis, cum his nos contendemus, vt non quaerant omnino quemadmodum vitam transigant, qua via ad coelum adeant, nisi prius et viuant, et ita | viuant, vt iter etiam facere possint; mortuo enim quid est consulendum nisi vt viuat? qua in re nihil est controuersum nihil quod dubitari possit. Mortuus es in peccato, «surge, qui dormis, exurge a mortuis, et illuminabit te Xpus.» [1]; poenitentiam age, appropinquauit enim regnum [2]. Vis tu in morte viuere, sentire, ambulare? Vis in tenebris lumen videre? Recupera vitam, lumen recipe, quo et perspicias qua tibi ingrediendum sit et vires recipias, quibus ingredi [possis].

Docui, infideles, haereticos, peccatores, quo pacto eligere debeant ac possint. Sed **210** tamen de his adhuc paucula addam. His ipsis ex charitate eligenda esse omnia rursum confirmo; nam ad finem referenda sunt omnia; inde proficisci necesse est consilia, electiones, actiones omnes, vt plena sit electio, plena actio atque absoluta. Nam, si quis alia ratione ducitur, timore, vi, affectu, persuasione, quonam haec omnia spectant nisi ut ad finem manducant, perfectionemque electionis commonstrent. Initia, quidem haec sunt, et quasi informes quaedam atque imperfectae actiones; quod est manifestum in peccatore | ex seruili timore, quo ad attritionem peccator compellitur, item in infideli, qui ad baptismum ducitur per terrores peccatorum, in quibus se videt impeditum, quod praeclare concilium tridentinum exponit [3]. Postremo, in haeretico, vbi ignis horrore, vel argumentorum vi, viam incipit videre ad salutem, atque confiteri.

Haec igitur quum ita sint, constat, etiamsi alia sint vnde electiones inchoari atque iuuari possint, in omnibus tamen illud esse desiderandum principium, illud docendum, ad illud vnice contendendum, quod **211** vnum est principium et finis omnium et verum et solidum et perfectum. Ad hoc principium quis est, qui non debeat hortari omnes homines? Quid enim docebat

[1] EPHES., V, 14. [2] MATTH., III, 2.

[3] Cf. Concilium Trid., Sess. VI, *De justificatione*, cap. VI.

Xpus., quid apostoli, quid sancti, quid ecclesia semper docuit, docet, docebit, nisi vt Deum super omnia diligant mortales, Deum ex toto corde, tota mente, tota anima, omnibus viribus diligant? Hoc quid est, vir doctissime, nisi regulam primam, primum principium statuere, primum finem, vnde omnia proficiscantur, quo omnia dirigantur. Vbi igitur nunc tui sunt infideles negatiue (vt dicis) [a], | tui haeretici, tui peccatores? Vbi sunt? Nihil est iam vnde per illos exercitia persequaris.

Sed video in hac censura adhuc tibi esse aliquid scrupuli reliquum, qui te male vrgeat. Ego tamen illum tibi eximam minimo negocio. Quid ais: «ex hac assertione manifeste colligi videtur quod ex timore electio fieri non potest»? Ex qua tandem assertione? Quod oporteat per amorem Dei fieri electionem? Heu me miserum! Doleo super te, frater mi praesentate, quod tam sis aduersus nostra exercitia male animatus, vt tam conspicuam veritatem, tam luculentam, tam obscure **212** intelligas, tam aegre recipias. Sed colligamus per te: oportet [b] ex Dei amore peccatorem conteri; quare vel non potest, vel non oportet per timorem ad contritionem contendere: debent infideles ex amore Dei moueri ad baptismum; quare non possunt terroribus peccatorum ad illum iuuari: debent haeretici ad eam fidem, quam ab ecclesia acceperunt, per amorem Dei redire; quare, poena, vi disputationis, aliis piis artibus, ad fidem non possunt dirigi. Quod si haec falso colliguntur, cur non aduertis te perperam concludere aduersus nostram propositionem? Et quidem, | quod tu illis collectionibus es responsurus, arbitrator tibi esse responsum. Dicas: non intelligo quid dicas. Apertius igitur dicam, Pater. Illud est principium, vt abunde demonstrauimus, omnia ex amore Dei proficisci debere: consilia, electiones, actiones. Sed ad hunc inquam amorem perfectumque principium sunt multa, quae manuducant, per quae ad eum adeamus, si primum nostra desidia ac somnolentia vel imperfectione vel omnino nostra culpa ad illum non attingamus amorem; quo in genere ratio est moralis ac consilium, tum etiam **213** timor et alia permulta, quae longum esset

---

a Obscure notatum. —b Vix legi potest hoc verb., eo quod charta atramento corrosa fuerit.

percensere. Sed tu censes de his nos nihil dicere, atque illos iubere esse destitutos omni consilio, omni spe, qui illius amoris diuini sensum vel iudicium non assequuntur. Non facimus ita, frater, non facimus; sed ita docemus: potissimam regulam, primum, ad certissimam electionem tradimus, charitatem, qui amor est desursum descendens. 2.°, quasi si dicamus: illa est vnica ac primaria via ad electiones, vt ad opera omnia. In hac si quis titubat, si quis sibi non satisfacit, illi praescribimus vt | ad humanam et moralem descendat consultationem, et illud eligat, quod alii bona fide eligendum consuleret, viro amicissimo, et cui nihil perfectionis non desideraret. Sic enim, remota atque seposita praua, si quae interpellat, animi affectione, et quasi in re aliena versato, poterit veritas interlucescere opportune ac sensim persuaderi prudenti ac necessario quodam errore. 3.° et 4.° loco, vbi hac non processerit, adhibemus, quem tu desideras, timorem ad electionis constitutionem. **214** Constituimus enim hominem in vltima vitae linea, exhalantem animam, nihil conspicientem nisi imminentem hinc iudicem Xpum., inde vitae suae praeteritum tempus, illinc inferni os apertum, horrendum, ingens. Ad haec sistimus miserum hominem ac tremebundum ante verendum tribunal extremi vniuersalisque iudicii. Hac rerum specie perterrefactum, iubemus vt disquirat, videat, interroget sese quid eo tempore vellet fecisse, atque id eligat, id faciat, nisi velit prudens ac videns sponte sua ad illa peruenire, quorum spectris | atque imaginaria contemplatione adeo est vehementer commotus; etiamque, bone frater, adhibemus alias rationes deliberandi atque consultandi, praeter primariam illam atque summam; et in his timorem tuum; neque fuit necessum alia omnia media prosequi: selectiora quidem certe attigimus. Dices: at ego haec non animaduerteram. Hem! censem me hominem etiam: multa ignoraui nimis [1]. Placet mihi, vir religiose, ista poenitentia. Sed, vt ne de caetero in eumdem incurras scopulum, causam ego tibi **215** erroris tui indicabo. Tu partem aliquam exercitiorum mordicus arripis dilaniandam, nihil praeterea aduertis: vnde pendeat, quo

[1] Sic ms. Alludere videtur auctor ad illud TERENTII, *Adelph.*, act. IV, scen. II: «Vah! Censen' hominem me esse? erravi.»

spectet, quid sequatur, si qua est declaratio; non vis, Pater, intelligere, vt bene agas transigas tuas censuras. Itaque necessum est te tandem in scopulum offendere et naufragium tuae censurae, iudicii, nominis tui facere. Sed nunquam haec apud me plus valebunt quam charitas, qua ego te prosequor in X.° Iesu. |

Postremo, quod intelligis loqui nos de amore illo, qui charitate, quae virtus est theologa, proficiscitur; et confitemur, et confirmauimus in superioribus, pie nos id credere, nempe in illis hominibus, qui pro virili cum X.° Iesu gratia annituntur, vt illam assequantur, vel conseruent, sacramentis adhibitis, meditationibus, sacris, orationibus, diligenti cordis ac sensuum custodia, huiusmodi enim solis has electiones communicamus, in quibus quid mirum si charitatem virtutem theologam constituamus vnde eligant. Nam quid primarie vel restituunt sacramenta, vel augent? Nonne charitatem? Ad idem autem suo gradu alia iuuant **216** et illa ipsa est in primis, quae [a] seipsam nutrit et amplificat adhuc: quid tibi videri potest alienum, si amorem exerat diuinitus infusum, cui ex hypothesi coeleste charitatis ac diuinum esse infusum est per Spiritum sanctum, qui illi datus est? Nonne vides hanc esse veritatem catholicam, hanc esse rationem meriti de condigno, contrarium vero lutheranum esse et iam olim ab ecclesia orthodoxa damnatum? Qui igitur in charitate est, ex illa in actus egreditur adeo coelestes, adeo diuinos, vt vitam per eos aeternam mereatur. Jam vero alii, qui hanc virtutem non assequuntur, ad eam | aliis mediis primum, aliis artibus deducendi sunt, vt etiam per illam illiusque actus eligere possint. Haec satis esse opinor ad hanc tuam censuram. De qua tamen multa etiam in sequentibus, atque illud in primis, si certitudo huius gratiae haberi non possit, pro quali pugnat vehementer quidam ex ordine tuo [1], communiter num quod indicium sint sensus aliquis [2]. Sed aliam huic coniunctam audiamus.

---

[a] Bis hoc verb. est in ms.

---

[1] Ambrosius Catharinus (Lancelottus Politi) O. P., in apologia contra Sotum hanc certitudinem defendit. Quonam autem sensu illam explicet, vide apud SUAREZIUM, *Tract. de gratia,* parte III, lib. IX, cap. X.

[2] Obscurior est hic locus. Sensus vero hujus quaestionis esse videtur:

Ibidem. «Eligentem conuenit praesentiscere in seipso [1]» etc.

Hoc loco dialecticam tuam exerces et grammaticam. Grauia vero huius censurae capita ad fo. 106 (vbi expresse et formaliter, vt inquis, ponitur huiusmodi propositio) reiicis. Item ego vicissim illic de sensibus spiritualibus [a] dicam σὺν Χριστῷ ἐνεργοῦντι **217** καὶ σαφῶς [b] hic solum ad tuam dialecticam et grammaticam respondebo. Sed intellige primum quid dicamus. Lege exemplar hispaniense, quod tibi in superiori censura exhibui: adhibe simul versionem latinam. Animaduertes nos primum honorem Deo dare, atque coelesti Patri acceptum referre actum illum, quem a charitate pie credimus deriuatum, quemadmodum bona omnia, quae a Deo accipimus dona. Breuiter: esse nostrum ad Deum referimus. Et primo quidem loco hoc dicimus, quod in communi est non theologorum solum, sed xpianorum. omnium ac pertrito sermone: debere nos ex | charitate, amare Deum, agere, eligere, facere omnia. Quod vero addimus conuenire eligentem praesentiscere in seipso, etc., temperate facimus ac circumspecte. Itaque remissius verbum vsurpamus conueniens esse ac consentaneum, si non solum illum actum habeamus amoris, sed vt illius actus, immo vero (quod eo loco non dicimus ego addo, et libenti quidem animo et constanti) vt charitatis sensum habeamus spiritualem atque consolationem, indicium, signum, quibus rebus ex illo amore meam electionem fulcire possim, dirigere atque condire. Et quidem hic sensus quam sit **218** communis, quam confessus ab omnibus, quam praedicatus, proclamatus in vniuersis scripturis, ibi

---

[a] In marg., Natalis manu: *De sensibus spiritualibus Scriptura, Dionysius, Origenes, Thomas, Bonauentura, Aliaco, Gerson. Habes euidentiam tuorum actuum, amoris etiam in Deum; quid mirum si habeas gustum ac delectationem ex illis actibus? elicitum gaudium non sentis? Id a charitate est. Quid demis praesidia infirmitatis humanae, consolationes? —De gratiae certitudine.—In his sensibus disquirite, agite, legite, etc.; nihil aliud poteritis inuenire, quod dicatis, nisi posse incidere in illis illusiones. Probandi igitur sunt spiritus.* —[b] Dubia lectio.

---

an communiter, id est, seclusa speciali Dei revelatione, per sensus internos spiritus, seu divinas consolationes haberi possit aliquod gratiae divinae in nobis manentis indicium, quam quaestionem infra perperdendam proponit.

[1] Vide censuram Pedrochii hic allegatam in POLANCI *Chron.*, III, 516.

exponemus abunde, cum Iesu X.i gratia, quo vadimonium mihi de ea re distulisti. Nunc ad dialecticam.

Vis tam necessario ex superioribus colligere falsum ex falso, quemadmodum si colligeres ex non esse hominem beatificabilem quod rationabilis non sit. Quaenam tua haec est dialectica? Hoc quidem ne—[a] quidem vel Bruxellis [b] haurire potuisti, praesertim quum habeas, quem consuleres, tui ordinis virum praestantissimum ac doctissimum, Dominicum Sotum. | Haec enim est demonstratio: Omne rationabile est beatificabile. Omnis homo est rationabilis. Omnis igitur homo beatificabilis est. Ac rursum Nullum irrationale est beatificabile. Omnis homo est irrationalis. Nullus igitur homo beatificabilis est. Item locus est hic intrinsecus, a negatione definitionis ad passionis propriae negationem. Non est homo intellectualis. Beatificabilis ergo non est. Quid vides in nostris pronuntiatis huiusmodi? Oportet per affectum ex Dei amore infusum electionem colligi. Quare consentaneum est, qui eligit, illum amorem sentire. Vbi hic demonstratio, vbi syllogismus, **219** vbi necessitas consequentiae, vbi locus intrinsecus, vbi definitio, vbi passio, quae a definitione fluat? Ille est sensus spiritualis, non [c] necessarius, sed potius accidentarius, vt consolatio ex gratia et charitate. Et nos quidem aliud non dicimus quam conuenire: optamus, inquirimus: non etiam necessarium dicimus.

Dicas exemplorum veritatem non requiri. Credo equidem tuum esse huiusmodi, tametsi non tam exemplum videris adducere, quam seriam similitudinem, quam tamen perspexisti iam quam sit dissimilis.

Sed age rursum. | Nos nihil colligimus, nullam facimus consequentiam; sed tamen do tibi vt sit consequentia. Igitur statuis esse necessariam consequentiam an infirmam? Vide in decipulam ne incidas, tibi caue. Si respondeas necessariam, tecum pugnas, te iugulas. Sin infirmam, nos iuuas; nam si necessum est colligi ex actu illo amoris consequi sensum, is nullus esse potest nisi,

---

[a] Nomen confuse admodum exaratum, quod interpretari nequivimus. Posset forte legi *exbricot*, vel *extrict*, vel *exbrict*, vel *extricot*. —[b] *Bruxelli* ms. —[c] *non non* ms.

quae [a] habetur de illo, euidentia atque experientia, vt de actu nostro quem (modo ad ipsum aduertamus) sentimus: ita enim commeministi tradi a dialecticis, siue logicis, de nostris actibus **220** haberi posse naturalem quamdam euidentiam. Hoc tamen nihil esse potest magis tuis rationibus contrarium, vt qui contendis nos de sensuali nescio qua experientia charitatis δογματίζεσθαι, nam nihil est quod possis iam dicere assumptionem esse falsam, sequi falsum ex falso, si ad superiora aduertisti [b]. Sin infirmam statuas esse consequentiam, id vero nobis gratificaris, vt qui dicas nos de illo sensu loqui, de illo signo atque indicio charitatis, de illa spiritus consolatione, de illa gratia gratis data, quam etiamsi pro sua infinita clementia ac benignitate largitur frequenter coelestis Pater, non tamen semper id facit, | quod rursum suae est sapientiae ac diuinae prouidentiae. Itaque non necessario sequitur ex illo actu, quem a charitate pie credimus proficisci, hunc sensum dulcedinis spiritualis emergere. Et quidem de tua di[a]lectica satis multa.

Addam pauca de grammatica, vbi tamen nihil oppugnas, tantum colligis ac paras, quod tibi ad fo. 106 expugnandum ac delendum sit. Nam quod dicis docere nos quod possit homo sentire, praesentire, sentiscere, praesentiscere charitatem, hac de re nihil tu hoc loco, nihil nos aliud item modo **221** quam gratias agimus viro bono, religioso ac docto, qui nos stipites credat; siquidem arbitratur nos adeo desipere, adeo oblitos esse non solum euangelii, sacrorum doctorum, Thomae ipsius, sed totius etiam philosophiae, atque adeo communis sensus, vt credamus sensualem nos habere posse charitatis notitiam; nam de sensu spirituali video te id non intelligere. De quo igitur nos censes loqui? De externis sensibus? (Nam in internos nihil permeat nisi per externos.) Nae tu, vir suavissime, miras agis nugas, qui | tam crassam, tam palpabilem ac sensualem credas habere nos charitatem, tam fatuam. Facile tamen hanc contumeliam sustinemus, modo te eius poeniteat, quod spero te fecisse vel propedum esse facturum opinor.

---

[a] Emendatum a Nat. ex *qui*. — [b] 18 verba praecedentia addita sunt in marg. a Nat.

Verum ad tuum *praesentiscere:* quem legisti grammaticum de *praesentiscere?* Arbitror te nullum legisse, quum ista scripseris [a], sed loqui te ex habitu, quem olim e plena barbarie hausisti scholastica, deinde concertatione ac vsu confirmasti. Credis me orationem instituere [b] apologeticam de *praesentiscere?* Non facio, frater, ob rei et indignitatem **222** [c] et vilitatem. **223** Tantum quid erras exponam. Non est illa significatio verbi illius, Pater mi, si latine velis loqui et non potius barbare; nam verba in *sco* finita frequentationem non significant, sed inchoationem, si Prisciano credis; sin Vallae, explicabis illa per verbum *fio.* Ad Vallam accedunt fere grammatici, quod auctoritate confirmant (suo scilicet argumento). Nam Virgilius inquit: «maria incipiunt agitata tumescere [1]». Et alio loco: «Fluctus vbi primo coepit cum albescere ponto [2]» non additurus *incipiunt* et *coepit,* si in verbis inceptiones continerentur.

Non negarim tamen inchoationem nonnunquam significare huiusmodi verba, vt | in Cicerone legitur, p.º de officiis, «namque Herculem Prodicus dicit [3] (vt est apud Xenophontem) quum primum pubesceret», etc. Et saepe amant haec verba pro primitiuis usurpari, vt *conticesco* pro *conticeo, concupisco* pro *cupio, contremisco* pro *contremo;* et, quod habemus in Apocalypsi *sordesco,* vel pro *sordefio* accipitur, vel omnino pro suo primitiuo, vt graece est ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι; [4] et quidem tuum *praesentiscere* in

---

[a] *scriberis* ms. —[b] *instuere* ms. —[c] Sequitur in codice fol. 222, quod perperam a libri compositore in hoc loco positum est, utpote quod pauca tantum continet, quae ad praefationem hujus apologiae spectant, et imperfecta sunt. Fol. 222v vacuum remanet.

---

[1] Virgilius non *maria,* sed *freta ponti* dixit. En locus a Nat. citatus, desumptus ex *Georg.,* lib. I, vers. 356-358:

Continuo, ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, et aridus altis
Montibus audiri fragor;

[2] *Aeneidos,* lib. VII, vers. 528. Alia lectio, a LEMAIRE adhibita, est: *albescere vento.* Cf. cit. auctorem, *Bibliothèque classique latine, Virgilius,* vol. III, pag. 312.

[3] Alii legunt *Herculem Prodicium dicunt.* Cf. LEMAIRE, loc. cit., *Cicero,* vol. XIV, pag. 151.

[4] Ita, ex edit. complutensi. In editione Novi Test., a Gebhard ex Ti-

Heautontimorumeno Terentii, vel pro primitiuo ponitur, quemadmodum apud Lucretium, vel potius imminutionem quamdam significat et inchoationem; quem sensum eleganter mutuatus est, qui latina fecit nostra exercitia.

Intelligis tandem, vir docte **224**, quam longe distet vera verbi significatio a tua interpretatione? Vae tuae grammaticae, si ita semper grammaticaris! Sed nescio quid tibi in mentem venerit, vt crederes verba in *sco* esse frequentatiua. Errasti, Pater: non sunt verba in *sco* frequentatiua, sed quae desinunt in *ito,* ea sunt frequentatiua; vt *lusito, lectito,* et quae a supinis in eum modum formantur. At tu credidisti verbo *sco* in *ito* terminari [a]; nam quid vis tibi dicam? Lapsus es; sed postea ad te rediisti: credo equidem, Pater. Sed haec missa sint. Ita igitur accipe, Pater venerande: verbum *praesentiscere* sic nos accipere, vt tu luculenter ex exemplari hispanico potes percipere. Si amplius desideras, *praesentiscere* nos intelligimus vt Terentius. Si ne hoc quidem tibi sat est, hominem nostrum, antequam eligat, vellemus ita in charitate Dei atque in eius actibus esse exercitatum, ita profecisse, vt nonnihil etiam inchoationis diuini gustus ac sensus spiritus assequeretur ac sentiret, vnde paratior fieret ad electionem rite ac pie concipiendam. Verum de his fuse in tuo vadimonio; nam contestata a te iam lis est. Sed interim ne ociose expectemus, intercalares tuas censuras 4 diluamus. Lege.

Fo. 72, fa. 1.

«Considerare eumdem Deum ac Dominum propter me in **225** creaturis laborantem quodammodo.»

Quid tu hic censes? «Certe vana esse videtur» [1], etc. Μάταιαν ἠλεινὴν tuam censuram non dicam, sed ausim (bona tua gratia) dicere leuem, atque adeo quae leuissima aura apologiae possit in [b] aërem facile dissipari. Sed audi primum, Pater mi: cur tu ipse tuarum censurarum eleuas auctoritatem atque corrumpis?

---

[a] Sic ms; at legendum videtur *verbum in «sco» desinens, in «ito» terminari.* —[b] *in in* ms.

---

schendorfii recensione adornata, ita habetur: ὁ ῥυπαρὸς ῥυπανθήτω ἔτι. Apoc., XXII, 11. Dubiam tamen aliam lectionem ρυπαρευθητω affert.

[1] Vide hanc Pedrochii censuram, loc. cit., pag. 518.

nam (vt soles fere) ita hoc loco confestim exeris tuum affectum, qui non obscure te male habet aduersus nostra exercitia, siue zelus ille est. Vana est, inquis, contemplatio. Quid te mouet? Quae est tua ratio, quod argumentum, vt et | nostram contemplationem et nos dicas רקים, non verearis ne reus fias consilio? Sed quo pacto colligis vanitatem?, «Quasi Deus illo labore, inquis, afflictionem et fatigationem sentiat.» Non respondeo adhuc; sed video primum quid tu pro nobis respondeas, et fulcio tuas responsiones (nisi videar fortassis praeuaricator, qui tuam causam sustentem). Bene excusas, Pater, illius contemplationis vanitatem; Deus enim in Esaia laborat [a] sustinens [1], quem locum mystice Hieronymus vertit, et doctissime quidem: «Nequaquam, inquit, dimittam peccata vestra», quod videtur ex versione Symmachi accepisse: «ἐκοπώθην ἱλασκόμενος» vertit Symmachus. «Defeci siue laboraui miserans» **226** vt ostendat se nequaquam vltra velle misereri. Sed huiusmodi ego alibi prosecutus sum, pro mea mediocritate, et prosequar σὺν Χριστῷ, si nactus fuero ocium aliquando, et quae concepi multa ex veritate hebraica, quae theologum iuuare possint, literis tradam. Nunc tamen ad locum illum hoc solum dicam solidam esse ac veram vulgatam loci editionem, siquidem נלאיתי נשא, est hebraice *fessus sum ferendo.* Quid tandem? Laborat Deus, irascitur, furit, tangitur dolore cordis intrinsecus, quiescit ab operibus? Quo pacto eum poenitet, quomodo contristatur, gemit gemitibus inenarrabilibus? Sic et enim haec omnia accipienda | sunt atque interpretanda, non quod illae passiones, illae imperfectiones ac varietates in Deum attingant: absit: sed benignissime nobiscum agit clementissimus Pater coelestis, qui nobis pro nostrae infirmitatis captu loquitur, ad nostram phrasim se demittens, vt ineptos, quibus spiritualiter verba faciat per nostrae orationis dictionem, ad se suasque operationes contemplandas suauissime ac securissime manuducit. Neque vero, vbi illa de se loquitur, ita a se geri ostendit Deus, quemadmodum a nobis imperfecte ac **227** perturbate;

[a] Confuse scriptum.

[1] ISAI., I, 14.

sed illud ostendit: effectus certissimos ab se proficisci, quales ex illis passionibus in nos scimus solere designari; nam vbi, quae significant passiones, verba Deo tribui legimus, quum in Deum nulla possit accidere passio, quid aliud quam vehementiam atque firmitudinem sententiae atque effectus diuini intelligimus? Simul hominibus terror ac tremor insinuatur atque incutitur, si videant infinitam immensamque aeternam potestatem, quasi ira ac furore correptam, in eos vindicare perpetuo, qui in barathrum sunt detrusi, | et in me eodem pacto paratam vindicare, nisi poenitentiam egerim. Quid potuit dici, quod violentius posset hominis mentem percutere ac permouere? Quam vero spem suauissime ac constanter concipient mortales, ubi orare, misereri, vbi poenitentiam acturum se malorum, quae esset facturus, polliceretur Deus! Itaque prudenter expositores sacri illa declarant. Habet se, inquiunt, Deus per modum laborantis, irascentis, etc. Hoc adde: quamquam in Deo nulla passio esse possit, nulla imperfectio, et ad vehementiam illa atque certitudinem operationum diuinarum ac iudiciorum, tum ad hominum terrorem sint referenda; simul tamen et illud possumus concipere: Deum, vbi irasci dicitur, maiorem vim exerere suae virtutis. Quum enim **228** ad externas operationes sese accommodet semper suauiter ac prouidenter, totam suam, hoc est, infinitam potentiam non explicat in creaturarum productione vel conseruatione, vt quae illam vim capere non possint; etiamsi, quae adaptatur vis ad huiusmodi externas productiones, ab infinita potentia proficisci necessum sit, maiorem attamen vim adhibet creator Deus, vbi ita loquitur vehementer, quam alias solet. Illas igitur sui concursus et virtutis exuperantias vocat scriptura sacra iram, poenitentiam, laborem, misericordiam, dolorem, et id genus alia, pro rerum, de quibus dicendum est, qualitate. Porro illa etiam scripturarum phrasis iucundissima | fit propter Xpi. humanitatem. Deo enim illa erant communicanda in Xpo.; vere enim Deus in X.° et doluit, et laborauit, et alia omnia assumpsit de nobis, quae naturae dicunt poenam vel imperfectionem, non etiam suppositi defectum. Iam igitur tunc, vbi Deus non erat homo, ea in spiritu illi tribuebantur prophetice, vt, quae facta nondunt sunt, iam

quasi praeterita, propter visionis certitudinem, a prophetis narrari solent.

Haec itaque duo loca attingis tu, laboris Dei et X.[i], quibus lenire videris velle vanitatis nostrae contemplationis inuidiam; **229** sed ieiune [a] illuc facis ac dissimulanter, non qui inuidiam vanitatis leues, sed qui culpae suspitionem augere videaris. Sed iubeo ego te in illis parum consistere.

Iam hoc tibi confessum erit opinor, vt catholico, de X.[i] labore amorem pie esse quaerendum. De labore Dei igitur agamus. Laborat verbum Dei in X.°, sitit, defatigatur, luget, pauet, sudat, ligatur, ducitur, trahitur, alapis caeditur, conspuitur, irridetur, flagellatur, spinis coronatur, crucem baiulat, cruci suffigitur, moritur. Hi sunt labores Verbi, labores Dei. | Nonne hi labores te mouent ad amorem. Et tamen nihil diuinitas in se patitur, nihil Xpus., qua summa fruitur beatitudine; sed tamen vehementer illi labores mouent, non solum quod hominis sunt, sed quod Dei per singularem illam atque ineffabilem hypostaseos diuinae vnionem, vnde proficiscitur idiomatum illustrissima communicatio. Dicas: etsi non attingant ad diuinitatem illi labores, vere tamen in Xpo., hoc est, propter vnionem humanitatis, de Deo dicuntur. Video: sed vide tu quoque vicissim: **230** haec ita contingunt: si primum constituamus ipsam vnionem, verum in eadem ipsa vnione versemur, humanitas vnitur Verbo, fit Verbum caro; Filius Dei, Deus ipse, fit homo. Nonne hoc est Deum descendere, humiliari, immortalem mortalem fieri, inuisibilem visibilem, aeternum, immensum, infinitum, finem accipere temporis, quantitatis, virtutis? Haec in vnione ipsa primum transiguntur, nec vnio alia supponitur, vnde emergant, in quo mysterio nihil patitur Verbum, nihil agit, qua vnitur, sed tantum Trinitas ipsa ineffabilem illam vnionem efficit. Verbum alioqui | nihil aliud quam terminat dependentiam, quam suscipit ad Ver bum humanitas. Nonne hinc colligere et potes et debes amorem Dei, vbi illa videas Deum in se suscipere, quae et infima sunt et principia laborum ac dolorum, denique mortis Dei ipsius? Et

---

[a] *ieune* ms.

tamen ista in humanitate sunt, non in deitate, quae immutabilis semper permanet atque eadem ipsissima in aeternum. Parum tamen haec forsitan miraberis, quod ad mysterium incarnationis Verbi attineant, in quo haec necessum est et credere et confiteri. De labore igitur Dei dicendum censes, seposita interim incarnatione. Cedo: istud agamus. Sed tamen interim ego hoc non concedo, vt sejungi semper possit dolor **231** Dei, vel ab incarnatione, vel a X.°; quod propterea te praemoneo, ne, vbi illa adduxero, clamites leges me disputationis negligere ac praeuaricari.

Audi igitur. Poenitentiam agit Deus, dolet, laborat, gemit, contristatur. Simplici atque humili contemplatione ista complectamur, ac corde intelligamus, quam intelligentiam Xpus. requirit. Hoc senties: scripturam in poenitentia, dolore, gemitu, in contristatione Dei, porrigere atque ingerere in cor tuum intrinsecus poenitentiam, dolorem, laborem, gemitum, contristationem; ita enim loquitur de Deo scriptura, vt quae illos in | nobis affectus quaerat ac promoueat, qui in Deum incidere non possunt. Et hoc quidem, quod in nobis scriptura excitat, non nomina solum ipsa ostendunt, sed virtus Dei, quasi poenitentiam agentis, dolentis, laborantis, gementis ac contristati, vehementius ad illos affectus exerta, contra quam sibi placeret, et contra quam voluisset. Hinc igitur rursum contemplare Deum laborantem: vide ac gusta quemadmodum te incitat ad dolorem ac proinde ad amorem dulcissime. Caeterum, si haec, quae ante Verbum incarnatum scripta sunt, ad memoriam X.^{i} conferamus, in quo illa vere **232** subiturus erat Deus ipse pro nostra salute, extat denuo causa et doloris et amoris ex contemplatione. Sed haec tibi esse aperta certo scio, homini religioso et docto, verum eo miror magis nostram contemplationem visam tibi esse vanam, nisi propterea vana est, quod dificilior aliquanto tibi visa est, quam pro consuetudine tuarum contemplationum. Quocirca operae precium facturum me arbitror, si illam exponam diserte.

Scis, Pater, contemplationis principium amorem esse vel desiderium rei, quam simus contemplaturi, affectum scilicet illum, qui vel a charitate vel ab spe progreditur. Contemplationem vero

vsurpamus, non eam, quae nudam continet speculationem, sed eam, quae | vnctione spiritus per sensum interiorem vel gustum ornata est, vel certe boni affectus sensu aliquo, pro rerum qualitate, vestita. Itaque circa voluntatis, vel actus, vel sensus, versamur propensius atque attentius, maiorique cum reuerentia, quam circa puri intellectus operationes; solemusque dicere contemplatione nos amplecti practicam, non speculatiuam, et quae nos non doceat solum quid agendum quidue fugiendum sit, sed incitet simul ac iuuet, vt re ipsa, quae vere concepimus, recte ac pie operemur in Xpo. Hoc igitur loco desideramus vndecumque amorem diuinum inuestigare feruenti quadam auiditate, non solum vt in illo quiescamus, sed **233** vt ad opera, per ipsum confirmati ac potentes, aggrediamur; quibus operibus et nostrae et proximi salutem ac perfectionem procuremus intentius. Hoc itaque facimus ex consideratione beneficiorum Dei, quae sua magnitudine ac diuinitate, tum ex nostra indignitate, affectum in nos amoris excitent et ad desiderium diuini seruitii iustigent. Alia quidem omitto, quae eadem contemplatione docemus. De labore exponam.

In fundamento exercitiorum commeministi fuisse constitutum, quae sita sunt super terram, hominis causa esse creata. Hic duo animaduertimus: Dei virtutem in creaturas emanantem, | multiphariam donantem illis vnde sint, vegetentur, sentiant, intelligant. Haec 2.° puncto iubemus contemplari, solam scilicet Dei uirtutem, benignitatem, amorem, diuino quodam infinitae lucis radio in creaturas pertingentem atque inhabitantem, modum tamen, quo in creaturis recipitur ac perseuerat virtus illa diuina, id 3.° puncto, hoc est praesenti meditatione, complectimur. Quae creauit Deus, per partes erant quidem bona; sed vniuersa simul, bona valde. Singulis enim creaturis perfectionem dedit in suo genere Deus, quae facerent simul summam atque absolutam creaturae totius perfectionem. Itaque si [a] has bonitates omnes ad Dei bonitatem et perfectionem conferamus, quid sunt, **234** quidue boni vel perfectionis sunt? Porro illam bo-

---

[a] Haec particula inferius superflue iteratur.

nitatem, siqua creaturae initio donata sunt, si ad eam conferamus, quam nunc obtinent, nonne propter hominis peccatum in deterius collapsam esse atque immutatam certum est? Tum si ad finem ac perfectionem, quem expectat creatura, eam comparemus, ingemiscit et parturit creatura omnis usque adhuc [1], cupiens liberari a seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. Et haec quidem quum ita sint, tanta est Dei omnipotentis bonitas, vt suam virtutem infinitam ad illas imperfectiones, ad illas corruptiones manutenendas se ingerat atque insinuet benignissime, | vt qui in rebus omnibus est per praesentiam, potentiam atque essentiam, simul in illis operatur, in ipso, ex ipso ac per ipsum vniuersa constant et fiunt.

Contemplare igitur clementissimum Patrem, rectorem spirituum, coeli terraeque factorem infinitum, non in angelis solum esse et operari, non in anima tantum atque humanitate X.i, non in vnione solum hypostatica, non in Virgine θεοτόκῳ, non in gloria et gratia solum, quae nobilissimae sunt creaturae, sed in imperfectissima quaque creatura, atque abiectissimas quasque actiones, et esse, et operari; et non ad ea quidem operari, quae suam perfectionem obtinent, vel quam ab initio acceperunt, sed ad illas ipsas rerum imperfectiones, tum propter ipsarum vilitatem vel necessitatem extantes, tum etiam propter peccatum contractas, ac proinde, **235** contra quam Deus voluisset, inductas; ad has igitur suam demittit immensitatem virtutis, ad haec se humiliat. Quid quod ad naturam daemonis conseruandam, ad substantiam, ad operationum eius nephandarum, ad peruersorum hominum ac delictorum, quibus Deum ipsum offendunt, substantias praesens atque intimus suo illapsu adest atque operatur?

Vide quanta propter te Deus agit, immo vero quam non quanta [2], quam demisse, quam humiliter. Et tu nihil hac clementia, hac amoris exuperantia, quicquam moueberis ad amorem, ad quem tot funiculis te ad se tam attrahit vehementer coelestis Pater?

At ille (inquis) nihil in his, quibus laborat, nihil discedit ab

---

[1] ROM., VIII, 22.

[2] «Quam non quanta», id est, «quam humilia, quam demissa».

splendissima illa suae diuinitatis luce, nihil dimouetur ab infinita immensi sui roboris constantia. | —Nihil certius, nihil tam necessarium. Quid tu vis, quid expectas, quousque tandem amorem non concipis? Putas ne aliquando fore vt in illis laboret, in illis affligatur virtus diuina? Nonne sat est tibi si in illis per modum se gerat laborantis? Nonne satis habes si infima, si abiecta, si afflicta, si quae contra suam alioquin essent voluntatem, propter te agat? Si quis vel scintillam sentit in corde diuini vel amoris vel desiderii, et his non mouetur, hunc ego aptum ad contemplationem non facile credam, vel certe **236** verebor ne illi charitas Dei obcalluerit quoquo pacto; nam, si nihil aliud certe congemiscimus omnes cum desiderio creaturae atque laboramus, id [a] simul efficit Deus atque operatur in nobis, indignius quidem quam pro sua infinita virtute atque essentia.

Hactenus tuas ego rationes subfulsi, ne illas dissimulanter transigere atque obiter [b] posses, quemadmodum institueras. Sunt firma illa tua argumenta, sunt efficacia, Pater. Caeterum, quod videris contemplationem nostram eleuare exemplo patris carnalis nobilissimi velle, «Procedit (inquis) haec huius viri consideratio et contemplatio ad eum modum, quo in nobis excitaretur affectus et amor | ad carnalem patrem nobilissimum, si videremus eum afflictum pro nobis», etc. Nescio, frater mi, vbi terrarum peregrinatus es hac censura; existimabam enim ego solis illis locis de labore Dei in Esaia, de labore item Xpi. nostram causam egisse te; sed video hoc praeterea exemplo te nobis ire suppetias; nam si potentissimus atque idem generosissimus [c] rex, sine labore, sine molestia, cum summa etiam tranquillitate, cum summa voluptate ac gloria, mihi, homini abiectissimo atque spurcissimo, inseruiret, me vestiret, cubiculum expurgaret, lectulum ster**237**neret, cibos pararet, comedenti ministraret, manus ad os subleuaret, mandere etiam cibos iuuaret, nihil tu ex his ministeriis mihi velles amoris conciliari; et tamen sine labore laboraret rex ille, sine afflictione affligeretur. Opera tamen sua maiestate indignia obiret. Quod si in illis laboraret, affligeretur, ignominia

---

[a] Obscure exaratum. —[b] Confuse scriptum. —[c] *genorissimus* ms.

afficeretur, longe maiorem in me amorem excitaret. Audi, Pater mi: ita semper egit nobiscum Deus omnipotens. Optimum igitur exemplum adduxisti, non pro quidem, sed contra te, Pater; haec enim egit hactenus omnia in creatura sua immensa atque infinita potentia: laborauit sine labore, | tactus est cordis dolore absque dolore, ingemuit sine gemitu, contristatus est absque contristatione, atque in hunc modum creatorem sese, operatorem atque conseruatorem praestitit rerum omnium. Haec tamen hominem non mouerunt ad timorem Dei atque amorem consequendum (vt tibi etiam dificilia videntur, quae possint ad amorem valere). Postremo igitur in temporum ipsorum plenitudine explicuit super omnia opera sua misericordias David [a] **238** fideles [1] clementissimus Pater, misit vnigenitum suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt [b] nos a lege peccati et mortis, a tyrannide diaboli liberaret [2], laborans cum labore, dolens cum dolore, gemens, contristatus, afflictus, poenis omnibus ac morte vere affectus. Itaque per modum laborantis ea [c] substinebat Deus ante Verbum incarnatum, quibus volebat homines ad dolorem, timorem, simul et ad amorem excitari. Ea cum non prodessent [d], propter humani cordis duritiam incredibilem, disposuit Deus illa in se [e] suscipere per humanitatem, in qua vere ea experiretur ac pateretur [f], vt iam nihil esset, vnde mouere hominem vehementius posset. Atque adeo, hoc audi, vir doctissime: excellentiae quaedam Deo in scriptura tributae esse videntur, vbi legimus laborare Deum, dolere [g]: illas non potuit purus homo praestare vel assequi [h]; solus vero [i] id potuit vnigenitus Dei filius, factus homo, qui in vniuerso suae carnis mysterio, in omnibus operationibus excellentem se praebuit supra omnium mortalium naturam vel captum. Hanc excellentiam, hunc excessum [j] rerum

---

[a] Iteratum hoc verb. in ms. —[b] Hic incipit manus librarii. —[c] Hoc verb. a Nat. additum. —[d] Emendat. a Nat. ex *proficeret*. —[e] Emendat. a Nat. ex *disposuit in se*. —[f] Emendat. a Nat. ex *in qua vere ex re ipsa experiretur ac substentaret*. —[g] Emendatum ex *dolere, contristari*. —[h] Emendat. a Nat. ex *accipere*, quod fere scripserat librarius. —[i] Hoc verb. addit. a Nat. —[j] *excesum* ms.

---

[1] ISAI., LV, 3. [2] GAL., IV, 4, 5.

omnium contemplabantur ac praedicabant in monte sancto Enoch et Elias, cum Christo Jesu colloquentes. |

Vides, pater religiosissime, nihil esse posse appositum magis, vt nostram contemplationem confirmares, quam exemplum, quod adduxisti. Voluisti tu quidem illo exemplo nostram contemplationem eleuare ac deiicere; verum contra accidit quam tu arbitrareris; ea enim est vis veritatis, vt quo magis illam oppugnes ac succutias, eo firmius ac profundius stabiliatur.

Sed ad finem appeto [a]. Quid tu praeterea addis [b] in censura? Sed breuis expedias, si quid habes; incipit enim mihi esse molestum in hac re diutius immorari, tam perspicua, tam pervulgata [c] **239**.

Aliam [rationem] pro nobis ex—[d] adducis: «Laborat Deus in creaturis, hoc est, laborare eas pro nobis facit.» Verum hanc continuo suggillas. Ita enim (inquis) contemplabimur eum in creaturis dormientem et morientem pro nobis. Quod non dixi hactenus, nunc cogor non tacere: te, bone Pater, praeuaricatorem plane hac censura agere videri. Ego tamen non te supposui. Quis ergo? Tua teipsum negligentia, ne aliud dicam. Non animaduertis te tuam causam perdere et nostram [contemplationem] [e] confirmare vehementer? Nam si interpretationem illam admittis, laborare Deum in creaturis, hoc est, laborare facientem creaturam pro nobis, quid obsecro magis proprie, quid acriter magis ad excitandum in nobis amorem Dei adduci potest? Laborat enim Deus in humanitate X.[i] ad mortem vsque, dormit, fatigatur ex itinere, lachrimatur, etc. | At quis hoc patitur? Deus in humanitate. Quis facit? Quis praecipit? Deus, qui tradidit filium in mortem, atque adeo tota Trinitas; et fecit Xpum. peccatum, hoc est, περὶ ἁμαρτίαν, id est, hostiam pro peccato. Haec quum ita sint, non solum tum doctores locum Esaiae, p.° cap., interpretati vt locum Geneseos, 22 cap.; sed illum: «Habui me

---

[a] Emendatum a Nat. hoc verb. —[b] Emendat. a Nat. ex *Quis tu addis*. —[c] Hic desinit librarii manus, et Natalis ad finem usque prosequitur. Quae sequuntur desumpta sunt ex *Cod. Vatic. 4*, fol. 5 r. —[d] Verbum obscure admodum exaratum, quod interpretari non potuimus. —[e] Hoc verb. desideratur in ms., eo quod charta consumpta fuerit.

per modum laborantis», hunc feci [laborare] [a]. Tamen aliter [b], et praeclare quidem, exponit Origenes; qua ego expositione libenter vtor aduersus lutheranorum insaniam; ita enim vehementer hoc loco Deus pronuntiat, vt fortiter [c] **239v** mortalibus persuadeat non esse sat si quis fidem habeat, sed opera esse necessaria ad salutem: non enim nescierat Deus, vt interpretatur Origenes, quod timeret Dominum Abraham et tunc primum intelligebat; sed, quod in sua aeternitate perpetuo constabat, monstrat impleri non potuisse nisi operibus obedientiae diuinae fidei suae efficaciam Abraham exhibuisset [1]. Nunc scito me fidem tuam hoc opere consummasse, vt cooperatricem, et te cognouisse, vt nouisse vias [d] **240** iustorum consueui. Significatio verbi ידעתי simplex est ex קל, non ex הפעיל, vt significet actionem in 3.ª persona, quemadmodum ex psalmo 131 docentur sacerdotes, vt aliorum salutem procurent: וכהניה אלביש ישע «sacerdotes eius induam salute [2]»; et ex vi verbi, ita induam, vt illi alios illam eamdem induere et possint et debeant. Non est ad hunc modum *cognoui* hoc loco. Quid igitur damno èxpositionem doctorum, ex veritate hebraica, ut solent grammatici insolescere? Non damno, | Pater mi, sed probo; atque adeo hoc vide quam ego soleam esse alienus a grammaticorum insolentia ac temeritate. Sic dico: linguarum peritiam esse quidem in ecclesia catholica necessariam;

---

a Charta atramento corrosa, unum vel alterum verbum periit. — b Obscure scriptum. —c Hic desinit fol. 5, *Codici Vatic. 4* perperam insertum, quod potius in *Cod. Vatic. 2* ante folium 239 addendum erat, ubi nos illud reposuimus. Quae proinde hic sequuntur habes in *Cod. Vatic. 2*, fol. 239v. —d *Vias vias* ms.

---

1 En verba Origenis in hunc locum: «*Nunc enim cognovi quia tu times Deum*. In hoc ergo sermone solet obiici nobis, quod Deus nunc se cognouisse dicat, quia Abraham timeat Deum, quasi qui ante ignorauerit. Sciebat Deus, et non eum latebat, quippe qui nouit omnia, antequam fiant: sed propter te haec scripta sunt: quia et tu credidisti quidem Deo, sed nisi opera fidei expleueris, nisi in omnibus praeceptis, etiam difficilioribus parueris, nisi sacrificium obtuleris, et ostenderis quia nec patrem, nec matrem, nec filios praeferas Deo, non agnosceris quia timeas Deum, nec dicetur de te quia nunc cognoui quia timeas tu Deum.» ORIGENIS ADAMANTIS MAGNI... In cap. XXII Geneseos, homil. VIII. *Opera*, Parisiis, 1604, vol. I, 18.

2 Ps. CXXXI, 16. Vulgata habet: «Sacerdotes ejus induam salutari.»

priuato tamen theologo vtilem, non etiam necessariam. Vulgatam editionem pro sacrosancta haberi oportere. Si quid praeterea lucis, qui hebraice sciunt et graece, ex veris prototypis nanciscantur, id vt conferat ad illustrandam vulgatam, non ad novam versionem commentandam. Breuiter: linguis **241** vtantur, tanquam interpretibus, ad ecclesiasticae ac communis editionis expositionem. Quid igitur? Dico: non est verbum *hiphil, cognoui,* hoc loco; et tamen verbum קל interpretari ad rationem *hiphil,* vt alias solet in scripturis. Simul et illud addo: simpliciter explicari posse *nunc scio,* ut sit aeternitatis illud *nunc* perpetuum. Quod si *nunc* temporis esse instas [a], coniungere vtrumque *nunc* possumus: in meo, inquit, *hodie* aeterno scio; tamen illi *hodie* hoc *nunc* temporaneum coniungo, pro hoc enim *nunc* quod timeas Dominum in mea | aeternitate perpetuo contemplatus sum; καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Ad 15.am censuram adeamus, ad quam desiderio desideraui peruenire, vt pro sacrosancta matre Dei Maria aliquid conari possim. Euge, Pater, quid adducis?

Fol. 93., fa. p.a

«Primum apparuit Dominus matri suae», etc. [1].

Scio ego te hoc quicquid cen**242**surae verecunde proloqui, veritate, scilicet, coactus, et fortiter vulgi opinionem sustinere, si qui fortassis dixerint non decuisse illius ordinis monachum praesentatum intemeratae virginis diuina priuilegia eleuare; atque adeo ego non verecunde ac fortiter solum hoc te facere et credo et profiteor, sed pie etiam ac religiose per zelum, quo vindicare existimas ab atroci iniuria sacras litteras. Verum in huius censurae apologia ipse tibi priuilegium constitui facere, | praeter communem apologiae legem; certe enim scio, si te illa tua opinione exemerim, vt libere possis proclamare, ex animi tui sententia ac deuotione, primum Mariae, Dei matri, Dominum apparuisse post resurrectionem, non solum pro priuilegio, sed pro singulari etiam beneficio [b]; te meam apologiam esse amplexatu-

---

a Emendat. a Nat. ex *velis temporis esse;* sed oblitus est delendi verbum *velis.* —b *benificio* ms.

---

1 Vide censuram Pedrochii, POLANCUS, *Chron.,* III, 519.

rum, vt quod inuitus faciebas, volens ac lubens praestes [a], **243**
quae tua singularis est pietas atque animi tui candor. Audi igitur, Pater mi, et inclina aurem tuam quantum potes, vel abiice, vel obliuiscere interim principium illud, vnde hanc censuram video emersisse, quod tibi fortassis ex aliis disputationibus ἀνασθήτως [b] inhaesit. Sed quidnam illud est principium: esse contra sacras litteras, quod vni scholae | videtur, vel religiosorum ordini, cum sacris [litteris] pugnare? Non est ita, Pater doctissime, non est. Nam etiam si nostra aetate e vobis credam plerosque omnes nihil ambigere de virginis θεοτόκου illibata conceptione, superiori tamen aetate constans fuit vestri ordinis sententia [contraria] [c]. Fuit autem vestrae sententiae primarium argumentum esse contra sacras literas, si communi generatione homo ex homine generetur, nec originale peccatum contrahat. Non tamen [d]
245r obtinuerunt patres vestri vel peruicerunt propterea id esse contra sacras [litteras] quod ita ipsi iudicarent.

†

Fol. 244v (1). Vide in vita X.[1], quod sacri doctores idem dicant ac nos: ita ecclesia per concionatores explicat: si non apparuit primo, quod non dicit euangelium; ergo non apparuit simpliciter, quod nihil dicit. Iam hic serio [e] sine intellectu [1], etc. Quod si apparuit, cur non primo? Nam quem locum illi dabis?

[a] *qui praestes* ms.; sed *qui* superfluum videtur. Totam hanc periodum saepius emendavit auctor; et tandem obscuram reliquit. – [b] Sic. Forte voluit scribere ἀνασκήτως, quo sensu Plutarch., Mor., p. 112, D., ait: ἀνασκήτως διακείμενοι. —[c] Licet hoc verb. omiserit Nat., tamen supplendum illud esse videtur. —[d] Quae sequuntur, non ordinate habentur in codice, prout ex foliorum recensione apparet. Aliqua exstant in folio separato minoris dimensionis, in 4.° scilicet dimidiato, omnia autem Natalis manu, qui haec adversaria inordinata et imperfecta reliquit. Binas pagellas minoris dimensionis seorsim intra uncinos numeris 1—4 signamus. —[e] Obscure exaratum.

[1] Haec ad libellum exercitiorum S. Ignati referuntur, ubi «D. N. Jesuchristi mysteria» in breves meditationes distributa, post quartam hebdomadam exhibet; et in Christi resurrectione hanc contemplationem proponit: «Primum apparuit Dominus Matri suae postquam resurrexit, cum dicat Scriptura quod apparuit multis. Licet enim nominatim illam non exprimat, id nobis tamen relinquit pro certo, tanquam intellectum habentibus; ne alioquin iure audiamus illud: *(Adhuc et vos sine intellectu estis?* [MATTH., XV, 16.])

nam ordinatae sunt apparitiones. Necessario igitur tolles locum alicui suum. Cur non potius, ob dignitatem Mariae primum?

At dicit Marcus: «primo», etc. [1]. Si non recipit, quae exclusiue dicit Marcus, expositiue [a] [2], **244r (2)** iam Xpus. non nouit diem iudicii. Quomodo locum illum explicas? Similiter explica quod non apparuerit Mariae: ad reuelandum. Apparuit primo Mariae [Magdalenae], ad reuelandum; nam primo certum est, quod ad priuilegia attinet, quae ordinis non sunt, nullum fuisse, in quocum[que] homine, praeter Xpum., quod non excelsius habuerit Maria. Igitur vidit; et prima vidit; sed selectissima illa fuit apparitio, et de qua dubitari non decuit, et quae vehemens

[a] Confuse et obscure.

[1] En Pedrochii censuram in hunc locum exercitiorum: «Certe Evangelista Marcus, cap. 16, oppositum expresse asserit dicens: *Surgens (Jesus) mane prima sabbati apparuit primo Mariae Magdalenae;* et per consequens Marcus est sine intellectu, et mentitur aut falsum asserit; nam si verum est quod primo apparuit matri suae, quomodo verum est, quod primum apparuit Mariae Magdalenae?» POLANCUS, *Chron.*, III, 519 et 520.

[2] Quid heic dicere voluerit auctor, satis ex contextu apparet. Locus tamen declarari potest hoc pacto. Si loca, ubi evangelista exclusive loqui videtur, exclusive intelligas, nulla adhibita expositione earum, quas sacrarum litterarum interpretes afferunt, fateri debebis Christum non novisse diem judicii; nam ait Matthaeus, cap. XXIV, vers. 36: «De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli caelorum, nisi solus Pater.» En quo pacto locum illum Marci ad mentem Suarezii, Salmeronis, Maldonati, etc. exponat P. KNABENBAUER, S. J., *Commentarius in evangelium secundum Marcum*, pag. 437: «Illud *primo* iam *Rupertus,* abbas tuitiensis, ita explicat, ut inter testes, qui Christi resurrectionem nuntiare debuerint, primo apparuerit Mariae Magdalenae (de divinis officiis, 7, 25; M. 179, 206) eandemque explicationem alii quoque amplectuntur, uti *Salmeron,* tract. II, *Ians., Mald.* et generatim ita explicari posse, ut prima viderit Dominum inter eos, de quibus evangelica narratio mentionem facit, a modo et more loquendi hominum non est alienum, et concedunt quotquot sentiunt Dominum primo prae omnibus apparuisse beatissimae matri suae... Sed etsi s. Ambrosii testimonium invocari nequeat, haec sententia tamen ita evasit communis, ut *Suarez,* dicat: «absque ulla dubitatione credendum est Christum post resurrectionem primum omnium matri suae apparuisse; quae sententia ex ipsis terminis adeo est per se credibilis, ut fere sine controversia omnium fidelium et doctorum animis insederit, atque ita docent omnes scriptores catholici, qui hanc quaestionem attigerunt.» (in 3 part., quaest. 55, disput. 49. sect. I, n. 2.)

non esset futura, propter hominum imperfectionem, vt matris. Propterea de illa non fit mentio; **244r** (**3**) nam de nulla apparitione fit mentio, quae non attinet ad confirmationem resurrectionis [a], et quidem per incredulitatem aliorum, tum illorum etiam, quibus contingebant. Nihil eorum in Maria. Igitur ratio apparitionis Mariae longe est alia. Quare, et fuit; et prima fuit; et non decuit illam scribi, et ne publicari [b] quidem eo tempore, etc.

Non dixit euangelista τὸ πρῶτον [1]; quare aliud selectum potuit esse primum, et non hoc fuit selectum primum. **244v** (**4**) Antequam appareret Xpus. Magdalenae, in quo erat fides actualis resurrectionis, sine qua ecclesia esse non potuit, nam tenebatur credere antequam quiuis vel mulierum vel virorum crederet? [c] Ea igitur fides fuit in Maria, quae esse non potuit nisi per reuelationem. Cur igitur non per apparitionem?

«Primo Mariae Magdalenae» [d], ad reuelandum scilicet; quare non simpliciter primo. Quod vero ad reuelandum, apertum; nam statim illi praecipitur, vt dicat fratribus, etc.

Dein non quaerit in monumento Maria: quare et sciebat, quae circa Xpum. agebantur, et ipse haud dubie apparuit.

Adde vile esse argumentum, tamen haereticis legittimum, ab auctoritate negatiue; quod eo est infirmius in sacris literis, quod Xpus. ipse [e] ex scripturis scimus non esse omnia scripta, et esse in ecclesia Dei traditiones.

Adde sanctorum auctoritates [2].

---

[a] *resurrectionem* ms. —[b] *publicare* ms. —[c] Quae praecedunt, tam velociter et confuse scripta sunt, ut potius interprete quam lectore ad ea intelligenda opus sit. —[d] *Mariae Mariae* ms. —[e] Sic, inemendate.

---

[1] En evangelii verba: ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ. MARC. XVI, 9.

[2] Explicit hic totius Apologiae palimpsestus, ex cujus inemendatione facile perspicitur extrema nondum manu hanc alteram partem ab auctore donatam fuisse.

26

ACTA QUAEDAM
P. HIERONYMI NATALIS
EX VITA P. CORNELII VISHAVAEI
DEPROMPTA [1]

Natalis in Siciliam mittitur. Itineris labores et pericula. Aphrodisium se confert. Obitus Isidori Bellini. Caroli Pharaonii in Societatem vocatio.

Postea venerunt litterae ex Sicilia, a domino Joanne de Vega, vicerege eiusdem regni, quae dirigebantur ad pontificem maximum, Paulum tertium, in quibus petebat, ut decem fratres ex Societate ad se eo transmitteret. Quo audito Pater noster [2] dedit se orationi, ut semper in tali aut simili re solitus erat, et dum oraret, incidit illi se et Canisium in Siciliam esse mittendum; Patrem vero Antonium Vinck adhuc Romae in gremio Patris esse fruendum; quae eadem, antequam fierent, in praesentia Antonii et Canisii, aperte dicebat, et etiam in praesentia aliorum.

Ab eo tempore semper spiritus Patris nostri ferebatur in Siciliam. Omnia autem ita contigerunt, uti Pater praedixerat; nam ex 40 personis, quae tunc Romae erant, elegit P. Ignatius decem, inter quos erant 4 sacerdotes, scilicet: P. Natalis, P. Andreas Frusius, P. Petrus Canisius, et noster Pater. Alii erant magister Benedictus Palmius, mag. Hannibal Coudreto, mag. Isidorus romanus [3], Joannes Bapt. bressanus [4], Martinus [5] et Raphaël Riera. Ex his ordinabat P. Ignatius quinque magistros. Pater vero noster destinatus erat ad instruendum pueros et ad discendam linguam. Hi fuerunt omnium primi, qui mittebantur ex Societate ad constituenda collegia in tanto numero [6], etc.

---

[1] Ex transumpto codicis 25, *Vita Patris Cornelii Wischaven,* cum originali accurate collato, et in descriptione hujus codicis commemorato, fol. 206-210; 234-236; et 245-247. Cf. *Epist. P. Nadal,* I, LX.

[2] Ita nuncupari solet in toto hoc codice P. Cornelius Wishavaeus (Wischaven).

[3] Isidorus Bellinus (Bellini), alias Sbrandus, saepius in nostris MONUMENTIS commemoratur. Cf. *Epist. P. Nadal,* loc. cit., pag. 115, et *Monum. Ignat., Epist.,* I et II, passim.

[4] Joannes Baptista Passarinus, brixiensis. Cf. *Litt. Quadrim.,* 91.

[5] Martinus Mare, gallus. Cf. *Litt. Quadrim.,* ibid.

[6] De his consule POLANCUM, *Chron.,* I, 269 et 281.

Anno vero 48, 13 Martii, steterunt coram pontifice, Paulo tertio, accepturi genibus flexis benedictionem a Sua Sanctitate, quibus exhortationem pulchram ad spatium mediae horae fecit, ac misit illos duodecim, quos ibi praesentes videbat, (erant autem R. P. Polancus, et P. Petrus Codacius: isti duo, qui discessuri non erant). Cum autem Suae Sanctitati innotuisset duos adesse, qui cum illis decem non erant abituri, ait: «Nihil refert: confero benedictionem pro duodecim.» Tunc demum recordabantur nostri R. P. Hieronymi Domenech et Juliani [1], ejus socii, qui hos decem praestolabantur in Sicilia, ita ut Sua Sanctitas quasi prophetasse videretur.

R. P. Ignatius iussit per Patrem Natalem a Sua Sanctitate peti unam gratiam pro P. Petro Canisio et Patre Nostro, ut singulis sacrificiis suis possent unam animam ex purgatorio liberare, quam illis Sua Sanctitas libentissime concessit, dicens: «Fiat.» cum sua sancta benedictione, vivae vocis oraculo. Quo facto, et exosculatis pedibus Suae Sanctitatis, et manibus nonnullorum cardinalium, discesserunt postridie iussu Suae Sanctitatis omnes equites Neapolim usque...

Feria IV hebdomadae sanctae [1548] navigare coeperunt una cum domino Joanne Osorio, qui erat in quadam navicula; nostri vero omnes simul erant in una alia parva navicula; quo viso mirabatur Pater noster, et aiebat se nunquam tam vastum mare in tam parva navi navigasse. «Quare, inquit, timeo nobis, ne patiamur multa et magna pericula.» Illi vero responderunt moris esse uti tam parvis navigiis etiam aliquando secure. Postquam vero triginta aut circiter milliaribus in altum evecti essent, fuit turbatum mare non parum, et ventus rapidus pene ambas naviculas mergebat, quarum alterius malus rumpebatur in duas partes. Dimissis ergo velis, vix salvi Neapolim remearunt. De nocte vero civitatem ingressi cum difficultate, et misere satis quieverunt, quum aliud domicilium coacti fuerunt accipere...

Feria V, scilicet postridie, cum alterius naviculae arborem permutassent, rursum se ad navigandum parant, sereno iam et tranquillo coelo et mari.

[1] Julianus, flander. Cf. POLANCUM, *Chron.*, I, 242, 380.

Inter navigandum iussit R. P. Natalis, qui erat dux et superior, Patri nostro, ut in tribus tonis alta voce decantaret passionem Domini, ut in ecclesia solet fieri, secundum Joannem: qua finita, dixit Pater noster: «Jam laetis animis cecinimus Christi passionem ad Dei laudem; quid si Deus eam hac tota nocte experiri etiam permitteret? Credo enim, inquit, quod illam sentiemus.» Ista ergo nocte eadem tanta tempestas orta fuit, ut duae istae naviculae ab invicem fuerint separatae, quae alioqui simul in Siciliam deducendae erant, quarum in altera erat secretarius Joannis de Vega, viceregis Siciliae, adeo ut infra triduum altera non potuerit videre alteram. Illa vero, in qua Pater erat, appulit die sabbati Schalae, non sine magno periculo; inveniebant enim sub navi magnum foramen longitudinis et latitudinis fere unius palmi.

Ista nocturna navigatio continua eos a turcarum fustis, ibidem in antris propter tempestatem latitantibus, etiam Dei auxilio liberavit; et, si in altum provecti fuissent, haud dubie omnes submersi fuissent; sed Dominus Deus permisit aliam navem, plenam fere laicis, in altum deduci, Patrem vero cum aliis pascha sanctum in ista civitate celebrare, cum magna populi aedificatione, partim celebrando, partim confessiones audiendo multorum, et simul etiam omnium nautarum, qui omnes communicabant etiam.

Cum vero inde solverent versus Sancti Francisci de Paula, hoc facere coacti sunt, eo quod et nostris et ipsis etiam nautis pecunia deficeret, quantumvis mare adhuc esset turbulentum, quod eos praeter spem diutius a cursu remoratum erat...

Cum autem pervenissent S. Franciscum de Paula, ibi demum viderunt alteram navem eminus in alto mari. Erant tum exesi omnes, atque adeo ipsi quoque nautae, ibidemque coacti sunt manere propter maris intemperiem per aliquot dies. Eo tempore aliqui faciebant sua sacra; Pater Andreas Frusius concionabatur in quadam ecclesia; aliqui vero fratres in plateis, quorum sermonibus populus plurimum fuit aedificatus, adeo ut ipsimet pro nostris ostiatim eleemosynas peterent, et illis in hospitium deportarent panem, vinum, caseum, ova, etc., quae omnia Pater noster custodiebat.

Visitatis tandem locis sacris S. Francisci de Paula, profecti sunt Tropiam, et hinc Messanam, quam ingressi sunt anno 1548, 8 die Aprilis [1]...

Paulo ante fiebat apud viceregem mentio de mittendo Patrem Natalem in Africam [2], quod cum praecipuis Patribus et fratribus proposuisset, quaerens quid ipsi sentirent, pauci, imo fere nullus erat, cui videretur quod iret, nisi soli Patri nostro. Tunc inquit P. Natalis: «Quomodo tu semper dissentis ab aliis?» Cui Pater respondit: «Dico, inquit, Pater, quod sentio. V. R. faciat quod Dominus ei inspirabit.»

Magister Isidorus, romanus, qui logicam ibidem profitebatur, petiit congredi, si tamen ita obedientiae videretur; nam in socium sibi illum P. Natalis sumere volebat. Sed momordit Isidorum conscientia, dubitans num contra Deum fecisset, quod tantopere institisset, ut ire posset cum P. Natale. Consuluit ergo Patrem nostrum super hac re, cui mentem suam aperiebat. Cui Pater annuit. «Sed tamen, inquit, non consulo, ut eas, nisi adhuc semel de integro tuam confessionem generalem velis renovare.»

Fecit ergo hoc Isidorus, et quidem exactissime; quo facto omnes animadverterunt solito illum esse laetiorem. «Et, inquit Pater, disponas te non aliter ad hanc profectionem, quam si tibi ad mortem, seu martyrium, eundum esse putares.

Sic ergo laeto animo, et una cum benedictione, quam illi Pater dedit, discessit cum Patre Natali Messina. Sed in Lampadosa, iuxta Africam, passi sunt naufragium; octo enim triremes submergebantur, et cum illis plus quam mille animae.

Frater vero noster, volens se conservare a tempestate, non potuit; sed ex collisione navium confractum est illi brachium, adeo ut pelle tantum corpori adhaereret. Revertens autem in navim P. Natalis, ad confortandum socium, audivit confessionem eius; qua finita, rogavit ipse Patrem, ut triremem exire vellet,

---

[1] Vide *Litt. Quadrim.*, I, 94-99, ubi Natalis totam hanc navigationem enarrat.

[2] De hac Natalis expeditione cf. *Epist. P. Nadal*, I, 109-119, 125, 138.

nisi secum perire vellet. Omni autem momento fundum expectabant; nec ipse uno tantum brachio se iuvare poterat.

Cum ergo Pater esset egressus, tunc Isidorus, subinde suos ad mortem confortabat, et ad moriendum parabat; mors enim iam illis ob oculos versabatur. Subito ergo, vidente hoc Patre Natali, tota navis submergebatur, et qui in ea erant.

Cum autem Pater Natalis ex Africa rediisset, dixit Patri nostro: «Misisti me, seu, propter tuam sententiam, fui inter milites; sed non placet mihi inter illos vivere; quin potius opto vitam religiosorum et nostrae Societatis...

Quomodo vero ista prima domus probationis profecerit, et accrevit, melius ipsi, qui in ea fuerunt ac egerunt et experti sunt, quam alius quisquam agnoscent. Etiam regulae testantur, seu litterae, quas Pater omni anno, quandiu illi domui praefuit, Patri Ignatio misit ex consilio Patris Natalis, ut Pater Ignatius indicaret seu eligeret ex iis, quae illi viderentur bonae pro iuventute, nam postremo anno misit Romam, amplius quam prius, experientias [1].

Hic tamen non erit inutile, credo, subiicere ingressum Caroli Pharaonii. Hic Carolus (ut ab eo incipiamus), iuvenis quatuordecim annorum, erat filius viri cuiusdam nobilis et magnae apud messanenses authoritatis [2], adeo ut nomine totius civitatis ad principem Hispaniarum Philippum in Italiam adventantem legatus maximis cum muneribus missus fuerit.

Erat autem juvenis ille ante diem suae vocationis, petulantiae (ut ea aetas assolet) deditus, in superbia etiam omnes coaequales superabat, nemini parcebat, verbera, quaeque poterat, aliis inferebat, adeo ut, ob eius excellentem maliciam, plurimis notus esset.

Hunc tandem Dominus oculo misericordiae respexit, eumque ad cor redire voluit, quod ut melius fieret, Dominus inspiravit avo suo, ut eum cum fratre suo ad scholas nostras mitteret, di-

---

[1] Scilicet experientias ad novitiorum institutionem ordinatas.

[2] Hujus egregii viri nomen erat Bernardus Pharaonius. Cf. AGUILERA, loc. cit., cap. IV, n. 25.

misso iam praeceptore quodam gallo, quem ipsorum gratia 4 annos domi aluerant; curatumque amplius ut illis adiungeretur quidam paedagogus, qui eos ad scholas duceret, et reduceret, absque quo illis alioqui ne domum quidem egredi licebat.

Post hos duos, paedagogus tandem quidam sacerdos, vir egregius et Deum timens, ex quodam oppido fuit evocatus, ut puerorum curam susciperet, qui munere suo diligentissime perfunctus est, et sanctissime; mox enim curavit ut illis emerentur preces B. Virginis, et coronae, curavitque ut secum horas sacras recitarent, et ut saepe legerent libros spirituales, ad quae difficulter perduci poterant, cum hoc modo antea non usi fuissent. Paulatim tamen Dominus cor maioris fratris ita disposuit, ut familiarius tandem cum illo de rebus spiritualibus colloqueretur.

Semel etiam accidit, ut, cum maiori fratri (de quo nunc loquimur) Landolphum Carthusianum, de passione Domini, legendum dedisset, ita hic ad lacrymas, quin etiam minor frater, commoti sunt, ut prae illis vix librum inspicere possent: et ex eo tempore vitam mutare, et octavo quoque die confiteri statuerunt coram hoc sacerdote, quod etiam fecerunt.

Dominus autem non desistebat huic maiori semper plura calcaria addere, et ad maiora instigare, ut etiam, mundo relicto, se totum Domino dicaret, quod quadam nocte illi venit in mentem, praesertim cum audisset quendam suum cognatum religionem Societatis Jesu ingressum fuisse; quod adeo eum excitavit, ut decerneret, quamprimum facultas daretur, tandem se quoque ingressurum; quam rem tamen parentibus aperire non est ausus nec etiam Patri Natali, rectori tunc collegii Societatis; sed sacerdotem suum adiit, eumque rogavit, ut Patri Natali suum desiderium explicaret. Quod ubi audivit, laetus Patri Natali retulit, qui respondit se illum admissurum, si parentes eius id permitterent, nam, invitis parentibus, nihil se facturum dicebat. Quod ubi iuvenis rescivit, parentibus ridendo indicavit, ut animum eorum experiri posset, qui etiam ridendo respondebant se id optare ac velle; sed cum ipsum serio loqui cernerent, eum omnino ab huiusmodi instituto avocare conati sunt, ac quotidie de hac re mentio aliqua fiebat.

Tandem iuvenis, cum videret parentes numquam id permissuros, neque Patrem Natalem absque eorum facultate aliquid acturum, omnino decrevit se, ubi primum ianuam collegii apertam inveniret, vi ingressurum, atque ut id faceret oportunitatem captabat.

Accidit quadam vice, ut paedagogus eius ad suos parentes invisendos iret, quod ubi ipse advertit, occassionem se invenisse credens, ut id, quod animo conceperat, exequeretur, et id sine ulla sui paedagogi suspitione fieri posse cerneret, statuit tunc temporis ingredi; ac quadam die dominica a Patre Cornelio in domum probationis introductus est, ubi remansit. Parentes autem eum domi expectabant, ut veniret; sed ubi post unam aut alteram horam eum non adventare animadverterent, statim suspicati sunt, quod verum erat.

Tunc mater eius 2.ª hora noctis, multas famulas, ac famulos multosque cognatos secum adducens, ad collegium properavit, clamitans per urbem, ita ut multi cognati et affines, eius clamoribus excitati, simul cum illa venerunt. Tunc maximo cum tumultu fores collegii pulsat, ac filium suum maximo cum eiulatu sibi dari deposcit. Quod videns Pater Natalis, eum descendere ad matrem iussit. Licet prius renueret, descendit; quem ubi mater vidit, statim, arrepto sinistro brachio, inquit: «Fili, non te deseram, nisi mecum veneris»; multisque vocibus quaerulis, ac flebilibus animum eius emollescere conabatur. Quod ubi non praestitit, ad minas, et maledictionem se convertit, inquiens: «Maledictionem meam tibi inferam, nisi mihi obedieris.» Cui respondit iuvenis: illam cur hanc maledictionem irroget, nullam causam habere. «Quare nihil (inquit) mihi oberit, sed maius meritum augebit.» Tandem mater non effecit, ut iret, ita ut crastina die se redire promitteret mater ad collegium.

Tunc tandem mater, arrepto brachio, famulae et famuli partibus vestis arreptis, ducebant maximo cum clamore ac lacrymis. Ubi autem domum pervenit, avus eum increpare coepit, quod id, insciis parentibus, fecerit, spem autem ante solis ortum redeundi dans; mane statim surrexit, ut citius, nullo impediente, ad collegium rediret. Quod ubi scivit avus, in cubiculum eius ingres-

sus, iussit eum exui, ac in lecto iacere, vestesque omnes in arca includi, ac mulierum custodiam adhibuit. Veniebantque affines, et cognati, ut eum ab instituto revocarent, sed nihil effecerunt; ipse enim lachrymans Domino rem suam commendabat.

Post tres dies tandem vestes illi dederunt, hac tamen conditione, ut patrem suum, qui domo aberat, ex curia revertentem expectaret. quod promisit, ut vestes haberet. Volebant autem parentes, ne amplius scholas nostras inviseret; quod ubi ipse animadvertit, omnino respondit dicens: «Si id facitis, in longissimas regiones abibo, ita ut numquam me videre possitis»; quod timentes permiserunt; fratri autem minori interdixerunt ne amplius in collegium veniret.

Die sabbati sequentis hebdomadae animo volvebat modum, quo iterum in religionem rediret. Ab eo die decrevit se reversurum; cumque 22.ª hora per aulam deambularet cogitabundus, accessit ad eum famula dicens: «Quid tu iam moliris, vis ne iterum aufugere?» quod audiens iuvenis, timens ne daemon sibi iterum impedimento esset, statim abiit in collegium, ac ne illum aliquis cognosceret, pallio caput involvit; quo ubi pervenit, spectabat, ut aliquis fores aperiret. Cumque deambularet, ecce Gabriel, qui novitiis ministrabat, advenit (vere Gabriel angelus, qui eum interrogavit, an vellet ingredi; qui respondit se nihil aliud expectare; atque ita ingressus est.

Quod ubi sciverunt parentes, nihil tumultus fecerunt, sed misso paedagogo ad illum, ut peteret an vellet domum redire, respondit se optime habere, ac redire nolle: quod ubi audivit, «Benedictus (inquit) sis a Domino fili»: atque ita remansit iuvenis.

INDICES

I

AUCTORES ET LIBRI

IN HOC VOLUMINE ALLEGATI

ACTA SANCTORUM, v. Pinius.

AGRICOLA, Ignatius, S. J., *Historia Provinciae Societatis Jesu Germaniae Superioris* quinque primas annorum complexa decades... [Tom. I.] Augustae Vindelicorum anno MDCCXVII.

ALCAZAR, Bartholomaeus, S. J., *Chrono-Historia de la Compañía de Jesús, en la provincia de Toledo...* Tom. I-II. Madrid, 1710.

Archivio storico italiano, ossia raccolta di opere e documenti finora o divenuti inediti o divenuti rarissimi, risguardanti la storia d' Italia. Firenze, 1842...

ASTRAIN, Antonius, S. J., *Historia de la Compañía de Jesús en la Asistencia de España,* por el P. Antonio Astrain, de la misma Compañía. Tomo I. San Ignacio de Loyola. 1540-1556. Madrid, 1902.—Tomo II. Lainez-Borja. 1556-1572. Madrid, 1905.

AUGUSTINUS, Stus., *Sancti Avrelii Avgvstini, hipponensis episcopi, opera,* stvdio monachorvm sancti Mavri post editiones parisiensem antverpiensem et venetam sermonibvs Vindobonae a Denis editis anno MDCCXCII avcta. Venetiis, MDCCCXXXIII-MDCCCLXII.

BALLERINI, Antonius et PALMIERI, Dominicus, S. J., Antonii Ballerini, e Societate Iesu, *opus theologicum morale* in Busembaum Medullam, absolvit et edidit Dominicus Palmieri ex eadem Societate. Vol. I-VII. Prati, 1889-1893.

BARTOLI, Daniel, S. J., *Dell' istoria della Compagnia di Gesù. L' Italia,* prima parte dell' Europa, descritta dal P. Daniello Bartoli della medesima Compagnia. Lib. I-IV. Torino, 1825.

BRAUNSBERGER, Otto, S. J., *Beati Petri Canisii, Societatis Jesu, epistulae et acta.* Vol. I-III. Friburgi Brisgoviae, MDCCCXCVI-MCMI. Vol. IV sub prelo est hoc anno 1905.

BRUNET, Jacobus Carolus, *Manuel du libraire et de l' amateur de livres.* Vol. I-IV. Paris, 1814.

CABRERA DE CORDOBA, Ludovicus, *Historia de Felipe II,* Rey de España, por Luis Cabrera de Córdoba, criado de su Majestad Católica y del Rey Don Felipe III, nuestro Señor. Madrid, 1876-1877.

Canones et decreta sacrosancti oecumenici, et generalis Concilii Tridentini, sub Paulo III, Julio III, Pio IIII, Pontificibus Max. celebrati. Romae, M.D.LXIIII.

CIACONIUS, Alphonsus, O. P., *Vitae et gesta svmmorvm Pontificvm* ab Innocentio IV. vsque ad Clementem VIII. necnon S. R. E. Cardinalivm cvm eorvndem insignibvs M. Alfonsi Ciaconii Biacensis Ord. Praedicatorvm,... liber secvndvs. Romae, MDCI

CICERO, Marcus Tullius, *M. T. Ciceronis,* quae exstant, *omnia opera.* vol. I-XIX. Colligebat Nicolaus Eligius Lemaire. Parisiis, MDCCCXXXI-MDCCCXXXII.

COCQUELINES, Carolus, *Bullarum, privilegiorum ac diplomatum Romanorum Pontificum amplissima collectio,* Cui accessere Pontificum omnium Vitae, Notae et Indices opportuni, Opera et Studio Caroli Cocquelines. Tom. I-XIV. Romae, M.DCC.XXXIX-MDCCXLIV.

Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae cum earum declarationibus. Matriti, MDCCCXCII.

[DELPLACE, L., S. J.], *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas, et la mission du P. Ribadeneyra à Bruxelles en 1556, d'après des documents inédits.* Extrait de la Revue «Précis historiques». 1886-1887. Bruxelles, 1886.

Diccionario de la lengua castellana compuesto por la REAL ACADEMIA ESPAÑOLA. 4.ª edición. Madrid, MDCCCIII.

Epistolae PP. Paschasii Broëti, Claudii Jaji, Joannis Codurii et Simonis Rodericii, Societatis Jesu, ex autographis vel originalibus exemplis potissimum depromptae. (MONUMENTA HISTORICA, S. J.) Matriti, 1903.

Études, Revue fondée en 1856 par des Pères de la Compagnie de Jésus. Paris.

FABER, Btus. Petrus, S. J., *Memoriale Beati Petri Fabri,* primi S. Ignatii de Loyola alumni, nunc primum in lucem editum a P. Marcello Bouix, Societatis Jesu sacerdote. Lutetiae Parisiorum, M. D. CCC. LXXIII.

— *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro,* de la Compañia de Jesús... Tomo I. Bilbao, MDCCCXCIV.

FRANCUS, Antonius, S. J., *Synopsis Annalium Societatis Jesu in Lusitania,* ab anno 1540. usque ad Annum 1725. Authore R. P. Antonio Franco, Societatis ejusdem Sacerdote. Augustae-Vindelicorum et Graecii, Anno M.DCCXXVI.

GAUDEAU, Bernardus, S. J., *De Petri Joannis Perpiniani vita et operibus.* Parisiis, 1891.

HANSEN, Josephus, *Rheinische Akten zur Geschichte des Jesuitenordens.* 1542-1582. Bonn, 1896.

HORATIUS FLACCUS, Quintus, *Quinti Horatii Flacci,* quae exstant, *omnia opera.* Vol. I-III. Colligebat Nicolaus Eligius Lemaire. Parisiis, MDCCCXXIX-MDCCCXXXI.

HUNDIUS, WIGULEUS, Nobilis et Amplissimi Viri Wigulei Hund a Sulzemos J. C. ac Supremi Bojorum Senatus Monachii Praesidis, *Metropolis Salisburgensis.* Tomus Primus, Continens Primordia Christianae Religionis per Bojariam et loca quaedam vicina, Catalogum videlicet et ordinariam successionem Archi-Episcoporum, Salisburgensium, et Co-Episcoporum, Frisingensium, Ratisponensium, Pataviensium, ac Brixinensium.

Accesserunt praeter Diplomata Summorum PP. Impp. Regum, Principum etc. historiae insuper continuationem, Notae Christophori Gewoldi J. V. D. Sereniss. Bojor. Duc. a Consiliis. Ratisponae, MDCCXIX.

[IGNATIUS DE LOYOLA, STUS.], *Cartas de san Ignacio de Loyola,* fundador de la Compañía de Jesús. Tom. I-VI. Madrid, MDCCCLXXIV-MDCCCLXXXIX.

— *Monumenta Ignatiana*, ex autographis vel ex antiquioribus exemplis collecta. *Series prima*. Sancti Ignatii de Loyola, Societatis Jesu fundatoris, epistolae et instructiones. Tomus primus. Matriti, 1903.—*Series quarta*. Scripta de sancto Ignatio de Loyola... Tomus primus. Matriti, 1904. (MONUMENTA HISTORICA, S. J.).

Institutum Societatis Jesu. Vol. I-III. Florentiae, 1892, 1893, 1893.

JANSSEN, Joannes, *Geschichte des deutschen Volkes* seit dem Ausgang des Mittelalters. 8 Bände. Freiburg im Breisgau. 1890, 1889, 1891, 1890, 1886, 1888, 1893, 1894.

KNABENBAUER, Josephus, S. J., *Commentarius in quatuor S. Evangelia Domini N. Iesu Christi.* II. Evangelium secundum S. Marcum. Parisiis, 1894.

LEHMKUHL, Augustinus, S. J., *Theologia moralis,* auctore Augustino Lehmkuhl, Societatis Jesu sacerdote. Editio quarta, ab auctore recognita. Vol. I-II. Friburgi Brisgoviae, MDCCCLXXXVII.

LIGORIUS, Stus. Alphonsus, *Theologia moralis* Illustrissimi ac Reverendissimi D. Alphonsi de Ligorio, episcopi S. Agathae Gothorum et rectoris majoris Congregationis SS. Redemptoris. Editio septima absolutissima, Bassani, MDCCLXXIII.

Litterae Quadrimestres, ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae. (MONUMENTA HISTORICA, S. J.) Tom. I-IV. Matriti, 1894, 1895, 1897, 1897.

MADOZ, Paschalis, *Diccionario geográfico-estadístico-histórico de España y sus posesiones de Ultramar,* por Pascual Madoz. Tom. I-XVI. Madrid, 1845-1850.

MANAREUS, Oliverius, S. J., *De rebus Societatis Iesu* commentarius Oliverii Manarei. Florentiae, 1886.

MEDERER, Joannes Nepomucenus.—*Annales Ingolstadiensis academiae...* Inchoarvnt Valentinvs Rotmarvs... et Ioannes Engerdvs... Emendavit, avxit, continvavit et codicem diplomaticvm adiecit Ioannes Nepomvcenvs Mederer... Vol. I-IV. Ingolstadii, 1782.

MENÉNDEZ Y PELAYO, Marcellinus, *Historia de los Heterodoxos españoles.* Tom. I-III. Madrid, MDCCCLXXX-MDCCCLXXXI.

MICHEL, L., S. J., *Vie du Bienheureux Pierre Canisius, Apôtre de l'Allemagne et de Fribourg,* d'après le P. J. Boero et des documents inédits, illustrée de nombreuses gravures. Société de Saint Augustin, 1897.

Monumenta historica, S. J., v. Epistolae PP. Paschasii...; Ignatius de Loyola; Litterae Quadrimestres; Monumenta paedagogica; Polancus.

Monumenta Ignatiana, v. Ignatius.

Monumenta paedagogica Societatis Jesu, quae primam rationem studio-

rum anno 1586 editam praecessere. Ediderunt Caecilius Gomez Rodeles, Marianus Lecina, Vincentius Agusti, Fridericus Cervos, Aloisius Ortiz, e Societate Jesu presbyteri. (MONUMENTA HISTORICA, S. J.) Matriti, 1901.

[MUÑOZ, Linus], *Guerra de un año entre el papa Paulo IV y Felipe II, rey de España*. Madrid, 1869.

MURO, Gaspar, *Vida de la princesa de Éboli*. Madrid, 1877.

NATALIS, Hieronymus, S. J., *Scholia in constitutiones et Declarationes S. P. Ignatii*, auctore P. Hieronymo Natali, e Societate Iesu, nunc primum in lucem edita. Prati, in Etruria, MDCCCLXXXIII.

NORES, Petrus, *Storia della guerra di Paolo IV*, sommo pontefice, *contro gli spagnuoli*, scritta da Pietro Nores, corredata di documenti. Volume unico. Firenze, 1847. *(Archivo storico italiano*, tomo dodicesimo.)

ORIGENES, Adamantius, *Origenis Adamantii*, magni illivs et vetvsti Scriptvrarvm interpretis, et secvndi Ecclesiae post Apostolos Magistri, *Opera*, qvae qvidem proferri potvervnt *omnia*. Vol. I-II. Parisiis, M.DCIIII.

OSWALD, Augustinus, S. J., *Commentarius in decem partes Constitutionum Societatis Jesu*, opus manuscriptum. Insulis, MDCCCXCII.

PALMIERI, Dominicus, S. J., *De Deo creante et elevante*. Romae, 1887.

— Vide Ballerini.

PINIUS, Joannes, S. J., *Acta sanctorum Julii*, ex latinis ex graecis aliarumque gentium monumentis, servata primigenia veterum Scriptorum phrasi, collecta, digesta, commentariisque et observationibus illustrata a Joanne Baptista Sollerio, Joanne Pinio, Gvlielmo Cvpero, Petro Boschio, e Societate Jesv presbyteris theologis. Editio novissima. Tomus VII Julii. Parisiis et Romae, M.DCCC.LXVIII.

POLANCUS, Joannes Alphonsus, S. J., *Vita Ignatii Loiolae et rerum Societatis Jesu historia*. Chronicon Societatis Jesu auctore Joanne Alphonso Polanco ejusdem Societatis sacerdote. (MONUMENTA HISTORICA S. J.) Tom. I-VI. Matriti, 1894-1898.

PRAT, Joannes Maria, S. J., *Maldonat et l'université de Paris au XVI.e siècle*. Paris, 1856.

PUENTE, Ludovicus de la, S. J., *Vida del V. P. Baltasar Alvarez* de la Compañía de Jesús, compuesta por el V. P. Luis de la Puente de la misma Compañía. Madrid, 1880.

RIBADENEIRA, Petrus de, S. J., *De ratione instituti Societatis Jesu*, ex hispano in latinum conversa a P. Laurentio Carli ex eadem Societate. Romae, MDCCCLXIV.

— *Tratado de las persecuciones de la Compañía de Jesús* (opus manu scriptum).

SACCHINUS, Franciscus, S. J., *Historiae Societatis Iesv pars secunda*, sive Lainivs, Auctore R. P. Francisco Sacchino Societatis eiusdem Sacerdote. Antverpiae, M.DCC.XX.—*Pars tertia*, sive Borgia. Romae M.DC.IL.

SALAZAR ET CASTRO, Ludovicus, *Historia genealógica de la Casa de*

Silva... por Don Lvis de Salazar y Castro, Coronista del Rey nuestro Señor. Dividida en XII. libros. Madrid, 1685.

SALMERON, Alphonsus, S. J., Alfonsi Salmeronis, toletani, e Societate Iesv, Theologi Praeclarissimi, *Commentarii in Evangelicam historiam et in Acta Apostolorum*... Vol. I-XVI. Coloniae Agrippinae, MDCII-MDCIV.

SCHMIDL, Joannes, S. J., *Historiae Societatis Jesu Provinciae Bohemiae*, pars prima ab anno Christi MDLV, ad annum MDXCII. Pragae, 1747.

SOMMERVOGEL, Carolus, S. J., *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*. Nouvelle édition. *Bibliographie*. Tom. I-IX, Bruxelles-Paris, MDCCCXC-MDCCCC.

— *Les Jésuites de Rome et de Vienne en M.D.LXI*, d'après un Catalogue rarissime de l'époque. Bruxelles, 1892.

SUAREZ, Franciscus, S. J., *Opera omnia*, editio nova. Tom. I-XXVI. Parisiis, MDCCCLVI-MDCCCLXVI.

TELLEZ, Balthasar, S. J., *Chronica da Companhia de Iesv, na provincia de Portvgal*... pelo P. M. Balthazar Tellez da mesma Companhia. Primeira Parte. Em Lisboa, M. DC. XXXXV.

TERENTIUS, Publius, *Publii Terentii Afri comoediae*. Vol. I-III. Colligebat Nicolaus Eligius Lemaire. Parisiis, MDCCCXXVII-MDCCCXXVIII.

Thesaurus spiritualis Societatis Iesu. Bilbao, 1887.

UGHELLUS, Ferdinandus, O. Cist., *Italia sacra*, sive de Episcopis Italiae et Insularum adjacentium... auctore Ferdinando Ughello Florentino Abbate SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias, Ordinis Cisterciensis. Editio secunda, aucta et emendata, cura et studio Nicolai Coleti, Ecclesiae S. Moysis Venetiarum Sacerdotis Alumni. Venetiis, MDCCXVII-MDCCXXII.

VAZQUEZ, Gabriel, S. J., *Commentariorum ac dispvtationvm in primam [secvndam et tertiam] partem Sancti Thomae*... avctore P. Gabriele Vazquez, bellomontano, theologo Societatis Iesv. Vol. I-VIII. Lvgdvni, M.DC. XXXI.

VIRGILIUS Maro, Publius, P. Virgilii Maronis *opera*. Vol. I-VIII. Colligebat Nicolaus Eligius Lemaire. Parisiis, MDCCCXIX-MDCCCXXII.

II

INDEX PERSONARUM, RERUM AC LOCORUM

A

B

E

[1] Cf. BRAUNSBERGER, *Canisii epist.*, II, 391, annot. 5.

U

V

INDEX GENERALIS

QUARTI VOLUMINIS

Monumenta provinciae Austriae.

Monumenta provinciae rhenanae.

Monumenta provinciae Flandriae.

Patris Natalis instructiones.

Supplementum

INDICES

CORRIGENDA

Pag.	Lin.	Dicit:	Corrige:
699	32	θεότοκος	θεοτόκος
864	17	iustigent	instigent

A. M. D. G.